43
3 H
18

M. HIERONYMI VIDAE CREMONENSIS, ALBAE EPISCOPI CHRISTIAS,

PRESBYTERO

BARTHOLOMAEO BOTTA, CANONICO PAPIENSI INTERPRETE.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Pertinet ad Alex= 

andrum Franciscum

De Franciscis Romani

TICINI, Apud Hieronymum Bartolum.

M. D. LXIX.

REVERENDISS. AC ILLVSTRISS.
DOMINO HIPPOLYTO DE RVBEIS
EPISCOPO TICINENSI, ET COMITI,
DOMINO COLENDISSIMO.

P. Bartholomæus Botta Canonicus eius minimus. S. P. D.

SOLENT exigui nominis ſcriptores Reuerendiſſime ac Illuſtriſſime præſul potentem quempiam Mæcenatē ſibi deligere, cui ſua ſcripta non ſolum dirigant, ſed potius cōmendent. Vt ſub eius tutela atq; protectione defendantur à vipereis morſibus inuidorum: Qui maledico dente magis ſtudent aliena lacerare, quam proprij quicquam facere, vel in lucem edere. Tu præſulum noſtræ ætatis decus optimum pro Mæcenate validiſſimo delectus es à me: cui hæc mea commentariola ſuper Chriſtiade. Reuerendiſſ. ac Ill. D. Hieronymi Vidæ Epiſcopi Albæ digniſſimi non ſolum dirigerem, ſed potius ſecuræ committerem. vt ſub tua defenſione poſſint eſſe tuta ab omni liuidorum corroſione. ſunt enim (vt tu ipſe poteris videre) valde vtilia, ac pernecesſaria ad tanti operis explanationem: in qua multi eruditiſſimi apprime laborarunt. quidam etiam (vt audiui) id tentarunt, verum oppreſſi à multiplici rerum ac vocabulorum difficultate, ab incepto deſtiterunt. mihi verò diuina conceſſit gratia vt tantum opus explicarem ad laudem & gloriam ſui nominis: nec non & ad eruditionē legentium. Supereſt, vt tu hilari fronte exiguum hoc Canonici tui munus libenter ſuſcipias, ſuſceptumq́ defendas. meq; ipſum in omnibus ita commendatum habeas: vt ad maiora annuente Deo, tibi offerenda ſub vmbra ſuccreſcere valeam tuæ protectionis.

Eiuſdem ad eundem Epigramma.

Protegitur veluti, ſemper viridantis Oliuæ.
Plantula ſub veteri ſtirpe parente ſua.
Vtq; viget palmes tutus ſub vite parente,
Vtq; viret platanus flumine tuta ſuo.
Lampade phœbæa ſub vtraq; micante per orbem
Lucifer vt tellus nocte dieq; nitet.
Sic meus hic tutus liber Illuſtriſſime præſul
Sub ſplendore tuo prodeat, atq; micet.
Si genus, & mores, ac forma, probabilis ætas
Extollunt dignos ſydera ad vſq; viros,
Tu genere illuſtris, Rubeorum ſanguine cretus.
Vt ſol illuſtras teq; domumq; tuam.
Diceris Hippolytus proauorum lucida gemma,
Theſida ductum nomen ab Hippolyto.
Moribus effulges ex omni parte probatis:
Aſtræa vt gnatum te colit, atq; fouet.
Robore præcellens ætas, ſenſuq; virilis
Eſt tibi: qua firmum pectus & oſſa vigent.
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus
Aſpectu dignum te facit imperio.
Præcipue excelſa tum maieſtate coruſcas
Cum decorat doctum ſacra Tiara caput.
Si vatis probitas, quæ commendatur & alget,
Senſerit Auguſtum, tu quoq; Cæſar eris.

M· HIERONYMVS VIDA

EPISCOPVS ALBAE,

REVEREN. TAMQVAM FRATRI

D. BARTHOLOMAEO BOTTAE

Canonico Papienſi. S. D.

LITERAE tuæ binæ cum vtroque poemate mihi tardiuſculè redditæ ſunt eadem die ſimul omnia ab eodem tabellario, quod quidem accidit, ꝙ prius Cremonam vnde iamdudum abſum in hanc meam pontificiam prouinciam profectus delatæ ſunt, & iſtuc ẽt admodum ſerò. Legi prius vtrumque carmen, quod mihi ſummopere placuit. Laudo ſanè tuam & pietatem, & in eo ſcribendi genere copiam. Quod verò apud iſtos, quibus adoleſcentulorum mentes bonis artibus finguntur ad humanitatem, & virtutem poematis mei, quod de I. Chriſti dei ſimul & hominis rebus proximis annis edidi, publicè enarrandi, atq; in ſcholis interpretandi autor fueris, mihi gratiſſimum fuit, non tantũ ꝙ ad meã laudẽ permultum intereſſe videã (id .n. homini Chriſtiano, .i. graui, frugi, haud eqdem magnopere, curandum eſſe arbitror) verum ẽt ꝙ magni refert, qua religione, quibusnè moribus rudes puerorum animi prius imbuãtur. Addis ẽt te propter rerum difficultatẽ, earũ preſertim, quæ ſpectant ad religionẽ, in huiuſmodi poemate deſiderari commentaria, teq; ſi nondum vlla edita ſunt hanc prouinciam aggreſſurũ, totumq; ipſum poema publicæ vtilitatis gratia tractandum ſuſcepturum, quod tibi benè, ac feliciter euenire non modo volo, ſed etiam cupio, Et ita me hercle fore confido fretus tua & doctrina, & induſtria. Nec id quidem mihi minus gratum fore arbitrator. Te tñ Botta rogo, ne à nobis vitæ noſtræ, aut rerum noſtrarum ſi quæ ſunt, cõmentarios expectes vllos, quibus edoctus poſſis in operis initio autoris vitam de more contexere. Ego certè opus tam arduũ, atque adeò periculoſum non ſpe immortalitatis, aut gloriæ adortus ſum, non oblitus me ſcribere res illius, qui pro humani generis ſalute, humilis, & abiectus, ac planè inglorius animi certo iudicio eſſe voluit, cum nihilominus eſſet & Deus, & Dei filius, regum omnium rex, at rerum non tantum dñs, verum ẽt autor & fabricator. Id tamen oneris, quod ẽt in operis ipſius calce teſtatum eſſe volui paſſus ſum mihi imponi, vt Leonis x. Pon. Max. mandatis ſatisfacerẽ, cũ iampridẽ me coniecifſem in ſtudia longè diuerſa, à quibus hac de cauſa ab eo auocatus fui. Qui .n. poteram pontificis illius plurimis, ac ſummis virtutibus ornati, voluntati tam piæ, tam ſanctæ, non morem gerere? tanta erat apud me (taceo, ꝙ ẽt ſi voluiſſet, mihi imperare poterat) viri illius immortalitate digniſſimi autoritas: vt quod mihi minus ingenio & facultate ſperandum erat, viderer vel ipſo mentis impetu aſſequi poſſe cum neutiquam ignorarem eiuſmodi materiam non depoſcere ingenij mei mediocritatem, ſed dignã planè eſſe facultate, & copia cuiuſuis excellentis viri, qui inter poetas eſſet facilè princeps, non noſtri temporis modo, verum priſcæ illius ætatis, in qua tot præclara ingenia floruerunt. Nam profectò poëtarum orationem, niſi ſit admirabilis, non magnopere laudari, Id verò ſi, vt quibuſdam amicorum videtur, non admodum infeliciter mihi ſucceſſit, totum acceptum refero Deo Opt. Max. bonorum omnium autori. Quid enim nos mortales iacentes, atq; humi ſtrati noſtris opibus poſſumus? Arbitror equidem tibi notum eſſe in eo negotio quot difficultates mihi ſuperandæ fuerint, quos ſcopulos, quas ſyrtes, prætervectus ſim. Oppida autem & loca, quæ in eo opere in tota Paleſtina, & ora illa finitima deſcripſimus, non multo negotio in ſacris Codicibus reperies, multum etiam te adiuuabunt cęteri Geographi tum græci, tum latini. De antiquis loquor, quos cum ea commentaremur, fabricaremusuè, ſacris voluminibus ſæpiſſime contulimus. Nec eſt etiam vt requiras, ſi qua alia ſcripſerim, vt in acta referre poſſis. Nihil dum meum agnoſco, pręter hoſce ſex libros, quibus de agitur, pauciſſimosq; alios, quos poſteaquam in Italia publicis formis imprimendos dedimus, ſtatim Pariſijs, & Lugduni, mox & Baſileæ, pluribusq; alijs locis elegantiſſimis caracteribus tranſcriptos venales circumferri vidimus. Cæterum, quoniam in altera epiſtola videris de conditione tua conqueri, ſi quid apud me eſt, quod ad leuandam fortunam tuam ſpectet, abs te certior fieri velim. Vale. Albæ Cal. Iun. M. D. XL.

PRESBYTERI

BARTHOLOMAEI BOTTAE

CANONICI PAPIENSIS ET GRAMMATICI IN CHRISTIADEN

M. HIERONYMI VIDAE ALBAE EPISCOPI

INTERPRETATIO AD EVNDEM PATREM, ARTISQVE GRAMMATICES PROFESSORES

Fœliciter incipit.

CVM diu mecum tacita mente verſarem Reuerende pater voſq; Venerandi grammatices artis conſortes, quonam pacto officium noſtrum abſq; ſummi creatoris omniumq; magiſtri offenſa poſſemus exercere: animaduerti nos oportere curam adhibere imperialis eius edicti ſeruatores vt eſſemus. quo animae primum deinde linguas fieri decreuit eruditas, eligendi ſiquidem mores potius ſiue literis, quàm litera morum pollutione corruptæ. videmus .n. plerumq; indoctis cœlum patuiſſe. doctos verò cum ſuis literis ad inferna demerſos eſſe. quæ res. hactenus tamen, à nobis quam à pleriſq; maioribus noſtris parum attendentibus pſalterium cum cithara diſſonare, male fuit prouiſa & obſeruata. Nam & ſi artis præcepta ſine vllo ſalutis diſcrimine pueris facile tradi poſſint: non tamen autorum explanationes malorum, qui veluti ſyrenæ quadam ſub blando fucatæ eloquentia Lenocinio diſcipulos perdunt & magiſtros. prodeuu immortalem (vt Ouidium, Propertium, Catullum, cæteroſq; Lenones venereos prætermittam) quid ornatius, quidue diſertius, latinoq; ſermoni videtur aptius afri verſipellis Terentij comedia? quid autem moribus adoleſcentiæ ad malum ſemper pronæ pernicioſius Nocentiusue potuit ab omnis Zizaniæ ſatore excogitari? Dauus magiſter improbus conſulatur: Cherea pro Ennucho ad meretricem deductus interrogetur, quo docente nobilibus quidem moratiſq; parentibus exortus, beneq; educatus, vix prima genas perfuſus lanugine ſimplicem repente vitiauerit puellam? Ab Ioue inquam tali ac tanto deo ſub imbris aurei imagine per impluuium in danaes gremium deſcendente, At mille talibus exemplis (quæ facilius animos alliciunt quam verba) tota poetarum ſcena referta eſt. lesbiæ ſalubria fidiciuæ monita dum ſeipſam redarguit, propriamq; aperit fallaciam, dilectiſſimi fratres audiamus. tranſeunt (inquit) ſtudia in mores. tranſeunt proculdubio in mores ſtudia. expertæ credite ſyreni veneriſq; magiſtræ. Quid ſi monita apoſtolica receuſuero vel Euãgelica? mihine excandeſcet Reuerendorum Magiſtrorum cenſura? elatoq; ſupercilio phariſcium illud elogium obijciet? in peccatis natus es totus, & tu doces nos? cæcus fateor diutiſſime vixi. ſed nunc tandem diuinorum declaratione ſermonum illuſtratus, cæcorum ſum doctor effectus, veram illis vt oſtendam lucem, qua mecum ſi modo voluerint, valeant illuminari. diſcant igitur veniſſe illud tempus ab apoſtolo prænifum. quando iam ſanam non ſuſtinent homines doctrinam. ſed ad ſua deſideria coaceruant ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertunt, ad fabulas autem conuertuntur. quod & prophetæ multo ante fuerat oſtenſum. Narrauerunt (inquit) mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua domine. Et quia ſemel cepi teſtabor bona eorum cum venia, non aliunde prouenire inopem miſerabilemq; grammaticis ſenectam. Etenim omnis qui eodem ore Chriſti, ioniſq;, laudes immixtas perſonas (vt ait Aug.) eſt prodigus ille iunior filius: qui à patre diſcedens ſubſtantiæ portione luxurioſe viuẽdo conſumpta miſſus eſt à duro nimis domino in villam, vt immundos paſcat porcos. cumq; ventrem ex ſiliquis porcorum cupiat implere, non poteſt. ſi quidem hæ ſiliquæ ſeculares ſunt doctrinæ, ſteriles, vanitatem perſonantes, de quibus laudes idolorum, fabularumq; ad deos gentilium pertinentium vario ſermone atq; carminibus percrepant. quibus demonia delectantur, cumq; in his aliquid ſolidum & rectum quod ad beatam vitam pertineat quiſpiam cupiat inuenire: non poteſt, ſequitur .n. & nemo illi dabat. hortor igitur omnes, qui mecum à verò (qualis hic adoleſcens) patre receſſerunt: & paternis opibus profuſis, indignis atriti laboribus, mercenarij demonis effecti, ne velint amplius eo quo porci pabulo ventrem ſine ſatietate replere. Quin potius iam tandem reſipiſcentes in domum redeant paternam. vbi non ſolum panibus cum mercenarijs abundabunt, ſed & vitulo perfruentur (vt filij) Saginato, accedant & guſtent quam ſuauis eſt dominus. Hic eſt enim liber vitæ in quo Reuerende pater, vt

Iuſtinianus in proœmio ff.

Quintilianus lib. 1.

Aug lib confeſſ. 8.

gen 8.

Ouidius in ep. Sapho Phaoni.

Io 9.

Pſal 118.

Timoth 4.

Pſal. 118.

Aug de queſt euãg

Luca 15.

greg. niſſenus.

Pſal. 33.

aliquando ad te redeam , vti bonus pater familias prolata de theſauro domini noua & vetera congeſiſti. Tu Aegiptios auro ſapientiæ,& argento eloquentiæ,ſpoliaſti. Tu ab iniuſtis poſſeſſoribus precioſas abſtuliſti ſententiarum Margaritas.cum enim omnis rhethoricæ locutionis,omnis poeticæ modus eloquentiæ à diuinis ſcripturis exordium ſumpſerit, necnon & qualibet decoræ varietas pronunciationis; cumq; omnis veritas à quocunque prolata, ſit à ſpiritu ſancto:tu iuſtè in noſtræ ſalubris vſum eruditionis conuertiſti, quaq; a Virgilio vſurpatore alieni, ſublecta fuerant, & iniuſtè poſſeſſa. Per te ſimplicem euangelicam lectionem grandes illi ronchi & naſuti ſapientes non vltra tamquam rudem deſpectui poterunt habere. quin abs te miro perpolitā eloquio perlegent ac ſtupebunt. iamq; cum diuo confitebuntur Ambroſio: Omnem ſupernæ rationem ſcientiæ, vel terrenæ prudentiam creaturæ, in eo eſſe: qui caput earum & auctor eſt, & in hoc tuo, quin potius D. N. Ieſu Chriſti libro inueniri poſſe. adeò vti qui hunc norit nihil vltra quærat. Ipſe namque eſt perfecta virtus,& ſapientia.quicquid alibi quæritur, hic perfectè inuenitur. etenim qui Chriſtum(cuius hic eſt liber) cognouerit, theſaurum ſapientiæ & fontem hauſerit eloquentiæ. Ne tamen vllis per inſuetum iter ſacræ ſcripturæ ingreſſis, perutilis huius lectionis difficultas ingeratur; ego diuinis aliquādiu mācipatus eloquijs, Chriſtiq; ſacris initiatus, ipſius domini fretus auxilio dicentis, Qui me elucidant vitam æternam habebunt. Libri huius interpretationem aggredior : ad laudem domini noſtri Ieſu Chriſti,& ad meam communemq; fidelium vtilitatem ac animæ iucunditatem futuram & preſentem . Beati ſunt enim qui in lege domini meditantur die ac nocte . Adeſto ſancte ac facunde Chriſti vates , & tue Chriſtiados interpretem orationibus (quibus potes & benedictionibus) adiuuato . Adeſte grammatici iam fratres , iamq; domini fideles miniſtri : ex hoc libro theſaurorum domini arca fertiliſſima oblata pro virili ſumitote talenta , pobis vobis commiſſa diſtribuenda : & cum lucro domino reddenda . Iam non indoctas atq; aniles fabulas ſequentes , Eloquia domini diſcite & docete . Eloquia inquam caſta , argentum igne examinatum , probatum terræ, & purgatum ſeptuplum.lex enim domini immaculata eſt , conuertens animas : teſtimonium domini fidele , ſapientiam præſtans paruulis . Tuq; , ò maximè & optime deus qui dixiſti . aperi os tuum ; & ego implebo illud. Ecce os meum aperui,tuū vt attraham ſpiritum , reple oro illud ſpiritu ſapientiæ & intellectus: vt hæc tuorum declaratio ſermonum illuminet , & paruulis donet intellectum . non enim de numero eorum eſſe velim,qui dixerunt linguam noſtrā magnificabimus : labia noſtra à nobis ſunt . quis noſter dominus eſt ? at potius exopto eorum numero paruorum aggregari : pro quibus es confeſſus patrem cœli & terræ quæ ſapientibus abſcondidit , ac prudentibus : ea paruulis reuelaſſe . ſuperbis enim Deus reſiſtit : humilibus autem dat gratiam in preſenti & gloriam in futuro . valete & orate pro me .

casſiodor i expoſitione Pſalmorum . — Ambroſius ſuper epiſtola ad coloſ. — Eccleſiaſtici 24. — Pſal 1. — 2 Petri c.1 — Pſal,11. — Pſal 18. — Pſal. 80. — Pſal. 118. — Pſal.11. — Math 11. — Iacobi 4.

Ex fine Chriſtiados .

SI laudabiliter autor,& honeſtis ſibi propoſitis exhibitisq; premijs,Chriſti vitā exornauit, decerptis apum more virgiliano ex poemate verborum floſculis,ac ſententiarum , mihi vitio minimè dandum erit , ſi interdum ex ſeruio vergilij interprete quæcūq; fuerint expoſitioni noſtræ conſona , vtiliaq; viſa colligentur , & locis interſerentur opportunis.confiteor enim ego,nihil ex me habere ſufficientiæ, qua fretus tantum opus aggrediar . ſed quæcunq; bene dixero , deo primum ſapientiæ datori , deinde doctiſſimis anteceſſoribus noſtris aſcribendum fore . ſi quid autem perperam , (cum in multis offendamus omnes : & bonus quandoq; dormitarit homerus) id imperitiæ , multiplicibus & maximis occupationibus meis attribuatur . Quæ in autorum

Ex Seruio i prohemio . æneidos .

expoſitione ſint attendenda ſeruabimus. poetæ .ſ.vitam operis titulum : qualitatem carminis,intentionem autoris . numerumq; librorum , explanationem deniq; ipſam recto ordine pandentes . Autoris vita hæc eſt.Marcus Hieronymus vida nobilibus honeſtisq; parentibus(vt audiui) Cremonæ ortus eſt . & ibi puer grammaticam didicit . verum a teneris Chriſtianæ religionis cultor arctam perfectionis viam eſt ingreſſus & relicta domo fratreq; Georgio Venetum duce ſtrenuo , rarisq; parentibus, Auguſtinianam domum canonicorum regularium deuotus adiuit . ibiq; iugum domini ſuaue onusq; eius leue ſubiuit. Ambulanti adoleſcentulo de virtute in virtutem , cœleſtis adfuit fauor . nam creſcentibus cum ætate meritis per ſingulos gradus ad ſacerdotium vſq; peruenit.interimq; omnifariam bonarum artium ſtudio delectatus eſt , magis tamen ſacrarum muſarum cantu . quæ tunc (vt ipſe canit) muſcoſis Serij fluuij ripis inſederant, patrijq; iuuenis pectore perbenignè vtebantur . à quibus cœleſtes modos edoctus difficiles etiam magnorum principum aures emulſit , deliniitq;.hinc fama dulciſoni carminis eius crebreſcente,à Leone ſummo pontifice x. literarū bonarumq; artium fautore ad canendum Chriſto domino canticum nouum eſt electus. & è cenobio ad Rom. Cur. Euocatus . honeſtisq; premijs (ſicut ipſe vates adſcripſit) ad componendam Chriſtiaden eſt inuitatus . Cumq; Romæ (& ſi domus eius Academia vocaretur) canenti poetæ tamen curiales obſtreperent moleſtiæ , Tuſculi in ethruſcis florido ac quieto oppidulo amenus ad receſſum datus eſt ei prioratus.quo non minus inter canendum oblectatus eſt , quàm .M. ipſe .T. C. dum Tuſculanas olim ibi docto pectore meditaretur,et mellito proferret eloquio.

hoc

hoc in amiciſſimo muſis loco à doctiſſimis viris frequentabatur, inprimiſq; Lampridio hoſpite greca literatura
ρitiſſimo diu familiariter vſus eſt. nam inter cæteras virtutes quibus apprimè predicatur ornatus hoſpitalitas
& munificentia vati adeò cordi & in promptu erat. vt cunctis doctis domus eius non modo ad hoſpitium, ſed
& ad familiarem habitationem, ſemper fuerit expoſita. cumq; non minus eleganti quàm docta vena Chri-
ſtiaden perfeciſſet, elimaſſetq;. Clementi. vij. Pont. max. Leoni ſuffecto approbandum opus obtulit, ac in
publicos orbis vſus edendum. perhumane ſuſceptus eſt cum opere ſuo vates. & Epiſcopatu Albæ donatus
haud minima in terris laborum tantorum mercede. ſed multo maiorem in cœlis à domino noſtro Ieſu Chriſto
quem cecinit nobiſcum adhuc degens prꝫſtolatur. qua verò morum grauitate, ac ſanctitate ſedem Albanam
rexerit, & regat, à quantis luporum morſibus gregem ſibi commiſſum hactenus defenderit, cæteraſq; tanti
huius viri laudes debitas in præſentiarum à me nullus expectet. nam & ſi Albanus eum populus ac patrem
colat, ametq;: ac ſingulari deuotione, omni digniſſimum honore antiſtitem veneretur. quia tamen adhuc
viuit (fœlixque diu viuat exopto) parciſſima breuiſſimaque, & ſummotenus ore vitam eius libandam
duxi, commentariorum cauſa, quibus peraeceſſaria videbatur. dicit enim dominus. ne laudaueris hominem
in vita ſua. non deerunt qui poſt fata ſecurum & ipſi ſecuri dignis eum laudibus proſequantur. Ope- Ex priſ. &
ris titulus eſt Chriſtias deriuatum nomen a Chriſto, ſicuti Theſeis a Theſeo, Aeneis ab Aenea vel Aeneo neot.
vt quibuſdam placet. vnde Statius in fine Thebaidos. viue precor nec tu diuinam Aeneida tenta. porrò Vida
poetica dixit authoritate chriſtias adiecta litera. d nam ſecundum analogiam, chriſtis, debuit dici. etenim
nomina quæ grece in, os, purum deſinentia genitiuum in, oo, mittunt, & apud latinos in, us, exeuntia genitiuū
in i. habent: patronimicum faciunt maſculinum in, ides, & remota, de, in, is, fœmininum, vt Priamus, mi, Pria-
mides. ſic chriſtus, ſti, chriſtides & chriſtis. vidi etiam in germanica pſalmodia chriſteiden: ab eo ꝙ eſt chri-
ſteis. chriſtus vero vnde dicatur, & quare ſic appallatus fuerit infra dicetur: vbi primum occurrerit id no-
men. Qualitatem carminis eandem eſſe dicimus, quæ & Aeneidos. heroicum eſt enim metrum. a Moyſe in
cantico deuteronomij longè ante Athesium Mileſium, vel Pherecidem inuentum. ſic dictum ꝙ hærois chriſti
viri fortis, deiq; ſummi, per illud geſta canuntur. dactylo quoq; conſtare ac ſpondeo planum eſt. Actus eſt
mixtus. non enim ſolus poeta loquitur. ſed etiam alios loquentes inducit. raræ ſunt in hoc opere fictiones: nec
enim Chriſto (qui veritas eſt) conueniunt. eſt autem ſtilus grandiloquus, alto conſtans ſermone, magniſque Io. 14.
ſententijs: & ex tribus loquendi generibus præcipuum. medium ſiquidem in poetica, Bombyce, & ſchachis,
humile vero in æglogis hic poeta ſeruauit. intentio hæc eſt. retrahere chriſtianos a poeticorum lectione fig-
mentorum. quia per oblectationes fabularum, mentes legentium excitantur ad incentiua libidinum. non enim Iſidorus in
thura ſolum offerendo demonibus immolantur: ſed etiam eorum dicta libentius capiendo. & quia omiſſis lib ſent.
euangelijs ac prophetis etiam, a, ſacerdotibus aliiſque Dei miniſtris comedia legebantur. amatoria bucolico- Hier. in e-
rum verſuum verba decantabantur. Virgilius ſemper in manibus habebatur. & ꝙ in pueris videbatur per- piſt. ad da-
mitti cauſa neceſſitatis, crimen in ſe faciebant voluptatis. ne igitur ſub eruditionis figmento; quæ potiſſimum maſum Pa-
ex Vergilij lectione cauſabatur. quaſi non aliter ad bonas literas peruenire, & latini ſermonis facundiam pam.
quiſque aſſequi minime valeret. ad impietatem idolorum, & pernicioſam voluptatem libidinum, pueri & cu-
iuſuis ætatis homines deducantur: mandatum fuit a Leone x. & Clemente vij. ſummis pontificibus. vt quæ-
cumque ad litterariam eruditionem virgiliana lectio continebat, ea noſter diuinus vates colligeret. & in hoc
piiſſimum opus transferret. quod & fauente Deo fœliciſſime confecit. ediditque ad communem omnium vti-
litatem. legant igitur & perlegant chriſtiaden cuncti. vnde animam pariter erudiant & linguam. hæc eſt
enim enucleata Virgilij lectio. nihil perperam. nihil indoctum, nihil denique continens non emunctum, & per
politum. De numero autem librorum nulla hic quæſtio. ſex enim ſunt. nec eſt de ordine quærendum. vt ea
quæ primo geſta ſunt, primum narrationis in poemate, ſicut in hyſtoria locum obtineant. nam vt diuina ſi- Aug de cō
leam morem ſcripturæ: quæ nonnulla quandoque poſt facta præoccupat. aliqua prius omiſſa nouiſſime reſu- ſen euāg.
mit. artis poeticæ precipuum hoc præceptum eſt. vt, a, medijs incipientes: per narrationem ſubſequentem,
prima quæ videbantur omiſſa media reddantur. & futura per vaticinationem quandoque præoccupentur.
iuxta illud Horatij præceptum. vt iam nunc dicat. iam nunc debentia dici pleraque differat: & præſens in Horatius 3
tempus omittat. porro a poetarum lege Vida non omnino receſſit, exceptis fabulis. & inutilibus ac menda- arte poe.
cibus figmentis. quæ vitæ Chriſti & doctrinæ aduerſantur. Cum ipſe ſit ſummi patris veritas, & ipſius do- Io p. 14.
ctor veritatis. etenim ſi ad ſcripturas ſacras admitterentur vel officioſa mendacia. quid in eis remaneret au- Aug epiſt.
toritatis. quæ tandem de ſcripturis illis ſententia proferretur? cuius contentioſa falſitatis pondere detege- ad hier. 1.
retur improbitas. Iure itaque merito veritatis vates ſecutus eſt veritatem. nam & apud Eſdram, veritas vin- Eſdre 3. &
cit. valet veritas, ac inualeſcit, & viuit in æternum. obtinetque in ſæcula ſeculorum. ſed iam ad operis ex- 4.
planationem accingamur.

IO. AVGVSTI BOTTAE FRATRIS NOSTRI IN PRIMVM CHRISTIADOS ARGVMENTVM.

Carpit iter primo Solymorum Chriſtus ad vrbem,
Rege ſatus cœli Solymas conuerſus ad arces
Biſſenos ſua fata docet. Tum cogit Auernus
Tartareas acies. ſuperis dein Lazarus auris
Redditur. à Maria lachrimis atque vnguine diuus
Abluuitur. feſta ad templum comitatus oliua
Incedit. ſtratumque humeris attollit Ietrus.
Vendentes ſugat è templo. comes inde iuuentus
Miratur cælata patrum monimenta priorum.
Tum mœcham ad Chriſtum ducit clamore caterua.
Illa impunis abit. dirum genus increpat heros.
Mox Taburi iuga celſa petens genitoris adorat
Numen. ibique ſuis claro ſe numine monſtrat.

MARCI HIERONYMI VIDAE CREMONENSIS ALBAE EPISCOPI CHRISTIADOS LIBER PRIMVS.

PRESBITERO BARTHOLOMEO BOTTA INTERPRETE.

*QVI mare qui terras. &c. ſolent poetæ loco thematis,(quod dicturi proponunt) inuocatione vti,vel propoſitione:nonnunquam ſimul & ſemel inuocant & proponunt:aut contra ſicut Maro qui propoſuit, inuocauit,deinde narrationem eſt agreſſus. quem etiam Lucanus poſt longam imitatus eſt propoſitionem. Homerus vero in Iliade propoſitioni intexuit inuocationẽ. μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος οὐλομένην. idem & in odiſſea ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη. Heſiodus autem inuocationi propoſitionem ſubiunxit μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι. quem hic autor imitatur inuocat enim ſimul & proponit, demum narrat. Loco autem muſarum quas gentiles poetæ veri numinis ignari inuocabant: vates hic veritatis, Spiritus Sancti fauorẽ orat, qui optimus eſt rerũ oĩum opifex,veruſq; cunctorũ doctor fidelium cuius propriũ eſt ſolius,aſlatu mentes tangere ſimul & docere,nullaq; ad diſcendũ mora, ſed tetigiſſe, docuiſſe eſt:citharedum namq; puerũ tetigit,mox & pſalmidicũ vatem fecit:paſtorem ſicomoros vellicãtem aſlauit,& prophetam fecit:abſtinentem puerum impleuit, & iudicem ſenum conſtituit. rudes aſlauit piſcatores,& protinus totius orbis effecit doctores, vix qua nati fuerant lingua bene loquebantur, aſt vbi cecidit ſpiritus ſanctus ſuper eos; omnium linguas edocti magnalia dei predicauerunt vbiq;: vt nõ eſſent loquellæ neq; ſermones, quorum non audirentur voces eorum,& in omnẽ terram exiret ſonus eorum, ac in fines orbis terræ verba eorum. conferant huic vani poetæ neſcio quas pierides, aut Heliconiadas, vel fontem Cabalinum, eos & merito perſius his verbis irridet. Nec fonte Labra prolui Cabalino; Nec in bicipiti ſomniaſſe parnaſo Memini, vt repente ſic poeta prodirẽ. Heliconiadas palidamq; pyrenem illis relinquo; quorum imagines lambunt hederæ ſequaces,&c. inſinuans non hippocrenes potu, non inani muſarum numine,ſed diuino interius docente ſpiritu,interdumq; exterius adhibita multiplici cura,labore,& induſtria,vigilijſq; aſſiduis poeticam artem & cæteras comparari, ne ſibi ipſi homo deeſſẽ, aut deum tentare videatur * Mare, vnde in geneſi,ſpiritus dñi ferebatur ſuper aquas*Terras,hinc canit Eccleſia ſpiritus dñi repleuit orbem terrarũ,& hoc quod continet oĩa ſcientiã habet vocis,* cœlum non ſolum aerem,qui(vt ait lucretius) cœlum dicitur,ſed etiam etherẽ,& quicquid inde surſum eſt intellige,nam verbo dñi (vt ait propheta) cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum * Comples eſt enim totus in toto, & totus in qualibet parte,quippe eſt intra omnia non incluſus,extra omnia non excluſus,& ſupra omnia nõ elatus ſed eſt deus omnia in omnibus. * Spiritus alme quo aluntur ac fouentur omnia ſuperiora, & inferiora. non tamen intelligas vt illi ſtoici qui corpoream illam mentem magnam ex igne ethereo conſiſtentem putant de qua Vergilius in 6, ſpiritus intus alit,totamq; infuſa perartus Mens agitat molem.& magno ſe corpore miſcet,nam ſpiritus ſanctus Deus eſt,& non corpus, eſt autem patris & filij amor ineſfabilis,immenſus,eternus,& increatus:qui ex patre filioq; vnica ſpiratione procedit, à quo omnia,per quem oĩa & in quo omnia creata ſunt,gignuntur & aluntur,eſt ille ſpiritus ſanctus qui cum patre & filio ſimul adoratur & conglorificatur,qui loquutus eſt per prophetas,per apoſtolos,qui corda fidelium potenti,eo*

QVI mare,qui terras,qui cœlum numine comples.
Spiritus alme,tuo liceat mihi munere regem
Bis genitum canere, e ſuperi qui ſede parentis
Virginis intactæ grauidam deſcendit in aluum,
Mortaleſq; auras hauſit puer, vt genus vltus
Humanum eriperet tenebris, & carcere iniquo.

Marginal notes: Spũs ſanctus. — gre. Thom. de cõmuni apoſt. act. ij. — Pſal. 18. — gen. p. cap. 1. — b Cœlum — pſal. 32. — c Spũs ſanctus è deus. — de conſecr. diſt. vlt. c. pen. & vlt. Didimus in lib. de ſpiritu ſancto.

A in-

inuiſibili virtute perluſtrat, de quo canit eccleſia. Veni creator ſpiritus, mentes tuorum viſita imple ſuperna gratia, quæ tu creaſti pectora, ex hac autem inuocatione, captat autor attentionem a magnitudine rei; quam ſine diuina ope nequit explicare generationem quippe filij dei tangit, quæ ineffabilis eſt: nec eam pectus, aut lingua capit humana, dicente propheta generationem eius quis enarrabit? q. d. nullus vel rarus etiam ſi intellexeris de humana Chriſti generatione, cæteris hominum generationibus valde diſsimili ſupereminentiq;: nam ſoli, Mattheus, & Lucas euangeliſta quoquo potuerunt modo eam narrauerunt *liceat tuo munere, alioquin temerarium eſſet aggredi, nam qui ſine ſpiritu, & gratia dei conati ſunt magis ordinare narrationem vitæ Chriſti, q; eo duce hiſtoria texere veritatem diuerſarum hereſum ſemina præſtiterunt, quibus metuenda eſt illius prophetæ cõminatio, væ qui proferunt de corde ſuo, qui ambulant poſt ſpiritum ſuum, qui dicunt hæc dicit dñs & dominus non miſit eos * regem regum, d. n. i. ch. vt in apocal. habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum, Rex regum, & dominus dominantium * Bis genitum, caue ne intelligas vt illud Naſonis de Bacho. Tutaq; biſgeniti ſunt incunabula Bachi quem fabulantur ereptum ab aluo matris extinctæ, & inſutum fæmori iouis, donec debita iuſti partus tempora complerentur, vnde & διθύραμβος dictus eſt, quaſi ex duabus ianuis egreſſus, ex vtero .ſ. ſemeles, & iouis fæmore, quod ideo fingitur, quia vinum ex vua prælo colliſa primum ellicitur, deinde in dolium, vt defecetur, ferueat, & quodammodo matureſcat vſq; ad certum tempus infuſum reſeruatur, deinc purum vt bibatur extractum in aliud vas collocatur, Bis genitum vero Chriſtum ita intellige, vnigenitus dei filius, verbum illud quod erat in principio apud deum ante ſecula ineffabiliter ex ſolo patre ſine matre, ſine tempore genitus, coeternus & per omnia patri æqualis, Lux de luce, lumen de lumine, deus verus de deo vero. in tempore quod ipſe ſibi ſtatuerat, in terra ſine terreno patre, ex ſola virgine matre, cooperante ſpirituſancto gigni & naſci dignatus eſt. hoc pacto verbum dei caro factum eſt, filius dei factus eſt homo & hominis filius, per quem omnia facta ſunt, & ſine quo factum eſt nihil, propter liberandũ hominem ab æterna morte deus immortalis factus eſt homo mortalis, aſſumens quod non erat, & permanens quod erat non enim qui aſſumpſit humanitatem depoſuit diuinitatem. itaq; totus in cœlo apud patrem a quo genitus eſt ineffabiliter. & totus in terra apud matrem a qua genitus incomparabiliter, duplicem hanc Chriſti genituram breuibus aperit ambroſius ita dicens. Duæ ſunt in chriſto generationes, vna eſt paterna: materna altera, paterna illa diuinior, materna vero quæ in noſtrum laborem vſumq; deſcendit * Superi parentis, dei patris, & nota hic ſuperi in ſingulari adiectiue, nec tamen facit comparatiuum nam ſuperior fit, a ſupra aduerbiali præpoſitione hac vt arbitror ratione, quia ſiue in plurali, ſiue in ſingulari ſemper ſignificat ſuperæthereos ciues, vel ſedes ſupra quas aſcendi non poteſt, cum ſint ſuper omnia, ideoq; comparationis extenſionem minime recipit hoc adiectiuum, ſola enim quæ intenduntur aut remittuntur comparationem admittunt. * Virginis intactæ à viro incognitæ nec ante nec poſt partum vt late diſputat & defendit beatus Hieronimus aduerſus heluidiũ hereticum, & beatus Aug. in ſermone de annuntiatione, ſuper illo Ezechielis vaticinio, vidi portam in domo domini clauſam, vbi inter alia exponendo dicit, quid eſt q homo non tranſibit per eam? niſi q Ioſeph non cognouit eam. Et quid eſt, clauſa erit in æternum, niſi quia maria virgo eſt ante partũ & virgo poſt partum, matrem quippe elegit virginem, quia non aliter dei filium naſci in carne, q; de intemerata genitrice decebat, & ſimul vt vaticinium eſaiæ impleretur. Ecce (inquit) virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius æmanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus * Grauidam nõ ante, ſed mox in ipſa ſpiritus ſancti obumbratione filijq; deſcenſu grauida facta eſt, neſcit enim tarda molimina ſpiritus ſancti gratia. vnde Auguſt. Ecce (inquit) ancilla domini fiat mihi ſecundum verbũ tuum nec mora reuertitur nuncius, & virginalem thalamum ingreditur Chriſtus. Efficitur ſubito pregnans beata dei genitrix, & cuncta per ſæcula prædicatur fœlix, concepit mox ad credulitatem verbi virilis ignara conſortij, impletur vterus nullo humano pollutus amplexu, extat itaq; virgo cum concepit, virgo grauida, virgo extat cum parit, & virgo poſt partum. præclara ergo virginitas, & glorioſa fecunditas * Aluum. i. vterum ſicuti dixit angelus. Ecce concipies in vtero, Aluus enim propriæ loquendo, eſt ea pars corporis qua ſordes alluuntur, & effluunt hic plinius dixit, pepones refrigerant ac emolliunt aluum, vterus vero proprium eſt mulierum, & fœtus eſt receptaculum, cecilius, nunc vterus crescit, non poteſt celari, & in geneſi de Thamar, fornicata eſt (inquit) nurus tua; & videtur vterus eius intumeſcere, hæ tamen grammaticales differentiæ ab autoribus non vſq; quaq; ſeruantur, & multo minus a poetis vberiore licentia vagantibus, nam & aluum pro ventre equi lignei dixit vergilius in latus inque feri curuam compagibus aluum, ſimiliter & vterum ibidem; vterumq; armato milite complent, ſic & Dauid ait, filius qui egreſſus eſt de vtero meo quærit animam meam, & in Pſalmo; valde impropriè de Domino Deo patre per quandam ſimilitudinem, ex vtero ante luciferum genui

Left margin notes: biſgenitus / biſgenitus bachus quo. — biſgenitus chriſtus quomodo. — ſupi in ſingu. — maria ſemper virgo. — maria porta ſẽper clauſa. — aluus. vterus.

Right margin notes: de ſumma tri. c. p. un. 6. ex ſymbolo niceno. — Eſaiæ 53. — hier. i hom. que legitur i natiuitate S. Mariæ. — hie. i prolo go euangeliſtarum. — apoc. xix. — Metſorphã lib. 3. — origenes in hom. natiuitatis dñi aug. in ſermone eiuſdem dici. Leo Papa i ſermõe eiuſdem diei. — ar ſup luc. c. 2. — hier. in lib. cõtra heluidium hereticum. — aug. in ſermone de annunciat. — beda i hom. natiuitate dñi. — Eſaie 7. — ambr. ſuper luc. c. p. aug. in ſermone annũciationis. — Luce p. — plinius lib. 20. cecilius — geneſis 38. — virg. eneid. 2. — 2. reg. 18. — pſal. cix.

Aug ſuper pſal. *nui te .i. ex ſecreta mea ſubſtantia. vel ex fecunda memoria mea quæ (vt exponit Aug.) eſt patris vte-*
rus, vnde genitum eſt verbum ante luciferum .i. ante omnem creaturam & ante ſecula . Mortales au* — auræ mortales
pſal. ci. *ras, & quæ a nobis mortalibus hauriuntur. & quæ cum alijs moritura ſunt elementis, vt in pſal initio*
apoc. xxi. *tu domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cæli. ipſi peribunt. Tu autem in æternum*
permanes. & in apoc. Ioannes vidi (inquit) cœlum nouum, & terram nouam primum enim cœlum, &
glibi & do. *terra prima abyt. & mare iam non eſt, quo ad ſubſtantiam tamen dicunt doctores non in totum peritura*
Eſaie 9. *elementa, ſed decſecanda purgandaq; eſſe, & hoc pacto renouanda.* Puer, de quo dixit Eſaias, puer na* — puer chriſtus.
tus eſt nobis, & filius datus eſt nobis cuius imperium ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius ad-
mirabilis, conſiliarius, deus fortis, pater futuri ſeculi, & princeps pacis. Vltus fallendo qui feſel-*
ſeruet pſal *lerat, & in ligno vincendo eum qui in ligno vicerat, & demum ſpoliando diabolum præda quam fuerat*
[illegible] *deprædatus, reuera enim nulla maior pœna auaro raptori poteſt infligi, vel grauior de eo ſumi vindi-*
p 4. æneid. æneid. 4. *cta, quam vt rebus expolietur propter quas ſcelus admiſerat, quale eſt, & illud Didonis, vlta virum pœ* — vlciſcor & vindico differunt.
Papias. *nas inimico a fratre recepi, porrò vlciſcimur præteritas, & iam illatas iniurias, vindicamus autem immi-*
nentes & mox futuras niſi coercerentur, promiſcue tamen vt ſupra diximus autores, & maxime poetæ
Luca 18. *bis vtuntur vocabulis, vnde in Euang. vindica me (inquit vidua) de aduerſario meo, & in Apoc. vox*
Apoc. 6. Aug. ſuper pſal. *martirum, vſq; quo dñe nõ vindicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant in terra, & Aug. exponens*
illud pſalmi. vltus ſum in eos, quid eſt (inquit) vltus ſum in eos? .i. vindicaui me de ipſis inimicis meis
quomodo me vindicaui? occidendo in eis errorem ſuſcitando fidem. Tenebris, inferni, nam priuati erãt*
illa luce viſionis dei quæ ſanctorũ eſt glorificatio. Carcere iniquo .i. propter hominis iniquitatem con-* — iniquus.
georg. 1. *ſtituto. Itẽ magno, & graui. Verg. & iniquo pondere raſtri, rurſus iniquo propria vt videtur dicen-*
Ezech. 18. pſal 118. & *tibus illud prouerbium, patres noſtri comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt, nos*
dan. 3. *vero cum propheta dicamus. iuſtus es domine; & rectum iudicium tuum. peccauimus cum patribus no-*
rom. 5. *ſtris, iniquitatem fecimus. omnes enim (vt ait apoſtolus) in adam peccauerunt, & quicunque noui*
hominis Chriſti redemptione vult particeps fieri, in ſe quoq; veteris Adæ culpam recognoſcat, neceſſe
rom. 3. *eſt. omnes quippe peccauerunt, & indigent gratia dei, porrò hic carcer eſt ille ſinus abraæ quem limbũ* — ſinus abraæ, & limbus.
Aug. de origino animę *vocant, de quo in euangelio, mortuus eſt mendicus, & portatus eſt ab Angelis in ſinum abraæ, illuc*
Lucæ. 16. *portabantur omnes piæ defunctorum animæ, & ſeruabantur vſq; ad Chriſti deſcenſum, qui inde habi-*
apul. de ſocratis ſomnio. *to de hoſte triumpho eas eduxit, vt ſubiungitur.* Manes .i. animas bonas, vnde Apuleius, manes dicun* — manes.
tur animæ melioris meriti. O lympo .i. ad olympum, vt Verg. it clamor cœlo pro ad cœlum.* ſponte,*
Eſaie 53. *vnde Eſaias. Oblatus eſt quia ipſe voluit, & in euang. poteſtatem (inquit) habeo ponendi animam*
meam, & iterum ſumendi eam. Ob crimina hominum, ſic & Eſaias prædixerat, vulneratus eſt propter*
eſaie 53. *iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſa-*
Metam. 1. *nati ſumus &c.* ægra, poetica ſenſum dat rei inanimatæ, vt Ouidius. Alma tamen tellus vt erat cir-*
condata ponto &c. Tulit, mota quippe eſt, & ſole obſcurato tenebræ factæ ſunt ſup vniuerſam terram, ab hora ſexta vſq; ad nonam hinc Cirillus nõ poterat (inquit) ferre creatura creatoris iniuriam vnde ſol retraxit radios, ne videret impiorum facinora.* Inſuetis tenebris nõ .n. fuit eclypſis naturalis. vt refert Dioniſius areopagita*

Matt. 27. Morte ſua, maneſq; pios inferret olympo.
Lucæ 23. Illum ſponte hominum morientem ob crimina tellus
AEgra tulit, puduitq; poli de vertice ſolem
cirillus vbi ſupra. Aſpicere, & tenebris inſuetis terruit orbem.
Fas mihi te duce mortali immortalia digno
Ore loqui, interdumq; oculos atollere cœlo,
Et lucem accipere æthercam, ſummiq; parentis
Conſilia, atq; necis tam diræ euoluere cauſas.

Dion. i epi. ad policarpum. ** Fas mihi, alioquin non liceret, vt ſupra diximus, Fas indeclinabilis eſt dictio, & ad diuina*
Iſidorus. li. 5. ethim. *pertinet, ſicut Ius ad humana. vnde Iſidorus. fas lex diuina eſt, ius lex humana, tranſire per agrum*
alienum fas eſt, & ſpicas manibus fricare ac edere. Ius vero non eſt. Ore digno ſubaudi, habito*
per gratiam tuam. Immortalia .i. ſuper cæleſtia, qualia ſunt ea quæ ad diuinam pertinent atque An-* — cæleſtia interdum ſcrutanda
gelicam naturam, de quibus multa infra in libro quarto, & ſparſim in toto opere, non enim ſemper,
& ab omnibus ſeruandum eſt illud Catonis præceptum, cum ſis mortalis quæ ſunt mortalia cura, &
colos. 3. pri. corinth. 2. *enim excelſa ingenia ſuperno lumine illuſtrata licite ſuperiora, quibus paſcuntur, aſcendunt vnde Pau*
lus quæ ſurſum (inquit) ſapite non quæ ſuper terram, & alibi noſtra conuerſatio in Cælis eſt, & rur
ſus. ſapientiam (ait) loquimur inter perfectos, non tamen infirmis, & adhuc puerilibus ingenijs
hęc ſunt tentanda, quibus lacte non ſolido opus eſt cibo. oculos, mentis interiores.* Lucem æthe-*

ream, non huius ætheris elementarem, ſed ſupernam, & potius diuinam, ſine qua contemplator ma-
ieſtatis opprimetur a gloria. * Conſilia ſum, par, iuſtitiæ ſimul, & miſericordiæ Dei, de quibus do-
redéptionis humanæ cõſilia. ctiſſimus ac eloquentiſſimus Leo Papa in ſermone de paſſione domini ſic diſſeruit, omnipotentia filij Dei Legitur feria 2. hebdomade S
qua per eandem eſſentiam æqualis eſt patri. potuiſſet genus humanum a dominatu diaboli ſolo imperio
ſuæ voluntatis eruere, niſi diuinis operibus maxime congruiſſet, vt nequitiæ hoſtilis aduerſitas de eo
quod vicerat vinceretur, & per ipſam materiam naturalis repararetur libertas, per quam generalis legitur feria 3. i principio ſermonis qui legitur feria. 3.
fuerat illata captiuitas. Itẽ ſic deus dilexit mundum, vt filium ſuum daret vnigenitum, vt omnis qui
credit in eum non pereat. ſed habeat vitam æternam, & rurſus, omnem (inquit) ſenſum humanæ
mentis exceſſit diuini altitudo conſilij. cum placuit deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere cre-
dentes. vt mirabilior fieret conſtantia fidei ex difficultate credendi. * Necis tam diræ, crucis ſcilicet,
cauſa mortis Chriſti. Latronum ſupplicij. * cauſas idem Leo Papa diuino intelligimus diſpoſitum fuiſſe cõſilio, vt ſacrilegi iu- Leo Papa I ſermonibus prædictis.
deorum Principes, & impij ſacerdotes, qui ſæuiendi in Chriſtum occaſiones ſæpe quæſierant, non niſi
in ſolemnitate Paſchali exercendi furoris ſui acciperent poteſtatem, oportebat enim, vt manifeſto im-
Narratio. plerentur effectu, quæ diu figurato fuerant promiſſa myſterio, * Iam prope, hic incipit narratio. Vi-
cinum (inquit) erat tempus paſſionis Chriſti, quæ labores ſuos terminaret, noſtroſque leua-
Chriſti nomen ret. * Metæ idest tempora a Deo patre præfixa, porro de meta alibi dicemus. * Chriſto quia hic pri-
mum nomen hoc ſanctiſſimum occurrit, vnde, & nos Chriſtiani dicti ſumus, ideo vt fuimus polliciti,
deriuationem eius, & ſignificationem exponemus. ſciendum eſt igitur nomen Chriſti Græcum eſſe.
χριστὸς enim απο του χρίστιον ꝙ vnctionem ſignificat, deriuatur, fit autem χριειν απο του χρίω. μ.
σω. ꝙ eſt lino vel vngo. Chriſtus itaque idem quod vnctus. nam vt ait propheta vnxit eum Deus Pſal. xliiij.
præ participibus ſuis oleo lætitiæ, & in act. Apoſt. conuenerunt enim vere (inquit) in ciuitate iſta act. 4.
aduerſus Sanctum puerum tuum Ieſum quem vnxiſti Herodes, & Pilatus &c. vnctio autem hæc qua
fuit vnctus non materialis olei, ſed inuiſibilis eſt virtus ſpiritus ſancti. hinc Petrus ad Cornelium, & act. 10.
qui cum eo erant, quem (inquit) vnxit Deus Spiritu ſancto & virtute breuibus hæc tetigit Innocen-
tius Papa III. dicens. Chriſtus a Chriſmate dicitur, vel potius a Chriſto dicitur Chriſma non ſecun- De ſacra vnctione. cap. primo.
dum nominis formam. ſed ſecundum fidei rationem. a Chriſto vero chriſtiani dicuntur tamquam vn-
cti deriuentur ab vncto. vt omnes concurrant in odorem illius vnguenti, cuius nomen oleum eſt effu-
ſum. hæc ille, & quoniam in veteri lege vngebantur non ſolum ſacerdotes. Verum & reges atq; pro- 3. Reg. 19.
feta. vt patet de Helia, qui de mandato domini vnxit Azael in regem, & Heliſeum in profetam.
icirco Chriſtus qui hebraice Meſſias & latine vnctus dicitur, vt oſtenderetur ſacerdos ſecundum ordi- pſal. 109.
nem melchiſedech, & rex a Deo conſtitutus, atque profeta ille magnus quem prædixerat Moyſes ſu- deuter 18.
ſcitandum de Medio eorum voluit vngi, nos vero chriſtianos (quod nomen antiochiæ ortum eſt, nam luc. 7.
Chriſtiani quare vnguntur. ante fideles, qui Chriſto crediderant appellabantur) Propterea voluit vngi, & quia luctatores fecit act 11. ephes. 6.
aduerſus Principes & poteſtates mundi tenebrarum harum. & quia fecit in ſanguine ſuo nos deo no- p. petri c. ij
ſtro, reges & ſacerdotes. propter quod petrus Apoſtolus dixit vos eſtis genus electum, regale ſacerdo
Hieruſalem. Solima. Salem. Iebus. tium, gens ſancta, & Populus acquiſitionis. * ſolymum, pro ſolymorum per ſyncopam, vt infra. Eu
vltro infenſam ſolymorum aſcendimus vrbem, plurali numero hæc ſolyma horum ſolymorum. Vrbs
paleſtinæ principalis ac caput Regni Iudeorum. quæ primo ſalem fuit dicta, & condita a Sem filio Noe
Hieroſolyma Melchiſedech etiam vocato. deinc iebus, poſtmodum Hieruſalem quaſi Hiebuſalem duobus prædictis
nominibus copulatis, demum Hieroſolima a ſacro templo quod magnificentiſſimum, ſalomon in ea con-
diderat vrbe, appellata eſt. nam ἱερὸν greci templum dicunt, & Hebrei munitionem porro Hieroſo-
lyma tribus modis inflectitur. ſicut, & ſolyma. hæc Hieroſolyma huius Hieroſolymæ. & plur. nume-
ro hæc Hieroſolyma horum Hieroſolymorum. nec non, plur. numero hæ Hieroſolymæ, marum. alijs
Luza Bethel Helia. quoque nominibus pro incolarum varietate. appellata eſt, quæ verſibus his cõtinentur. Solyma, Luza,
Bethel, Hieroſolyma, Iebus be-
lia vrbs ſacra Hieruſalem dici-
tur atque ſalem vide Ioſephum,
antiquitatum lib. 7. cap. 3.*
Haud ignarus, eleganter ideſt
præſcius. ſciebat quippe Ieſus
(vt ſcribit Ioannes Euangeli-
ſta) quæ ventura erant ſuper eum. * Phænicum. ordo eſt. ideo haud ign, rem, de fin, ext,
phen, ibat ad vr, ſoly. in qua completurus erat opus ad quod venerat. porrò extremi fines phenicum

Iam prope mortis erant metæ, finiſq; laborum
Chriſto aderat, ſolimumq; ideo haud ignarus adurbẽ
Phenicum extremis remeans de finibus ibat.
Illum ingens comitum numerus iuueneſq;, ſeneſq;
Sponte ſequebantur, rerum quos fama trahebat.

iudeam

Matth, 15. *iudeam verſus, erant Tirus & ſidon vrbes cananeorum de quibus in euangelio ſic dicitur. Ieſus receſſit*
in partes Tiri & ſidonis. vnde ſanata cananeæ filia receſſit, rediens per galileam hieroſolymam verſus. phenices. qui
Phœnices autem populi ſunt paleſtinæ, qui & philiſtei in ſacris litteris corrupto (vt reor) vocabulo & paleſtini.
Plinius lib. *olim nuncupabantur. a phœnica teucri fratre ſic appellati. in gloria quondam magna habebantur, ex*
5. cap. 12. *litterarum inuentione, ſyderum obſeruatione, naualiumq; ac Bellicarum rerum peritia. * Sponte, pars*
rabanus. *eorum ſola verbi dulcedine tracti. & pars vt curarentur ab infirmitatibus alij fama rerum ab eo geſta-*
rum, & quadam curioſitate ducti, nonnulli etiam ſequebantur eum inſidioſe vt inuenirẽt occaſiones vn-
*de accuſarent eum. * Ferret iter nota puer ornatum loquendi modum, pro eo ꝙ eſt iret, aut tranſiret. **
Matth. 4. *Vndiq; collectos ex adiacentibus vrbibus. de galilea, decapoli, Hieruſalẽ, de Iudea & de trãs iordanẽ.*
** Deſertis in mõtibus .i. inter deſertos mõtes. ſic Verg. Pẽtheſilea furẽs medijs in millibus ardet. in ꝓpo-*
ſitio, quã græci ἐν, dicũt varie ponitur in cõſtructione, diuerſaq; ꝓ autorũ more ſignificat, nam accuſati- in.
æneid. 1. *uo iuncta, ſi rei animatæ præponatur, pro, & contra, interdum denotat. pro Verg. benignum accipit in*
eodem, lib. *teucros animum. contra idem. Quid meus æneas in te committere tantum. dñs quoq; dixit ad Eliphaz the*
Iob. 41. *manithen. iratus eſt furor meus in te & in duos amicos tuos. ablatiuo quoq; adiuncta. pro & contra*
pſal. 124 *Sig. pro. Montes (inquit profeta) in circuitu eius & dñs in circuitu populi ſui .i. pro defenſione populi.*
abacuc 3. *contra, vt idem profeta. Nunquid in fluminibus iratus es domine: vel in mari indignatio tua .i. contra*
hebr. prim. *flumina, & contra Mare. aliquando ſignificat, per, multifariam multiſq; modis olim Deus loquens in*
profetis .i. per profetas. nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio .i. per filium. ſicut, & alibi.
epheſ. p. *gratificauit nos in dilecto filio ſuo .i. per dilectum filium. ſic & in compoſitione variæ ſumitur. * olli pro* oli.
æneid. 6. *illi. Chriſto Ieſu. non enim eſt aduerbium quia nullo cum ſequenti datiuo ponitur. ſed ipſius datiui, loco.*
** Innumeri. nec enim facile numerari potuiſſet tanta multitudo. * Vſque .i. valde & perſeueranter.*
vt etiam Verg. nec vidiſſe ſemel ſatis eſt. iuuat vſque morari, nam non eſt præpoſitio cum caſu careat vſque.

Vndiq; collectos, nam magnas ſiue per vrbes
Ferret iter, ſeu deſertis in montibus iret,
Olli ſe innumeri iungebant vſq; parati
Matth. 8. Iuſſa ſequi, vellet quaſcunq; abducere in oras,
Atq; nouos erat hic ſemper fas cernere cœtus.
Pinifero veluti veſuli de vertice primum
It padus exiguo ſulcans ſata pinguia riuo,
Hinc magis atq; magis labendo viribus auctus
Surgit, latifluoq; ſonans ſe gurgite pandit.
Victor, opes amnes varij auxiliaribus vndis
cicero ad apiũ æneid. primo. Hinc addunt, atq; inde, ſuo nec ſe capit alueo

*cui apponatur. ſed aduerbiũ potius intentiui. * Iuſſa ſequi, hi erant apoſtoli, & cæteri diſcipuli * Quaſcũq; in horas fortaſſis illud tangit quod in euang. dicitur de ſcriba dicente: Magiſter ſequar te quocunque ieris. etenim ſicut ille, potuerunt etiam complures alij ad idem ſe ſe offerre. * Hic, pro tunc vel pro illic, aduerbium pro aduerbio. vtroq; modo ſæpe vſurpatur ab autoribus. Cic. hic ego multa ſimul cogitaui. Verg.* hic.

eod. lib. *hic regina grauem gemmis auroq; popoſcit, & alibi. hic illius arma. hic currus fuit. diſtant autem inter ſe* hic. iſtic & illic diſtant.
valla. *hæc aduerbia hic, iſtic, & illic. ſicut & pronomina a quibus deriuantur. primum namq; loquentem reſpi*
Iſidorus li. 6 et himologiarum. *cit, 2. audientẽ, 3. ab vtroq; remotũ. * cætus .i. conuentus & ingens multitudo. a coeũdo dictus. * pinifero* cœtus.
veluti. comparationis huius talis eſt ſenſus. Quemadmodum pado quo longius labitur, eo plura adiũgun-
tur flumina: ſic & dño Ieſu Chriſto quo longius iter ferret. eo copioſior turbarũ multitudo vndiq; fluẽs
Plinius lib. *aggregabatur. Ecbaſis enim .i. excurſus poeticus comparationem hanc Paulo obſcuriorem reddit. padus* ecbaſis.
3. cap. 15. *autẽ Italiæ fluuius qui & Eridanus a græcis, fluuiorũq; rex a Verg. nuncupatur. e gremio veſuli mon* padus fluuius.
tis in finibus ligurum exoritur. modicoq; diſcurſu peracto ſeſe cuniculo condens iterũ in forouibienſium
agro emergit. indeq; ꝓfluens ſuſceptis hinc appẽninis hincq; alpinis amnibus nu. 30. nauigabilibus, quin
Metrodorus. *que hoſtijs fertur in mare Adriaticum. dictuſq; eſt padus non quia plurimum poteſt quæ vulgarium eſt*
ethimologia. ſed quoniam circa fontem nomine viſendum, qui principalis eſt ex tribus in vnum cõfluen-
tibus vnde manare incipit ac labi, plurima ſit arbor picea, pades. gallice vocata, & ab ea padus dicitur.
*Ligurum vero lingua Bodincus dicitur, quaſi imo careat fundo. * Veſuli. eſt vt dixi in ligurum, & ga-* veſulus.
*bienorum finibus mons in altum valde cacumen erectus iuxta alpes. vnde padus exoritur. * ſulcans*
*.i. diuidens. * Sata pinguia, hoc eſt. terras feraces. * Exiguo riuo. a principio videlicet ortus ſui. ſi-*
cut, & cæteri amnes, qui parui ab initio. deinc torrentium aut lacuum ſe ſe exonerantium concurrenti-
*bus aquis augentur. * Labendo. fluendo. Auctus color eſt a contrario. nam quo magis quicquam de-*
fluit, natura minus atq; minus fieri ſolet. veruntamen hic amnis quo longius, a fonte profluit: eo ma-

*gis creſcit pluribus.ſ.auxiliaribus vndis hinc & inde receptis, * latifluo, lata fluenti.nam prope rauennam vij. maria dictus eſt facere, tanta aquarum mole vrgetur.* Gurgite.i.immenſa profunditate.poteſt eſſe tapinoſis. non .n.fluuius, ſed mare ibi appellatur. * Pandit .i. dilatat.* victor, per ſimilitudinem,* æneid. 8.

victor *quia ſuperat omnes obices:nec pontem alicubi capit quo dicuntur amnes vinci. vt Verg. ibat euphrates iam mollior vndis, & pontem indignatus araxes.* Opes.i. maximam aquarum copiam quæ fluuiorũ ſunt opes. * Hinc ex alpibus & inde ex apennino. * Alueo pro aluo ſyneresim facias oportet ſi volueris*

padi hoſtia 5. *verſum ſcandere.* haud vno, quinimo quinq; hoſtijs ingreditur Mare.v3. paduſa, vatreno, de nomine fluuij, quem ibi recipit.hoc autem hoſtium olim dicebatur Eridanum & ſpireticum ab vrbe ſpira. Item* plinius lib. 3.c.15. *caprasia, ſagis, volane quod & Alane vocabatur. * Tum vero, hic redit ad inſtitutum, & mixtim nar-* Matth.x. & *ratur quod in duobus locis habetur in Euang.Matthei, de electione.xij. Apoſtolorum, & de reuelatione* 16.et. & 20 *paſſionis futuræ ſed latius hoc poſtremum:ſenſus ergo hic eſt. Aſſumpſit Ieſus.xij. Diſcipulos ſuos ſecreto quos olim elegerat memorabilium operum ſuorum teſtes, & ait illis. Ecce aſcendimus hieroſolymam. & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, qui condemnabunt eum & tradent gẽtibus a quibus illudetur, flagelabitur, ac demum crucifigetur.tertia vero die reſurget, & hæc erunt vobis patientiæ exemplum. * Se iunxit.ab alijs ſeparauit.& ſeorſum duxit.* Ab omni numero, tam ſequentiũ turbarũ quã*

biſſeni quare apoſtoli *72.diſcipulorum de quibus alibi dicetur. * Biſſenos. 12. nec ab re dixit biſſenos. vt duas oſtenderet* Remigius, *huius numeri perfectiones.dei, vz.dilectionis & proximi.vnde vniuerſa lex pendet atq; ꝓphetæ. porrò*

numeri pfecti & imperfecti. *ſciendum eſt numerorum quoſdam dici pfectos, qui quidem perexigui ſunt.cæteros autem imperfectos.ille* glo. in prohemio vi. lib. decret.

Turbidus, haud vno dum rumpat in æquora cornu.
Tum vero numero ſocios ſeiunxit ab omni
Biſſenos, ſibi quos olim delegit. vt eſſent
Tantorum memores operum, teſteſq; laborum.
Atq; vbi ſecretos nemora in ſecluſa vocauit.
Procera innitens cedro mœſtiſsimus ore.
Eque imo rumpens ſuſpiria pectore fatur.
Ventum ad ſupremum ſocij. data tempora vitæ
Exegi in terris. lux nunc infanda propinquat,
Meq; pij manes expectant. illius ergò.
En vltro infenſam ſolymorum aſcendimus vrbem.

numerus pfectus, eſt, qui (ſicut ſenarius) ex cubis.i.coadunatis partibus ſuis idem reſultat.verbi gratia, ſenarij numeri partes cubæ, ſiue aliquotæ.i. aliquoties ſumptæ ſunt hæ.i.ij.& iij.quæ ſimul iunctæ.iterũ.vi.conficiunt.rurſus ideirco 12.apoſtolos dñs elegit. vt carnali patrum generationi, ſpiritualis quoq; apoſtolorum generatio reſponderet.nam veluti iacob 12.carnales filios genuit. ſic & Chriſtus Ieſus 12.filios ſpiritua-les elegit.in multis autẽ figuris veteri in teſtamẽto ꝓfigurati fuere.p 12.principes filiorũ Iſrael in exitu ægipti p 12.fõtes in helim ꝓſignarũt 12.apoſtolos 12.lapides in rationali Aaron 12.panes ꝓpoſitionis exodi.12. *12.Exploratores miſſi ad terrã ꝓmiſsionis explorãdã deſignati ſunt & ex 12.lapidibus vnde factũ eſt* Ioſue 3. & 4. *altare in ripa iordanis.ac totidem poſitis in eius medio. & ex 12.bobus qui Mare AEneũ ſuſtinebant.* 3. regum 7. *In nouo etiã teſtamento conſecratus hic nu.inuenitur.per.12.ſtellas in corona ſponſæ.per 12.fundamen-* apoc. 12. *ta vrbis nouæ hieruſalem.& 12.portas eius.quæ omnia myſticæ 12.conueniunt apoſtolis.& diligens le-* apoc.21. *ctor ſtudeat indagare.ſi eſca ſpiritali delectatur.* Nemora, in quibus pecudum ſunt paſcua.dicitur enim*

cubi qui dicantur.

12. Apoſtolos. quare dñs elegit.

rabanus ſuper Matth. c.10.

nemus. ſecludo.

*nemus ἀπὸ τοῦ νέμειν.quod eſt paſcere. * Secluſa, nunc ſeorſum clauſa ſignificat.ſic. cicero. his demum* tuſculanorum primo. *quoddam iter ſeeluſum eſſe a concilio deorum.alias ſecludo etiam excludo ſig.Verg. ſoluite corde metum* æneid. p. *teucri ſecludite curas.* Procera, pen.longa.eſt autem cedrus arbor altitudinis immenſæ.qua prope mons libanus veſtitur.hinc canit eccleſia.Quaſi cedrus exaltata ſum in libano. * Ore.i.faciei aſpectu.cordis.n.*

faris l'fare. *mæſtitia pallore vultus oſtenditur.* Fatur.loquitur.faris vel fare fatur prima caret pſona ne ſi diceremus, for, furti nos ipſos cõuitio maculare videremur.nam, φὼρ. greca.fur eſt latine.tametſi priſcianus aſſerat primã huius verbi pſonã dici debere, quam nuſquã memini me legiſſe.hoc verbum, fatur, nõ ſolum actiuam ſed & paſſiuã inuenitur habere ſignificationẽ.hinc dixit ſuetonius.ꝓtorũ faſti dies ſunt qui-*

ipersonalia ãte ſe an caſum recipiant. *bus ius fatur.i.dicitur.* Ventũ ſuple eſt impſonale quippe eſt a venio.uis.& eſt aduertendum, paſſiuæ vocis imperſonalia rariſſime ante ſe caſum habentia inueniri. nec probo rationem dicentium, hoc ideo eſſe. quia proprium ſit imperſonalis nullam ante ſe certam ſignificare perſonam. cum tamen ipſi dicant imperſonalia in, t, deſinentia certos ante ſe caſus exigere.qui procul dubio certam ſignificant perſonam ſicut illud. nec te natorum miſeret. item O genitor nec te miſeret nataq; tuiq; noui regis intereſt ſimulare.mea refert obaudire. tibi placebat rem ad iudicem referre. nos delectat inter arma verſari. Sunt quos ferre iuuat puluerem olympicum. ſed potius puto quia autorum vſus paſſim id non. ad miſeris in*

paſſiue

*paſſiue vocis imperſonalibus, ſicut in actiua, eandemq; puto cauſam eſſe quare magis ab imperſonalibus quæ a neutris acquiſitiuis, & abſolutis ſunt detorta, caſus admittantur a tergo quam a cæteris deriuata. Imperſonalia vero omnia quomodocumq; deſinentia hoc iccirco nomen dixerim eſſe ſortita quia non magis vni perſonæ quam duabus alijs vel etiam ſimul omnibus poſſint adherere. ſicuti neutrum verbum dicimus. non qui actiuam vel paſſiuam non habeant ſignificationem, & vocem, cum pleraq; neutra actiuam, aliqua paſſiuam noſcantur habere. quin, & tranſitiua vtranque. ſed iccirco neutra dicuntur. quia non plenè actiuorum, & paſſiuorum naturam admittant. * Data tempora, non, a fatto vel a, ſtellis, quod impij Priſcilianiſtæ et, Mathematici fingunt, quorũ vanus error a Gregorio, & Auguſtino arguitur & exploditur in homelia & ſerm: de Epiphania Domini. ibi vide. ſed tempora hæc a ſe ipſo Deo cum Patre & Spiritu ſancto ſibi homini data intellige. venit enim quando voluit, & paſſus eſt quando, & quomodo, & in quo voluit ipſemet loco. qui ergo nobis puris hominibus breues vitæ fecit eſſe dies numerumq; menſium voluit apud ſe eſſe, conſtitutis terminis qui non poterunt præteriri. ipſe teſte propheta de ſe dixit. Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. vnde & in Euangelio ſciens inquit Ieſus quia venit hora eius vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem. * Lux infanda. vt pote. nigro ſignanda lapillo. nam, & in tenebras verſa eſt. luci omnium deficienti ſolis luce compatiente, ſe ſeq; abſcondente, & bene infanda, quia ſcelus infandum eo die a iudeis admiſſum eſt. ceterum a nobis fidelibus non ſolum fanda ac memoranda ſed & omni veneratione digniſſima eſt. qua Chriſti morte nobis vita eſt reddita. * Ergo propter illam lucem mortis cauſa, hoc in loco ergo deſinit eſſe coniunctio. nam accentus mutatione conuertitur in cauſale aduerbium, & genitiuum regit. circumflectiturque. ſola .n. hæc particula circumflexum habet in fine. nec quia pro cauſa ponitur. quæ eſt nomen. propterea eſt nomen. nam nec quondã aut olim, quæ ponuntur pro tempore iccirco ſunt nomina. alioquin, & pronomina quæ pro nominibus ponuntur dicenda eſſent nomina. * Aſcendimus. quia veniebant a galilea, ad montana iudea. in quibus vrbs ipſa hieroſolyma ad quam tendebant ſita eſt. * Informis leti. crucis ſ. turpiſſimæ mortis generis, quo ſoli tunc temporis plectebantur latrones. ſicut & modo furcæ ſuſpendio. dicebatur quippe in veteri lege. maledictus omnis qui pendet in ligno. dominus autem noſter Ieſus Chriſtus (vt ait Apoſtolus) factus eſt pro nobis, hoc maledictum: vt nos de maledicto legis redimeret. cum tamen ipſe ſit benedictus & ante ſæcula. * Supplicia, modo tormenta, & accerbiſſimæ pœnæ. olim & ſupplicantium preces ſignificabat. Saluſtius. Non votis neque ſupplicijs muliebribus deorum auxilia parantur ſed bene conſulendo, ac ſtrenue agendo. * Immeritum. quinimo odio habuerunt eum gratis, & alibi dicit ex ore propheta. qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi quoniam ſequebar bonitatem * Non inſcius. vt ſupra dictum eſt. ſciens autem Ieſus omnia quæ ventura erant ſuper eum. iccirco autem prædixit. ne incautos quaſi repentinus ille dies diſcipulos opprimeret. facilius .n. (vt docet Greg.) mala tolerantur quæ præuidentur. * Toties. ſæpe diſcipulos ac turbas dominus de ſua paſſione monitos fecit. vt illum ſponte Crucis mortẽ ſubiſſe cognoſcerent. quod & Andreas Apoſtolus Ægeæ proconſuli hac ratione. probauit. * Vobis. quaſi amicis cariſſimis. hinc ipſe Chriſtus in euang. vos autem inquit dixi amicos. quia omnia quæ audiui a patre meo nota feci vobis. * retexi, diſcooperui, & manifeſtaui. Re, in compoſitione plerumq; contrarium ſimplicis ſig. vt hic, Tego. cooperio. contra retego. Sero. claudo. at contra reſero .i. aperio. ſic & claudo recludo, nonnumquam duplicationem actus denotat. vt relego .i. iterum lego remitto. iterum mitto, ſic intelligitur illud prophetæ. manda, remanda, expecta, reexpecta. * ibo. proprie ad mortem ſpectat. Vnde Verſus. omnia tranſibunt. nos ibimus: ibitis: ibunt. * Veterum ſ. parentum. Ada, & Euæ. ex quorum peccato noſtra omnia originem traxere peccata. vt pote per ſemen in omnes fomite tranſmiſſo. noſtra itaq; & omnium electorum peccata purgauit Chriſtus in ſanguine ſuo, quod & ipſe dominus dixit. hic eſt ſanguis meus qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Ioannes quoque ecce inquit agnus dei, Ecce qui tollit peccata mundi. ſic et apoſtolus. Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorũ exhaurienda*

Illic informis leti mihi dira parantur
Supplicia. immeritum me nunc coniurat in vnum.
Seua ſacerdotum manus, vt non inſcius ipſe.
Prædixi toties, ac vobis cuncta retexi.
Ibo. morte mea veterum ſcelus omne piabo.
His me prime malis oneras pater. ipſe tuliſti
Dulcia poma, mihi ſed nunc tua furta luendum.

Marginal notes: Impeiſonalia quare ſic dicta. — neutra quare ſic dicta. — contra priſcilianiſtas. & mathematicos. — greg. in homelia de epiphania — aug. in ſermona de epiphania — Iob. 14. — Eiaie 38 — Io. 13. — lux infanda & fanda. — Seruitus. — ergo. — mors infamis. — Deut. — galath. 3. — ſaluſtius in catil. — pſal. 34. — pſal. 68 — pſal 37. — Io. 13. — præuiſa mala — mors Chriſti ſponte ſuſcepta — vide in breuiario hyſtoriã eius — Io. 15. — Re. — Iſaia 28. — ibo. — Matth. 26. — Luce. 24. — Io. primo. — hebre. 9.

peccata dicit autem multorum quo ad effectum.non.n. omnes ſaluantur,totius mundi vero tulit, quo
ad ſufficientiam. quia ſufficeret pro omnibus Chriſti ſanguis effuſus. modo cuncti vellent ſaluari. *
pio as — Piabo, expurgabo, ſanguine meo lauabo, & pro illis pœnas luam. hoc eſt.n. piare. ſic Verg.culpam — æneid. 2.
hanc miſerorum morte piabunt. hinc deriuatur piaculum ideſt ſacrificium pro expiatione. Vergilius — æneid. 6.
ea prima piacula ſunto. & Horatius. Teque piacula nulla reſoluent. alias, pio, cum ſit τὸν μιαίνω.
etiam maculare ſignificat ſed cum populus ſe grauiter impiaſſet. hinc venit piaculum pro immani flagi- — Hier. i pro
tio. idem hieronimus. nunquam tantum nephas, & tam grande piaculum factum eſt in iſrael. ſignifi- — logo agga Iudicum.
cat,& colere apud plautū, vbi piem pietatem,: ſi iſto more morata tibi poſtulem placere? hinc forte — 19.
pius, & pietas vnde. — pius, & pietas in Deum deriuantur Significat & amare, Neuius. nemo eſt qui magis ſuos piet libe-
apoſtrophæ. — ros. hinc pietas in patriam parentes liberos, & cognatos deduci poteſt. * Prime pater. apoſtrophe
ideſt ſermonis conuerſio ad primum parentem noſtrum Adam. cuius hic eſt ſenſus. Tu primæ omni-
um pater peccaſti. vetitum pomum manducando. ego vero peccati tui luam pœnas. referrem hichy-
ſtoriam huius tranſgreſſionis. niſi notiſſimam omnibus eſſe ſcirem. * Dulcia poma. & ſi dicat ſcriptura — geneſis 3.
vidit mulier q bonum eſſet lignum ad veſcendum, pulchrum oculis, aſpectuque delectabile. hoc ta-
peccatum falſam prefert voluptatem. — men eſt perpetuum in omni peccato, vt dulcem quandam voluptatem præ ſe ferat. ſed falſam, breuem
atque tranſitoriam quam mox vera ſequitur doloris amaritudo apta perpetuo durare. niſi per pœniten-
tiæ ſacramentum in temporalem fuerit commutata. vel ex magno Dei gratiæ dono mox ſublata, vt in — Lucæ 7.
furtum. — peccatrice cui dixit, vade in pace remittuntur tibi peccata tua. * Furta, ne miremini vetiti pomi — Inſtituta de
guſtum dici furtum. nam, & iuxta legum cenſuram. non ſolum alienæ rei clandeſtina ſubtractio. ſed — furtis.
& quelibet etiam commodatæ rei contrectatio ad alium vſum vel pluſquam fuerat commodata furtum
dicitur. eſt etiam quod altius inſpiciamus. non enim ſolummodo pomum furati ſunt primi parentes, — greg. i ho. dominicæ quadr.

Cum tamen expulerit tenebras lux tertia rebus,
Aereas cœde abluta reuocabor in auras.
Vos etiam quos non pertæſum deniq; noſtri,
Funera acerba manent. audete, & lucis amori.
Iſtius æternum vitæ immortalis honorem.
Mecum omnes præferte. domus non hæc data,non hæ
Sunt vobis propriæ ſedes, vos ætheris alti
Lucida templa vocant, ſtellis florentia regna.

ſed & diuinitatem rapere volu-
erunt, dum crederent ſe ſe ſicut
deos futuros. neminique dein-
ceps iri ſubiectos. etenim auari-
tia teſte Gregorio non ſolius eſt
pecuniæ, ſed etiam altitudinis.
cum ſupra modum ſublimitas am
bitur. * Luendum ideſt per-
ſoluendum. * Lux tertia. hoc
eſt breuiter. tertia die reſurgam
nam eſt hic periphraſis figura. *
cœde abluta. poetice loquitur.
vt Maro. donec me flumine viuo abluero. alioquin non cæſi ſed cedentes. ablutione criminis indigent — ibidem 2.
auræ multiplices. — * Auras, aereas, & hæ dicuntur mortales: vt ſupra. dicuntur, & in ſernæ vt infra. lib. 6. ſunt
& auræ ætherea, ſuperæthereæ, atq; olympiacæ: quæ pro ſpiritusſancti ſæpe ponuntur aſlatu. de qui-
Lipeote. — bus etiam in 6. Aura potens cœli numen ſuperumque voluptas, * Vos etiam. diſcipuli. * perteſum.
p teſus, ſa ſum. — liptote eſt. minus enim dicitur & plus ſignificatur ideſt qui libenti animo, & toto corde, me ſecuti
eſtis. perteſus. ſa, ſum. participium eſt. a, pertedeo, dui. de quo A. Gel. Iamque omnes (ait) — Aulus gellius noct a tic. li ter uius xii 4.
finem cuperent, verbiſque eius defatigati perteduiſſent, licet ſeruius dixerit eſſe participium ſine ver-
bi origine. iungitur genitiuo, vt hic. & Vergilius ſi non perteſum thalami thedæq; fuiſſet. Item ac-
cuſatiuo. ſuetonius. Et quaſi pertæſus ignauiam ſuam. Ambroſius. Turtur inquit viduata pertæſa — æneid. 4.
thalamos. non tamen improbarem ſiquis hoc in loco aſſereret. imperſonale eſſe ac poni pro præterito — Suet. in vl ta ceſ amb.
apoſtoli martyrio perierunt. — huius imperſonalis verbi Tedet.debat. * Funera acerba ideſt mors crudelis. nam omnes præter Ioan- — exam lib. 5
nem Martyrio finierunt vitam. quia vt dicit dominus. non eſt ſeruus maior domino ſuo. ſi me inquit — c. 19. Io. 13.
perſecuti ſunt, & vos perſequentur. & alibi. calicem quidem meum bibetis. Petro quoque dixit. — Math. 20.
Tu me ſequere. item ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum, ac rurſus. In concilijs (inquit) — Io. 21.
& in Synagogis tradent vos. Ante reges & præſides ducemini propter me in teſtimonium illis & gen- — Matth. 10.
tibus. ac denique Qui vult (ait) venire poſt me abneget ſemetipſum,& ſequatur me tollendo crucem — Math. 16. & Marci 8
ſuam. * Et lucis amori. ordo eſt vos omnes mecum preferte ideſt præponite hon, vi, in, am, lu. iſtius
.ſ. temporalis. tangitur autem hic ſubobſcure quod in euangelio dicitur. Qui voluerit animam ſuam — Matth. 16.
ſaluam facere. perdet eam. qui autem perdiderit animam ſuam propter me inueniet eam. quid enim
prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur. animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? ait quam

commuta-

commutationem dabit homo pro anima ſua? filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum an-
Hebre. 13. gelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum opera ſua. * Non hec domus. & hic tangitur illud
aneid. 3. Apoſtoli. non habemus hic ciuitatem manentem. ſed futuram inquirimus. * Non hæ propriæ ſedes.
vtitur a contrario illa Vergilij ſententia. qua penates hortabantur æneam proficiſci in italiam. dice-
bant enim illi. hæ nobis propriæ ſedes &c. * Æteris alti. ad differentiam huius ætheris qui elemen- æther.
tum ignis vocatur? paradiſum quippe intelligit, vbi ſunt beatorum ſedes, de quibus in Euangelio cum Beatorũ ſedes.
Matth. 19. ſederit filius hominis ſedebitis, & vos ſuper 12. ſedes. & rurſus, in domo inquit patris mei manſiones
Io. 14 multæ ſunt. non .n. Chriſtianus vates intelligit hic illas fælices fortunatorum inſulas, quas cicero, &
Cic. de ſomno ſcipionis. alij gentiles ſomniauerunt eſſe circa globum lunarem. * Lucida templa, quæ nequaquam indigent ſole
& Luna, lucerna enim illius ciuitatis dei ipſe eſt agnus. qui eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus deus noſter. ſed
apoc. 21. & ibi iuſti fulgebunt ſicut ſol in conſpectu dei. * Stellis, flo, re, non his, quas in firmamento videmus.
Matth. 13. ſed de quibus Daniel ſcripſit. Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſti-
Dan. 12 tiam erudiunt plurimos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. de iſtis ſtellis, & Paulus ait. alia eſt
prima co- claritas ſolis ideſt Chriſti. alia lunæ .i. virginis mariæ. alia ſtellarum ideſt ſanctorum. ſtella etiam
rinth. 15. differt a ſtella in claritate propter merita ſanctorum diuerſa. * Pax vbi ſecu, ſine vllo bellorum vel ho-

apoc. 14. Pax vbi ſecura, ac requies optata laborum.
Hic domus, hic patria. huc omnes contendite læti.
Anguſtum per iter. veſtras hic figite ſedes.
Dixerat. At ſocij defixi lumina mœſtis
Herebant animis, ac triſtia multa putabant.
Tum ſenior petrus haud linguæ, vociue pepercit
Et tali diuum affatus ſermone precatur.
aneid. p. Nate deo, quæ tanta deum te deniq; cœli
Vis agit? vt libeat letum crudele paciſci,
Pro quoquam, aut certis vltro te offerre periculis?
Quin age te incolumi potius (potes omnia quando,
Nec tibi nequicquam pater eſt, qui ſidera torquet).

ſtium metu. vnde & canit Eccleſia requieſcant in pace. * Requies laborum. ſic & in apoc. ammodo iam dicit ſpiritus, vt requieſcant a laboribus ſuis. opera enim illorum ſequuntur illos. * Hic. pro illic domus & illic patria. omnes .n. peregrinamur in hac valle miſeriæ. * Anguſtum per iter. his verbis quibus etiam Æneas vſus eſt ad corroborandos ſociorum animos, videtur ſignificari Vergiliũ per Æneam intellexiſſe, virum prudentem. per longam nauigationem, errores pericula ac tempe-

æneę nauigatio in Italiam myſtice quid ſig.

ſtates peregrinationis noſtræ per mare huius ſeculi diuerſas prudentum mondanorum opiniones: quæ
diuinæ ſapientiæ comparatæ erroneæ ſunt multaque diſcrimina vitæ præſentis quæ patitur vnusquiſque.
per italiam vero cæleſtem patriam. vnde quidam verſus illos ſic mutauit. per varios caſus per tot di-
æneid. p. ſcrimina rerum tendimus in cælum: ſedes vbi fata quietas oſtendunt. illic fas regna reſurgere Chriſti.
verg. littera pytagoræ &c. Rurſus Anguſtum per iter, non ſolum alludit ad litteram pytthagoræ de qua Verg. via virtutis dex- pytagore litera
trum petit ardua callem: Difficileſq; aditus primum ſpectãtibus offert. ſed requiem prebet ſeſſis in ver
Matth. 7. tice ſummo. verũ & reſpicit ad illud euangelicum præceptum. Intrate per Anguſtam portam: quia lata via arcta & porta anguſta.
porta & ſpacioſa via, eſt quæ ducit ad perditionem & multi ſunt qui intrant per eam. Quam anguſta
porta, & arcta via eſt. quæ ducit ad vitam. & pauci ſunt qui ingrediunt̃ p eam. * Defixi lumina. i. ocu- ſynedochæ, & græca fig. differunt.
los in terram defixos habentes. non eſt. ſynecdochæ vt Nuda genu ſed græca figura. quæ fit cum par-
ticipio præteriti temporis iungitur accuſatiuus. illa vero cum partis proprietas toti attribuitur. per
adiectiuum nomen. vt æthiops albus dentes. * Triſtia multa. vt quid de ſeipſis futurum eſſet amiſſo
Math. 15. magiſtro? * Senior petrus quãti fuerit ardoris amoriſq; præcipui petrus in magiſtrũ vel hic locus oſten
dit. nam cum audiſſet eum de proxima morte ſua diſſerentẽ, aſſumpſit eum & cepit increpare dicẽs, abſit
a te dñe non erit tibi hoc. dicebatur autem ſenior. quia in veritate inter cæteros prouectioris erat ætatis ſenior quare Petrus.
maturiorq; moribus, viridis tñ ſenecta. * haud linguæ vociue pepercit. ornatiſſimus eſt loquendi modus.
hoc eſt nequaquã ſe ſe potuit continere quin magiſtrum & dñm incuſaret. verebatur quippe ne p mortẽ
ipſius confeſſio ſua Paulo ante commendata euacuaretur. qua dixerat tu es Chriſtus filius Dei viui. hic
etiam nos erudimur. ne quis a dño cõmendatus ſe ipſum extollat quaſi deinceps nõ poſſit agere digna re- commendatus ne extollatur.
phenſione. * Diuũ. d. n. i. Chr. diſfert diuus, a deo hic. n. natura ille p virtutẽ diuinos meruit honores. vnde diuus a deo differt.
Imperatores Rom. nõ dij. ſed diui ſũt appellati. ſicut Diuus Iulius & diuus Aug. nec obſtat. ꝙ d. n. i. Chr.
apoc. 5. naturæ vere ſit deus ac dei filius vt ſupra oſtenſum eſt. nam quo ad humanitatem nomen hoc meruit.

ſicut

ſicut in apoc. dicitur. dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem, ſapientiam, & fortitudinem, honorem, & gloriam, & benedictionem: & omnem creaturam quæ in cælo eſt * Deo, ſupradicta reuelatio facta petro adeo cordi eius inhæſerat, vt oblitus humanitatem eius, non ſolum indecens eſſe: ſed quodammodo impoſſibile exiſtimabat per mortem vim ei fieri. poſſe. * Quæ tanta vis cæli. Si de ſtellarum vi, aut fati potentia eo modo quo gentiles intelligebat Petrus. parum prudenter loquebatur. nec mirum, rudes enim adhuc erant apoſtoli vulgaribuſque aſueti opinionibus, nos autem dicamus hanc vim cæleſtem charitatem eſſe. Sic enim Deus dilexit mundum: vt Io.4.10.
filium ſuum vnigenitum, daret. * Paciſci. pactum facere vel promittere. * Pro quoquam ideſt pro aliquo cuiuſcumque meriti, ſit ille, * Certis periclis, dicuntur certa pericula vnde humana vis nullus cernatur exitus. quæ res potius temeritatis videturquam fortitudinis. * Quin age non ſufficiebat Petro oſtendere indecens ſibi videri deum filium dei pro ſalute alicuius mori; niſi & indicaret faciliorem viam redemptionis humanæ. quam ſimplex, & rudis piſcator magiſtrum omnium, & ſummam Dei ſapientiam volebat inſtruere de modo tenendo, iure merito in illum dici potuiſſet vulgatum illud

ſus mineruam docet.

prouerbium. Sus mineruam docet. * Potes omnia, arguit a facili, quid enim non poſſit omnipotentis patris, & filius omnipotens? potuiſſet quidem ſolo imperio genus humanum redimere, vt etiam ſupra memoratum eſt. Sed quocumque alio modo redemiſſet. tam immenſum amorem erga creaturam humanam minime oſtendiſſet. nam vt ipſe ait. maiorem dilectionem nemo habet. quam vt animam

ſupra fo 2. in verbo conſilia.

Io.15.

torquet.

ſuam ponat quis pro amicis ſuis. * Torquet. ſuſtinet, ac regit, is penes quem rerum eſt omnium poteſtas, & qui veluti prima cauſa mouet omnia, cum ipſe a nullo moueatur. Vnde Seuerinus. ſtabiliſq; manens das cuncta moueri. * perficias, ad effectum deducas. ordo eſt. Quin age te potius incol, perf. quod, re, agen, cætera per parentheſim ſunt dicta. * Inſtat .i. vrget ac imminet. * Adeo intantum,

Perficias quodcunq; tibi nunc inſtat agendum.
Non adeo exoſus lucem, ingratusq; ſalutis.
Hos animos, hanc confeſtim precor exue mentem.
Ipſe tui miſerere, tuum miſerere, nec vltro.
Proijce nos, qui te, tendis quocunq; ſequemur.
Sic ille, increpuit dictis quem talibus heros.

Exoſus, ſa, ſum. odi oſum. oſus

* Exoſus lucem .i. vitam ab ex, & oſus. participio huius verbi. odi, oſum, componitur exoſus ſicut etiam peroſus. quamuis aliqui dicãt eſſe participia ſine verbi origine, quia tamen inueniuntur, oſus, & oſor, verbale. quæ ſine ſupino eſſe non poſſunt, clare apparet vnde formentur, nec mirum ſi habeant actiuam ſignificationem, nam & alia huiuſmodi inueniuntur, vt prandeo prandi pranſus ſum cœno cænaui cænatus ſum. ſic, & odi, oſus ſum. nec mihi ſedet animo ſeruij grammatici ſententia dum exponit lucem, pro lucis, exiſtimauit enim eſſe nomen oſus ſuper illo verſu. Iuppiter omnipotens ſi nondum exoſus ad vnum troianos. cum tamen vbiq; iungatur accuſatiuo. quod non eſt nominis niſi per ſynedochen. Columella: Immundam (ait) ſegniciẽ peroſa eſt Quintilianus quoq;, qui modo legittimam diſciplinam non ſint peroſi. Feſtus etiam ſcribit. antiquos declinaſſe oſus, ſa, ſum. ab odio, odis. ſicut .C. grachus. mirum inquit ſi ſemper eos oſi ſunt, & Plautus. inimicos ſemper oſa ſum. idem ponit verbale. dum ait. madidum incontinentem ſemper oſorem vxoris ſuæ. * mentem. i. ſententiam mortis obeundæ. * tuum. pro tuorum. ſyncopa nimis dura. & inuſitata nec imitanda. * Proijce nos. quaſi res viles. * Quocumque ſiue ad mortem, ſiue ad vitam. * Sic ille ſubaudi dixit. * Increpuit redarguit. nam quos dilligit Deus. hos, & corripit. * Heros, Chriſtus ſiue [illegible] .i. a virtutis amore. ſiue dicatur [illegible] .i. heros vir diuinus. vt aiebat Michalus, & Himologicus. ſiue vt refert Aug. heros ab hera .i. Iunone. fabulantur enim greci heroas in aere qui, & iunoni aſcribitur cũ demonibus habitare. & alibi, inter gyrum (inquit) lunæ nymborũq; & ventorum cacumina, aereas eſſe animas dicunt, & vocari heroas, Lares, ac genios. vt cumque ſit apud poetas, magnanimum fortemque virum, & quaſi ſupra hominem heros ſignificat quæ omnia Chriſto homini vtique conueniunt, * O numquã ſapiens. Chriſti reſponſio fuit, hæc, vade poſt me Sathanas quia ſcandalum es mihi. non enim ſapis ea quæ dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum. * Mortalia. preſentem vitam, quæ & ſi Paulo plus differatur, morte tamen omnino rapienda eſt. * Nube ideſt caligine & obſcuritate ignorantiæ. quæ omnium errorum mater eſt, atq; malorum. * Preſſum oculos ideſt te habentem oculos terrena cogitatione oppreſſos. * Cæleſtium, multo potiorũ. * Inanem. i. vacuũ ordo eſt. O Petre nunquam ſapiens non te pudet preſ, oc, nu, & in, cæl, ſem, vol, m. * Nec potis. i. potens. potis eſt nomen indeclinabile. vnde potior atq; potiſſimus. & compoſita, compos, potis, impos, potis. dicunt tamẽ aliqui, nõ potis ſed pos; potis inſimplici debere dici. vnde cõpos & impos ſimiliter inde cõponi.

oſus & oſor.

Significationẽ actiuam habẽt

ſeruius lib. æneid. 6. æneid 5

accuſatiuo iunguntur.

columella li. 10. Quintil. li. primo. Feſtus grãmaticus. c. grach. 9 lege minutie. Plautus in amph.

tuũ pro tuorũ, heros.

prouerb. 3. Aug. lib. 10 de ciui. dei & in lib. 7.

Match. 16.

Ignorantia mater errorum.

potis & deriuata & cõpoſita.

Seruius æneid 3.

poſſum

Non pudet o numquam ſapiens mortalia ſemper.
Voluere nube oculos preſſum, cœleſtium inanem.
Nec potis es vanis vnquam. deſueſcere curis?
Hec ne tibi conſulta mei ſuaſere labores?
Non hoc conſilijs, non hoc autoribus iſtis
Tempus eget, genitor iuſſis haud mollibus vrget.
At vos o, rebus ſpretis mortalibus omnes.
Ferte viri, & duros animo tolerate labores,
Oblitiq. hominem cœlo altas tollite mentes.
Et cum mortales linguas in iurgia ſoluent.
Vos contra, falſis onerantes nomina veſtra,

poſſum ex pos, & ſum, inde & poſſideo ex poſ. & ſedeo. verum quia Perſius dixit. Qui pote vis dicã, & ꝓpertius. qui pote quiſq; in ea conterit arte diem. exiſtimarũt aliqui debere declinari. hic, et hæc potis & hoc pote ꝙ ſi eſſet diceremus etiam hic & hæc cõpotis & hoc cõpote impotis. & impote, quod nuſquam legitur. dicet forſan aliquis hic geminũ pro nominatiuo deficiente poſitũ eſſe. &
*ibi pote pro potis, ex metri neceſſitate. * Vanis curis quæ ſunt rerum ſolicitudines humanarum, vitæque* curæ hominum vanæ.
ſeruius æneid 3. *præſentis tranſitoriæ, atq; fugacis. vnde bene dicebat propheta dominus nouit cogitationes hominũ quo-*
niam vanæ ſunt, & Salomon. vanitas vanitatum, & omnia vanitas. ibiq; enumerat multas hominum
pſal. xciij. *vanas ſolicitudines, & tandem omnia vana eſſe concludit quæ ſub hoc ſole geruntur. * hæc conſulta de*
eccleſiaſtis p. vſque ad vltimum. *morte fugienda, & vita præſenti amplectenda? quaſi dicat, non certe. cum ſemper hortatus fuerit diſci-*
pulos verbo pariter, & exemplo, ad huius mundi vitæq; contemptum. vel illo maxime de quo ſupra.
*Qui vult venire poſt me. abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. * Suaſere. nam* Chriſti actio laborandum.
*Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. * Mei labores. notate, o, delicati, Chriſtum laboraſſe. non vt vos in deli* eſſe Chriſti exemplo.
tijs marceſcatis, ſed vt ſecum vos etiam laboretis. ieiunaſſe vt & vos ieiunetis. fleuiſſe vt etiam vos lu-
geatis. ſicut enim auis naſcitur ad volatum ſic homo ad laborem vnde & apoſtolus dicit ſe plus omnibus
p. cor. 15. *laboraſſe. & ad omnia (inquit) quæ mihi fuerunt neceſſaria, laborauerunt manus iſtæ. & alibi. qui*
ad epheſios 4. *furabatur (ait) iam non furetur magis autem laboret manibus ſuis. vt habeat vnde viuat, & neceſſi-*
2. the. 3. *tatem patientibus porrigat, & demum ait. qui non laborat non manducet. attendant hæc heretici. qui*
ſub ſpecie vitæ apoſtolicæ, quando omnia erant communia. quottidie ocioſi diſputant de fide, de ſacramen
tis. quaſi nouellæ ſint plantationes in eccleſia Dei. moxq; arreptis armis, proximorum bona dirripiunt.
templa prophanant. eedibus omnia fœdant iugulant animas pro quibus Chriſtus laborauit vſq; ad mor
*tem. iam tandem admoniti conquieſcant. & cum Chriſto apoſtoliſq; laborent. * hoc tempus. paſſioni pro* tẽpus eſt omnium rerum.
ximum omnia quippe ſuum tempus habent. eſt enim (vt ait ſapiens) tempus naſcendi & moriendi. ri-
eccleſiaſtis 3. *dendi & flendi. * conſilijs iſtis. i. talibus qualia mihi ſuggeris. * Vrget, impellit. nam niſi granum fru-*
Io. 12. *menti cadens in terram mortuum fuerit ipſum ſolum manet. ſi autem mortuum fuerit, multum fructum*
Aug. ibi. *affert ipſe quippe. erat granum frumenti in iudeorum infidelitate mortificandum, & in fide popu-* granũ frumenti Chriſtus.
Lucæ 34. *lorum multiplicandum. * Rebus ſpretis mortalibus. iuxta illud. qui non renunciauerit omnibus quæ*
Matth. 19 *poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus. & alibi ſi vis perfectus eſſe vade & vende omnia quæ habes*
*& da pauperibus. & habebis theſaurum in cœlo & veni ſequere me. * Ferte omnes. ſ. caſus. elli-* elipſis figura.
*pſis eſt figura. hoc eſt defectus dictionis ad ſenſus perfectionem. * Duros labores. orandi, vigilan-*
*di, prædicandi, amicis, & inimicis conſulendi. * Obliti hominem. ſ. exteriorem, per quem omnes*
ſapientie 9 *corporis illecebræ intelliguntur. corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam. ideoque modica illius* corpus corrumpitur &c.
cura eſt habenda. modo viuat ſufficit, & animo deſeruiat. hinc, & apoſtolus. carnis curam (in-
rom. 33. *quit) ne feceritis in deſiderijs. quia (vt dicebat Alexander Papa Tertius) vergente deorſum con-*
de renſicia ea cap. p. vlate xiix. *ditione corporea, feruor ſpiritus ad ſublimiora conſcendit. porrò attendant pueri. quod verba ad* obliuionis & memoriæ verba.
obliuionem ſpectantia ſicut ea quæ ad memoriã non minus apte iunguntur accuſatiuo quam genitiuo
exemplum vtriuſque. Si mater obliuiſci poteſt infantem: & ſi illa oblita fuerit ego tamen non obliuiſ-
greg. in ho de martiribus. *car tui. * Cœlo, pro ad cœlum. * tollite. pro extollite: per cœleſtium contemplationem. nam vt ait Greg. ſi*
conſideremus ea quę promittuntur in cœlis, vileſcunt animo omnia quæ habentur in terris. terrena nãq;
ſubſtantia ſupernæ fœlicitati comparata, pondus eſt, & non ſubſidium. temporaliſq; vita æterna vitæ
*comparata, mors eſt potius dicenda quam vita. * Mortales. ſ. homines qui hæc mortalia tantummodo* mortalia cõtemnenda pro celeſtibus.
curant, & ad immortalia non potius reſpiciunt bona, nec immortales metuunt pœnas. quales ſunt epi-
curi greges. qui mortalem putant animam eſſe veluti corpus. quaſi nihil inter hominem interſit ac be- epicuri greges
*ſtias. * In iurgia ideſt opprobria, & contumelias. hic ponitur octaua beatitudo quæ præcedenti-*
Math. 5. *um omnium eſt concluſio. Beati (inquit dominus) eſtis cum maledixerint vobis homines, &*
perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me.

Criminibus, gaudete, ac firmo pectore ferte, cirylłus.
Indignamq; ignominiam contemnite læti.
Hinc fortunatos vos dicite, præmia quando
Certa manent, oriturq; ingens hinc gloria veſtra,
Hæc fatus, montes aditum fert triſtis in altos.
Incedunt vná ſocij cum rege parati.
Cuncta pati, & iuuenis ſortem indignantur iniquam
Et iam palmoſæ ſubit Hierichuntis ad vrbem.

anaſtrophe. *gaudete & exultate quia merces veſtra copioſa eſt in cælis.* Vos contra, anaſtrophe eſt figura, quando præpoſitio poſtponitur. quale eſt illud. ſurgit mare littora cōtra * falſis criminibus. bene dicit falſis. nam vt is in quem crimina iactantur ſit beatus, duo debēt conuenire, vt et mendaciter eum calumnientur, & propter deum. alioquin ſi vnum defuerit, nō erit merces in cælis. ſic & paulus exhortatur nos dicens. vt ſeductores ſ. reputati, ſed veraces, ſuplesſimus &c. * Gaudete, quod & fecerunt apoſtoli, ſicut ſcriptum eſt.* 2.cor.6.
quia. ibant apoſtoli gaudentes a cōſpectu concilij, quoniā digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam act.5.
pati. contemnite ſubaudi, vbi non poteſtis abſq; ſcandalo compeſcere vel periculo. nam aliquando vt*
detractores cō peſcendi. *docet Greg. detractores compeſcere debemus. ne dum de nobis mala diſſeminant, eorum qui ad bona nos* greg. ſuper ezech.
audire poterant, corda Innocentium corrumpant, & propterea auditum noſtrum refugiant. Fortunatos .i. beatos in ſpe mercedis æternæ. nam talibus quomodo poteſt dici præſens fortuna fauere? quos*
quando. *ignominioſos facit vbiq; videri.* Quando, pro ſiquidem. coniunctio cauſalis eſt, non temporale aduerbium.* Præmia, quæ (vt ait apoſtolus) oculus non vidit, auris non audiuit: nec in cor hominis aſcen* Eſaiæ 63.
dit: quæ præparauit deus his qui diligunt illum. Fert aditum .i. greſſum tendit.* Altos montes. hieroſolymæ vicinos. qui & in Euangelijs montana Iudeæ dicuntur,* p.cor.2.
vna. ** Vnà .i. ſimul cum illo. aduerbium eſt congregandi. & graui accentu, ab eo quod eſt nomen diſtinguitur.*
ſocij. ** Socij bene dicuntur ſocij cum ad*
ſpiritus quidē promptus. *labores Paulo ſupra fuerint inuitati.* Cuncta pati. ſpiritus quidem promptus eſt caro autem infirma nam & ipſo paſſionis tempore (ſicut legimus in euang.) relicto magiſtro fugerunt omnes.* Sortem indig. iniq; poſuerat .n. deus in eo noſtrum omnium iniquitates. Indignantur autem .i. ægræ ferunt, indignor ſicut, & dignor quando ſignificationem habet actiuam requirit accuſatiuum. vt hic. & Verg. &* Matth 26. 2. æneid.
Indignorum *caſum inſontis mecum indignabar amici. Et Iob quorum patres (ait) non dignabar ponere cum canibus* Iob. 30.
gregis mei .i. dignos minime exiſtimabam. quando autem habet paſſiuam, petit ablatiuum. iuxta illud. coniugio anchiſa veneris dignate ſuperbo .i. dignus habite iunguntur, & datiuo, vt in euang. mihi indignamini qui totum hominem ſaluum feci ponunt & abſolute. ſicut in geneſi. Abraam Ne queſo inquit indigneris dn̄e ſi loquar adhuc adiungitur etiam ablatiuo præcedente ſuper. vt in Eſaia nunquid ſuper his non indignabitur? & accuſatiuo cum præpoſitionibus cōtra, et ad, vt in libro regum, indignatus eſt dn̄s contra ozam, & in libro Iudith. Indignatus Nabuchodonoſor ad omnem terram. Palmoſæ .i. palmetis conſitæ, ac fontibus irriguæ. eſt autem vna ex. 10. toparchijs iudeæ, quas Plinius enumerat.* Hieri-* æneid. 3. geneſis 18. Eſaiæ. 57. 2. regum 6. Iudith. c. 2. Plinius li 5 cap. 14.
Hierichus cunctis. *cuntis. quia genitiuus in vntis a nominatiuo circumflexo venit ideo declinabimus. ἱεριχοῦς. χοῦντος.*
hiericho. *ſicut ἀμαθοῦς. ἀμαθοῦντος. ſic & peſſimus peſſimuntis Trapezus, Zuntis & ſimilia. hiericho, vero indeclinabile eſt tam apud grecos quam latinos. a hiericunthe, fit hiericuntinus. na, num, de quo in Hieremia, comprehenderunt (inquit) ſedechiam in campo ſolitudinis hierichūtinæ. porrò hæc urbs hiericho* Hieremiæ 39.
tempore ingreſſus Iſraelitici populi in terrā promiſſionis ad ſonitum tubarum, & acclamantis Populi vocem corruētibus muris ſub duce Ioſue expugnata eſt & deleta. quamuis diceretur muralibus adeo ſepta parietibus, vt ferro non eſſet peruia. neq; ariete penetrabilis. poſt ruinam fuit ſub anathemate prohibitum, nequis reedificaret eam alioquin in morte primogeniti poneret conditor eius fundamenta, & in nouiſſimo liberorū portas eius. quæ maledictio venit ſuper Aihel ex Bethel tēporibus achab regis iſrael. nam cum cepiſſet rædificare hiericho Abiran primogenitus eius defunctus eſt, ſubindeq; ædificatione procedente, cæteri moriebantur eius liberi, donec in nouiſſimo ſegub, vrbis renouatæ portas poſuit, & hæc eſt vrbs de qua loquitur autor noſter. Ioſue c. 6. Ambr. in hom. domini. 13. poſt pēthecoſt. 3. Regū 16

Zachei excipitur tecto, menſiſq; paratis.
Cui quondam componere opes per faſq;, nefaſq; Luce 19.
Immenſas amor acer erat; ſed luce recepta
Hoſpitis aduentu cœpit male parta luendo
Reddere, cuiq; ſuum, partiri cætera egenis,
Tot facti, infectiq; auri congeſta talenta.
Hic ſubito non læta ferens grauis impulit aures.

Zacheus conuertitur. ** Zachei exc. tec. nā vt ait Lucas. cū perambularet Ieſus Hiericho, Zacheus princeps publicanorum & diues cupiebat eū videre: ſed quia ſtatura puſillus erat, impediebaturq; a prætereunte turba, aſcendit in arborem ſicomorum*

ſicomorum iuxta quam erat tranſiturus. ſuſpiciensq; Ieſus ad illum dixit. Zachee feſtinans deſcende
quia hodie in domo tua oportet me manere. deſcendit igitur, & excepit eum gaudens. in medio autem
conuiuij Zacheus ad dominum cõuerſus ſtetit, & ait domine Ecce dimidium bonorum meorum do paupe
ribus, & ſi aliquem defraudaui reddo quadruplum.* componere, coaceruare. * Perfaſq; nefaſque.i. per faſque nefaſque publicani.
licito ac illicito quæſtu cuius nimis auidi ſunt pubicani, nam ſi nihil amplius quam quod eis conſtitutũ
Lucæ 3. eſt exigerent (vt Ioannes. Baptiſta monuit) non reprehenderetur eorum quæſtus, at quia mectas vt
plurimum fraudibus tranſigunt exquiſitis, ideo dixit perfaſq; nefaſq;.* Amor acer, dira inſaciabilis
auaritiæ cupido.* Luce recepta. interiori ſcilicet & quæ illuminat omnem hominem venientẽ in hunc
a. primo. mundum.* Hoſpitis Chriſti, cuius hoſpitij merces eſt vberrima. quique clamat dicens. Ego ſto ad ho-
Apocal. 3. ſtium ac pulſo. Si quis aperuerit mihi, intrabo & cenabo cum illo.* Luendo, ſoluendo quadruplum,
vt ſupra dictum eſt.* Cuique ſuum. prolepſis eſt implicita deeſt .n. huic ſuum, illi, & illi. * Cætera,
quæ deducto ære alieno remanſerant. nec .n. domino placet elemoſina de rapinis, non magis ac ſi mactaret
eccleſiaſt. xxxiiij. quis filium ante patris ora.* Egenis. talibus quippe faciendæ ſunt elemoſinæ, etenim abundantibus da Elemoſina quibus danda.
re nihil aliud eſt quam perdere. ſed neque valentibus & uolentibus laborare ſunt dandæ quia, vt ait
Auguſtinus, ſecurius eſurienti cibus tollitur quam porrigitur ei a quo iuſtitia negligitur, & aduerte,
Beda ſuper luc. c. xix. quia hic oſtenditur eſſe poſſibile, vt camellus per foramen acus tranſeat depoſita qua premebatur ſar- camellus per foramen acus.
cina. hoc eſt, diues relicto diuitiarum amore poſt habitis fraudibus a domino benedictionem ſuſceptio-
nis accepit.* facti in, factum dicitur aurum vel argentum quod in pecunia conſiſtit, quia excuſum ſit, factũ infectũq; aurum.
& quod in vaſa conflatum eſt aut, deductum, quod vero in rudem maſſam vel laminas tractum eſt vt
commodius ſeruaretur, dicitur infectum.* talenta, ſecundum varias gentes. varij ponderis eſt talen- Talentum.
Lyra exodi c. 25. tum iudaicum .n. de quo hic puto intelligi debere, apud hebreos dicitur eſſe .c. librarum tametſi rabbi Hebreorum.
Plautus in muſt. liuius Salomon voluerit eſſe c. 20. Romanum vero ſecundum Plautum eſt 70. lib. ſecundum liuium. 83. & Talentum. Romanum.
lib. 33. vnc. 4. at iuxta priſcianum continet ſex milia denariorum romanorum. Plinius vero aliter, varijque hic.
autores varia dixere.* Hic pro tunc melius puto capi, quam vt ſit aduerbiũ loci. non enim erat hie-
ricunthe dñs quando Lazari infirmi nuncium a ſororibus accepit, ſed trãs iordanem vbi fuerat Ioannes
Baptizans primum, Hierico vero eſt citra Iordanem Hieroſolimã verſus. vt patet in lib. Ioſue, & Hie-
Io. 10. & 11 Ioſue 6. & hieremie 39. remię locis ſupra citatis.* Non læta de infirmitate amici prius. deinde de morte eius.* Grauis nun- nuncius.
cius, & pro eo qui nunciat, & pro eo quod nunciatur capi ſolet.* Impulit .i. percuſſit.* Momordit, Rumor fama differunt.
pupugit dolorem intulit.* Rumore, modo ſama, nam & ex certo nuncio, & certa mors nunciata eſt;
alias intereſt. nam rumoris incertus eſt autor: famæ vero certus.* Lazarus haud procul, hyſtoria nar- Lazarus ſuſcitatur.
Io. 11. ratur hic ſuſcitationis Lazari. propter quam domini mortẽ maturauere iudei. ſed quia & longa eſt,
& a nemine ignoratur qui miſſam pro defunctis aliquando audierit, iccirco illam prætermitto.* Betha Bethanę.
nes. Bethania hæc dicitur in euangelio iuxta hieroſolymam quaſi ſtadijs. 15 .i. fere duobus mil. paſ. in- Bethania.
Ioſue 12. flexit poeta, hæc Bethana huius Bethanes.* Regna, iuſta morem antiquum. quo vel vnius vrbis regnum & rex more antiquo.
Princeps, rex dicebatur, vnde & Ioſue ſcribitur interfeciſſe reges. 31 terre promiſſionis. quæ ſubinde
vnico rege Dauid: ac Salomone gubernata fuit. & forſitan tempore Ioſue Bethel hæc Bethania dice-
batur. cuius rex ibidem connumeratur occiſus. hæc autem iccirco ſcripſi. ne quis obijceres melibeium diues.
Buc. egl. p hoc eſſe regnum de quo maro canit, poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.* Diues opum, ta-
Lucæ. 16. metſi diues plenum ſit ex ſe vocabulum, vt in Euang. homo quidam erat diues qui habebat villicum &c.
autores tamen aliquando addunt, cuius rei ſit quis diues. vt hic. vt etiam Verg. Diues opum Diues
pictai veſtis & auri.* Clarus genus. figuratæ .i. ex claro genere deducto ab alto ſanguine regum. * ſyria. vnde & ſyrus dictus eſt. * Frenauerat ideſt rexerat de mandato tamen romanorum tunc orbi imperantium. * Captas .i. receptas. quia rebellauerant.* Hoſpitibus, ſuſcipiendis.* Facilis magis. poſitiua dictio magis ad uerbio iuncta, vicem comparatiui ſupplet.* omnibus. nam &

Nuncius atq; animum rumore momordit amaro.
Lazarus haud procul hinc Bethanes regna tenebat
Diues opum, clarus genus alto a ſanguine regum.
Nam pater ingentes Syrie frenauerat oras,
Viq; ſibi captas quondam ſubiecerat vrbes.
Nemo illo hoſpitibus facilis magis, omnibus illa
Noctes atq; dies domus vltro oblata patebat,
Huc etiam perſæpe ipſum ſuccedere Chriſtum
Haud piguit, creberq; domus indulſit amicæ
Hoſpitio, atq; deum poſita ſe nube retexit.

Ambr. ſup Luca. ſi Iubeantur ſerui domini, hoſpites eligere apud quos morentur: ne mutandi domicilij fiat occaſio.

dicente

dicente domino in quamcunq; ciuitatem aut caſtellum intraueritis. interrogate quis in ea dignus ſit. Matth. 10.
& ibi manete, donec exeatis: Non tamen eadem cautio receptori mandatur: Nedum hoſpes eligitur.
hoſpitalitas minuatur, vnde, & Io. Chriſoſtomus Quieſcamus inquit ab hac abſurda curioſitate dia- Io chryſoſ. in epiſtola, ad haber. et
bolica, & peremptoria vt pro nutrimento poſtulantes examinemus, nam & abraam ſi ſcrutator hoſpi- xlij. diſt. c. quieſcamus
tum fuiſſet, Angelos nunquam hoſpicio recepiſſet, ſortaſſis enim non putaſſet eos Angelos eſſe, ſed cũ
temporis nomina. *reliquis repuliſſet, at cum omnes paſſim reciperet: ſuſcepit, & Angelos.* * *Noctes atque dies .i. ſem-*
per nomina quidem tempus notantia in accuſatiuo aſſiduitatem ſignificant, in ablatiuo intermiſſionem;
hoſpites non tantũ inuitandi ſed cogendi ſunt. *& aliquando certam ac determinatam horam.* * *Vltro. quinimo cogendi ſunt hoſpites exemplo diſcipu-* Lucæ 24. greg. in ho.
lorum domini euntium in Emaus, quibus ſatis non fuit dicere, mane nobiſcum domine. ſed & coegerũt
eum. vbi Gregorius Peregrini (inquit) ad hoſpitium non ſolum inuitandi ſunt, ſed etiam trahendi.
* *Patebat erat aperta. quaſi foribus ex ipſis apertis hoſpites inuitarentur.* * *huc etiam nam cum per* gre. vbi ſup.
membra ſua Chriſtus excipitur. ſuſceptores ſuos etiam per ſemet ipſum requirit. * *Perſæpe. etenim cũ*
in Hieruſalem prædicatoris officium expleuerat. vt plurimum in Bethaniam ſe ſe cum diſcipulis recipie-
piguit de preterito. *bat. vbi & matrem ipſam tenebat.* * *Succedere .i. ſubintrare.* * *Haud piguit, liptote eſt .i. libenter*
ingreſſus eſt. nota hic piguit dici de præterito, quod videtur eſſe contra ſeruium aſſerentem, piget ad ſeruit in 4. æn. nec me
pudet ad preteritum. *ſuturum ſpectare. pudet ad præteritum, quamuis vna pene ſit ſignificatio vtriuſque poſſumus tamen* miniſſe pigebit eliſſæ.
pro ſeruio reſpondere. quod & ſi temporis ſit præteriti ad actum tamen reſpicit hoſpitalitatis futurum.
non .n. ait, piguit ſucceſſiſſe. ſed ſuccedere, quod & ſi præſentis eſt temporis futurum tamen tractum
domus & domi. *ſpectat. vt hoſpitetur.* * *Creber frequentiam notat.* * *Domus, genitiuus eſt quo vtimur cum nomen*
indulgere. *ipſum ponimus. domi vero, cum aduerbio indigemus, indulſit, obſequutus eſt. magnam quippe in-*
dulgentiam tantus hoſpes recipientibus ſe. indulgere etiam eſt conſentire, in ſeruire, & facile
concedere ſecundum Priſcianum. ſed & parcere iuxta diuum Ambroſium. qui ait. Vide quam bonus
Deus, & facilis indulgere peccatis. iunxit etiam accuſatiuo diuus Hieronimus. miſericordia (inquit) p. mach. 10
eſt. quia indulget noſtra peccata. & alibi precia ſalis indulgeo. Item & tribuere. Ambroſius lau-
dabunt (ait) Deum, qui tanta nobis remedia indulſerit, Vitandæ mortis. * *Deum, per mirabilia ope-* Matth. ix.
ra quæ a ſolo Deo fieri poterant. vt in ſubita curatione Martæ a ſanguinis fluxu per tactum fimbriæ lucæ. 8.
veſtimentorum eius, & indulgentia peccatorum Magdalenæ conceſſa. atque etiam per Lazari ſuſci- Luce vij.
tationem de qua nunc agitur. * *Poſita pro depoſita. eſt enim apheresis.* * *Nube. ex aſpectu corporis*
inſurgente. quod per omnia vſque ad mortem ſimile nobis aſſumpſerat excepto peccato. * *Retexit.*
aperuit ac manifeſtauit. * *Hunc, Lazarum de quo ſupra.* * *Accepit .i. audiuit.* * *Acri morbo. forti*
& acerbo valde. * *haurire, attrahere, & ſpirare præ anhelitus difficultate, nam vis ingens morbi*
exſicat, fauceſq; conſtringit, & viam gutturis quam arteriam vocant, fere præcludit, vt ſolitum ſpi-
ritum non admittat introeuntem: exeuntemq; coercet. * *Leti portas ante, Anaſtrophe vt ſupra .i. lu-*
mors iuuenum difficilior quã ſenum. *ctabatur ante portas mortis.* * *Luctarier, paragoge eſt. pro luctari; contendere ac reniti, iuuenes*
quippe difficilius quam ſenes moriuntur, tum propter abundantiam ſanguinis quæ ſedes eſt animæ:
tum propter recentius vinculum quo anima corpori tenetur aſtricta. * *Demiſſit lachrimas. per antici-*
pationem poſſumus hoc intelligere. non enim legimus dominum, dum hæc diſcipulis denunciaret fleuiſ- Io. 11.
ſe. quin potius dixiſſe. Lazarus amicus noſter dormit, ſed gaudeo propter vos: vt credatis. quoniam
non eram ibi. ſed reuerſus in Bethaniam cum vidiſſet Magdalenam plorantem, & qui cum ea erant
pleonaſmos. *ſimiliter plorantes, tunc lachrimatus eſt etiam ipſe Ieſus.* * *Edidit ore .i. dixit pleonaſmos eſt. ſuper-*
flua .ſ. vocis additio. quæ tamen in maximis principibus plerumque non habet locum, qui frequentius
alieno (vt per interpretes) quam proprio ore reſpondent. vnde Aug. ſuper illis dñi verbis. Aperuit
actutum. *(inquit) os ſuum nunc, qui olim aperiebat ora prophetarum.* * *actutum. mox & omnino ſine dila-* Aug. in ſermone domini in monte.
tione. aduerbium eſt temporis, ab actu celeri (quem poſtulat) deriuatum. * *Modo .i. dummodo,*
& hæc verba per anticipationem intellige. humanoq; more locutum eſſe, non enim vt Deus ignora-
trinitatis opa indiuiſibilia. *bat patris voluntatem, cum idem ſit velle atq; operari patri, & filio ac Spiritui ſancto ſicut, &*
eſſe illis vnum eſt, indiuiſibilia quippe ſunt opera trinitatis. Verum hoc in loco, tanquam ho-
mo, cuiuis homini (licet ſancto ac iuſto) dedit exemplum nihil ex ſe audendi, niſi prius ha-
bito patris æterni beneplacito. Sic autem in Lazari ſuſcitatione legitur oraſſe. Pater gra-
tias ago tibi quoniam audiſti me. Ego autem ſciebam quia ſemper me audis, ſed propter
turbam circumſtantem dixi vt credant quoniam tu me miſiſti. * *Vt ſæpe. Quinimo ſemper*
quando. voluit exaudiri, fuit exauditus. * *Bethanæ, modo latina eſt inflexio. hæc Bethana hu-*
ius Betanæ. per Synereſim tamen pro Bethania, niæ, quo vtimur in oratione ſoluta. * *Manus*

ingens

ingens.caterua comes de qua ſupra. * *Interea longe mun,reg,oly.inf,mon, conciliabulum luciferi, &* conciliabulũ demonum.
demonum hic a poeta late deſcribitur.nec ſola fictio debet videri,nam ſi pontifices iudeorum atq; pha-
Matth. 26. *riſei (miniſtri vtiq; ac membra diaboli) leguntur toties concilium coegiſſe, vt ieſum morti traderent:*
& Io. 11. *quid mirum ſi caput eorum & omnium iniquorum itidem fecit? & ſi pro ſubuerſione cuiuſdam epiſco-*
in lib. de vi *pi legimus conuenticulam demonum in quodam veteri phano idolorum celebratam fuiſſe, minus eſt mi-*
ta patrum. *randum, ſi pro nece dñi Ieſu Chriſti maturanda immũdorum ſpirituum cateruas aduocauit. cum per*
eum diſſiparentur eius vi,regnumq; paulatim diſpergeretur. Eſt igitur aduertendum naturalia demo- demonum ptãs que & quanta.
nibus licet eiectis a deo eſſe dimiſſa, ita tamen vt abſq; eius permiſſu nihil agere poſſint, vt in lib. Iob ha-
betur clare, ſed neq; porcis valent nocere vt patet in Euang. ſuperioresq; inferioribus certum eſt domi-
doctores ſuper Iob.c.1 *nari. cum itaq; propter inuidiam diabolus contra genus humanũ, infenſum odium gerat, & capitale bel-*
& xl. Math. *lum intendat, permittitur interdum a domino aduerſus ſanctos deſeuire ad maiorem ſuam confuſionem,* demõ illuditur
8. greg. in *& ad augumentum meriti ipſorum. et licet callidus ſit ac vafer, ſæpe tamen hoc pacto illuditur. nam cum*
moralibus. *mortem alicuius ſancti totis viribus procurat, exiſtimans ſeſe non tantum homicidarũ animas elucratu*
rum, ſed magis auerſurum impedimenta mali, bonæ prædicationis, exemplariſq; vitæ documenta At a
maior inde numerus ad deum conuertitur peccatorum. hac maxime techna in morte ſaluatoris eſt illu-
ſus. nam eo viuente in carne mortali pauci admodum gentiſq; iudea tantum ſunt conuerſi: aſt eo mor-
tuo deindeq; ſuſcitato, mundi ſecuta totius eſt conuerſio, vnde & in lib. Iob dicit dñs. ꝑ Beemoth .i.
Iob. xl. *demonem in oculis eius quaſi hamo capiet. nam ſicut piſces eſca viſa capiuntur hamo ſic demon viſa mor*
tali carne domini deceptus eſt, quam mox vt per intentatam illi necẽ appetijt, deprehenſus eſt ab eius oc-
culta diuinitate. his præmiſſis redeamus ad expoſitionẽ. * *Mundi opaci. i. inferni tenebroſi. vt pote in cen*
tro telluris imerſi. vbi nullũ lumẽ apparet. hinc dñs in euang. mittite (inquit) eũ in tenebras exteriores. *
Mat. 22. & 25. *Infœlix, ſibi ac alijs nam quottidie ex hominũ pſecutione fit deterior.* * *Monſtrum. bene dicitẽ monſtrum* infœlix demon ſibi & alijs.
Ezech. 28. *etenim cum pulcherrimus ac ſapientia plenus a deo creatus fuerit, per ſuperbiam deiectus creaturarum* demõ monſtrũ
omnium turpiſſimus eſt effectus. adeoq; inſipiens eſt redditus, vt in ſuis tendiculis a iuſtis ſemper capiatẽ, turpiſſimum.
Iob. xl *ac illudatur. nec mirũ ſi dicatur monſtrum. nã & Beemoth appellatur .i. elephas vaſtiſſima quadrupedum* beemoth.
Iob 3. & xl *beſtia. dicitẽ & leuiathan .i. cete marinarũ maxima belluarũ* * *Penitus non inſcius .i. aliqualiter ſcius ex* leuiathan.
& Eſaie. 27 *ꝓphetiarũ adimpletione videbat enim regnũ iudeorũ tranſlatũ eſſe ad alienigenam. & numerũ hebdoma*
aug. ſup luc *darũ a Daniele ꝓdictarũ prope completũ eſſe. & vt ait Aug. cognouerat dei filiũ eſſe venturum. ſed ve-*
niſſe per infirmitatem corporis nõ putabat. * *Max. vltor. Chriſtus.* * *Imperio patris cui fuit obediẽs vſq;*
ad mortẽ. mortẽ autẽ crucis. * *Infernis oris, caſus procaſu .i. ad infernas oras.* * *Succederet .i. ſubintraret*
* *manibus, piorũ animabus, nec .n. ſontes inde fuerat educturus.* * *Auxilio ſubandi futurus.* * *vaſtaret.* vaſtam.
Eneid. 8. in *i. vacuas habitatoribus redderet. vt Virg. vaſtant cultoribus agros. vbi ſeruius, abducẽdo (inquit) culto-*
princip. lib. *res, vaſtos & deſertos efficiunt.* * *Partis oẽs. nomina tertiæ declinationis in ium mittentia genitiuũ plura* accuſatiuus in es & in es
lem, in is & in es accuſatiuũ pluralẽ reddunt, vt hic. partis oẽs. caſar cõmentariorũ p. Gallia ĩ partes tris
diuiſa eſt. quando autẽ ponendũ ſit vnum vel alterum cõſulantur aures, maximeq; talis eſt electio facien
da ad vitandã ſimilẽ deſinentiã. * *Si qua forte. ſi aliquo caſu, nõ enim qua vacat, ſed ablatiui caſus eſt ꝓ* ſi qua forte.

Atq; ſuas velit hic, vt ſœpe oſtendere vires,
buc. egl. 7. Hæc ait, & greſſum Bethanæ tendit ad vrbem.
Proſequitur comitum manus ingens, atq; videndi
Innumeri ſtudio ſocios ſe protinus addunt.
Interea longe mundi regnator opaci,
Infelix monſtrum, penitus non inſcius illam
Iam prope adeſſe diem, ſuperi quo maximus vltor
Imperio patris infernis ſuccederet oris.
act. 16. Manibus auxilio, ac ſedes vaſtaret opertas,
Solicitus partis animum verſabat in omnes,
Si qua forte potis regno hanc auertere cladem,
Moliriq; deo letum meditatur, ea vna
Deniq; cura animo ſedet, hæc ſæpe vna reſurgit.
Demens, qui id tantum propter non viderat ipſum.

aliqua. nec forte eſt aduerbiũ vt ĩ
illo verſu. forte ſub arguta cõſede fors & forte.
rat ilice daphnis, ſed nomẽ, dipto-
ton nõinatiuo hęc fors. ablatiuo
ab hac forte. * *Cladẽ, ſibi euacua-* clades.
tionẽ, cladẽ vocat. ſicut & cuſtos
carceris, ſi cuſtodia fracto carcere
educerentẽ. ingentẽ ſe inde cladem
tuliſſe q̃reretẽ. vnde in act. apoſt.
euaginato gladio quidã carceris
cuſtos volebat ſe ĩterficere, cũ vi-
diſſet ex ſubito terremotu ianuas
oẽs & hoſtia carceris aperta. exi
ſtimabat .n. oẽs vinctos effugiſſe. clades vnde calamitas.
dicitur autem clades a calamis
cędendis. hinc & calamitas deducitur, vel απο του κλαγέω. quod eſt frango. vnde & κλασμα .i.
fractio. * *Deo letum: quod eſt impoſſibile. niſi dicamus cum Aug. ideo dicitur dominus crucifixus, &* deus crucifixus
recte deus dicitur crucifixus, non ex virtute diuinitatis, qua eſt impaſſibilis: ſed ex infirmitate carnis. quõ dica debeat.

vna enim perſona eſt Chriſtus deus, & homo, ſed quomodo mortem illi tentabat inferre quem deum eſſe ſciebat? cum dicat Apoſt. nemo principum huius ſæculi cognouit, ſi enim cognouiſſent numq̃; dñm gloriæ crucifixiſſent, vbi gloſa, ſi demones (inquit) ſciuiſſent ſapientiam de redemptione generis humani p Chriſti mortem adimplendam non ſuggeſſiſſent illum crucifigi per quem ius perderent, nec homines id feciſſent ſi deum eſſe ſciuiſſent, poſſumus reſpondere vt ſupra non planè certos fuiſſe demones, Chriſtū deum eſſe, licet aliquando ſuſpicati fuerint, atq; id dixerint, magis vt ad inanem gloriam eum prouocarent, quam ꝙ ita crederent, eſſe nam mendaces ſunt mendaciiq; patres, voluiſſeq; ſicut prius tentando poſt ieiunium, ſic & modo mortem intentando experiri, vtrum verè eſſet deus; ſi quis hanc difficultatem non capit, breuiter dicat, hoc ex perſona poetæ non demonis eſſe dictum, vt illud vergilij, mirantur dona æneæ, mirantur iulum, Flagrantiſq; dei vultum, quod vltimum proculdubio pertinet ad poetam, vt etiam ibi ſeruius exponit: pleraq; enim poetæ ad ſe, & ad ſua referunt tempora, * Ea vna cura, poſtpoſitis omnibus aliis propter tanti negotij grauitatem, * Deniq; poſt longam cogitationē * Sedet .i. placet vel fixa eſt, tranſlatio ſumpta à iudicibus pro tribunali ſedentibus cum ſententias ferunt. * Reſurgit, in animo .ſ. demonis vt executioni mandetur, * Demens, bene demens, qui tanto ſtudio damnum ac propriam cladem procurabat, * id propter .i. huius rei gratia quam nunc dicet * Tantum pro tantummodo * Viderat oculo intellectus obtenebrato per inuidiam & odium nimiamq; iracundiā qua in dies a variis hominibus expulſus exagitabatur. * Ipſum iuuenem in menſuram tamen perfectioris ætatis, quo mortis dolor magis ac magis ingraueſceret, nam tum maxime mori piget quando per ætatem floridam viuere delectat, vel ideo iuuenem dicit vt oſtendat Chriſti fidem in nobis ſeneſcere non debere * Morte obita, more antiquo, dicebant enim, obijt mortem: & diem ſuum obijt, vt plautus vbi (ait) quis obijt mortem? qui mihi aurum credidit, & ſulpitius ad Cicer. nunciatum eſt mihi marcellum diem ſuum obiiſſe * Veterum culpam par, tamq̃; principaliorem, vnde fomes noſtrarum proceſſit, & culparum, hinc dixit Io. ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & non pro noſtris tantum ſed & pro totius mundi * Acciri aduocari nam accio ex ad & cio, cis, quartæ coniugationis verbo compoſitū quod voco ſig. cieo vero, cies, ſecundæ coniugationis mouere ſig. vt Virg. cælum terramq; ciebo, vtrumq; tamen citum facit in ſupino, ex quantitate ſyllabæ diſcernuntur, nam citum a cio, cis, producitur, vt excitum ruit ad portum citum, vero a cieo corripitur vt Ouidius, vigilantibus excita curis. * Concilium horrendum quale & illud ciclopum montis æthnæ. dicitur autem concilium vel a concalando .i. conuocando, vel a coactione id eſt a populi conuentu & in vnum conſenſu, Iſſidorus vero a cõmuni intentione dictum exiſtimat p quādam ſimilitudinē ciliorū oculorū. * Suorū qui ſuæ factioni deo relicto adheſerunt * Buccina .i. tuba vel cornu diminutiuum a bucca quæ etiam tubam ſig. vt docet Hieronymus, Bucca vocatur tuba apud hebreos deinde per diminutionem buccina dicitur * Domus alta .i. profunda * Cæcis cauernis hoc eſt obſcuris methonimia eſt, loquitur autem ſecundum opinionem doctorū magis cõmunem, & quaſi naturalem dicentium eſſe infernum in medio centri terræ ſubtus cauernas ingentes, Baſilius ſuper Euang. lucæ, eſt autem (inquit) infernus quidam locus cõmunis in intimo terra obumbratus vndiq; & opacus, cuius eſt quoddam orificiū in profundum tendens per quod patet deſcenſus animabus ad mala damnatis opaca obſcura * Antra profunda τουτου bis idē, corpore grauido, quia inferos & qui apud eos ſunt in medio ſui gignere fouere & alere videt quorum: partem effudit dño reſurgente, cæteros in die iudicij quaſi paritura .i. emiſſura eſt vt ante tribunal iudicis ſiſtant tremefacta eſt quaſi ſcelus id abhorreret quod intentabant * Continuo ſtatim ſed continue ſignificat perpetuitatē temporis ruit, furibūda venit, & cum impetu vaſto * Lucifugi, fugientes quidem lucem non huius mundi ſed chriſtum qui vera lux eſt illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, nomen hoc aptiſſimum eſt principibus tenebrarum

Demiſſum cœlo iuuenem, quo ſponte piaret
Morte obita veterum culpam, & ſcelus omne parentū.
Protinus acciri diros ad regia fratres
Limina, concilium horrendum, & genus omne ſuorū
Imperat ecce igitur dedit ingens buccina ſignum.
Quo ſubito intonuit cæcis domus alta cauernis
Vndiq; opaca, ingens, antra intonuere profunda,
Atq; procul grauido tremefacta eſt corpore tellus.
Continuo ruit ad portus gens omnis, & ad ſunt
Lucifugi cætus varia, atq; bicorpora monſtra,
Pubetenus hominum facies, verū hiſpida in anguem
Definit ingenti ſinuata volumine cauda.
Gorgonas hi, Sphyngaſq; obſcœno corpora reddunt.
Centauroſq;, Hydraſq; illi, igniuomaſq; chimeras.
Centum alij ſcyllas, ac fœdificas Harpyas,
Et quæ multa hominum ſimulacra horrentia fingunt.

[Margin notes: p. cor. 2. ca. — Iuuenis quare Xps. — fides nō ſeneſcat. — mortem obire — accio cis ciui. cio cis ciui cieo cis ciui — citum & citum differunt. — Plaut. in Aul. — Io. epiſt. 1. — æneid. 5. — Meth. 13. — æneidos. 8. — cõcilii vnde — var. & ſeſ. Iſidorus — buccina — bucca. — infernus vbi locorum — hic ad damnum. — τουτου — Cõtinuo & continue differunt — lucifugi]

nebrarũ,quibus oculi animæ obũbrantur.*cœtus a coeundo.i.cõueniendo ſic dictus.* bicorpora mõſtra — cœtus.
Luce. 24. nõ ꝙ duo corpora habeant demonia cũ nec vnũ quidẽ habeant.ſpiritus.n.ſunt.vnde dñs in Euãgelio ſpi — Demonia non
ritus carnẽ & oſſa non habet ſicuti me videtis habere ſed alluſit ad picturã.ſic.n.pinguntur demones, — habẽt corpora
quaſi ſemiferi.itẽ quia in corporibus aſſumptis tã deformes ſoleant apparere,vt horrorẽ incutiant. & — demones qua-
ob id timeri coliq; deſiderãt.ſic & pingũtur atq; deſcribuntur,vt hominibus detur cautella ne per pec — re corpora aſſu
catũ ſimiles illis efficiantur & ex rationabili pulcherrimaq; creatura ferinos induant rictus.quod fieri — munt.
Pſal. 48. gemit propheta dicens.homo cũ in honore eſſet non intellexit.ſed cõparatus eſt iumentis inſipientibus: — peccatores trã
& ſimilis factus eſt illis.eſt autem a pueris notandum,bicorpora dici in genere neutro. nam licet a cor — sformantur in
pore,coloreq; compoſita nomina cõmunia dicantur.interdum tamen & genus neutrum recipiunt. niſi — belluas.
quis velit dicere ſyncopã aut ſyneresin eſſe factã ab eo quod eſt bicorporea.Itẽ eſt aduertendũ neq; duo — Bicorpora com
integra velle eos habere corpora.vt de Herillo & Gerione poetæ fabulantur. quorũ vterq; tricorpor — poſita a corpo
dictus eſt.ſed potius ſemiferos,quales centauros ſatiroſq; deſcribunt.per hoc inſinuans peccatores ta- — re & colore.
metſi ferinos mores induerint:quibus feris merito valeant comparari,retinent tamen quædam rectæ ra — gen. comun.
tionis ingenita ſemina,quibus deo inſpirante priſtinã denuo recuperent formam.vnde dicit᷑ pubetenus
hominum facies.nõ ꝙ in demonijs vlla ſit reliqua ſpes ſalutis (vt exiſtimauit origenes) cum deteriores — dæmon ſalutis
quottidie ſiãt.ſed vt aliquod documentum ex hac fictione poetica ad nos tranſeat.per varias horũ de- — expers.
monũ figuras peccatores quo aduitia ſimiles illis effectos,intelligendos eſſe interpretabimur.vt deformi — origenis error
ad galatas. 4. tatẽ ſuã conſiderantes.ad humanã ſpeciẽ ſeſe reduci patiãtur.& vt Chriſtus quodãmodo (ſicut ait pau
lus) iterũ reformetur in illis.de dictione hac pubetenus alibi docebitur. & quia locus hic myſtica indi-
get interpretationẽ.iccirco pueri patienter ferant:ſi grãmaticalia paululum relinquimus.hunc.n. mo-
rẽ in toto opere ſeruabimus.vt vbi altiora fuerint oportuna latini ſermonis regulas & vocabula præ-
termittamus,alibi paulo diligentius tractaturi.ſed iã ad rẽ redeamus.*hiſpida ſetoſa & horrida cauda
vel ẽt ſquãmoſa.* ſinuata.i.recuruata & per ſinus ſpirarũ reuoluta.*ingenti volumine,ſpirarũ, corda — hiſpida.
Gen. 3. rũ in morẽ inuolutarũ.per hæc monſtra ſyrenas intelligit.ſimul & effinxit demonẽ illũ a quo primi pa- — ſyrene.
rentes impetiti fuerunt ac decepti.faciẽ.ſ.pro æ ſe ferentẽ humanã cætera tortuoſi ſerpẽtis figurã habeu
tẽ.per has aũt ſyrenas non incongrue vanos et mendaces poetas capiemus qui blãdo dulciſoni carminis — per ſyrenas
lenocinio fabularũq; oblectamento noxia mortiferaq; generi humano tegunt mẽdacia.q̃ nõ niſi ſero rẽ — poeta.
cognoſcunt homines inde deluſi.& id tẽpus quod ad bonas artes adipiſcendas impendendũ erat, ingra
ueſcente vix ætate ſe perdidiſſe animaduertunt.*Gorgonas hi reddũt,hoc eſt repreſentant.accuſatiuus eſt — gorgones quæ.
græcus.fuerũt hæ Gorgones tres ſorores.circa montẽ athlantem in extrema africa phorci filiæ q̃ ſimul
oẽs vnũ tantũ habebant oculũ.quo inuicẽ vtebantur.Sthenio videlicet Euriale & Meduſa. q̃ reſpicien
tes ſe iuuenes in lapides conuertere dicebant.reuera teſte ſereno,tres erãt puellæ pulchritudinis eiuſdẽ
quarũ aſpectu adoleſcentes ſtupidi reddebantur acſi immobiles eſſent.ꝑ has meretrices nõ incõgruæ ac- — per gorgonas
cipiemus.quarũ omniũ vna eſt intentio,vecordes iuuenes aſpectu blando ſaxeos reddere. vt non intelli — meretrices.
gant irretiti voluptatibus,ac ſtupidi,cũ ab eis bonis omnibus expolientur.nos aũt ſapientis cõſilio parẽ
Pſal. 118. tes:rogabimus dñm:vt auertat oculos noſtros:ne videant vanitatẽ.ne ex impudico earũ aſpectu feriã-
Prouerb. 6. mur:ne cõcupiſcamus pulchritudinẽ illarũ precium.n.ſcorti vix vnius eſt panis. mulier vero precioſam
animã viri capit.ipſe tñ animarum ac corporum pellices nouiſſima attendant ſua.nã niſi reſipuerint a
proprijs ſerpentibus vt meduſa circondabuntur,& necabuntur.morbus quippe gallicus vñ immenſi do
lores & turpis egeſtas miſerarũ extrema morantur.ẽt ſi forte euaſerint amatorũ furores, quos dñs mi
natur aduerſus eas ſeſe ſuſcitaturũ eſſe.nareſq; & aures earũ ꝑcijuros.*ſphingas.ſphinx. gis, vel gos.
απο τυ σφίγγειν ꝙ eſt ſtringere dicitur.aĩal eſt æthiopiæ prodigioſum,ad hominis ſpeciẽ accedẽs. gemi — ſphinges.
Plinius li. 8 nas habet mãmas in pectore.de quibus ſic ait ſolinus.inter ſimias habentur & ſphinges villoſæ comis et
Solinus lib. mãmis prominentibus.dociles ad feritatis obliuionẽ.hi cũ hominibus offeruntur ſi præſentiantur ſaluã
de mirab. mundi. tur homines ſin minus beſtia prius hominẽ ſenſerit.perdit hominẽ.ꝑ hæc monſtra gnatones atq; adula-
tores intelligo,quorũ lenocinia qñ intelliguntur nihil nocent.ſin minus iactabundos (qui faciles illis au- — per ſphingas
res præbent) deperdunt.nos aũt moniti a propheta caueamus iſtos qui decipiunt populũ dicentes pax, — gnatones.
Ezech. 13. pax,& nõ eſt pax.& rurſus ipſi ædificabãt parietẽ,illi aũt liniebãt luto abſq; paleis.quod Greg. expo
Greg. in mo ral. lib. 18. & diſt. 46. in decret. nẽs (ait) parietẽ ædificare eſt cõtra ſe obſtacula peccati obſtruere.ſed parietẽ liniũt qui peccata perpe-
trãtibus adulant.ipſis vero niſi deſtiterint ab adulationibus dicat propheta,væ prophetis inſipiẽtibus,
qui ſequuntur ſpiritũ ſuũ.& nihil vident quaſi vulpes in deſerto qui vidẽt vana,et diuinant mẽdaciũ.
Ezech. 13. & paulopoſt.veh qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus.et faciũt ceruicalia ſub capite vniuer
ſæ terræ ad capiendas animas.quiſquis enim,eodem Greg.interprete,male agentibus adulatur. puluillũ

ſub cubito,vel ceruical ſub capite iacentis ponit.vt qui corripi ex culpa debuerat,in ea fultus laudibus mollius quieſcat. obſceno corpore,vtpote natibus nudis.carent enim cauda qua operiantur.vel obſceno propter mammas turgidulas quibus inuicem ad obſcenitatem prouocantur.ſicut et adulatores quos laudant ex maleſactis irritant ad peiora.*centauros.quorum ſuperna partes humana,inferna videbantur equina.Ixionis & nubis,quam iuno in formam ſuam conuerſam ei obtulit,ſilios eſſe ſabulantur. hi furibundi & pracipites miniſtri ſunt tyrannorum.nam qui tyrannidi & nimia imperādi cupiditati incumbunt putant ſe iunone,ideſt regnis poſſe potiri.at eum ſupra proprias facultates appetunt grādia, nubem.i.inanes conatus amplectuntur.centauri tamen inde naſcuntur.i.monſtruoſa & efferata quædā facta producuntur per efferatos ambitionis ſua miniſtros. nouerint ergo iſti ab hercule .i. a potentiori iuſti iudicis miniſtro ſe ſe fugatum iri.nos vero deum oremus cum propheta vt hi qui facti ſunt ſicut equus & mulus in quibus non eſt intellectus,in chamo & freno maxillas eorum conſtringat.ne nobis appropient vel noceant.*hydras ſerpentes aquatiles.απο τυ υδατος .i.ab aqua.habent quidem multa capita.ſed vno caſo multo plura excreſcunt.vnde & excetra latina dici poſſunt. ſiue per hydram locum aquas euomentem vicinaſq; vaſtantem terras intelligamus, etenim vno meatu clauſo plures erumpebant.vt docet ſeruius.ſiue per hydrā calidiſſimū ſophiſtam capiamus vt ait plato: qui ex vno ſoluto argumento plura eliciebat.aptiſſime quēuis hereticum notabimus:qui cauilationibus ſophiſticis imbutus, ſimplices quoſq; deludit: nec vnquàm niſi igne cōburatur velutilernea palus ab hercule,ſua peruerſitatis aquas ex ore virulēto ceſſat erūpere.* ignuomaſq; chimeras.i. ignē ore vomentes vt ē̄t dixit Maro.flāmiſq; armata chimera.porro chimera mōſtrū ſiue(vt heſiodus ait)tria habuit capita.Leonis.ſ.capra & draconis.ſiue ceu ſeruius interpretatur,ore leo,media capra,& poſtremis partibus draco fuit. vñ gracè.προσθε λεων οπιθε δρακων μεση δε χιμαιρα.Lucretius. prima leo:poſtrema draco, media ipſa chimera.i.capella.reuera mons eſt licia:cuius ardet cacumen.leoneſq; iuxta habitabant. media pecorū paſcua.ima vero montis ſerpentibus plena.Bellerophon exuſtis ſiluis ſerpētes atq; leones effugauit. habitabilēq; reddidit..Antichriſti ſunt hi & Eccleſia perſecutores.de quibus Ioannes Apoſt. Audiuiſtis quia Antichriſtus venit.iam nunc Antichriſti multi facti ſunt.hi veluti leones data ſeuiendi opportunitate in Chriſti fideles rugiunt:& varijs dilaniāt tormentis ac ignibus exurunt.ſicuti Laurentiū martyrē torruit decius,peſſima chimera.ijdē vt capella laſciuiūt:ac prauis fetent odoribus. poſtremo velut dracones inſidiātur vita bonorū.hi cū patre lucifero antiquo dracone æternū mittuntur in ignē a Chriſto vero Bellorophōte.et regiones quas occupauerāt a fidelibus habitātur.ſicut ſcriptū eſt.labores impiorū edūt iuſti.* ſcyllas,reddūt ſubaudi quod eſt ſupra.ſcyllarū fabulas aliunde pete.præcipue a ſeruio in bucolicis & in æneide marouis. figurā vero ex ijs verſibus euſdē collige. prima hominis facies, & pulchro pectore virgo pubetenus:poſtrema immani corpore piſtrix.Delphinum caudas vtero commiſſa luporum.Homerus alteram more canis nuper geniti latrantem inducit.& xij.pedes ac vi.capita cōfirmat habere.reuera ſcopulus eſt in freto ſiculo vt ſcribit plinius.cuius formā ſaluſtius his verbis expreſſit.ſaxū,inquit,ingens eſſe humanā habens effigiem a parte ſuperiori.ab inferiori vero plures in ſe ſcopulos continere ſub radicibus cauernoſos.vbi canū latratus,et vlulatus luporū,vnda refracta repræſentat.naueſq; quodā impetu ad ſeſe trahere atq; continere et collidere.Per has ſcyllas,doloſos atq; proditores poſſumus intelligere.qui virginali,hoc eſt blāda facie,proximos ad ſui fiduciā attrahūt.deinde in diſcrimē ab eis præparatū attractos luporū more dilacerant.vel ſaltē vt rabidi canes honeſta fama creberrimis detrahūt maledictis.nos aūt oremus cū propheta. vt muta fiāt labia doloſa verū caueant ipſi proditores ac doloſi,ne ſup ſe veniāt dira ille increpationes q̄ ponūtur ab eodē propheta in pſalmo,cuius initiū eſt.Deus laudē meā ne tacueris.quia os peccatoris & doloſi ſuper me apertū eſt. Eſt etiā cauendū.quoniā & ſi multorum peccatorū pœnitentiā legerim,nūquàm tñ vllius proditoris conuerſionē vel bonam mortem memini me legiſſe: ſed cunctos,vt iudam,deſperatos male perijſſe.* fœdificas.i. fœde facientes,cunctaq; tactu immundo fœdantes.* harpyas.απο τυ αρπαζω.i.rapio dictas cenſent. Tres memorant fuiſſe. Aello: Occipita & Celeno.quarum formam deſcribit idem Maro. Triſtius haud illis monſtrum:nec ſauior vlla peſtis & ira deum ſtigijs ſe ſe extulit vndis.virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris proluuies: vncaq; manus,& pallida ſemper ora fame.earum fabulam etiam inde a ſeruio pete.& ab Apollonio in Argonautica.per hæc monſtra rapaces auaros deſignari nulli dubiū eſt.et prædicta carmina demōſtrant aperte.quamobrē phariſeis,qui erant auari vt dñs in Euangelio docet,ſimiles quoſdā ſacerdotes ætatis noſtra benignius admonemus,& in domino obſecramus, vt auaritiā.i. idolorū ſeruitutem et cupiditatē quam malorū omnium radicē teſtatur Apoſtolus procul a ſe repellāt: viſcera miſericordia in pauperes Chriſti iā tandem aperiant.attendentes q̄ quicquid vltra neceſſarios*

centauros. — per centauros furibundi miniſtri. — ſeruius ſup vi. æneí. Landinus. — pſal. xxxi. — hydræ. quæ & excetræ. — hydræ quem referunt. — ſeruius in vi. æneid. — chimeræ quæ. — Aeneidos vi. — Bellerophon. — Antichriſti & perſecutores eccleſiæ. — prima epiſtola. ca.ij. — ſcillæ quæ & quos reddunt. — ægl. vi. & æneí. li. iij. — doloſi & proditores. — pſal.xxx. — pſal. cviij. — proditores male pereunt oēs. — harpyæ quæ & quales. — æneid. iij. — per harpyas auari. — Lucæ. xvi. a a col. iij. prima Timoth. vi. in canonibus & decretis.

vſus

vſus ſibi retinere conanẽ ex bonis eccleſiaſticis,pauperũ eſſe.quibus ſi ꝓpria nolũt elargiri:ſaltẽ vt bo-
Iob.primo. ni diſpẽſatores,quæ pauperũ ſũt pauperibus nõ denegẽt:reminiſcanẽ,ꝙ nudi de vẽtre matris egreſſi ſũt
& nudi reuertenẽ illuc.caueãtq; dirã illã ſententiã,ite maledicti in ignẽ æternũ Eſuriui .n.et nõ dedi-
Matth.25. æneid 3. ſtis mihi mãducare &c.allegoriã Collutij florẽtini de phineo archadũ rege & harpijs videat q velit re-
latã a Landino ſup adducto Vergilij Loco.* Homine,de pictoribus max.intelligit, q ſibi datã vt poetis
Horatius. in arte poetica. fingẽdi facultatẽ ꝑſæpe trãſcendunt.tametſi reclamet Horatius dicẽs.Humano capiti faciẽ modo pictor
equinã iungere ſi velit &c.* Simulachra horrẽtia.i.horrorẽ incutiẽtia.vide in parietibus tẽplorũ pa-
Vergilius. æ6. æneidos. radiſi inferniquc picturas & verũ dixiſſe vatem cognoſces.* At centũ geminus:qualẽ & quantũ po-
etæ Briareũ effinxerũt.hic vero luciferũ inferni regẽ intelligit.q iccirco centũ geminus dicitẽ,ꝙ infinitas Lucifer centũ geminus.
Iob.cap.11 habeat nocẽdi artes.vt ſit numerus finitus ꝓ infinito.* flãmanti vertice.ſic dñs in libro Iob de demone:
ſternutatio inquit eius ſplendor ignis.& oculi eius vt palpebræ diluculi.de ore eius lãpades ꝓcedunt,
ſicut tedæ ignis accẽſæ.de naribus eius ꝓcedit fumus ſicut ollæ ſuccenſæ atq; ferventis.halitus eius
prunas ardere facit.& flãma de ore eius egreditur.* herebi,inferni.ſic dicti ab erebo infernorum am- herebus
ne.* Luctificum Luctum facientem fumum,quo inanis mundanarũ rerũ gloria deſignatur. etenim ceu Luctificus fumus inanis gloria.
fumus quo magis aſcendit eo citius euaneſcit. falſa qdem ab initio prætendens gaudia. ſed mox extre-
ma, veri luctus ſubſequuntur.* Atros ignes,cupiditatum exeſtuantium. quæ & ſi pectora incendãt ignes atri.
excãdeſcentia;lumẽ rationis tamẽ obumbrant.* Ore oculis & naribus.feneſtræ ſunt cordis igne malo feneſtræ cordis v ſunt ſenſus.
concupiſcentiæ vel iracundiæ ſuccenſi:vnde veluti caminus ex infumibulis euaporat. hæ ſunt feneſtræ
hierem.9. de quibus ait propheta,mors intrat per feneſtras noſtras.ideoq; diligenti cuſtodia ſeruãdæ ſunt.* eflãt mors intrat per feneſtras.
ad accendendos hominum irrationabiles appetitus.nec mirum ſi ex omni parte ignẽ centimanus eructat
Matth. 25. nam ꝓpter eum angeloſq; ſuos (vt ait dñs) ignis æternus eſt præparatus.* Pro crinibus.i.crinium loco. angues quid.
* Angues.ꝑ quos morſus peccatorũ venenatos intellige.his .n.letalia animabus inferunẽ vulnera.quæ Chriſtus etiã ſerpens
Aug. in ſermone de martyr. nõ niſi ꝑ aſpectũ alterius ſerpentis in cruce pẽdentis curari poſſunt.hinc Aug.quẽcunq; (inqt) momor peccatis vt cathenis.
derit aſtutia ſathanæ intueatur Chriſtum in ligno pendentẽ.& ſanabitur.* nexantes.quia peccatum ligamur.
peccato trahitur,et veluti cathena qua trahamur ad inferos ligamur a nobis ipſis.* faces quibus noxiæ Facus quod.

	cogitationes inflãmantur. & max. libi- Libido inexplebilis.
At centũgeminus flammanti vertice ſupra eſt.	dinis inexplebilis.quæ quanto magis ex-
Arbiter ipſe herebi centenaq; brachia iactat	pletur,tãto crudelius exardeſcit.quapro
Centimanus,totidemq; eructat faucibus æſtus.	pter veneri cupidiniq; faces attribuũtur
Omnes luctificum fumumq;, atroſq; procaci	* Vnciq; tridentes curuæ ſunt trium den tridentes quid.
Ore,oculiſq; ignes,& vaſtis naribus eflant.	tium furcillæ. quibus omnia noſtri furo-
Omnibus intortis pendent ꝓ crinibus angues.	ris inſtrumenta intellige. cum ore,corde,
Nexantes nodis ſeſe,ac per colla plicantes.	manuq; peccamus.hoc eſt opere,non tan
In manibus rutilæq; faces, vnciq; tridentes,	tum verbis aut cogitatione, * quis, pro
Quis ſõtes animas ſubigũt,atq; ignibus vrgẽt.	quibus.ſ.tridẽtibus. * Sontes animas pec
Nec minus illi etiam diuerſis partibus orbis	catrices nec enim ſine earũ conſenſu diu
Cõueniunt properi,qui terris omnibus errant.	poteſt caro delectari, nefariaq; crimina
Hortantes ſcelera,ac varijs mortalia ludunt	perpetrare.* atq; ignibus vrgent.vt de
Lucæ. 16. Pectora imaginibus,rectiq; obliuia ſuadent.	diuite legimus epulone. qui cum eſſet in
	tormentis clamabat. pater abraam mi-

ſerere mei quia crucior in hac flamma. quo autem pacto animæ cum ſint incorporeæ poſſint ab igne animæ quomodo igne cruciãtur.
corporali coerceri.torqueriq;. mihi abunde ſufficit credere omnia deo eſſe poſſibilia.nam ſi demones eo
torquentur,qui & ipſi ſunt ſpiritus incorporei.quid mirum ſi noſtræ cruciantur animæ? præterea quot
tidiana nos experientia docet ex paſſionibus corpori illatis animam affligi,& contra, corpore ſano mi-
ſerum animum ſæpiſſime torqueri dum vel curis angimur.aut ex rerũ amiſſione affligimur. vel carorũ
ex morte dolemus.nonne romani talium animi tormentorum impatientes, pro remedio mortem terri-
Val. max.i c.de fortit. bilium rerum maximam,propria manu ſibimet inferebant? veluti cato vticenſis,Brutus, & alij com-
plures. quibus autem hę noſtræ rationes minus ſufficiunt.diui Gregorij dialogos videant, plenius in-
ſtruentur.* nec minus quam hi qui erant in inferno vt miſeras animas torquerent.conueniunt etiam
illi ꝓperi.i.feſtini ex diuerſis mũdi partibus q errãt.i.vagãtur, omnibus.i. ꝑ oẽs terras.eſt.n.antiptoſis.
Iob.cap. p. & 2. & bene ait errãt.nã vagari nunq̃; ceſſat diabolus vt plures ĩ errorẽ ĩducat.ſicut teſtaẽ ipſe Sathã ĩ lib. diabolus.ſemp circuit.
p.Petri.c.5 Iob.circuẽs(inqt) circuiui terrã & pãbulaui eã,hĩc beatus Petrus nos admonet:vt ſobrij ſimus ac vi
gilemus:qa aduerſarius noſter diabolus tãq̃; leo rugiẽs circuit q̃rens quẽ deuoret.* hortantes ſcelera.

ſub voluptatis aut ẽt vtilitatis apparẽtis ſpecie.heu q̃; nobis miſeris eſt dolẽdũ.nam quos ad malũ horta
demones ſunt ſ clerum hortatores deriſores accuſatores & tortores. *tores habemus.eoſdẽ poſt factũ patimur deriſores,& ꝙ adhuc grauius eſt.accuſatores & tortores:ma*
lorũq; noſtrorũ debitæ pœnæ ſubſtinebimus exactores.oportet igit̃ (vt ait Apoſt.) induere nos arma Philip. 6.
turã dei.vt poſſimus ſtare aduerſus inſidias diaboli,quoniã nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ &
ſanguinem:ſed ẽt aduerſus principes ac poteſtates,& aduerſus mundi rectores tenebrarũ harũ. Lu-*
ſathanas in angelum lucis & in Chriſtum. *dunt,ꝓ deludunt.eſt.n. apheresis.* Varijs imaginibus,nã & ſe in angelũ lucis apoſtolo teſte quandoq;* 2.cor.11.
transformat.vt ſibi credentes decipiat.qn & beato Martino ægrotãti apparuit in ſpecie d.n.I.Ch.quaſi vide vitam eius i cath. ſanctorum.
veniẽtis ad vniuerſale iudiciũ.ꝙ ſine illo ſe nõ facturũ aſſerebat.cui Martinus reſpõdit dñs meus i.Ch.
nõ purpuratũ ſe ſe ad iudiciũ vel diademate renidentẽ venturũ eſſe ꝑdixit.ſed vulnera illa quæ ꝓ nobis
tulit gerentẽ.iuxta illud viderunt in quẽ pupugerũt.& aſcendẽte illo.dixerũt angeli.ſic veniet q̃mad- apoc. p. & act. primo.
ſtriges a demone illuduntur. *modũ vidiſtis eum aſcẽdetẽ in cælũ.ſed nõne & ſtriges varijs imaginibus illudunt̃ a demone? vide cap.* indecretis.
primũ cõcilij acq:in quo de his ita ſcribit̃. q̃dam ſceleratæ mulieres poſt Sathanã cõuerſæ demonũ illu- 26. q. 6. c. epiſcopi.
ſionibus ac ſantaſmatibus ſeductæ credunt ſe cũ Diana vel herodiade nocte eqtare ſup quaſdã beſtias ,
multaq; terrarũ ſpacia ꝑtrãſire.& poſt pauca reddit cauſã taliũ illuſionũ dicẽs.ipſe Sath.q ſe ĩ angelũ 2.cor.11.
lucis trãſfigurat cũ mentẽ mulieris ſibi ꝑ infidelitatẽ ſubiugauerit transformat ſe in diuerſarũ ſpẽs pſo-
narũ mentẽq; quã tenet captiuã deludẽs,inſomnijs modo leta,modo triſtia,nũc cognitas & nunc ĩcogni
tas pſonas oſtendens,ꝑ quæq; deuia deducit.& cum ſolus hæc patiat̃ ſpiritus:infidelis,non in animo,ſed
in corpore hæc ſibi opinat̃ euenire.&c.q plura his noſce deſiderat ibi videat:& de vanis magorũ male
Dormientes illudimur polluimur. *ficorũq; ꝑſtigijs. dormiẽtes ẽt fere nos oẽs ab incubis & ſuccubis demonibus nocturnis in pollutionibus* 26.q 6 per tot. queſt. illam.
nocturna pollutio an ſit peccatum. *varias patimur illuſiones.in qbus tñ non peccamus ſi nolentes illudamur.ꝙ ſi prius immundis cogitatio*
nibus ad delectationẽ et cõſenſum vſq; nos ipſos fœdauerimus vel ẽt poſt ex delectatione eis cõſenſeri-
mus deſiderãtes veras eſſe,aut verificari cupientes,tunc peccamus.vide ſup his doctrinã Greg.in epiſt.
ad Auguſt.Anglorũ epiſcopũ.& Iſidorũ lib.primo ſententiarũ. Tẽpeſtatũq; potentes.nõ tñ credatis* & in decretis 6.diſt.c.
demon nihil poteſt abſque dei nutu. *abſq; dei nutu (ſicut ẽt ſupra mõſtratũ eſt) vllos demones poteſtatẽ hanc exeq poſſe.ꝙ autẽ deo inbeu* s.2.&3.
te hæc faciãt,videat̃ Pſal.cuius initiũ eſt pſal.77.

Nec non ventorum,tempeſtatumq; potentes,
Nubiuagum genus,haud certa regione locati,
Nimborum in media conſueti nocte vagari.
Ergo animis prõpti, atq; opibus coiere parati
Vná omnes fremitu vario ſonat intus opaca
Regia,rex donec nigrã igne tricuſpide dextrã
Armatus cœtu in medio ſic farier orſus.
Tartarei proceres, cœlo gens orta ſereno,
Quos olim huc ſuperi mecũ inclementia regis
Aethere deiectos flagranti fulmine adegit,
Dum regno cauet,ac ſceptris multa ĩuidus ille.
Permetuit,refugitq; parem,quæ prœlia toto.

Attẽdite popule meus.in verſiculo Miſſit
in eos irã indignationis ſuæ. indignationẽ
& irã & tribulationẽ ĩm   nes ꝑ ange-
demonum mira opinio. *los malos.* haud certa regi,loc,tangitur*
hic opinio quorũdam dicentiũ, Angelorũ
de cælo fugatorũ duo eſſe genera : primũ
eorum qui lucifero conſenſerunt expreſſe
a deo vero & dño ſuo deficiẽtes. & hi cũ
eo carceri ſunt infernali mancipati.perpe
tuaſq; luunt pœnas. Alterũ vero genus
dubiũ & anceps vtri adhereret,verũ qa
q nõ eſt cum dño contra eum eſt.eiecti fue Math. 12.
runt & ipſi.& hos dicũt ĩ hoc aere caliginoſo ſedes ſuas accepiſſe.qui homines quottidie varijs tentatio
nibus exercerẽt:vt eorũ fides examinata velut argentum & aurum purificaretur.hanc opinionẽ non greg.in ho. uonumcæ. quadr.
prœlium in cœlo Michaelis & draconis. *puto veram.nam Lucifer ipſe,tentauit adam.& d. n. i. Chr. & de eo dicitur in apocalipſi vẽturũ eſſe*
Antichriſti tẽpore ſub his verbis.factũ eſt ꝓlium magnũ in cælo.Michael & angeli eius pugnabant cũ apocal.12.
dracone.& draco ac ãgeli eius pugnabant.ſed non præualuerunt.nec eſt inuentus eorum locus amplius
in cælo,ſed proiectus eſt in terrã draco ille magnus,ſerpens antiquus qui vocatur diabolus & Satha-
nas qui ſeducit vniuerſum orbẽ. nimborũ,nubium & procellarum denſitatis.* Media nocte.i. obſcu-*
ritate nocti ſimili. prompti, ad maleſaciendum.ſ.* Opibus.alluſio eſt ad populos volentes alicui ma-*
demonũ opes. *gno duci ſe ſe opponere. demonum autem opes. arbitror eſſe fraudes & aſtutias, quibus ſimpli*
coeo quid. *ces quoſque deludunt. * Coiere pro coierunt ſimul conuenerunt. præteritum a coeo. quod eſt*
*compoſitum ex con, & eo. * Tricuſpide, tridenti de quo ſupra. ſui eſt principatus inſigne. **
orſus. ** farier.pro fari.paragoge.eſt.* Orſus loqui cepit.hoc participiũ quãuis præteriti ſit temporis. & fi-*
niuit,ſignificet.vt virg.ſic iuppiter orſus.ꝓ futuro tractu tñ vt plurimũ vſurpatur.vt hie. & in virg. æneid li. 1.
ſic venus.& veneris contra ſic filius orſus. puto autẽ hoc vſu veniſſe quia exordior incipere ſig. vnde
oratio luciferi. *& exordia dicunt orationum. * Tartareis proceres.oratio hæc in genere deliberatiuo eſt.hortatur.n.*
ſocios lucifer. vt mortem d.n.i.Chr.per ſacerdotes infenſos accelerare procurent.pro regni defenſione.

& ne grauiora coerceant̃ iu uincula.neue ptãs corũ inter homines penitus euaneſcat.capt.at aũt bene-
Cicero in Rhet. volentiam ab aduerſarij pſona.quam in odium & inuidiam adducit . item & a communi miſeria . eſtq;
multũ artificioſa.& p ſimilis orationibus illis quas cõiuratorũ Principes participibus ſui ſceleris habe-
re conſueuerunt.nec mirũ ſi talis oratio demoni attribuatur cum fucatorũ ſit ipſe parens mendaciorũ ; demon pater mendacij.
* tartarei.a tartaro qui carcer inferni dicitur. απο του ταρατω. φ omnia apud inferos perturbata ſint Tartarus.
Lucæ. 13. vel απο του ταρταριζειν. .i. a tremore frigoris . iuxta illud euangelij . illic erit fletus & ſtridor dẽtiũ
Seuerinus. boetius. φ ex frigore cauſatur. * Cælo ,g,o,ſ.cũ ingenti ſelle hoc memorat.maximũ quippe genus in fortunij eſt
fuiſſe fœlicem . inclementia . pro crudelitate poſuit.quã dictionem non capit verſus.nec.n. verentur in fœlicem fuiſſe.
inferno deum blaſfemare . & quæ pro ſuis facinoribus iuſte luunt diuina ĩputant crudelitati.* Cauet.
at non caueret quid non auderet ſupba temeritas tua ? * Parem . ecce ſuperbia.creatori vult eſſe par
creatura? & quẽ patrẽ debet.venerari,ſociũ ſibi vult aſciſcere.de hac ſupbia & caſu luciferi vide omni
Esaie. 14. no Eſaiã.* ꝓlia uã humano more intelligas hac ꝓlia in cælo pacta nulla cædes:nullus ſanguis ẽ effuſus.
abſq; mora deturbati ſunt e cælo.nullas quippe moras infinita dei potẽtia patiẽ qui ſolo nutu q̃cũq; vo
luerit opat.* olim.tria poteſt hic tẽpora ſignificare ſẽp .n. diabolus erexit aduerſus deũ erigitq; nec ceſ
ſabit erigere cornua vſq; ad cõſumationẽ ſeculi.ſic & infenſum aduerſus ecleſiam bellum geſſit ab ini-
tio geretq; ad diẽ vſq; iudicij.* neceſſe ſed vnde neceſſitas iſta?cũ dicat ſapiẽs.litis ꝑteritæ noli maledi-
cta referre.poſt inimicitias irã meminiſſe malorũ eſt,at hic peſſimus eſt malorũq; omniũ caput. * potiẽ potior.
quaſi reconcupita.tertiæ eſt ac quartæ coniugationis potior.hinc quãdoq; corripit penultimã & quan-
doq; ꝓducit.* Plus occupat.vult dominum deũ.eſſe ſcorpionẽ:qui duorũ ſignorũ loca in cælo diciẽ oc- ſcorpio.
cupare.aſt ipſe demon vere ſcorpius eſt.qui ꝑtenſis voluptatibus blanditur,& peccati venenata necat
Lucæ 10. cauda.reminiſcatẽ aũt dñm dediſſe ꝑtẽ diſcipulis calcandi ſcorpiones atq; ſerpẽtes.* pœnas, ſic & dido

Æneid. 4. Egerimus cœlo,quibus olim deniq; vtrinq;
Sit certatum odijs,notũ,& meminiſſe neceſſe eſt.
Ille aſtris,potitur,parte & plus occupat æqua
Aetheris,ac pœnas inimica egente recepit
Crudeles,pro ſideribus,pro luce ſetenta
Nobis ſenta ſitu loca,ſole carentia tecta
Reddidit,ac tenebris iuſſit torquere ſubimis
Immittes animas hominum,illetabile regnum.
Haud ſuperæ aſpirare poli datur amplius aulæ.
Ingens ingenti claudit nos obijce tellus,
In partemq; hominum noſtri data regia cœli eſt.
Nec ſatis.arma iterum molitur, & altera nobis
Bella ciet,regniſq; etiam nos pellit ab imis.

pœnas inimico a fratre recepi.* ſẽtia ſenta ſitu.
ſitus quallida.et humore malo penẽ la
chrimãtia.eſt .n.ſitus lanugo q̃dã ex
humore ꝓcreata ĩ locis ſole carẽtibus
at ſentus,ta,tum,piloſus,horridus &
quaſi ſpinoſus.* reddidit.vide luciferi
demẽtiã quaſi prior ipſe deo aliqd cõ
tulerit * Iuſſit torq̃re, ĩdignatio ab of
ficij vilitate.carnificis quippe miniſte
riũ eſt quo nihil vilius ẽt apud homi- carnificis officium vilißimum.
nes reputatẽ.& hoc ĩ ſua ſupbiæ pœnã
datũ eſt illi vt qui ſup oẽs eſſe voluit,
& paripſi deo infra oẽs viliſſimo de-
putaretẽ officio.* immites homines.ſibi
in uitio ac pœna ſimiles.* illetabile regnũ.vnde abeſt oĩs lætitia.p qua fletus adeſt ac dẽtiũ ſtridor cõti
fo.175. nuaq; mæſtitia.* haud ãplius quia in iferno nulla eſt redẽptio.& hoc ẽ cõtra dogma origenis de quo
alias diceẽ.* ingẽs tellus.q̃ tũ pũcti vnius minimi locũ a coſmographis diciẽ occupare.cæterarũ rerũ cõ-
paratione q̃ circa & ſupra illã ſũt.* ingẽti obijce.obſtaculo nã cuiuſcũq; rei obiectionẽ quo minus liber obex.
Æneid. 10. aditus pateat vel egreſſus obex ſig.ſic & virg.Ecce maris magna claudit nos obijce põtus.hĩc et feras,
peſſuloſq; hoſtiorũ & vectes & quicquid obijciẽ intrãtibus aut egrediẽtib.obijces appellamus.* in par inuidie demonis cauſa.
tẽq; homini.terrenæ viliq; creaturæ.ecce cauſa ĩuidiæ,et odij ĩſenſiſſimi quo pſequiẽ nos demõ. quia be
atitudinẽ illã ũde ex ſuo demerito iuſtæ expulſus ẽ,nos p dei miſericordiã poſſeſſuri ſumus.* noſtri cæli
nobis prius ad habitãdũ dati vel ꝓpter nos,cõditi.audet adhuc diabolus cælũ ſuũ dicere,ad φ nullum
umquam amplius regreſſum eſt habiturus.nec enim mutabilis eſt vt homo deus , neque obſtat ea diui
Amb.ſuper luc .in viſitatione mariæ ad heliſabeth & in decretis de pendiſt. p. c.nouit. 2.cor.6. Ambroſii ſententia . Nouit deus mutare ſententiam ſi tu noueris emendare delictum . de homine
enim dicta eſt cuius arbitrij (dum viuit) vertibilitas manifeſtiſſima eſt . demonis vero omniumque demonis & dãnatorum deſperãda correctio
damnatorum tanta eſt in malo pertinax obſtinatio,vt eorũ omnino ſit deſperanda correctio . vt etiam
Aug.teſtatur in pſalmorũ expoſitione . * nec ſatis , quaſi parũ fuerit cælorũ regno nos priuaſſe & in
has detruſiſſe tenebras.* arma de quibus ait apoſtolus nam arma noſtræ militiæ non carnalia ſunt ſed
potentia deo ad deſtructionem munitionum . conſilia deſtruentes & omnem altitudinem extollentem
ſe aduerſus ſcientiam dei . * Regnis ab imis non inferni puto intelligi debere ſed orbis huius ha-
bitationis noſtræ , quæ ſuperorum comparatione cæleſtium infernus quodammodo dici poteſt.excepta Mundus hic ẽt infernus dici poteſt.

penarum æternitate . hic enim tenebræ ſunt interiores : ſicut ibi exteriores . hic malarum conſcientiarum tormenta . ſicut ibi animarum . hic ſedes eſt Sathanæ ſicut ibi , & ſunt hæc ea regna quæ perdere metuit, perdidit tamen & ſimul eam ſanctorum captiuitatem . quam in ſinu abrahæ licet procul a tartaro , in inferno tamen detinebat . Id propter anaſtrophæ eſt . & verum dicit nam propter illũ fortem armatum qui atrium cuſtodiebat : miſſus eſt D. Ieſus fortior qui victum eum alligaret. vaſaq; diriperet & ſpolia diſtribueret .* ſeu natum . ſeu vnum de alitibus fratribus. i. angelis non .n. plenam habuit notitiam demon an D. I. Chr. eſſet verus dei filius vnigenitus ac naturalis conſubſtantialiſq; patri vt & ſupra dictum eſt. alioquin necem eius non intentaſſet , preterea angelum & venturum legerat apud eſaiam. qui dicit. & ſtatim veniet ad templũ ſanctum ſuum dominator. quem vos quæritis, & angelus teſtamẽti quem vos vultis. Itẽ malachias ait in perſona dñi. Mitto angelũ meum ante te. qui præparabit viam ante faciẽ tuam.* Armis cœleſtibus lucis, & iuſtitia, diuinaq; virtute.* recludet infera quæ clauſa fuerant a deſcenſu abel iuſti vſq; ad illud tẽpus.* conceſſas non in perpetuum neq; vt torquerentur. tametſi infra imperij ſui limites repoſitas & quodammodo carceri mancipatas , vſq; ad redemptoris aduentum.* Orbe, quaſi triplex ſit orbis cœleſtium, terreſtrium & infernorũ.* eximet. educet. vereq; ꝑcio ſui ſanguinis redimet . ſicut ait Petrus ſcientes quia nõ corruptibilibus auro vel argẽto redempti eſtis: ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati, & incõtaminati Chr.* Arcta in vincla dabit. videt hic lucifer diuinare. quod habetur in apocalipſi. vidi angelũ. i. Chriſtum (vt exponit ibi gl.) deſcẽdentẽ de cœlo habentẽ clauẽ abyſſi et cathenã magnã in manu ſua et apprehendit dracone͂ ſerpentẽ antiquũ, qui eſt diabulus, & ſatanas, & ligauit eum per annos mille, & miſit eum in abyſſum & clauſit atq; ſignauit ſuper illum , vt non ſeducat amplius gentes, donec conſumentur mille anni poſt hæc oportet illũ ſolui modico tẽpore &c.* Olympo . ſed ad quid ? vt horribili aſpectu beatorum minueret fœlicitatem ? decorũ certe ſpectaculũ ? abſit igitur: vt videas amplius cœlum. vnde ſemel cecidiſti .* ouãs. i. triumphãs de more romano tractum eſt hoc. verum de minori ac maiori triũpho alibi * iſte autem. ſ. d. n. i. Chr. quem velut infenſum ſibi nõ vult nominare, vel quia ĩdignus eſt. hic confutat quæ poſſent obijci ſibi ab alijs. quare non tentaſti ? vt ſuperares eum tu, qui & primum parentẽ tentando ſuperaſti ? reſpondet, iſte &c.* Imperditus, qui nequaquam perdi poteſt. participiũ dicerem pro nomine ſi imperdibilis inueniretur.* noſtris armis. quæ ſunt triſtia bella, Ireq; inſidiæq; & crimina noxia cordi. mille nocendi artes , & nomina mille.* Sæpe adij . ter in euangelio tantum legimus eum tentaſſe deinde receſſiſſe pulſum vſq; ad tempus. fortaſſe tamẽ (vt hic dicit) ſæpius adijt, nec .n. omnia ſcripta ſunt quæ circa dñm, & per eum facta ſunt.* interritus fingit demon ſe interritum. cum nihil ſit quod magis timeat, quã a ſanctis ſuperari. ideoq; nos admonet Iacobus apoſtolus dicẽs reſiſtite diabolo & fugiet a vobis.* Tentaui. & propterea in euangelio tentator appellatur .* Inſidijs, eiſdem quibus & primum hominem vt docet greg. ſed prius operepretium eſt vt ipſa ponamus euangelij verba. vnde locus hic aſſumptus eſt deinde proſequemur expoſitionem . refert itaq; Mattheus euangeliſta. quod poſteaquam baptizatus fuit à Ioanne dñs in iordane , tunc ductus eſt in deſertum a ſpiritu vt tentaretur a diabolo. & cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus poſtea eſurijt , & accedens tentator dixit ei. ſi filius dei es: dic ut lapides iſti panes fiant. Qui reſpondens dixit ei. ſcriptum eſt nõ in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo quod procedit de ore dei. tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctã Ciuitatem : & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi : & dixit ei . ſi filius dei es mitte te deorſum . ſcriptum eſt enim quia angelis ſuis mandauit de te , & in manibus tollent te , ne forte*

Margin notes, in order down the page: Matth. 12. & Lucæ. 11 — Eſaiæ 3. — Malach. 3. — orbis triplex. — p. petri c. 1 — apoc. 20 — Imperditus. demonũ arma quæ. — æneidos 7. — Io. ult. cap. — greg. ſ ho. dominice pri. quadr. — Chriſti tẽtatio — Matth. 4.

Id propter iuuenem ætherea demiſit ab arce.
Seu natum, ſiue alitibus de fratribus vnum.
Iamq; aderit, fræ̃tusq; armis cœleſtibus ille
Sedibus exitium vehet his, & regna recludet
Infera, conceſſaſq; animas noſtro eximet orbe.
Fors quoq; nos, niſi non ſegnes occurrimus, ipſos
Arcta in vincla dabit. vinctoſq; inducet olympo
Victor, ouans. ſuperi illudent toto æthere captis.
Iſte autem quamuis mortalia membra caducus
Induerit , tamen eſt noſtris imperditus armis .
Nempe ego ſæpe, adij , coramq; interritus vrgens .
Tentaui inſidijs nequicquam (non ea me res
Falſum habuit, neq; enim nunc primum talia cerno)
Quas non in facies, quæ non mutatus in ora .
Acceſsi in caſſum ? ſemper me reppulit ipſe
Non armis vllis fretus , non viribus vſus .

te offendas ad lapidem pedem tuum : ait illi Ieſus rurſum : ſcriptum eſt non tentabis dominum deum tuum. iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna mundi. & gloriam eorum. & dixit ei hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me. tunc dicit ei Ieſus : vade Sathana, ſcriptum eſt enim dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. tunc reliquit eum diabolus & ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. * Reppulit. duplici, pp. ſcribitur metri cauſa, ſicut repperit, & rettulit. quæ tamen ſcriptura in oratione ſoluta fieri non debet, niſi quis contenderet in duobus primis poſſe fieri diſcretionis cauſa. vt ſcilicet dignoſcatur preteriti tertia perſona, a ſimili præſentis temporis tertia quod mihi haud ſedet animo. cum ex præcedentibus ac ſubſequentibus facile poſſint diſcerni. aſt in repello minime ſibi locum vendicat hæc difficultas. nam in præſenti repellit : in præterito vero habet repulit. * Armis materialibus, quibus per manus iniquorum vtitur ad perſequutionem iuſtorum vel potius dolis : quibus vtitur ipſe tentator. alioquin cur ſupra dixit. illum armis cœleſtibus fretum. * Viribus diuinitatis ſuæ. nam (vt ait Gregorius) qui tentatorem ſuum mergere in abyſſum poterat : virtutem potentiæ ſuæ non oſtendit, vt nobis præberet exemplum : quoties a prauis hominibus aliquid patimur. ad doctrinam potius excitemur quam ad vindictam. * Veterum vatum. pluralis pro ſingulari ideſt Moyſi ; in deut. vbi dicitur dominum dediſſe populo cibum manna antea incognitum, vt oſtenderet ei, quod non in ſolo pane viuit homo : ſed in omni verbo quod egreditur de ore domini. * Irrita ideſt fruſtrata. * Vim omnem, vel malitiam ſuam intelligit : vel propriæ vim ſuam ideſt poteſtatem, nam & detulit eum ſupra pinnaculum templi deinde & ſuper excelſum montem. * Ergo concluſio eſt. * Pandam, aperiam. Et eſt aduertendum, quia demon, quæ per ſe non poteſt, per malos homines impietatis ſuæ miniſtros conatur explere, & hoc pacto dominum Ieſum Chriſtum conatus eſt perdere. hoc modo, & membra eius, apoſtolos ac deinde martyres eſt perſecutus. vt ad nihilum eccleſiam dei reduceret, proprium vero cultum, quem in idolis gentium habebat, firmius ſtatueret. ſed & ab ipſo domino perditus eſt. cum ſuis idolis a gentili populo fuit excluſus. * Ille Dominus Ieſus. * Ad antiquas arces ſolymorum nobiles & vetuſtiſſimas, nec non, & olim deo cariſſimas, dum in eis diuinus floreret cultus. vetuſtiſſimas quoque diximus. quia poſt diluuium mox a ſem filio Noe conditæ memorantur. * Licet inuiſus. capiant hinc exemplum prædicatores non deſiſtendi a verbo Dei. licet aliqui primorum vrbis eos odio habeant, non enim debent pluris facere vitam propriam quam ſalutem populi ſpiritualem. * Primoribus. ab eo quod eſt hi primores. ſicut, & hi proceres. primates, ſummates, & optimates. primos in ciuitate ſignificant, dixit ſeruius inueniri primoris, in genitiuo ſingulari. nominatiuum vero minime. ego vero numquam potui vllum ſingularem caſum ex prædictis nominibus reperire, præterquam ex primatibus. ſed non in ea ſignificatione. eſt enim primas, matis, quædam dignitas in eccleſia, primores vero. ſignificant etiam rerum ſummitates. hinc dixit Lucillus. cum Gallus gallinaceus digitos primoreſque erigit vngues, & primores dentes dixit Plinius qui primi apparent. * Sacerdotes quorum hypocriſim atque auaritiã redarguebat.* odijs miraculorumq; inuidia, & populi magis illum audientis. * Vt cuique eſt copia quantum vnuſquiſque ſapit & poteſt. nota puer hunc pulcherrimum loquendi modum idem eſt, ac pro virili, prout cuique eſt facultas.* pro religione .ſ. defendenda. nam videbatur eis*

in hom. dominice prima xl.

deut. 8.

reppulit.

optimum patientiæ documentum.

Hieruſalem vetuſtiſsima vrbium.

prædicatorum monita.

ſuper ix. æne.

Primores & ſimilia nomina

Sed tantum veterum repetito carmine vatum
Irrita tentamenta, dolos, & vim exijt omnem.
Ergo quæ mihi nunc ſurgit ſententia pandam,
Ille iter antiquas ſolymorum inſtaurat ad arces,
Sit licet inuiſus magnæ primoribus vrbis.
Quippe ſacerdotes odijs ingentibus illi
Infenſi inſidias, vt cuiq; eſt copia tendunt.
Solliciti veterum pro relligione parentum,
Vt ferro incautum ſuperent, & funere mulctent.
Quandoquidem ille nouos ritus, noua ſacra per vrbes
Inſtituit, priſcaſque audet reſcindere leges.

Matt. 6. & 23.

Io. 2.

Math. 15.

quod dominus Ieſus religionem diſturbaret. eijciendo vendentes, & ementes de templo nummulariorũ menſas euertẽdo, & cathedras vendentiũ colũbas. cũ ea omnia in ſacrificia domini ꝑparata ac diſpoſita eſſent. Itẽ quia traditionẽ ſeniorũ diſcipuli nõ ſeruabant, cum panẽ illotis manibus mãducarẽt maxime defendente eos dño, atq; dicente. ꝙ intrat in os nõ coinquinat hominẽ. vnde & ſcandalũ paſſi ſunt phariſei. quaſi omnem hoc verbo diſcretionem mundorum atq; communium abſtulerit ciborum.

præcipue autem mouebantur ex ſanatis ęgris in ſabbato tanquam ſabbati violator eſſet. hinc ad pſidẽ accuſantes eum dixerunt, hunc inuenimus ſubuertentem legem noſtram. his per calumniam coactis odium inuidiamque ſuam palliabant, nec enim venerat dominus legem ſoluere ſed adimplere. * Incautum. fatui, quaſi deum poſſent fallere. qui tamen & mortem ac eorum inſidias multo ante prędixerat. * Mulctent. i. puniant. ablat. iungitur, vt hic, & Verg. mulctatã triſti morte camillã. duobus etiam accuſatiuis Hier. iunxit: mulctauit gentem argenti talenta centum, & auri talentum vnum, eſt autem Mulcta. pecuniaria pœna qua iudices ad contumaciam cohercendam vti conſueuerunt propriamq; defendere iuriſditionem; & ærario publico non ipſi acquiritur iudici. * nouos ritus vt de baptiſmo qui circuncisioni ſucceſſit: quem tamen illi nõ poterant imputare. cum prius a Ioanne Baptiſta fuerit inceptũ baptizari, licet aqua ſola. * noua ſacra, vt de corpore & ſanguine ſuo paſchalis agni loco. quod tamen ſacramentum in vltima cœna inſtitutum non poterant obijcere. niſi forte propter multa verba, quæ refert Ioannes Euangeliſta de hoc ſacramento publice diſputata. * reſcindere hoc falſũ erat vt Paulo ſupra dictum eſt, niſi vellent dicere ꝙ legis adimpletio (que conſiſtit in additione rerum earum quas minus habebat: & faciendo quæ futura ꝑdixerat) ſit legis reſciſio. * hic. modo producitur eſt enim hoc loco non minus temporis aduerbium quam loci, quando vero eſt pronomen corripitur. Verg. ſolus hic inflexit ſenſus, Item Hic vir hic eſt, tibi quem promitti ſæpius audis &c. * opibus, inſidiarum & malitiæ redundantia. * confieri rem. ſimul ab omnibus confici. non enim abundat con: eſt autem hic verſus male ſonorus, ſicut fere omnes in monoſyllabam dictionem deſinentes. * in eum contra ipſum Ieſum. * Inflammate. ſic horatius. oleum adde camino. & Virg. Incenſum his dictis animum inflammauit amore. nam (vt ait Greg.) demon malarum incenſor eſt cogitationũ non immiſor. * vera quibus ad inuidiam magis ac magis moueantur. * Praua. i. falſa quibus odium poſſint ſub aliqua ſpecie boni palliare. * peſtiferum, quo anima ipſa occiditur, etenim omnis malus, prius in corde perſecutionem patitur a ſeipſo: quam proximo in corpore perſecutionẽ intendat. * furtim. clam & vix illis ſentientibus. * Venenum. ſic dicitur eo quod per uenas ſpargatur. & bene ſtimulos inuidiæ ꝑ venenũ exprimit. nam lurida reddit corpora, & ſerpentibus plenis veneno introducitur a naſone ſeſe paſcens inuidia. * Victi. a veritate quæ tandem vincit omnia ſicut Eſdra prædicauit, & inualeſcit atq; obtinet in ſæcula ſæculorum. * abſiſtant ceſſent ab incoata perſecutione. * cæde peracta, completo facinore necis Chriſti. * Si vero facilior hic ſuggeritur modus imperata complendi. ſ. vt per vnum ex 12. apoſtolis peruerſum domino tendantur inſidiæ, quia nulla peſtis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus. * metus de quo ſupra in orationis medio. * Præcipitate moras. ſignato vtitur verbo & demoni maxime conuenienti. qui de cœlo præcipitatus, & eſt præceps prę nimio furore ſuperbiæ qua vexatur: & omnes ad præcipitium impellit, vnde & ipſi domino dixit: Mitte te deorſum. * Moras. ſemper enim nocuit differre paratis, & vt ait ſaluſtius. Ante factum conſulto. mox vbi conſulueris mat uro opus eſt facto. habetur etiam in iure, moram ſuam cuilibet eſſe nociuam. ſimili verbo iris vergiliana turnũ excitauit dicens. Rumpe moras oẽs turbataq; eripe caſtra. * Fluxis pro. fluxibilibus. * Tectis. ne deprehenſa forſitan vitarentur. ſed quid moliris o demon? an ignoras quia fruſtra iacitur rhete ante oculos pennatorum? qui fecit oculos ergo non videbit? & qui plantauit aurem nõ audiet? incaſſum omnino tuæ tenderentur inſidiæ, niſi ſua ſponte mortem obiret. quare in te ipſum moliris eas, in muſcipulam propriã iacebis inuolutus in foueam quam tu & phariſei foditis vos demum cadetis. * Faceſſunt ad faciendum eunt

His opibus veſtris opus, en nunc confieri rem
Tempus adeſt, in eum cuncti maioribus illos
Inflammate odijs & vera, & praua canentes.
Peſtiferumq; animis furtim inſpirate venenum.
Ne victi, oblitiq; iras corda aſpera ponant,
Sed ſeui magis, atq; magis, ſtimuliſq; ſubacti
Acribus abſiſtant nunquam, niſi cœde peracta.
Si vero, ſi quis ſocijs ex ipſius vnum
Bis ſenis capere, atq; dolis peruertere poſsit,
Res confecta, metus penitus ſublatus & omnis.
Præcipitate moras. fluxis ſuccurrite rebus.
Nunc tectis opus inſidijs, nunc viribus vſus.
Vix ea fatus. vbiq; ruentes iuſſa faceſſunt
Autores ſcelerum, portisq; ex omnibus alte,
Diuerſi rumpunt, tremit abdita murmure tellus,
Incubuere auris. crinitas anguibus alas
Obſcurum per inane mouent, terraſq; capeſſunt.

mulcto. mulcta.

noui ritus qui nam.

que noua ſacra.

legem adimplere quid ſit.

hic.

confieri rem. verſus inſonorus.

demon malas cogitationes non immittit ſed inflãmat.

venenum vnde

nulla peſtis efficatior ad

mora fugienda

faceſſo

Io 5.7. & 9.

in 3. eſd. c. primi. l. ff. ſi quis iudici non obtem. cod. de m de mulctandi. l. mulctarum.

Matth. 3. Io primo

Matth. 26. Luc. 22. Io. 6

Cyrillus ſuper Matth.

Aug. ſuper Matth. c. 5.

Aeneid. 4. & 6

eneid. 4.

Aug.

Metth. amor lib.

Eſdræ 3. c. 4

Matth. c. 4.

Saluſtius in pricipio cathilinarij.

de reg. iuris lib. 6 c. mora ſua Aeneid. 9.

prouerb. p.

pſal. xciij.

imperata

*imperata & quodam cum deſiderio mentiſq; ardore. hac mihi videtur pracipua verbi huius ſignificatio. ſic & Verg. matris pracepta faceſſit. & alibi Imperio lati parent ac iuſſa faceſſunt. quare non improbo priſcianum dum dixit talia deſideratiua non incongrue nominari poſſe: nam quod ait ſeruius frequentatiuum eſſe faceſſo. & verbi formatio & coniugatio, ſignificatioq; non mihi videtur frequentatiuis conuenire ſig. preterea faceſſo iubere abire quodam cum mentis faſtidio vultuoſaq; pronuntiatione Terentius. hac hinc faceſſat. & Cicero. faceſſant igitur qui docere nihil poſſunt quo melius ſapientiusq; viuamus. paſſiuū huius verbi protulit idem pro Cluentio. Hoc Polliceor (inquit). omnibus ſicut faceſſitur negotium. * Rumpunt, pro erumpunt. * Tremit .i. tremorem expreſſit. * Obſcurum per inane .i. per aerem nocturnum. nec mirum, poteſtas eorum poteſtas tenebrarum eſt. omnis enim qui male agit, odit lucem. * capeſſunt, vel capiunt. vt ſit deriuatiuum pro principali, vel etiā cum deſiderio explendi funeſta precepta ad capiendum eunt. nam que de faceſſo dixi. eadem de capeſſo dicta intelligantur, & arceſſo, laceſſo, viſo, acceſſo cæteriſq; ſimilibus verbis. ſi qua tamen alia poſſunt inueniri. hoc addito ꝙ ſecundum Diomedem preteritum in. ſſi. & ſupinum in ſſum. quæ in ſſo deſinunt. at ſecundum Priſc. in ſſiui, & in ſſitum. quod & ſaluſtij teſt. conprobatur diuerſa (ſcribit) vti ſolet rebus perditis capeſſiuit. ſic & Cicero. hos ego ſermones qui tuam, exiſtimationē non offendunt laceſſiui nunquam. ſunt & nonnulli qui dicant talia verba carere. ſupino quibus aſſentiam quo ad vſum donec aliquod inuenero, ſecundum artem vero pradictis. grammaticorum ducibus. adſtipulor. * Non tam, apum inter ſe concurrentium ſimilitudine multitudinem demonum ab inferno egreſſorum, & ſtudia demonſtrat. de quibus vide Verg. in 4. Georg. Ergo vbi ver nacta ſudum &c. vſq; ibi. Hi motus animorum. eſt autem ſenſus loci huius. non ita denſo agmine glomerantur apes hinc inde, quando exorta diſcordia inter duos reges egreſſa de aluearibus decertant in aere. quanto demones ex portis inferni erumpentes. Olim, quouis tempore, aliquando, nec .n. præſens magis notat hic quam præteritum vel futurum. ordo eſt. non tam olim flor, ap, glom, in denſa nube .i. ad ſimilitudinem nubis denſa, per auras ſubl, eſt. ſer, nubi fugo borea &c. * Florilega, legentes flores perpetuum eſt, apum epitheton. * Nubi fugo borea, i. nubes fugante. is .n. ventus qui hyeme pluuius eſt & niuoſus: eſtate ſit ſerenus, & fugat nubes. Aquilo latine dicitur a ſimilitudine volatus aquilæ citiſſimi. de quo vide Ouidium. Apta mihi vis eſt, qua triſtia nubila pello. & freta concutio &c. vſque ad 10. carm. qua ratione ante ortum caniculæ prodromi vocentur aquilones, & poſt eius ortū xl. diebus atheſiæ dicantur, vide Plin. in nat. hyſto. * Mad. auſt. qui e diuerſa cæli regione flare dicuntur. & ab hauriendis aquis nomen aſſumpſere, de quibus idem Ouidius. contraria tellus Nubibus aſſiduis pluuioq; madeſcit ab auſtro. * Diſcordia, ſic Verg. ſin autem ad pugnam exierint, nam ſæpe duobus Regibus inceſſit magno diſcordia motu continuo &c. * Sæua prælia. multæ .n. hinc inde cadunt mortue inſtar grandinis, & glandis ex illice concuſſa vt ſcribit ibidem Verg. nam, & animas in vulnere ponunt. non ab re demonum, & apum eſt facta comparatio. ſicut enim apes mellis dulcedine delectant, aculeo vero pungunt. ſic & illi voluptatum deliniunt blandicijs, peccati autem morſu nos excruciant. * Veh modo interiectio dolentis eſt & futurū comminantis malum. ſic. Io. in apoc, veh veh veh, habitantibus in terra de cæteris vocibus trium angelorum & alibi, veh Terra, & Mari quia deſcendit ad vos diabolus habens iram magnam. & in Euang. ſæpe, veh vobis ſcribæ & phariſei hypocritæ. & veh mundo a ſcandalis. alibi eſt potius commiſerantis. vt veh miſero mihi. Mantua veh miſera nimium vicina Cremonæ. & Hieremias. veh (ait) nobis quoniam vaſtati ſumus. & veh mihi quoniam defecit anima mea. producitur, & aſpiratur vt differat a, ve quæ encletica eſt coniunctio, & disiunctiua. * Terris .i. in qua terrarum parte, terra in ſing. elementum eſt. terra in plur. pro partibus eius ponuntur. quibus*

Margin notes: georg 4. æneid 4. — priſc. lib. 8. de ſpec. ver. — Cicero in hortenſ. — capeſſo verba in ſſo. — lib. 2. hiſt. — ad apium. lib. 6. math. — comparatio. — olim. — florilege — Boreas — lib. 2. c. 49. — lib 2. c. 49. — auſter — liß. primo Math. lib. 4 geo. — quare apibus demones comparantur. — veh — apoc. 8. & 12. — Math. 18. & 23. — hier. 4. — ſeruius.

Non tam olim denſa ſublimes nube per auras,
Florilege glomerantur apes æſtate ſerena
Nubifugo borea, & madidis ceſſantibus auſtris,
Si quando exorta eſt inter diſcordia reges,
Sæuaq; collatis inuadunt prælia ſignis.
Veh, quibus inſtiterint terris, quibus orbis in oris
Dira cohors. quantas populis feret illa ruinas?
Iamq; emenſus iter multis comitantibus heros
Vera dei ſoboles Bethanes mœnibus inſtat,
Cernit ibi mœſtas crinem laniare ſorores
Munera fraterno tumulo ſuprema ferentes
Expertem thalami Martham, atq; vrbis auitæ.
Magdali dictam de nomine Magdalenam.
Progreditur, buſtumq; petit mœſtiſsima Martha.

quibus orb, in or, ταυτον idem eſt. * Populis credentibus eorum fallacijs vt fideles in Chriſtum credentes vel etiam credituros ſicut, & ipſum dominum perſequantur. * Vel populis iudeorum intellige qui hieroſilimam pro ſolennitate paſcali venturi erant, & dominum ipſum crucifixuri. vnde cauſanda erat omnium ruina, quæ Tito & Veſpaſiano Imperatoribus vniverſos inuoluit iudeos in vindictam necis domini Ieſu. xl. a paſſione eius anno. * Iamq;. redit poeta ad referendam Lazari reſſurrectionem quam ſupra inchoauerat ante hanc longam ſathanæ contionem. * Emenſus iter duorum dierum, vt ibi oſtendimus. * Inſtat. prope eſt. nec enim intrauit. ſed ad eum primo Martha deinde, & Magdalena multis comitantibus egreſſa eſt, & ambæ dixerunt. domine ſi fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mortuus. * Crinen laniare. hoc ex euangelio non habetur ſed aut more patriæ intellige, vel poetice lugentium. more fœminarum. ſicut etiam de Beata Virgine dicturus eſt infra lib. 5. & 6. cuncta oblita ruit. Item per mediôſque ruit. Item terq; quaterq; manu tundens pectuſq; caputq; & rurſus, vos o monteſq; feri in me vnam ruite, & alia per multa quæ & ſi non legamus facta vel dicta fuiſſet, vt minus conuenientia, tam ſapienti ac tantæ dominæ. matri tamen horrendam filij vnigeniti necem ſpectanti nonnihil congruunt. * Munera ſuprema. lachrimas intellige. * expertem thalami, virgo quippe permanſit Martha hoſpita Chriſti, ſyro patre eiuchario matre regali ex progenie deſcendit pater eius ſyriæ, et maritimæ multarũq; orarum dux extitit. Tria autem oppida ſcꝫ. Magdalum, & Bethaniam vtramque ac hieroſolimæ vrbis partem cum ſorore iure maternæ hereditatis poſſidebat. numquam legitur virum habuiſſe aut hominum cõtubernio ſe ſubijſſe * ex breuiario. expers multũ differt ab experto. illud .n. quaſi extra partem dicitur (de eo) qui rudis eſt & ignarus alicuius rei. vel per antiphraſim qui nullam eius rei experientiam habet. expertus vero qui iam ex uſu aſſiduo conſuetudinem fecit. hinc dicitur. experto crede magiſtro. & experientiam rerum eſſe magiſtram. expes. vero ſignificat eum qui extra omnẽ ſpem eſt alicuius rei potiundæ. * Magdali. vrbs eſt ĩ confinibus ægipti prope rubrũ mare iuxta quam caſtrametatis filij Iſrael de mãdato domini in exitu ab egipto viderunt ægiptios perſequentes. indeq; recedentes ingreſſi ſunt mare quod pedibus ſiccis tranſiere, ſummerſumq; pharaonem cum exercitu cernentes cantauerunt domino canticum illud: cuius initium eſt. Cantemus domino, glorioſe enim honorificatus eſt equum & aſcenſorem deiecit in mare. ad Magdalum rurſus reliquiæ populi iſraelitici. poſt vrbis ruinam a Nabuchodonoſor rege babiloniorum confugere. habitaruntq; ibi & in taphnin ac Memphin non multum diſtantes. arbitror autem fuiſſe Magdalum aut vnam ex illis pyramidibus vatum carmine celebratis, aut inter illas conditum extitiſſe nam & prope Memphin eſt. inter quam & Arſinoen teſte Plinio ſunt turres illæ pyramides. & ipſum nomẽ vrbis Magdalum turris recipit interpretationem. non tamen huius vrbis rex fuerat pater Magdalenæ Marthæ, & Lazari ſed altera vrbs eius nominis erat intra fines iudeæ cui dominatus fuerat ſyrus cũ Bethania vtraque & magna vrbis hyeroſolymarum parte. nam in libello vbi vita Marthæ deſcribitur legi. in diuiſione hereditatis paternæ. Bethaniam Martæ. Magdalum Mariæ contigiſſe: vnde & Magdalena eſt appellata, reliqua vero fratri Lazaro, quo in expeditionibus occupato, & maria contemplationi vacante. Martha vtriuſq; partes cum ſua adminiſtrabat. Magdalenam de hac multa infra. eſt autem verſus ſpondaicus. ſpondeum quippe in .5. loco recipit pro dactilo. quod ideo admittitur quia temporibus conueniunt. licet ſyllabis diſcrepent, & iccirco inuicem ſunt reſolubiles. * Buſtum monumenti tumbam vt cicero & ſuetonius docent, nec enim ſeruium interpretem poſſumus hoc in loco ſequi dicentem Buſtum eſſe exuſtum cadauer. cum iudeorum corpora non exuſta vt romanorum ſed aromatibus cõdita ſepelirentur. vt in hac Lazari ſuſcitatione patet & in domini .n. Ieſu Ch. ſepultura. quem morem ab ægiptijs traxiſſe exiſtimarem, intra quos annis verſati ſunt .cccc. niſi eodem ritu ante quam deſcenderent in ægiptum legerem patriarcas in hebron fuiſſe ſepultos. in illa dupplici ſpelunca quam Abraam emit ab ephrone filio ſeor ethæo quadringentis ſiclis argenti. * hunc. d. n. Ieſ. Chr. * Simul ac, ſtatim vt. ornatus loquendi modus a pueris imitandus. * Vidit .i. audijt veniſſe foriſq; eam expectare. hoc enim verbum video, non ſolum ad oculos refertur, ſed & ad animum & ad reliquos ſenſus reflectitur. vt cum dicimus vide, quam dulcis ſonus, vide quam redoleat, quã ſapiat, et quam durũ ſit. * Comites qui conſolabantur eam. * Fratris ſepulchrum. non quod ante vel apud ſepulchrum eſſet, cum d. Ieſu aduentus martæ nunciatus eſt. ſed ad comitum credulitatem refertur qui videntes eam cito ſurgere putabant velle ad ſepuluchrum ire vt ibi fleret. vide euangelij hyſtoriam. nec propterea mireris varium poetam. lex enim hæc eius eſt vt non curet verbum reddere verbo fidus interpres. diuerſa quippe ſunt hyſtoriam texere. & effingere poema. * Soror. Magdalena. prior .n. Martha deinde Magdalena occurrerunt domino foris ſtanti. vel etiã ſoror Martha intelligi

Marginal notes (right): Hyeroſ. vrbis ruina. — Io. 11. c. — exodi. 14. — exodi. 15. — Hieremiæ. 14. c. — lib. 5 c. 9. hier. in fine bibliæ. & Beda ſuper luc. 18. — Nicol. lyr. ſuper luc. c. 8. — lib. 2. de legibus in vita ceſa. — geneſ. c. 50 gen. 23. 25 & 35. — Aug. lib. 2. confeſſ. — Io. 11. Horatius in arte poeti.

Marginal notes (left): expers & expertus. — expes Magdalum. — verſus ſpondaicus. — buſtum. — Mos roma. ægiptiorum & iudeorũ ſepulturæ. — ſimul ac. — vidit ad ſenſus omnes refertur.

Hunc ſimul ac vidit, comites fratriſq; ſepulcrum
Deſerit, ac multo venienti occurrit honore:
Inſequitur ſoror inde, oculos ambæ imbre madentes,
Fœmineis ambæ plangoribus indulgentes,
Vt te poſt cari germani funera tandem
Accipimus venientem? vt te ſæpe ille vocabat
Magne hoſpes gelidi perfuſus frigore leti?
Atq; equidem credo, tunc fors te ſi qua dediſſet
Nobis, nunc etiam vitales duceret auras.
Nnnc quoq; (nil quando clari tibi rector Olympi
Abnuit) haud penitus nobis ſpes omnis adempta eſt,
Talibus orabant, comites ſimul omnia luctu
Miſcebant, mœſtis reſonabant cuncta querelis;

*intelligi poteſt. ſi ad occurſum Magdalenæ hoc referatur tant quam magis celebrem. nam & iudei qui venerant ex hyeroſolimis ad conſolandas ſorores. ſecuti ſunt Magdalenam credentes vt diximus ad monumentũ eam ire vt ibi ploraret. * Fœmineis plang, ind. nam & Fœmineum eſt plorare virum decet eſſe modeſtum. * vt te, admirantis, & deſiderantis aduerbium eſt, & ponitur pro quam vel quomodo, quale eſt illud æneæ ad hectorem. vt* ut.

ænei. 2. *te poſt multa tuorum funera Deffeſſi aſpicimus. * Leti gelidi, ab effectu, quia vitali reſoluto calore*
*corpus gelidum reſtare neceſſe eſt. * Te ſiqua, hæc ſunt euangelij verba. domine ſi fuiſſes hic frater*
Cirillus & *meus non fuiſſet mortuus. ex quibus verbis apparet has ſorores credidiſſe in Xpm, ſed non vt oporte*
Theoph. *bat. nec dum enim cognoſcebant quoniam Deus erat, ideoque dicebant ſi fuiſſes hic. diffidentes quod*
ſuper Io. c. 11. *& abſens ſi voluiſſet potuiſſet prohibere, mortem fratris. * quando pro, ſiquidem. * nihil abnuit tibi*
Cirillus. *non ergo propria virtute cognoſcebant eũ poſſe hoc facere quod ex hoc apparet. ſcio quia quæcumque*
*popoſceris a deo dabit tibi deus. vt de ſancto quodam ac approbato viro loquente. * adempta eſt. ſpe*
rabant .n. precibus eius poſſe reſurgere, non tamen adhuc nouerant eum mortis, & vitæ imperium
Io. 11. *habere * Luctu miſcebant, hoc idem dicitur in euangelio: vt vidit Ieſus eam plorantem & iudeos qui*
venerant cum ea plorantes infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum dixitq; vbi poſuiſtis eum, dicunt ei
*veni & vide. & lachrimatus eſt Ieſus &c. * dictis amicis .his.ſ. reſurget frater tuus. cumq; de reſur*
rectione nouiſſimi diei intelligeret, dixit ſe eſſe reſurrectionẽ, & vitam. qui credit (ait) in me etiã
Verſu cedamus læto actutum. *ſi mortuus fuerit viuet &c. quæ ſequuntur vide textum euang. * Actutum confeſtim vt ſupra oſten-* quatriduanus.
*dimus. * Fauc. hau, tel,i. ſepultum in ſpelunca. periphraſis eſt, * Quarto ortu. vnde, & Martha*
dixit. domine iam fetet. quatriduanus eſt enim. quod quidem nomen. nõ a quattuor annis ſed a qua- diditur.
Verg. lib. 7 *triduo deducitur. * Diditur. ſpargitur diuulgatur. Sic & Verg. Diditur hic ſubito troiana per agmi*
epiſt. helẽ. paridi. *na rumor verbum eſt lucretij. * per vrbem Bethania, non Hyeruſalẽ. * Incredibilis. quia vt ait Ouid.*
tarda ſolet magnis rebus in eſſe fides. nec enim à ſeculo fuerat auditum vt quatriduanum quis mortuũ
*ſuſcitauerit. * Omnes. hyperbole mihi videtur eſſe. nec enim dominus miracula facturus more pha-*
riſeorum eleemoſinas facturorum tuba canebat ante ſe. nec tãtum moræ interfuit, vt ex vicinis monti-
bus decurrerent omnes. alioquin & totus hyeroſolimorũ populus ſimul accurriſſet cum 2. lapide tan- cur orauerit.
*tum diſtaret. * Par, in vo, noc, non orauit, d.n.I. Chri quia oratione indigeret tanquam patre mi-* Chriſtus.
nor ad impetrandam ſuſcitationem lazari. cum per omnia ſit deus & deo patri æqualis. ſed vt nobis
fidelibus orandi normam daret ne ſimus in nobis ipſis fidentes, maxime in patratione miraculorum.
cum ſine ipſo nihil poſſimus facere. & noſtra ſufficientia ſit a deo. ſimul &, vt obſtrueret calumni-
*antium ora quod in beelzebub principe demoniorum ſigna faceret. * Bis pect, anhelo ſuſpirante, vel*
laborante in reſpirando. non tamen ex difficultate reſuſcitandi hæc deſcribuntur cum facilius illi ſit
mortuos omnes ſuſcitare quam nos dormientes excitaremus. ſed hi labores & fremitus ad myſticum
ſuper Io. *referendi ſunt intellectum. nam vt ait Auguſtinus omnis qui peccat moritur. ſed deus magna miſeri-*
cordia ſuſcitat animas ne moriantur in æternum, intelligimus ergo tres mortuos quos in corporibus ſu-
4. moral. *ſcitauit aliquid ſignificare, de reſurrectionibus animarũ. puellã .n. (vt docet greg.) in domo, mulieris*
viduæ filium extra portam, in ſepulchro autẽ Lazarũ ſuſcitat, adhuc quippe in domo iacet qui mor-
tuus iacet in peccato. extra portam ducitur cuius iniquitas vſq; ad inuerecundiã publicæ perpetratio
nis operatur. ſapulturæ vero aggere premitur, qui in perpetratione nequitiæ etiam vſu conſuetudi- quid ſignificẽt tres mortui a domino ſuſcitati.
in home. dominicæ 15. poſt pẽ. *nis præſſus grauatur. ſed hos plerunque diuina gratia reſpectus ſui luminæ illuſtrat. item ſecundum*
th. aug. ſup Ioan. *Ambroſium & Auguſtinum, intus eſt mortuus qui praua quidem cogitationi conſenſit ſed nondum*
malum opere compleuit, ſi autem malum ipſum quod cogitauerat ad effectum eduxit, iam mortuus
extra portam effertur ad ſepulchrum, quod & ſi frequentibus actibus in malo conſuetudinem fecit:

demum

Aſt heros triſtes dictis ſolatus amicis.
Spondet opem, ſuperas rediturum ad luminis auras.
Actutum fratrem incolumem, quem faucibus hauſtum
Telluris quarto iam ſol non viderat ortu,
Diditur hæc totam confeſtim fama per vrbem
Quæ cunctis incredibilis quæ & mira videri.
Vicini s populi paſſim de montibus omnes
Concurrunt ſtudio viſendi, atq; omnia complent,
Ventum erat ad tumulum, ſtat circumfuſa iuuentus,
Ipſe autem in medio duplices ad ſidera palmas
Iam dudum tendens, oculoſq; immobilis heros
Orabat. tacituſq; parentem in vota vocabat.
Orantem obſeruant taciti, intentiq; tuentur,
Quid iubeat, quæ ſigna ferat, quo deinde cadat res.
Bis toto color ore abijt. bis pectore anhelo
Infremuit, nutuq; caput concuſſit honeſtum,
Ecce autem tumuli tremere hoſtia viſa repente.
Omnibus ex templo ſubita formidine ſanguis
Diriguit, penituſq; inuaſit pectora frigus;
Cum tandem deus has effudit ad æthera voces.

demum vt hic Lazarus fœtens quatriduanus iacet ĩ ſepulchro & hic difficilius ſuſcitatur, quamobrem & fremuiſſe dominum, & fleuiſſe, & voce magna legimus clamaſſe. quia difficile ſurgit quem moles praua conſuetudinis premit. turbat autẽ ſemetipſum Chriſtus vt tibi ſignificet quomodo tu debeas turbari, qui tanta mole peccati grauaris & premeris. vt autẽ melius iſta valde vtilia memoriæ tenus mandentur diſcite hoc doctorum diſtichon.

versus notandi — *Mors mala mors intus: malus actus, mors foris: vſus tumba puella puer, Lazarus iſta notant.* Honeſtum, pulchrum valde. honore digniſſimum. facies .n. eius illa eſt in quam deſiderãt* honeſtũ angeli proſpicere.* Trem, om, viſ, rep. nec mirum frangebatur .n. lex naturæ, & ordo rerum turbabatur hæc autem commotio quia in euangelio non refertur. aptius ad ſuſcitationem peccatoris praua conſuetudine preſſi accommodabitur. tales .n. niſi grauiter commoueantur vel a morbo vel ab aliquo metu repentini caſus non curant neque reſurgere nec minimum quidem adhibent conatum. opus ergo eſt vt omnis violenta deprodatio cum tumultu fiat. nam vexatio præſtat inſipientibus intellectum.* Diriguit ſubitus repentinæ rei timor ſanguinem gelat, qui coactus gignit frigus lentũ molle, & flexuoſum. hinc & membrorum tremor. nam membra a ſanguinis diffundi ſoliti ſed modo coacti relicta calore, & gelida redduntur & trementia.* Voces, ideo alta voce orauit ne magicos ſuſurros murmurare diceretur.* Nil abnuis unquam .i. ſemper me exaudis non quia indigeat patris exauditione hoc dicit, cũ ſicut pater ſuſcitat mortuos, & viuificat. ſic & filius quos vult viuificat. ſed ex hoc humanam in eo formam agnoſcet qua patre minor eſt. ſimul & exempli normam. nam ſi filius orat, quanto magis nos ſerui debemus orare.* quæcunque petam. ſic volens fieri ratione praua. ne obijciatur quod calicem petierit a ſe transferri, nec fuit exauditus. quod & ipſum regius vates fuerat vaticinatus clamabo (inquit) per diem & non exaudies, & nocte & non ad in ſipientiam mihi. nec .n. volebat exaudiri. cum paſſionem ſuam cum Patre & Spiritu ſancto diſpoſuiſſet, & ad hoc natus eſſet & per eam genus humanum ab eterna morte redimeret. ſed de hac re in locis, adductis latius.* Grates agã hinc docemur de acceptis beneficijs gratias agere. eſt enim gratiarum actio tacita alterius beneficij petitio verba domini hæc fuerunt. pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me. ego autem ſciebam quia ſemper me audis. ſed propter populum qui circunſtat, dixi. vt credant quia tu me miſiſti. hæc cum dixiſſet voce magna clamauit, Lazare veni foras. & ſtatim prodijt qui fuerat ligatus manus & pedes inſtitis. & facies illius Sudario erat ligata. dixit eis Ieſus ſoluite eum & ſinite abire eſt autẽ hoc loco intuenda miranda & commendanda facunda vatis huius copia qui modicis verbis tantam rem in euangelio deſcriptam, facundo ditauit eloquio.* Vidit. aut eſt tempus pro tempore .i. videbit ex mortui huius ſuſcitatione. modus eſt loquendi frequens in ſacris literis. maxime in prophetis, in futurorum, promiſſione. nam maiori pro certitudine complendorum ventura perinde narrantur ac ſi iam eſſent facta. aut certe hic eſt ſenſus. ex miraculis retro actis temporibus o pater abſte factis quam magna ſit tua potẽtia viſum eſt. ſine modo vt ex mortui ſuſcitatione quatriduani huius videatur quanta ſit etiam mea filij tui potentia, & credant quia tu me miſiſti.* Recludite marmor. aperite ſepulchrũ non eo ordine quo factum eſt narrantur hæc a poeta. prius enim iuſſit tolli lapidem, deinde aliquibus interpoſitis orauit & vocauit eum aliud eſt eſſe poetam. (vt ſupra dixi) aliud interpretem.* Saxum ingens aufer, ſed quare lapide iacente non ſuſcitauit eum? nonne poterat qui corpus mouit mortuum*

Margin notes: honeſtum. — Eſai. x. ix — Eſaiæ 28. — vexatio dat intellectum. — quare gelidus ſanguis. — quare alta voce dñs orauit. — quare nõ ſemp exauditus deus — gratiarũ actio Lazar. ſuſcitat. — Io. c. 11. — tẽpus pro tempore. — cirillus ſup Io. c. 11. quare lapis amotu' eſt.

tuum

Summe parens quamuis precibus nil abnuis vnquam
Ipſe meis, quæcumq; petam, tamen hoc tibi grates
Munere ſemper agam: tua quanta potentia, vidit,
Circumfuſa manus, populi videre frequentes.
Vos autem famuli properate, recludite marmor,
Saxum ingens auferte, viroq; exoluite vittas.
Nec mora præceptis, patuerunt clauſtra ſepulchri.
Concurſu accedunt magno, attonitiq; pauore.
Iſpectantq;, videntq; intus deforme cadauer.
Vixq; ſibi credunt, nullo cogente moueri.
Nec mora, clamantis ter voce vocatus amici.
Erigitur, loquiturq;, & cœli veſcitur auris.
Obſtupuere omnes: nec ſat vidiſſe loquentem,
Aut audiſſe ſemel, dum cuncta ex ordine narrat.
Conuentu in medio, quæ funere paſſus in ipſo eſt.

tuum voce etiam multo magis lapidem mouere? ſed non hoc fecit quia voluit accedentes ad mouendum lapidem & ad ſpectandum intro teſtes eſſe miraculi. ne dicerent id quod de ceco illuminato dixerunt non eſt hic ſed alius. Myſtica vero, lapidis remotio eſt occaſionis peccandi ſublatio per quam habitus in peccato continuus reddebatur. quid ſignat lapidis ſublatio. ** Viroq; exoluite vittas. hoc quoq; per anticipationem dictum eſt. nam cum ligatus e Sepulchro prodijſſet iuſſit Ieſus diſcipulis vt eum ſoluerent & ſinerent abire. qui ordo, & ī peccatoribus quo ad animan ſuſcitatis ſeruatur. nam prius a domino interius illuſtrati ſuſcitantur deinde a ſacerdotibus facta peccatorum confeſſione abſoluuntur a vinculis criminum.* quis ſolutio ligaminum.

Alcui. ſuper Io. c. 11. *hinc Alcuinus ait. Chriſtus ſuſcitat quia interius per ſeipſum viuificat. ſoluunt diſcipuli. quia per miniſterium ſacerdotum abſoluuntur viuificati, * de forme cadauer. tam de formis eſt anima peccatoris quæ iacet in ſepulchro male conſuetudinis. * ter, hoc non eſt verum. ſemel enim tantum vocauit eum dicens Lazare veni foras, & ſtatim egreſſus eſt.* ter vocauit. *alioquin viſus eſſet. d Ieſus minoris potentiæ vel fidei quam Moyſes,* numeri. 20. & deuter. 32. *qui ad aquas contradictionis denuo virga percuſſit ſcilicet: eo quod ad primã percuſſionem propter incredulitatem ſuam non egreſſæ fuerant aquæ. vnde & indignationem domini incurrit. & propterea prohibitus eſt intrare in terram promiſſionis. quare hec trina vocatio ad myſticum intelectum eſt referenda ter. namq; dicitur vocari peccator, cum a trinitate (cuius indiuiſa ſunt opera) mente illuſtratur, aure monetur, & corpore flagellatur. vt corde conteratur. voce confiteatur, & opere ſatisfaciat. hæc .n. eſt vtilis, & fructifera pænitentia. * erigitur, qui dudum pronus vt beſtia iacuerat in profundo obſtinationis.* de confeſsione ** Loquitur per confeſſionem peccatorum ſuorum qui prius fuerat ſicut mutus non aperiens os ſuum, ſic & propheta.* pſal. 31. *dixi confitebor aduerſum me iniuſticiam meam. qui ante dixerat. quoniam tacui inveterauerunt oſſa mea .i. virtutes. dum clamarem tota die. ſuple Miſerere miſerere. quod ſolum non prodeſt, niſi & ſacerdoti, modo poſſit, confiteatur. alioquin ſimilabitur Lazaro prodeunti ſed ligatis manibus ac pedibus inſtitis .i. peccatorum vinculis. facieq; ſudario obuoluta .i. mente obcæcata. hinc Auguſtinus ſuper hunc locum ait.* Aug. ſuper. Io. c. 11. *quando contemnis, mortuus iaces. quando confiteris procedis. quid eſt .n. procedere, niſi ab occultis velut exeundo manifeſtari; ſed vt confitearis, deus facit magna voce clamando .i. magna gratia vocando. mortuus procedens adhuc ligatus eſt. confitens adhuc reus, vt autem ſoluerentur peccata eius, miniſtris hoc dixit. ſoluite eum & ſinite abire, quod eſt. quæ ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis.* li. 22. mor. *Gregorius quoq; ait. dicitur autem Lazaro, veni foras, vt ab excuſatione & occultatione peccati ad accuſationem ſuam ore proprio exire prouocetur, vt qui intra conſcientiam ſuam abſconſus. iacet per nequitiam. à ſemetipſo foras exeat per confeſſionem. hæc autem dicta ſint propter hereticos huius temporis, qui confeſſionem negant eſſe neceſſariam ad ſalutem. de hac etiam confeſſione ſacerdoti facienda late diſputauit facundus ac ſanctus epiſcopus.* Io. Roff. *Io. Roff. ſuper octauo Martini Lutheri articulo, vbi aperte oſtendit, & neceſſariam eſſe, & à domino ſanctiſque apoſtolis inſtitutam. de hac re etiam nos luſimus carmine ſaphico tres odas.* oda. comēt. de pe. diſt. p. & 2. & c. omnis de pœn. & rera cũ doctoribus. cunonicis. *quæ poterunt videri, vltra ea quæ in ſacris concilijs & decretalibus ſanctorum patrum decreta poſſunt in promptu haberi. ſed iam ad expoſitionem redeamus. * Veſcitur auris. ſpirando, & reſpirando. ſi autem ad peccatorem conuerſum hæc referas .i. gratijs ſpiritualibus reficitur. maxime in communione corporis, & ſanguinis domini. * obſtupuere quis non obſtupeſceret? videre defunctum quatriduanum reſurgentem loquentem, & de animarum conditione poſt fata differentem? illud eſt quod optauerat diues epulo ſuis fratribus concedi, vt ſi quis ex mortuis ad ipſos mitteretur crederent. ecce modo diuites epulones, & Lazarus reſurrexit,* contra diuites epulones. *& d. Ieſus multaque ſanctorum corpora reſurrexerunt cum Chriſto, nunquid vultis credere alteram*

vitam

Quanto anima inſtantis vi leti excluſa dolore.
Terrenoq; diu eluctata reliquerit artus,
Quas facies moriens, quam obſcena aſpexerit ora.
Terrentum iuxta furiarum, iraſq;, minaſq;,
Vt vix ſiderea volucres miſſi arce miniſtri
Auxilio poſſent auidas inhibere rapinas.
His addit ſcelerum pœnas, ac læta piorum
Præmia, quæue animas miſeras ſubijſſe neceſſe eſt.
Arbitria, æternoſq; nigris fornacibus ignes.

vitam huic longe diſſimilem? ſi hic bona, ibi mala. ſi hic delitias, ibi tormenta. hic lingua dulc afficitur guſtu, oblocutionibus delectatur. ibi flamma cruciabitur ardenti. Funere in ipſo. eſt enim vltimum terribilium mors. Lazarū ferunt nunquam amplius riſiſſe, ſe iterum hæc eadem paſſurum cogitantem.* eluctata, iuue-*

Mors iuuenum difficilis. *nes.n. difficilius moriuntur, propter nexuum ſoliditatem ex caloris abundantia pre multo ſanguine, & humorum valido adhuc vigore. quæ omnia in ſenibus deficiunt, & propterea facilius moriuntur anima quoq; inuita corpus ſuum deſerit ante communem naturæ curſum, quaſi nec adhuc officio plenè*

demon omnibus apparet in *per functa.* quas facies. ferunt demonem omnibus apparere morientibus, terribiliq; vultu pœnas* greg. i ho. [illegible] *minari æternas pro demeritis: quæ cuncta menti ſuggerit egræ: vt in deſperationem inducat.* Obſcœ-* 10. post pē th. *na ora. voluptatum quoq; imagines ad memoriam reducit. vt earū delectatione animum ſeducat; pœnitentiæq; & dei obliuiſcatur. falſam etiam ſpem veniæ aut vitæ pollicetur: vt confeſſionem excludat*

angeli morientibus aſſiſtunt. *quæ vbi nihil videt prodeſſe. iterum iraſcitur. varia furiarum ora, & monſtruoſa quaſi animam mox egreſſurā ore apto abſorptura oſtentat.* Volucres miniſtri. angeli dei propter eos qui ſaluandi ſunt in miniſterium miſſi. de quibus in euangelio Angeli eorū vident faciem patris qui in cælis eſt.* Matth. 18. *hi quoque morituris aſſiſtunt. conſolantur. veniam erratorum vere pœnitentibus pollicentur. Chriſti paſſionem ingerunt, inanes a mente delectationes morbi doloribus repellunt, & deniq; vim fieri prohibent, fortiter tentationi vt reſiſtant præmia quoq; promittunt æterna.* vix poſſent. poſſint tamen. modo animus egri monitis ſalubribus aſſentiat. nec obſtinatus eorum tutellam refugiat.* auidas demonum iras. nihil magis, inuidus expoſcit quam perditionem noſtram. ſolatium quippe videtur mi-*

ſolatium miſerorum. *ſerorum ſocios habere pœnarum. ſed non ideo minus ardebit, quia cum multis arſurus eſt, quin eo*

pœna commenſuratur delicto *maior excitatur ignis, quo maior lignorum adeſt copia.* ſcelerum pœnas. nam pro menſura peccati erit & plagarum modus, tametſi cunctis vnus eſt æternæ damnationis ignis, grauius tamen torquebitur prout quiſque deliquerit grauius. nam vnuſquiſq; onus ſuum portabit. de varietate harum pœnarum, & grauitate legatur vltra vergilium Dantes poeta, & beati Patricij vita, & dialogi gregorij, plenaq; habebitur inſtructio. mihi .n. vt vati & ipſi, dūm ſufficiat minatum eſſe. referre non placet,*

oculus non vidit. *ſicuti nec videre, minuſq; experiri vellē.* læta præmia quæ letos efficiunt. hæc & ſi ineffabilia ſint quæ vt ſupra diximus occulus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit quæ præparauit*

pmia cœleſtia. *deus his qui diligunt eum, ad ſpē tamen exſuſcitandam gregoriū audiamus. Quæ lingua dicere, vel qs* hom. mart. *intellectus capere ſufficit illa ſupernæ ciuitatis quanta ſint gaudia; angelorum choris intereſſe: cum beatiſſimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſſiſtere. præſentem dei vultum cernere: nullo mortis metu affici: in corruptionis perpetuæ munere letari, & vt breuiter ait Aug. vbi vita æterna ſine morte, omne gaudium ſine vllo dolore, & vbi omnia adſunt bona ſine vllo malo.* arbitria, non Minois que-* in antiph. *ſitoris, aut rhadamanti ſed angelorum, max. Michaelis qui dicitur a deo conſtitutus ſuper animas ſu-* feſti eius i *ſcipiendas. quin & ipſius dei cuncta videntis ſecreta quoque ipſa cordium perſcrutantis.* æternos* breuiario. *ignes. de quibus in euangelio. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius* Matth. 25. ** His actis. deſcripta Lazari ſuſcitatione, Maria Magdalene conuerſionem aggreditur. quæ tamē ante* Luc. 7. & 8 *facta eſt, ſed quia in domo ſimonis leproſi. qui etiam poſtquam Lazarus ſurrexerat iterum excepit dominum, & Lazarus erat vnus ex diſcumbētibus ideo capta occaſione huius ſecundi conuiuij narrat id quod in primo factum eſt perinde ac ſi modo i hoc ſecondo contigiſſet. cum ſit eadem domus eiuſdem hoſpitis, & inter eoſdem penè conuiuas. & hic eſt mos nō modo poetarū*

mos ſcriptorū p recapitulationem & præoccupationem.

His actis, deus orantis vicina ſimonis Io. 12.
Tecta ſubit. quem tota olim lacerum vlcere membra.
Eripuit morbo, atq; in priſtina reddidit ipſe
Dum vero menſas grati dignatus amici.
Accubat in medio procerum vrbis, protinus ecce
Ingreditur forma inſignis, cultuq; puella,
Picta peregrinas tunicaſq;, ſinuſq; crepanti.
Argento ſaturos atq; auro intertexto. ſarte poet

uerum quibus

quibus præcipit horatius vt iam nunc dicat . iam nunc debentia dici pleraq; differas & preſens in tē n
ad vi. reg. vel claus Iſidori. lib. de ſummo bono. c. 20. & aug. de conſen. euang. *pus omittat . verum etiam ſacræ legis & prophetarum hæc eſt conſuetudo . vt aliqua prius ſacta per recapitulationem poſt narranda reaſſumant . Sicut & alia præoccupantes antequām fiant enarrant . * tecta quæ erāt in Bethania * lacerū vlcere . ſ. lepræ . vnde & dicebatur Simon leproſus . non q̄ leproſus illo tempore permaneret . ſed quia antea fuerat leproſus : poſtea a ſaluatore mundatus eſt, nomine priſtino permanente , vt virtus curantis appareat . * Ecce, repentinum & magnum quoddam enarraturus renouat attentionem . * puella inſignis forma . Maria Magdalena : quam ideo non nominat*
hier. & beda ſup mat. cap. 26. & marc. 14. *dum peccatrix eſt . quia peccatorum nomina non nouit dominus : neq; ſcribuntur in libro vitæ . vnde & propheta non intrent nomina eorum per labia mea . ſic etiam verè contingit apud nos . nam famoſæ meretrices iam nomine proprio non appellantur . ſimul et vt ait Beda . ne nomen tantæ famæ priſci erroris nota ſuſcitaret . nemo etiam putet hanc latam deſcriptionem conuerſionis huius a poeta pro*
ſup luc. c. 8 *parte eſſe confictam . nam & ſi in templo prædicante domino primo ſuerit conuerſa , deinde pænitens in domum Simonis ad dominum Ieſum pro remiſſione peccatorum acceſſerit impetranda : vt clarè patet ex Euangelio Lucæ qui ſolus hanc hiſtoriam narrat ceteris duntaxat verbo tangentibus eam . ve-* Magdalenæ cōuerſio.
cap 7. *runtamen ex libro , in quo beata Marthe vita deſcribitur , quæ hic ab autore canuntur, aſſumpta fuerunt . præter nomen peccatricis quod ibi ponitur & hic tantæ ſubticetur rationibus ſupradictis . eſt*
ſuper Luca 8. cap. *etiam attendendum quòd Theophilus Græcus Doctor, atq; origenes, putant duas fuiſſe Marias Magdalenas : hanc peccatricem , & ſororem Lazari alteram . quæ ambæ vnxerunt dominum diuerſis temporibus in eiuſdem tū ſimonis domo . ſed ſororem Lazari ex deuotione : hanc verò ex peccatorum compunctione : illam ante ſex dies Paſchæ , iſtam in medio prædicationis tempore . Ambroſius quoq; id*
ſup luc. c. 7 *refert , ſed non firmat pedes . dicit enim poteſt non eadem eſſe . ne ſibi contraria dixiſſe Euangeliſta videantur . poteſt etiam quæſtio meriti & temporis diuerſitate diſſolui . vt adhuc illa peccatrix ſit . Iam iſta perfectior . hæc ille . horum opinionem mihi videtur autorem ſecutum eſſe . Ego vero nequaquam tutum eſſe puto recedere a ſententia Aug. & Greg. Bedæ , & totius Eccleſiæ . quæ non poteſt* an hæc peccatrix ſit ſoror Lazari.
errare . hanc eandem eſſe affirmantium . Dicit enim Beda . Maria Magdalena ipſa eſt cuius tacito nomine proxima lectio pænitentem nominat . nam pulchre Euangeliſta vbi eam cum domino iter facere
ſup luc. c 8 *commemorat . noto hanc vocabulo manifeſtat . vbi vero peccatricem ſed pænitentem deſcribit . mulierem generaliter dicit . ne nomen tantæ famæ priſci erroris nota fuſcaret . de qua dæmonia ſeptem exiſſe referuntur . Gregorius vero . Hanc (ait) quam Lucas peccatricem mulierem . Ioannes Mariam no*
in hom. Luc. 7. Io 11. & 12 Mar. 16. Aug. de conſen. euang. *minat : illam eſſe Mariam credimus . de qua Marcus ſeptem dæmonia eiecta fuiſſe teſtatur . Auguſtinus item dicit . non arbitror quidem aliam fuiſſe mulierem quæ peccatrix tunc acceſſit ad pedes Ieſu . ſed eandem Mariam bis hoc feciſſe, ſemel ſcilicet quod Lucas narrauit . nam & Ioannes Mariam commendans commemorauit antequàm veniret in Bethaniam. Erat (inquit) languens Lazarus in Bethania de Caſtello Mariæ & Marthæ ſororum eius . Maria autem erat quæ vnxit dominum vnguento & extersit pedes eius capillis ſuis cuius frater Lazarus infirmabatur . iam itaq; hoc Maria fecerat. &c. quæ cauſa breuitatis omitto . vnum addo . Maria Magdalena ſoror Lazari nemine diſcrepante eſt illa quæ poſt mortem domini cum admonumentum fleret prima vidit dominum . At de ipſamet dicit Marcus ſe-*
Marc. 16. *ptem dæmonia eiecta fuiſſe per quæ vniuerſa vicia deſignantur . hæc ſunt verba Marci Euang. ſurgens autem Ieſus mane . prima ſabbati apparuit primo Mariæ Magdalenæ de qua eiecerat ſeptem dæmonia. ſed iam ad interpretationem redeamus . cum nihil deperierit Magdalenæ peccatricem fuiſſe : & pæni-*
ad rom. c. 5 *tuiſſe . quinimo vbi abundauit delictum ſuperabundauit & gratia ſitq; facta ſpeculum lucidiſſimum*
in homel. *conuerſionis peccatorum . ſiquidem ſcribit Gregorius . Cogitanti mihi de Mariæ pænitentia, flere magis libet , quàm aliquid dicere . cuius enim vel ſaxeum pectus illæ huius peccatricis Lachrimæ ad exemplum pænitendi non emolliant? * picta tunicas, ideſt habens tunicas acu pictas * peregrinas , puta tirias, vel ſidonias & ex habitu parum caſtam oſtendit . * ſinus ſaturos . palla eſt piplraſis , ſuperioris*
ſeruius in primo æne. *videlicet veſtis . quæ dicta eſt palla ab irrigatione & mobilitate : quæ eſt in fimbrijs huiuſmodi veſtium . απο τυ παλλειν . * crepanti argento i. rigente veſte et prerigiditate crepitum in commotione emittenti . * cap, impl, gemm , i. ſegmento vel reticulo aureo gemmis ornato . ſunt an-* gemmæ & lapilli.

Cui caput implicitum gemmis . it flexile collo
Aurum ingens mixtis oneroſa monilia baccis,
l. Et ſi non ſunt § per-nemaonus. ff. de auro & arg. legato. Propexiq; nitent electro molle capilli,
Nexilibus quos in nodos collegerat hamis.

tem gemmæ (vt docet ſeruius iuris conſultus) p lucida materia, velut ſmaragdi Chriſoliti & amethiſti .

ſti. lapilli autem contrariæ ſuperioribus natiuæ. vt abaſſiani, verinatani.* monilia ex auro flexili ſeu
ductili fabrefacta. colli ſunt ornamenta collaria vulgò dicta.* baccis .i. margaritis. quæ nec gemmis nec ibidem.
lapillis contineri ſatis conſtitiſſe ſabinus retulit. eo φ apud rubrum mare creſcant & coaleſcant. φ in
illis fieri minime reperitur. ſeruius etiam grammaticus idem refert. cum dicit. ſunt qui ſeparant gem
margaritæ. mas & margaritas: cicero nullam (ait) gemmam at margaritam. & gemmas diuerſi coloris. ac inte- vbi ſupra.
gras margaritas vero albas & pertuſas. naſcuntur etiam in mari & apud taprobanam inſulam. præ
cipuæ tamen ſunt quæ in perſico ſinu maris rubri colliguntur. quæ & conchæ & vniones appellantur
concharum enim partus eſſe dicuntur quos ex puro rore concipiunt. dicuntur autem baccæ a ſimilitudi
baccæ. ne fructuum illorum qui baccæ vocantur. vt lauri: mirthi: oleæ & hederæ ac ſimilium. Bachæ vero
Bachę. Electrum. cum aſpiratione bachi erant ebriæ ſacerdotes.* electro. ſuccino. populearum arborum ſucco vt heſiodus
ac euripides indicant. idemq; ouidius teſtatur. quamuis ex phaetontiadum lachrimis in populos conuer lib. 2. met.
ſis fingat. ex populis tamen manare dicit. Inde fluunt lachrimæ ſtillataq; ſole rigeſcunt. de ramis ele-
ctra nouis. q̄ lucidus amnis excipit, & nuribus mittit geſtanda latinis. alij & uerius ex arboribus pinei
generis profluere dicunt. & in inſulis ſeptemtrionalibus teſte plinio. eſt etiam Electrum metali genus lib. vlt. c. 4.
quod fit ex tribus partibus auri. & vna argenti, quas partes etiam ſi materiam reſoluas inuenies. cuius ſeruius 8. æneid.
natura veneno probatur. nam eo recepto & ſtridorem emittit: & varios in diſſimilitudinem reddit
colores. eſt & tertium electri genus quod naturaliter inuenitur. omni quippe auro ineſt certa argen
nomina in er & is ablat. in i. ti portio. cui, dena, cui nona, & alicui octaua. ſed melius eſt quod arte factum eſt.* molle pro molli. plin. lib. 33. cap. 4.
nominatiui enim in er & in is ſi neutrum mittant in e ablatiuum in, i, tantum efferunt. niſi forte fierēt
propria, tunc in e tantum definit ablatiuus: vt priſcia: docet. vel molle pro molliter. vt ſit nomen pro priſci. li. 7.
reticulum & retiolum. aduerbio.* nexilibus hamis, reticuli periphraſis, quo mulierum capilli continentur de quo iuuenalis Iuuena.
reticulumq; comis auratum ingentibus implet. dicitur & retiolum quod comas colligat, græce κρωβύ-
fibula. λῦ vel κρωβύλος.* fibula. circulus eſt aureus ad veſtē ſubligandam ne efluat. ſic & verg. de didone,
crines nodantur in aurum, aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.* eois opibus, auro & gemmis,
Eous. quibus orientalis abundat regio. dicitur autem oriens, eous. ἀπὸ τῆς ἠοῦς .i. a luce matutina vel auro-
ra, quæ inde ad nos exurgit. eſt etiam eous nomen equi ſolis. Ouid. interea volucres pyrois eous & Ouid. li. 2. met.
ethon. interdum eous corripit primam. Verg. Ant eum ſole nono terras irrorat eous. Ouid. modo ſur-
gis eoo temperius cælo. modo ſerius incidis vndis. ex quibus apparet inane illud diſcrimen a quodam ſa
tis induſtrio viro introductum. vt pro ſolis equo corripiat primam, pro oriente producat; dicamus igi-
tur communem eſſe, & produci quia, u, mutatur in, e, longum. & breuiari, ratione latina quia voca
ganges. lis ante vocalem.* gangetide, gaza. a genere tranſit ad ſpeciem. i. auro indico. ganges enim qui indiam
physon. circuit & phyſon dictus a grecis, aureas trahit arenas. de quo in geneſi. phyſon eſt qui circuit terram
ophyr. euilath (ipſa eſt india) vbi naſcitur aurum. & aurum terræ illius optimum eſt. quod & plinius te- gen. c. 2.
ſtatur. ibi eſt illa inſula quæ ophyr dicitur vnde ſalomon quadringenta & quinquaginta auri talen- 3. reg 9. 2.
ta extulit. eſt autem gaza. perſicus ſermo diuitias ſignificans & omne quod poſſidemus ſed precipue paral. 8.
gaza. regiam pecuniam quæ in ærarium confertur. pomp. mela. Gazam perſæ ærarium vocant. & quintus
curtius. ante ſolis ortum pecuniam regiam (gazam perſæ vocant) cum precioſiſſimis rerum efferri
pyropus. iubet. eſt etiam gaza vrbs paleſtinæ de qua infra.* pyropus. carbunculus, φ vt ignis luceat. ἀπὸ τοῦ
πῦρ καὶ ὠπὰ. quod aſpectum ſignificet. de hac gemma vide plinium libro vltimo. pyropum etiam dicit Cap. 7.
papias metalli ſpeciem. ex me
redimicula. tenia. calantica. dietate auri & dupla æris.* re
dimicula, tenia ſunt pendentes
a poſteriore parte mitra ſeu ca
lantica, quibus gemmas dicit
fuiſſe conſertas.* qualis, com-
paratione decorem varij orna
tus oſtendit.* veris honorem.
varios & multicolores intelli-
alma tellus. git flores* alma tellus ab alen

Aureaq; ex humero demiſſam fibula veſtem
Eois opibus grauidam, & Gangetide gaza
Subnectit media micat ardens fronte pyropus,
Crebraq; conſertis pendent redimicula gemmis:
Qualis læta ſinus cum tellus veris honorem
Pandit, opeſq; ſuas gremio explicat alma virenti.
Hæc olim amiſſis vtriſq; parentibus orba
Reſtitit, & proles, in opes ſucceſſit auitas.

occaſiones turpis uitę mulierum. do epitheton telluris perpetuum φ omnibus alimenta producat.* hæc olim. numerat occaſiones quibus
hæc mulier allecta turpem vitam degit propterea admonentur noſtri temporis matres & virgines vt
ab eis declinent. ne ſimili morum turpitudine fedentur. nam vt ait oratius. & delectare volunt: & Oratius in arte poet.
incuſtodia. prodeſſe poetæ,* parentibus, a quibus fuiſſet cuſtodita. puella enim ſine cuſtodia, eſt veluti nauis in
medio

medio fluctuum rectore deſtituta. * *in opes ſeparatim lege, in diuitias. quæ delitiarum & luxuriæ ſunt fomenta. vnde & Apoſtolus ait quæ in delitijs eſt viuens mortua eſt. nam regales inter epulas laticemque lieum facile noxius ignis inſpiratur. cum ſine cerere & bacho frigeſcat venus. vnde, & illa fœmina cui tolerare colo vitam tenuique minerua opus eſt caſtum ſeruat cubile. ſicut & recte monet iuuenalis (licet enim nobis ægyptios ſpoliare ſi quid habent boni) præſtabat caſtas humilis fortuna latinas. Quondam, nec vitijs contingi parua ſinebat tecta labor, ſomnique breues, & vellere tuſco vexatæ duræque manus.* * *auitas. ab auis relictas. per hoc oſtendit diuitias iuſte acquiſitas. male parta enim cito pereunt. nec ad tertium tranſmittuntur hæredem.* * *vnica. atqui Martham ſororem & Lazarum fratrem habebat. ſed aut de altera Magdalena intelligit, prædicti Theophili ac origenis opinionem ſecutus. aut ſubaudi vnica in portione ſua. magdali caſtelli. vel ac ſi eſſet vnica. nemine ad illam reſpiciente. Lazarus ſi quidem militiæ foris tunc vacabat. Martha vero fluxu ſanguinis laborabat, ſiquidem fuit ea mulier (quod multi aſſerunt) quæ. xij. annis morbum illum paſſa tandem ex tactu fimbriæ veſtis domini Ieſu ſanata eſt. erat ergo Magdalenæ relicta ſibi ipſi ac ſi eſſet vnica. tria hæc ſunt quæ maxime muliebrem oppugnant pudicitiam. pulchritudo. de qua ſupra ingreditur forma inſignis. quia. lis eſt cum forma magna pudicitiæ. quod enim pulchrum eſt a pluribus expetitur, ideoque difficile cuſtoditur. vnde quidam philoſophus a iuuene conſultus vxorem ne expediret ducere ſi turpem inquit duxeris tormentum inſeparabile, ſin formoſam communem cum multis habebis. ſecundum eſt. nimia libertas, quod tangitur ibi. hac olim amiſſis. hinc & in geneſi dicitur quòd Dina filia Iacob egreſſa vt videret mulieres regionis illius a ſichem rapta eſt. tertia cauſa eſt, diuitiæ, de quibus ſupra diximus. nam regio in luxu fluitat pudor. & propheta malum (ait) ſodomæ, abundantia panis & pax.* * *ætas rudis, inexpers vani amoris. ſic Ouid. ſum rudis ad veneris furta.* * *cura pudoris. tales ſunt plereq; noſtræ vrbis adoleſcentulæ quæ puellaribus annis religioſarum cenobia frequentant, earum conuictus illis pergratus eſt. moniales fieri volunt. at cum medullæ ceperint nouo calore ferueſcere. volitantibusq; ante oculos crabronibus a ſanctiſſimo decidunt propoſito.* * *male ſua, cup, conſulatur Dido Vergiliana ad mortem deducta. hinc ego cecini in elegeia ad. d. Ieſum. Omnis amor mundi falſa eſt dulcedine tinctus. vnus amor vere dulcis, & iſte dei. Mundanos omnes comitatur amaror amores. Acri ſolus amor eſt ſine felle, dei. Letifer omnis amor, eſt noxia quæque voluptas. ſancta ſalutiferi ſola cupido dei. reliqua ibi vide.* * *furijs iniquis, demonum vel ſtimulis venereis.* * *ah miſeram. condolet poeta huic puellæ infœlici quæ relicto fonte viuo, cuius aquæ ſaliunt in vitam æternam, fodit ſibi ciſternas voluptatis humanæ, quæ nec ſitim ſedare, nec aquas dulcedinis valent retinere. plus enim aloes quàm mellis habent. ſanè quæritur. quare, ah, poſt aſpiretur cum natura aſpirationis ſit, vt vocales præcedat non ſequatur. reſpondet Priſcianus apocopen ſeu abſciſionem factam eſſe in hac, & in ſimilibus interiectionibus. nam integra eſt. aha, vaha, addunt aliqui alteram rationem quia græcè ſic ſcribatur. cum φιλῶ καὶ περισπωμένω. vel aſpirantur differentiæ cauſa. nã, a, prepoſitio eſt. ab. vero interiectio. dolentis vt hic. interdum admirãtis vt apud plau. ah quid ais. aliquãdo ridentis. ſed duplicatur ac triplicatur ah, ah, ah, perij, defeſſa ſum te ridendo. dehortantis eſt apud prophetã. ah, ah, ah, domine neſcio loqui.* * *ſpecies, rerum eſt præſentium quaſi aſpiciantur. fama vero futurarum rerum & abſentium. ſenſus ergo eſt. non hanc monet turpitudo peccati. nec terret eã futura mox infamia. de turpitudine peccati celebre eſt dictum ſenecæ & ſi deum ſcirem ignoſciturum, & homines ignoraturos, adhuc tamen peccare erubeſcerem propter peccati deformitatem. de fama. Lucre*

Vnica, quas pater immenſas prædiues habebat.
Dumq; ætas rudis, vna illi ſuper omnia cordi
Relligio fuit, & ſeruandi cura pudoris.
Mox autem paulatim annis feruente iuuenta
Senſibus illapſa eſt veneris maleſuada cupido,
Quæ mentem immutans furijs ſubiecit iniquis
Ah miſeram. abiecto non obſtat cura pudori,
Non ſpecies, non fama mouet. ceſſit timor omnis
Relligioq; oblita. domo iam nubilis exit.
Iam conuiuia, iam ſpectacula læta frequentat,
Vinclaq; contemptis rectoribus omnia rumpit.
Ac veluti ratis Aegeo ſine remige in alto
Sublatos. ſimul ac fluctus inflauerit aura,
Nunc huc incerto, deinde illuc fluctuat æſtu,
Quo ventiq;, vndeq; vrgent ſpoliata magiſtro.
Et iam freta opibus prædulces ambit amores
Florentum iuuenum, ſi quis ſpectabilis ore
Egregio, formaq; alios ſupereminet omnes.

Margin notes: 1. ad Tim. 5. — Virg 8. æn. — iuuenalis vt ſupra ſo. p. — opes & delitiæ luxuriæ fomẽta — male partæ. — ambr. & petrus de natalibus. Math. 9. — martha. quæ fimbriam domini tetigit. — tria pudicitiã impugnantia — ouid. epiſt. — Bias. — turpis an formoſa ſit uxor ducenda — gen. c. 34. — Dina filia Iacob. — Ezech. 16. — epiſt. — mos adoleſcentularum. — æne. 4. — elege. incipi. Ieſu dulcis amor. — cupido falſam habet dulced: & veram amaritudinem. — hiere. 2. Io. 4. hiere. 2. — fons aquæ viuæ ciſterna. — plus aloes &c. — ah. quare. poſt aſpiratur. — hiere. c. 1. — ſpecies & fama. — peccati turpitudo. — peccati turpit. — Lucretia infamia.

tis, quid ſalui, inquit, poteſt eſſe mulieri pudore amiſſo? quem tamen maluit moritura amittere, vt ſalua eſſet fama, quàm ſaluo pudore, poſt mortem infamiam ſuſtinere. hanc dolet amiſiſſe Vergili. Dido. te propter eundem extinctus pudor, & qua ſola ſydera adibam, fama prior. neque enim ipſa paulo ante ſpecie famæ mota fuerat, nec iam furtiuum meditabatur amorem. ſed tamen illa vnius aneæ, & ſub ſpecie coniugij culpam tegebat. huic vero iam frons meretricis effecta fuerat, neſciebat erubeſcere. huic poterat dicere dominus & forſan in prædicando dixit, Tu fornicata es cum amatoribus multis. tamen reuertere ad me, & iterum ſuſcipiam te. * *timor omnis, dei cognatorum & mundi. pudoris, infamiæ & denique vitæ.* * *ſpectacula. ad quæ mulieres. ſpectatum veniunt: veniunt ſpectentur vt ipſæ.* * *rectoribus. puta tutoribus aut curatoribus ſibi a patre relictis. vel etiam diſpenſatoribus & actoribus a fratre recedente dimiſſis.* * *ægeo. mari attico. aut ſpecies eſt pro genere. nam in quouis mari fieret quod hic dicitur. vel ægeo dixit quaſi fluctuoſo. propter plurimas inſulas: quibus (vt ait Plinius) circumſpargitur. cui nomen dedit ſcopulus inter tenedum & chium nomine. αιγα. a ſpecie capra quæ ſic a græcis appellatur. licet. Ouidius dicat ab ægeo theſei patre denominatum eſſe, qui ex arce athenarum ſeſe in illud mare præcipitauit, ob ſuſpicatam mortem filij nigris nauium inſignibus nequaquam mutatis.* * *æſtu maris feruore.* * *magiſtro. nauis gubernatore. alludere videtur. ad nauem æneæ quam pater amiſſo fluitantem errare magiſtro ſenſit. vel ad chimeram giæ: quæ ſpoliata magiſtro erat. ideoque inſequentibus cedebat. ſic mulier ratione mentis excluſa, a fluctuantium appetitu affectionum & ſuperabatur cunctiſque ſuccumbebat. optime quadrat hæc comparatio. nam pectus eſt mare, profundum eius, cor. diuerſæ auræ, appetitus variæque cupiditates. fluctus qui eleuantur ſunt cogitationes, ratis ipſa, animus vel conſcientia eſt, magiſter, rationalis intellectus: qui dum temonem, ideſt voluntatem regit, ad portum ſalutis recta tenditur via. quo abiecto, nauis vt fluitet eſt neceſſe pro arbitrio ventorum huc illuc tranſportata.* * *freta. confiſa opibus. quæ ſicuti bonis (vt ait Ambroſius) ſunt additamenta bonorum: ita malis ſunt irritamenta malorum.* * *prædulces amores. ah quàm falluntur amantes. falſa eſt ea dulcedo, quam amaritudo ſequitur amariſſima. vnde & vulgaris poeta Queſto è colui chel mondo chiama amore, amaro come vedi, e vedrai meglio. quando ſia tuo, come è, noſtro Signore &c. quæ ibi ſequuntur.* * *ambit, blando circuitu quærit. a Romanis tractum eſt verbum, qui dum honores & magiſtratus in comicijs a populo expoſcerent: pro ſuffragijs blandientes tribuum ſepta circuibant.* * *ſpectabilis ore, decorus aſpectu.* * *ſuperem, omnes. ſubaudi hunc ſibi conciliat amatorem, quod ideo tacuit, quia facile ſubintelligitur.* * *virum domini noſtri Ieſu Chriſti.* * *præſtanti corp: ſpecioſus, quippe, forma præ filijs hominum.* * *accepit audiuit. præcipue a ſorore martha, quæ ab illo ſuaſa iam facta erat eius diſcipula. & cum in famulatu domini ſororem ſociam exoptaret. hac ſola uia, quòd erat vir formoſiſſimus ad prædicationem audiendam allexit. nihil dubitans de conuerſione, modo ſemel eum concionantem audiret.* * *deum. vere deus & homo. dominus noſter Ieſus Chriſtus eſt. nec enim mortem pati ſolus deus poterat cum ſit immortalis & impaſſibilis. rurſus nec mortem ipſam ſolus homo ſuperare potuiſſet.* * *ſtudio vid, maximo deſiderio. non litterarum tantum eſt hoc vocabulum, ſed generale ad omnia ad quæ vehementer animus applicatur. diffinitur enim ſic. ſtudium eſt vehemens animi applicatio ad aliquid agendum cum bona voluntate.* * *venerat, non in domum ſimonis huius primum. ſed ad templum vbi prædicabat vt ſupra diximus.* * *conſpicuum, pulcherrimum & digniſſimum qui ab omnibus in conſpectu ſemper haberi deſideretur. a conſpicor caris, quod in conſpectu habere ſignificat de eo dicitur, in quem deſiderant angeli proſpicere.* * *deperdita prius intellige, modo enim velut ouis errabunda inuenta eſt & lucrifacta.* * *hauſit. plus eſt quàm vidit. is enim dicitur haurire qui imaginem eius quod videt exterius attrahit ad interiorem aſpectum, cordiq; imprimit ardenti.* * *pabula, appoſitio eſt, ideſt nutrimentum amoris. tali quippe eſca non ſolum oculus verum & ani-*

Ergo læta virum præſtanti corpore poſtquàm
Accepit veniſſe, deum quem fama ferebat,
Nullam paſſa moram ſtudio correpta videndi
Venerat: aſt vbi conſpicuos deperdita vultus
Hauſit, & egregiæ diuinum frontis honorem,
Diuinoſq; oculos ardentis pabula amoris,
Dirriguit, penituſq; animo ſententia verſa eſt.
Atq; alias longè concepit pectore flammas.
Ecce autem ſubito viſæ ſpirantis ab ore
Septem adeo circum offuſa caligine, & atra
Nube exire faces, veluti cum torris obuſti

Left margin notes: timor plurimus. — ægeo. — magiſter. — comparationis de naue expoſit. — freta. — amor amarus — ambit. — accepit. — Chriſtus quare deus & homo. — ſtudium. — conſpicuus. conſpicor.

Right margin notes: ære 4. — æne 4. — hierem. 3. — ibidem. — Ouid. — plinius li. 4. meth. & plutarchus in uita theſei. — æne. 5. eodem lib. — Ambr. ſup Luc. c 6. — Petrarcha. — Liuius. — Pſ. eructauit 44. — in li. d vita marthæ. — Auguſtinus — hauſit. — amoris eſca.

Vltima ſurſum flamma fugit, fumumq; relinquit.
Hæc deus hæc (inquit) capitum fœdiſſima ſeptem
Correptam miſeræ mentem vexabat Erynnis.
Tum maria (hoc illi nomen) mutata, nec illa,

mus amantis paſcitur. ſed quo magis alitur eo acrior fames in ſurgit. dirriguit præſtupore.* ſententia verſa eſt. ex inhoneſta cupidine ad honeſtiſſimum amorem. hæc autem eſt mutatio dexteræ excelſi, vt ait propheta. quæ venerat vt peruerteret, eſt conuerſa.* alias flammas. diuini ſcilicet amoris. vnde & ei multa crimina, domino teſte, dimiſſa ſunt. quia multum dilexit.* ecce autem ſubito. quia duo contraria ſimul eſſe non poſſunt. ideo cum renunciatur improbitati, ſtatim aſciſcitur virtus, egreſſus enim maliciæ virtutis operatur ingreſſum eodemque ſtudio quo crimen excluditur, innocentia copulatur. hæc diuus Ambroſius.* ſeptem faces, ideſt ſeptem demonia vt Marcus Euangeliſta teſtatur. & quid per ſeptem demonia niſi vniuerſa vitia deſignantur. quia ſeptem diebus omne tempus comprehenditur: recte ſeptenario numero vniuerſitas deſignatur. ſeptem ergo demonia Maria habuit quæ vniuerſis vitijs plena fuit. hæc Gregorius* per circumfuſam caliginem atramque nubem, cupiditatis ignem deſcribit. quo viſus interior excecatur, & accenditur concupiſcentia. cuius contrarium operatur charitatis ardor. illuminat enim intellectum & concupiſcentiæ ardores extinguit. quamobrem alter ab altero protinus effugatur. eſt enim cupiditas (vt inquit Auguſtinus) radix omnium malorum. & radix omnium bonorum charitas. & ſimul ambæ eſſe non poſſunt. niſi vna penitus euulſa fuerit. alia plantari non poteſt.* torris obuſti. ſtipitis vel ligni ſemiuſti qui titio vulgo dicitur. vnde Lactantius Titionem vulgus appellat extractum foco torrem ſemiuſtum extinctum.* fumum. vnde lachrimæ elliciantur præ dolore præteritarum culparum.* fœdiſſ, erynnis. furia infernalis, dæmon. vel cupiditas quæ vt ſupra diximus radix eſt omnium malorum. vocatur & quandoque concupiſcentia vnde omnia mala oriuntur. dicitur erynnis απο τυ ερυν την νυν. ideſt a corruptione mentis. quid autem magis corrumpit mentem & perturbat intellectum quàm praua rerum concupiſcentia? ſeptem capitum ideſt ſeptem capitalium vitiorum. quæ ſunt, ſuperbia, auaritia, luxuria, ira, gula, inuidia & accidia. hæc ſunt ſeptem capita & cornua draconis quibus totum orbem vexat.* Maria, dulce nomen, quadrifariam apud hebreos interpretatur. bifariam huic conuenit peccatrici. mare ſcilicet amarum & illuminata. amaritudinis lachrimas certe hæc effudit abunde. quod nequaquàm feciſſet, niſi prius a domino interiori lumine fuiſſet illuſtrata. reliquas nominis huius interpretationes ſeruabimus mariæ matri domini noſtri Ieſu Chriſti vbi primo eius mentio fieri contigerit.* mutata, quo ad animum, non quo ad corpus. dicente ſcriptura, verte impios, & non erunt ſcilicet amplius impij.* nec illa, i. talis qualis fuit cũ illuſa ſinus &c. renouata quippe ex pœnitentia licet eadẽ ſit mulier, ex immutatis tñ accidentibus & qualitatibus diuerſis imbuta altera quodãmodo mulier eſſe facta videbatur. nã quæ adeo compta venerat vt regina credi poſſet: põpas exuta veluti paupercula quædã. et mediocris fœminæ ſpeciẽ exhibebat.* ſinus aureos. ſinereſis eſt. aureã veſtẽ intelligit, pallam. ſ. quæ & palliũ muliebre dici põt.* crinale aurũ. mira authoris varietas. reticulũ eſt vel ſegmentũ, de quo ſupra diximus.* ſquallentes. i. fulgentes nec. n. ſordidũ ſemper, aut incultũ ſignificat ſquallẽs, ſed pro loco varie interpretamur. ſic & Verg. per tunicã ſquallentẽ auro latus haurit apertũ* curis honeſtis. quæ prius ab inhoneſtis fuerat ſemeſa, & nõ ſenſerat. nihil aũt magis vtile pœnitenti põt eſſe q̃ aſſiduo, moderato tñ, angi dolore peccatorũ. eſt. n. hæc triſtitia q̃ vitã & non mortẽ affert. qualiter aũt & q̃ perſeuerãter non ſolũ peccata ſed & peccatorũ circunſtãtias agrauantes deflere pœnitens debeat, late docet Aug. in lib. de pœnitẽtia eſt aũt pœnitentia (vt ait Ambroſius) dolor cordis & amaritudo animæ pro malis quæ quiſq; cõmiſſit vel (iterũ ait) pœnitentia eſt præterita mala plangere, & plangenda iterũ non cõmittere. & Ioãnes os aureũ. perfecta (inquit) pœnitentia eſt, quæ cogit peccatorẽ omnia libenter ſufferre. in corde enim contritio, in ore confeſſio. & in opera tota humilitas. hæc eſt fructifera. pœnitentia. hanc igitur (omiſſis diſputationibus vanis hereticorum) amplectamur. & cum hac peccatrice pœnitente corde contriti curramus ad animarum medicos ſacerdotes. quibus ore confitentes vulnera noſtra pandamus. eamq; operis ſatisfactionem quam pro medella nobis impoſuerint adiuuante domino compleamus.* ſuetus. diſſyllaba eſt dictio non triſſyllaba, u, quippe vim litteræ penitus amiſſit. ſic & cũ ponitur poſt, g, & poſt, q, e. adem in ſyllaba ſequente altera vocali vt docet priſcianus:* lãbebat, non lingua vt canis ſed oſculis plurimis. ſic. n. habemus in Euãg. ſtãs retro ſecus pedes eius lachrimis cepit rigare pedes eius et capillis capitis ſui tergebat: et oſculabat̃ pedes eius: et vnguẽto vngebat etc.* pedes. quoniã diu male ambulauerat hæc mulier, ideo ad pedes dñi pſtrata veſtigia q̃ ſequeret̃ recta quærebat.* nudos. hinc beatus Frãciſcus*

Pſal. 76. — 32. q. 1. ca. cum renunciatur. — in homelia magdalenæ — aug. homilia vij. & d pen. diſt. 1. c. qa radix. — augu. ſuper ep. ad rom. ca. 7. & de conſt. cap Nam cõcupiſcentiam. — prouer 12. ſupra co. li — gne. 12. — eccleſiaſt. 7 de pen. diſt. 5 c. cõſideret. de. pen. diſt. 1. c. pœnitentia ibidem. c. perfecta. — aug. lib. eodẽ & d pen. diſt. 1. cap. quem peniteat. — Lucæ. 7.

duo contraria. — virtutẽ ingreſſus vitij eſt egreſſus. — vij. demonia quid ſign. — cupiditas quid. — charitas — torris. — titio, onis. — fumus relictus quid. — erynnis. — cupiditas radix malorum concupiſcentia. — vij. peccata mortalia. — Maria. — ſinus. palla — ſegmentum, — ſquallens. — triſtitia. — pœnitentia. — confitendũ eſſe — ſuetus. — v, littera. — nudis pedibus. — S. Franciſcus.

Argentoq; illuſa ſinus modo venerat aureos,
Iam capiti crinale aurum, colloq; monile
Detrahit,& tunicas ſqualentes exuit auro.
Iamq; ſui piget,& curis mordetur honeſtis.
Inde deum orabat veniam genibuſq; volutans.
Vt canis ad menſam procumbere ſuetus herilem,
Lambebatq; pedes nudos,lachrimiſq; rigabat.
Veſte fouens,alios tulerat quam nuper inuſus.
Tum de marmoreis varios deprompſit odores
Theſauris.Caſias,& Nardi mollis ariſtas.

normam gerendi pedes nudos aſſumpſit. dominus etenim cum ſuis Apoſtolis nudis pedibus incedebat. moraliter per pedum nudationē aperta affectuum demonſtratio ſignificatur. vt nihil per hypocriſim opere oſtendatur cuius in mente cōtrarium lateat. lachrimiſq; rigabat.quoniam oculis terrena concupierat blandimenta,*
multoſq; vano aſpectu ad illicitū amorem pellexerat.hos ergo per pænitentiā conterens,flebat.capillos gregorius i hom.
ad compoſitionē vultus exhibuerat,eis modo lachrimas tergebat.ore ſuperba dixerat.nunc autē pedes
domini oſculans hoc in redemptoris ſui veſtigia figebat.vnguentūq; ſibi pro odore carnis exhibuerat.
quod deo nunc laudabiliter offerebat.quot ergo in ſe habuit oblectamenta vitiorū. tot de ſe inuenit ho
alabaſtrum. *locauſta virtutū.* veſte fouens.ſed & capillis prius.quibus ēt veſtitur caput.* marmo.theſ.vas,erat*
ex alabaſtro.quod genus eſt marmoris candidi varijs coloribus intercincti. quod cauari ſolet ad vaſa
theſaurus *vnguentaria,eo q̄ propter frigiditatem ſuā dicitur ea optime conſeruare.hæc Beda.idem ait Plinius et* ſup luc.c 7
maxime idoneū naſci circas thebas ægyptias & damaſcum ſyriæ.theſauris aūt hic nō pro repoſitione
pecuniæ capitur.ſed pro cuiuſuis præcioſæ rei cōſeruatione.in hac eadē ſignificatione ponitur in Euāg.
de regibus illis qui apertis theſauris ſuis.i.vaſis obtulerunt munera dn̄o aurum thus & myrrhā. et in Math.2.
caſia. nardus. *alio loco.vbi eſt inquit,theſaurus tuus ibi & cor tuū erit.*Caſia narduſq; herbæ ſunt odoræ.ex quib.* M.th.6.
ſuccus is exprimitur,& additis aromatibus quibuſdā componitur id vnguentū. non denſum aut ſpiſſū
vnguentum. *(quod multi male putant)ſed liquidum eſt qualis eſt apud nos aqua ex roſis expreſſa. Caſiam non in-*
caſia *telligas eā quæ datur infirmis pro ventris ſolutione.ſed de herba ſuauiſſimi odoris de qua Verg. Tū ca* egloga.2.
ſia atq; alijs intexens ſuauibus herbis.& de qua in pſal.Eructauit,caſia et guttæ a veſtimētis tuis.vbi pſal. 44.
Hieronymus dicit alio nomine vocari fiſtulā & valere in vocales dei laudes.nam pituitas oēs & volu c.1.& 4.
ptatū rheumata ſuo excoquit calore.& in canticis idē de caſia,quoniam(inquit) id genus herbæ aquis
indeſinentibus nutriri dicitur & coaleſcere redemptionē humani generis per aquas baptiſmi datā indi
cat.de caſia.vide & noſtram pſalmodiæ expoſitionē.& an ſit etiā frutex amplitudine cubitorū trium. ſuper pſal.
nardus. *& quibus in locis naſcatur vide Pliniū.*nardi mollis,vel ex cuius odore molles reddūtur qui eo aſper* eructauit.
guntur.vel ideo mollis quia licet ſit frutex non tamen multū ab herba molli diſtat.eſt enim vt ait beda 44.
frutex aromaticus grandi & craſſa radice.ſed breui ac nigra fragiliq;. q̄uis autem ſit pinguis redolet pli.lib.12.
tamen vt cupreſſus aſpero ſapore.folio paruo denſoq;.cuius cacumina in ariſtas ſe ſpargunt. ideoq; ge beda ſuper
mina dote,pigmentarij nardi ſpicas ac folia celebrant. vnde præcioſius eſt vnguentum illud cui ſpica- mar.c.14.
rum & foliorum ſuccus admiſcetur.quàm quod ex ſola radice confectum eſt.hinc eſt q̄ Marcus Euāg.
ariſta. *vnguenti(dixit)nardi ſpicati præcioſi.hinc & author addidit* ariſtas.i.ſpicas.nā ariſtæ proprie dictæ* cap.14.
ſunt illæ minutiſſimæ ſpinæ quæ vti tela quædā defendūt ſpicas a minoribus auiculis teſte Ciceronis Ca
tone qui ait.fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam.& contra auium minorum morſus munitur vallo ari
thus. *ſtarum ſic dictæ quia citius areſcant:cum ſeges ad maturitatem tendit.* thuris.quidam aſpirant.quaſi*
dicatur απο τυ. θυω q̄ eſt ſacrifico. quia in ſacrificijs frequens ſit eius vſus. vel απο τυ θεων vt ait ſer
uius,ideſt a deis. quibus offertur in ara q̄ & nos facimus.d.deo noſtro non tātum propter odoris ſua
uitatem,quo non indiget deus:ſed propter myſteriū duplex.ſignificat.n.primo fumus ille aſcendens ſan
ctorum orationes ad dominū aſcendentes.vnde & propheta.dirrigatur(ait)oratio mea ſicut incenſum pſal. 140.
in conſpectu tuo. & Io. in Apoc.ſtetit angelus iuxta arā templi habens thuribulum aureum in manu cap. 8.
ſua: & data ſunt illi incenſa multa vt daret de orationibus ſanctorum item ait,& aſcendit fumus in-
cenſorum de orationibus ſanctorum de manu angeli corā deo.ſecundo ſignificat odorē bonæ famæ. quæ
a primo Eccleſiæ prælato(cui poſt deum datur)in minores,a quibus & in populū,deriuare deberet:eo 2.Corinth.
quo datur ordine.nā Chriſti bonus odor ſumus.vt ſic concurreremus oēs in odorem illius cui per Eccle ca.2.canti.
ſiam dicitur.in odorem vnguentorum tuorū currimus. ſed proh dolor? omnes quidem cerimoniam in- 1.& ad ve-
tus. *cenſandi ſeruamus.ſed de ſignificato eius parum curamus. ſeruio tamen non placet vt aſpiretur, tus,* ſperas domine.
quaſi a tuſis glebis dicatur cum quibus dicitur fluens ex arboribus coaleſcere.ſed & ſi hoc pacto deri-
uetur, non tamen myſticā perdet ſignificationem. nā ſiue aſpiretur,ſiue nō,incenſum eſt.deoq; & ho

minibus

minibus vt ſupradictum eſt offertur.quinimo addetur tertia.nam per tunſionem hanc denotabitur illa
Luc. 18. *pectoris tunſio de qua in Euangelio percutiebat publicanus pectus ſuum dicens deus propicius eſto mi*
hi peccatori. eſt enim hoc illud

Pſal.l.miſerere. Aut thuris lachrymam,atq; auram fragrantis amoni,
Pronaq;.permulſit nudas liquido vnguine plantas.
Suauis in aereas diffugit ſpiritus auras,
Cuncta deus placida quæ mente accepit,& illam
Dignatus veniam monitis impleuit amicis.

*gratum deo ſacrificium ſpiritus contribulatus cor contritũ & humiliatum deus non deſpicies. * lachrimam quæ dum ex arbore flueret erat.modo enim dum offertur. vel etiam colligitur.grana ſeu grummuli quidam vt ita dicam turis ſunt.et ſatis dura ita q mortariolo ac piſtillo opus eſt ſi pigmentarius in puluerem velit redigere. quod autem in arabia apud ſabeos naſcatur tus pluſquàm notum eſt ex illo Verg. hemiſtichio. molles ſua tura ſabei. dupliciter vt arbitror deſluit tus ex arbuſculis illis. primo ſuapte cortice fracto. quaſi nimio ex tumore propter magnam humoris abundantiam. & hoc lachrimam appellari puto, vtpotè lucidiorem & candidiorem, altero quod ex inciſo cortice tamquàm ex illato vulnere violenter ellicitur. * auram, ideſt odorem ſeu etiam puluerem* aura
qui facile ſpargitur aura. ſignificat & aura non modo tenuem ventum ſed & populi fauorem, famamque alicuius & generaliter quicquid vt aura facile per aerem ſpargitur. Verg. nimium gaudens amomum
*popularibus auris. * fragrantis, redolentis amomi. eſt enim herba ſua viſſimi odoris. quam in aſſiria tantum naſci dicit ſeruius propter illud Virg. aſſirium vulgo naſcetur amomum. frutiçem amomi ſcribit Plinius venenoſum eſſe, vitem eius. labruſcæ ſimilem, ſed palmi tantum altitudine, folis herbæ huius brioniæ ſimilantur. & triplex eſt, armenicum, medicum, & ponticum. nec tamen puto male dixiſſe ſeruium. nam ſub aſſiria olim hæ regiones comprehendebantur: dum aſſirij potiren*-assiria
*tur regnum, a Nino vſq; ad ſardanapalum. a quo medi primum deinde & ceteræ gentes deſcecerunt. * liquido vnguine, ideſt vnguento. inſtar aquæ roſaceæ ſupradictis ex floribus expreſſæ. ſunt* vnguen
*qui putent. vnguen. guinis. pingue ſuis illud tantum ſignificare: quod axungiam vel ſeuum dicimus. palla. ſumes (inquit) tantundem vnguinis quod vocamus axungiam. vel ſeuum. & perſius. Feniſece craſſo vitiarunt vnguine pultes. hic tamen (vt vides) Longe diſtat a fœtida ſuis pinguedine. * diffugit. odor enim quanto diffuſius ſpargitur, tanto citius euaneſcit. * accepit, grata habuit.* odore deus
*non quòd talibus delectaretur odoribus. ſed fide deuotione ac ardore offerentis. gaudebatque de conuerſione peccatricis præuidens illius exemplo infinitas animas eſſe conuertendas. * venia, dicens illi remittuntur tibi peccata tua & vade in pace. fides tua te ſaluam fecit. * amicis. ſuſcipiens enim defenſionem eius aduerſus murmurantem phariſeum, oſtendit quàm cara & accepta ſibi eſſet. de duobus debitoribus paradigma propoſuit. in cuius concluſione, illam prætulit phariſeo. quia vehementius amabat, nos itaq; fratres cariſſimi conſiderantes maxime nobis eſſe remiſſa debita quod poſſumus cum hac*
amb. ſuper luc. c. 7. *peccatrice domino offeramus, pectus ſcilicet ardens eius amore. & quoniam nihil eſt (vt ait Ambroſius) quod digne deo pro debito referre poſſimus. ſaltem reddamus amorem * interea dum luciferi ſa*- quid reddendũ eſt deo.
tellites necem domini moliuntur. nec enim ad proxime dicta poteſt hoc referri. nullus enim hic ordo tẽporum ſeruatur vt q ante geſtum prius enarretur. ſed ſparſim & per ſaltus quaſi more ſatirico diſcurritur Euangelium. vates enim qualis apis diuerſis inſedit floribus. & quicquid ex eis vel modicum vel multum libuerit ad proprium refert alueare. nam quæ tanguntur hic de varijs lãgoribus curatis ex di-
Marci. c. 6. & c. 4. *uerſis Euangelij partibus collecta ſunt. circũpoſitis, adiacentibus. hæc ex marci Euangelio ſumi potuit circa finẽ. c. vi. vbi dicitur. q eo cognito, percurrentes vniuerſam regionẽ illam ceperunt in grabatis eos qui ſe male habebant circũferre. vbi audiebant eũ eſſe. & quocunq; introibat, in plateis ponebant infirmos: qui vel ex tactu fimbriæ curabantẽ. & ne ſim nimis prolixus in referendo verba Euãgelij ſeorſum poſita. loca tantũ citabo. exhortor itaq; vnũquemq; libri huius interpretẽ bibliã vt habeat. ad quã vbicunq; leniuſcule videbor tranſijſſe manũ poſſit apponere. nullus erit in diſquirẽdo labor. capitum. n. numerũ in marginæ notabo. quo facilius citata poſſint inueniri. ſed ad propoſitum redeamus. hæc eadem ex*
math. 14. & 4 mar. 1. & 3. luc. 4. *Math. cap. xiiij. & clarius. cap. iiij. vbi dicitur. oblatos domino fuiſſe. omnes male habentes varijs langoribus & tormentis comprehenſos. & qui demonia habebãt & lunaticos & paraliticos & curauit eos*
*** ægrum vulgus. i. vulgares homines quorum nomina in vrbe minime celebrabantur. ex hoc nobis inſi*- pro vulgaribus & pauperibus etiam laborandum eſſe.
nuans non minus laborandum eſſe pro ſalute pauperum quam diuitum. quoniã vt ait Apoſtolus. apud
rom. 2. eph. 6. galat. 3. galath. 2. *dominum non eſt acceptio perſonarum. & alibi. non eſt iudeus neq; græcus, ſeruus neq; liber. maſculus neq; fœmina. ſed oẽs vnũ in Chriſto Ieſu. & alibi deus perſonã hominis non accipit oculis clauſis. eccũ* acceptio perſonæ.

natum illuminauit dominus. vide Ioannem latè. duos de quibus ait Matheus. ſecuti ſunt eum duo ceci. Io. 9 mat. 9 Math. 12.
quorum oculos tetigit & apuit. oblatum quoq; ei mutum & cæcum demoniumq; habentē dominum cu Luc. 11.
raſſe refert. item alios duos ſe
cus viam ſedentes qui clama-
bant. miſerere noſtri fili Da- Math. 20. & lucę 18. Marci. 10
uid. quorum miſertus oculos
eorum tetigit. & viderunt, al
ter eorum. fuit Barthimeus fi-
lius Thimei ſecutiq; ſunt eum. Marc. 8.
ſed & Marcus adductum ei a-
lium cæcum narrat pro quo ro
gabatur. quem extra vicum

Interea circumpoſitis ex vrbibus ægrum.
Cernere vulgus erat conuentu accedere magno.
Multi ibant oculis clauſis, multi auribus orti
Indociles, fandi ignari, quiq; ægra trahebant.
Membra, ferebantur quosve exagitabat Erynnis
Captos mente ſui immemores, deus ipſe iuuabat.
Auxilio, validiq; omnes, lætiq; redibant.
Tandem hinc digrediens ſolymorum tendit ad arces.

eduxit in oculos eius expuit. & impoſitis manibus interrogauit, ſi quid videret: qui primo homines
veluti arbores ambulantes videre ſe dixit. iterum tactus clare videbat omnia: multis etiam alijs do- Math. 11.
nauit viſum. vt dicitur in Matheo cæci vident & claudi ambulant &c. in templo quoq; eiectis qui in Math. 21.
eo male ſegerebant acceſſerunt (inquàm) ad eum cæci. & claudi et curauit eos. & lucas cæcis (inquit) Luc. 7.
orti auribus. *multis donauit viſum.* orti indo, aur. i. ſurdi a natiuitate. ꝑter eū de quo ſupra ſurdū mutū ac demoniū* Mar. 9.
habentem. nominatim legimus alium quendā filium patris eius qui dicebat credo domine adiuua incre-
dulitatem meam. curatum fuiſſe eiecto demonio his verbis. ſurde & mute ſpiritus præcipio tibi exi ab Marc. 7.
eo. & ne amplius introeas in eum. illum vero cui dixit effeta. q̃ eſt ad aperire. arbitror vnum extitiſſe
ex ſuperioribus & forſitan primum. generaliter autem multos alios videre fecit de quibus ſupra in
indociles. *allegationibus proximis.* indociles. non habiles vt doceantur. niſi enim vox magiſtri per aures ad*
interiores ſenſus illabatur in vanum iactatur. fandi ign, muti. dicunt naturales ſurdos omnino & mu*
Erynnis. *tos eſſe oportere. ex auditu enim diſcitur loquella.* Erynnis, ideſt a demone vexati. vt is qui in ſyna-*
goga exclamauit. quid nobis & tibi fili dei veniſti ante tempus torquere nos. ſcio quia ſanctus dei es. ſe Math. Luc. 4.
quitur etiam ibidem. Exibant demonia, a multis clamantia & dicentia. quia tu es filius dei, at ille in- marc. 4.
crepans non ſinebat ea loqui. et illos qui morabantur in ſepulchris ſeui nimis. de quibus infra lib. 4. ſcië math. 8.
dum autem eſt Chriſti acta ſicut & vere geſta ſunt, credenda eſſe: fideiq; noſtræ plurimum cōducere. lucæ. 8.
moralis expoſitio. *ſed & ſi ſpiritualiter fuerint intellecta, dulcedinem animis afferre. moribuſq; non modicum proficere.*
quare beati Gregorij exemplo qui omnia non ſolum Chriſti acta ſed cuncta pene in diuina lege conten-
ta moraliter exponit: non ab re fore arbitratus ſum, ſi quandoq; littera planè expoſita, moralem etiā
magnus ad Criſtum cōuentus quid ſignificat. *expoſitionem ſubiecero. per magnum itaq; vulgi conuentum qui ad dominum accedebat: oſtēditur mul*
to plures ex ſimplici plebe & humili, Chriſto credituros, verba veritatis libentius audituros, opeq; cō-
pleturos: & propterea regnum dei accepturos eſſe. quàm ex nobilibus ſuperbis. quod & Apoſtolus a- 1. Corin. 1.
perit dicens. videte fratres vocationem veſtrā. non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi poten
tes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus: vt fortia quæq; confundat. ignobilia, & cō
qui nam per cæcos. *temptibilia elegit deus. & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret. vt non glorietur in conſpectu e-*
ius omnis caro. per cæcos. gentiles viam dei non videntes, & noſtræ tempeſtatis ignorantes intelligit.
qui a domino erant illuſtrandi. per ſurdos, diu in malo pertinaces intelligit. qui non modo, bona opera
qui nā per mutos. *ri nolunt. ſed & verba ſalutis audire contemnunt. hi etiam muti ſunt: nunquam enim quæ Chriſti ſunt,*
vel laudes dei loquuntur: ſed tātummodo ſecularia & blaſphemiæ per ora voluunt eorum. hi a domino
tribulationis maleo tuſi, interdum atq; retuſi, interioris auditus ſenſum recipiunt, vexatio quippe dat
talibus intellectum. cumq; dei verba ceperint audire, & intelligere. meditari quoq; diſcūt in illis die no-
qui nam per ægros. *ctuq;. donec miſericordiam dei erga ſe recognoſcentes, labia prius muta in dei laudibus aperiunt.* ægra*
trahentes membra, ſunt in quibus, ſpiritus quidem eſt promptus. caro autem infirma. cuius pōdere grā
uati, ægre ambulant in via dei. a qua frequenter per fragilitatem cadunt. maxime in luteæ carnis lap-
qui nā per poſſeſſos a demone. *ſus. his dominus manum ſæpe porrigit. eleuat, conſolidatq;. vt huic fecit peccatrici. per poſſeſſos a demo*
ne, & ſi generaliter omnes poſſunt accipi peccatores, qui proculdubio a demone poſſidētur tamquam a
domino ſerui. ære enim peccatorum & viliſſimo modicæ ac falſæ voluptatis ꝓtio ſeſe illi vendiderunt. ſu
perbi tamen ambitioſi, iracundi inuidi & ſpiritualibus vitijs obnoxij. præcipue dicūtur a lucifero rege
ſuperbiæ vexari. cuius & colla veluti ſerpentis inuidiæ tument veneno. pectoraq; felle iracundiæ ſunt
repleta. hos ēt humilitatis ſuæ, ac māſuetudinis exemplo, ad fraternā charitatē retrahit: effugato hoſte
a tumida eorū mēte. hinc, ex bethania vbi et lazarū a morte corporis, et peccatricē a morte aīæ ſuſcita*
rat.

fo 2.verſu. 16. *rat.* * *Fundaſſe, de hoc ſupra diximus circa principium libri. vbi primo ſolimorum vrbis huius facta eſt mentio. ibi vide.* * *Semes. ipſe eſt ſem filius Noe, frater Cham. & Iaphet. qui dicitur italiam tenuiſſe, & Ianum vocatum eſſe cauda vocabuli corrupta. legi etiam referentem Papiam ab eo* — ſemes q. & ſem iapheth. & ianus.

poeta carmelitanus i lib. faſt.

Hanc fundaſſe ſemes ſoboles tua dicitur vrbem
Vitiſator pater, exactis ſimul imbribus ingens
Ceſſauit vaſtis ſtagnare paludibus orbis,
Plurimaq; inmenſi compreſſa licentia ponti.
Tum venere, ſuo bellis qui gente ſubacta
Vrbem appellarunt de nomine Iebuſæi.
Protinus hinc reges a priſco ſanguis Iuda.
Finitimis late dominam coluere ſubactis.

Barbara, in declin. quo pacto decl. *conditam. ſane aduertendum eſt hebrea quæque nomina ſicut & Barbara omnia indeclinabilia eſſe, niſi grecam vel latinam habeant terminationem. aut ſi non habent addendo vel detrahendo ad eorum ſimilitudinem reformentur. hinc nomen iſtud ſemes, ſyllabæ adiectione factum eſt declinabile,* — hebrea & barbara in declinabilia.

ſicut achathes vel Anchiſes. & hanc reformationem auctores docti pro ſuo ſibi vendicant arbitrio.
vineæ inuentor. geneſ. 9. *vnde & inuenimus abras. brantis. velut athlas antis & Abramus abrami.* * *vitiſator, hic eſt Noe* — vineæ inuẽtor.
vitis inuentor, cuius fructus * *Inuentori proprio non pepercit, nam cum ex diluuio liberatus,*
greg. *agricola factus eſſet vineamq; plantaſſet. Bibens vinum inebriatus eſt, & nudus iacuit in tabernaculo, a filioq; maiore deriſus eſt. vinum itaq; ſic bibere debemus, vt ebrietatem omnino fugiamus.* — vinum pro ſit an noceat.
marius grapaldus. *nam & ſi vinum moderate ſumptum ſit humanis corporibus gratiſſimus liquor. inmoderate tamen hauſtum, venenum eſt.*
ephes 5. *vnde apoſtolus clamat, nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. ſapiens etiam*
prouerb. 20. *nos admonet dicens. Luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas. qui ſe his immiſcet, non erit*
quintus curtius. lib. *ſapiens. Magnus alexander temulentus Perſepolim excellentiſſimam vrbem exuſſit. Clyciam collectaneum interfecit. cuius mortem a vino reſipiſcens adeo doluit: vt ſe ipſum eodem voluerit telo conficere. probibituſque multorum dierum inedia omnino conſumptus eſſet. niſi tandem a procerum la-*
hie. i mich. & diſt. 35. c. eccleſiæ. *chrimis a propoſito deflexus eſſet. hæc his dicta ſint, qui rubentibus buccis Criſtum eſurientem predicant, ieiuniorumq; doctrinam fartis corporibus & ore temulento proferre non erubeſcunt.* * *exactis im-*
lib. primo. Math. *bribus diluuij. non deucalionei, de quo per Ouidium late. ſed vniuerſalis totius orbis, quod ſolus euaſit noe, & qui cum eo erant in archa. nam cum vidiſſet deus multã hominũ eſſe malitiã in terra, omnis* — diluuium.
gen. 6. 7. & 8. *quippe caro corruperat viam ſuam. & repleta fuerat iniquitate, mandauit noe vt fabricaret archã in qua ſaluaret ipſe, & filij eius, vxoreſq; eorum, & ſemina cunctorum animantium. qua c. annorum ſpacio perfecta. ingreſſoq; Noe in archam, cum his qui ſaluandi erant: ruptis ſunt omnes fontes abyſſi magne. & cataracta cœli aperta ſunt, pluuitq; deus ſuper terrã xl. diebus & xl. noctibus donec eleuaretur aqua 15. cubitis ſup montiũ cacumina quæ opuereant. comſumptaq; eſt omnis caro hominum, volucrũ, animãtiũq; & reptilium que mouebañ ſuper terrã. remanſitq; ſolus Noe. & qui cũ eo erãt in archa. qui tandẽ exſiccata terra egreſſi de archa, iterũ ſemine ſuo terrã repleuerunt.* * *ceſſauit. poſt 150. dies.* * *immenſi ponti. totam enim terram operuerat.* * *iebuſei ſpondaictus eſt verſus. de his vides* — iebuſei.
Ioſue c. 15. 2. reg. 5. *quæ Nic. lyra. ſcribit ſuper geneſi. capite 28. iebuſẽos ex vrbe iebus non potuerunt expellere filij Iſrael vſque ad regem Dauid. qui protinus vt fuit in regnum confirmatus, educto exercitu expugnauit eam, & condidit arcem ſyon, quæ vocata eſt ciuitas Dauid.* * *Sanguis a priſco Iuda, filio Iacob vno ex. 12. capitibus tribuum. a quo & iudei etiam nunc dicuntur. eſt autem appoſitio, nec mirum ſi reges, numeri eſt plur. ſanguis vero ſingularis. quia in appoſit. hoc ſolum requiritur vt appo-* — appoſitio.
lib. de faſt. *nens & appoſita dictio ſint eiuſdem caſus. licet. diuerſi ſint generis, & numeri. vt in Ouid. Quid meruere boues, animal ſine fraude doliſue, autor quoq; infra* * *dominã, quoniã caput regni fecerũt eam tum propter habitantes ibi reges. tum & propter archam ſœderis domini illuc translatam et in templum de quo infra introductam ſtabilitamq;. nec .n. deinceps licitum fuit populo Iſraeli alibi ſacrificia deo offerre: tres illas feſtiuitates precipuas celebrare: paſcha penthecoſten & tabernaculorum. quibus om-* — ſacra vbi locorum.
Hier. i prologo ante lib. ſalom. *nes viri ex quauis vrbe tenebantur adeſſe.* * *Solomon filius Dauid ex Berſabea quondam Vriæ. tribus nominibus hunc regem vocatum fuiſſe teſtatur Hier. Ydida. hoc eſt dilectum domini, Coeleth .i. eccleſiaſten, grece, latine concionatorem. & ſalomonem. i. pacificum. ex eo ꝙ in regno eius pax fuerit. mirum eſt vnde pullulauerit apud neotericos hic error, vt Solomon per duplex. oo. velint ſcribi: & nõ* — ſalomon. 3 nomina habuit.
in libello. poſt bibliã. *magis Salomõ per a et o. cum apud antiquos omnes ſic inueniatur ſcriptum eſſe. & Hier. in alphabetica interpretatione nominum hebreorum: in qua rectum ordinem litterarum ſeruat, non inter incipientes a ſol, vbi duæ tantum ſunt, Solemtes, & Solomuth, nihil ad pacis propoſitum penitus ſignificantes.* — ſalomon & nõ ſolomon.

prima enim, auulſio vel dimiſſio interpretatur, altera, ideſt ſolomuth. temptatio reſpiciens transmigrationem. ſed poſuit inter incipientes a ſyllaba. ſal. vbi. & ſalem, quod pax interpretatur & iuſtitia, vbi & ſalom retribuens vel pacificus, vbi & ſalome pacificans, vbi, & ſalomi pacificatio a quibus hoc nomen deducitur ſalo-

Hic templum Salomon per terras omnibus aris
Euerſis ope barbarica rex condidit olim

lomon ſicuti & poſt illa ordine ſeruato ſuit collocatum. quare ſalomonem & non ſolomonem ſcribendum cenſeo tametſi etiam apud grecas, nouas, tamen, impreſſiones per duplex. o o. legatur deſcriptum. cum hebraica dictio grecam nec latinam recipiat ethimologiam, vel ſcripturam. niſi reformetur declinandi gratia vt ſupra oſtendimus. & hoc maxime cauendum eſt in his dictionibus, in quibus ex litterarum variatione variaretur interpretatio. omnibus aris. in quibus ante conditum templum fuerant oblata deo ſacrificia, nam in multis montibus excelſis prius ſacrificauerant. Abraam, Iſaac, Iacob & poſt illos Moiſes Aaronq; & qui ſucceſſerunt eis, videlicet in ſichem, Bethel. inter Bethel. & hay in hebron. apud cõuallem manbre. in geraris in berſabee. in monte vbi dicitur dominus videt. vbi oblatus eſt Iſaac primo deinde aries & forſan eſt mons caluarius vbi & Chriſtus verus agnus deo patri eſt immolatus. item in Galaad. in ſochoth, iterum in bethel qua & luza dicebatur. ad puteum iuramenti. in raphidim ad petram oreb. & inde per diuerſas manſiones vſque ad erectionem arche fœderis domini, ad cuius altare deinceps ſacrificabant. vſq; ad introitum terræ promiſſionis, ac deinceps vbicumq; caſtrametabantur, donec fixum eſt tabernaculum in ſylo montis efraim. item ad locum flentiũ vbi redarguit eos angelus ad petrã in efra vbi gedeõ de mandato angeli & domini rurſus holocauſta obtulit, ſed deinceps factum eſt ei in ruinam. item in maſpha. item in ſaraa de tribu dan pater ſanſon obtulit ædum domino. item in domo micha efratei. iterũ in maſphat poſtquàm fuerat capta archa domini a philiſteis licet reſtituta fuiſſet obtulit ſamuel agnum in holocauſtum domino. ſed & in ramatha vbi erat domus eius edificauit, altare domino. item in excelſo terra ſuph. vbi primo vnxit ſaulẽ, in regem ſicut & in galgala vbi & vnxit eum iterum immolatis victimis & pacificis. item in Bethleẽ. vbi & vnxit Dauid. item & in nobe antequàm ſuccenderetur de mandato ſaulis. cunctis ſacerdotibus interfectis, item Dauid imolauit multas victimas a loco gabaa vbi tunc erat archa domini vſq; ad domum obededom gethei, & inde in domum ſuam qua erat in ſyon. immolauit & abſalon filius eius victimas in hebron quando deſecit a patre ſuo. item Dauid edificauit altare domino in area areunæ iebuſei ad mandatum gad videntis, vbi apparuerat ei angelus percuſſor, item & adonias filius eius volens regnare immolauit vict. & pacif. iuxta lapidem zoeleth. ſed & ſalomon obtulit victimas in gion vbi vnctus eſt a ſadoch in regem de mandato Dauid. & in gabaon vbi dominus apparuit ei, deditq; optionem dicens poſtula mihi quod vis vt dẽ tibi. poſtulauitq; ſalomon a dño ſapientiam: quam & obtinuit. poſtremo ſciendum eſt ꝙ populus immolabat in excelſis montibus, antequàm conditum fuiſſet hoc templum. in his omnibus locis fuerant aræ, quas euerterunt vt in ſolo templo ſacrificaretur domino. euerterunt & illas in quibus filij Iſrael præuaricantes immolauerant dijs alienis maxime iudicũ temporibus intermedijs.* ope barbarica, aut quia omnes nationes etiam hebrea. barbaræ appellentur, præter grecam & romanam. aut ex opibus barbarorum a Dauid patre viro bellatore expugnatorum. ſiquidem, ante mortem ſuam præparauerat Dauid omnem impenſam templi edificandi.* olim. anno quadringenteſimo & octogeſimo ab egreſſu filiorum Iſrael de ægypto.* templum opul, ingẽs duobus epithetis contra morem vſus eſt ad indicandam rei magnitudinem miram. ſic & Verg. Templum Auguſtum ingens &c. reuera templum hoc a Salomone rege conditum hieroſolimis fuit pulcherrimum, & magnificentiſſimum. ſuper omnia qua legerim templa. Longitudo fuit. lx. cubitorum. latitudo xx. altitudo xxx. vſq; ad primum dũtaxat tabulatum. Tria quippe (Turris inſtar) habuit tabulata. inferior domus diuino cultui deputata fuerat bipartita. quarum prima & principalis ad occidentem reſpiciebat dicebaturq; ſancta ſanctorum, xx. cubitorum in quadrum. pariete intermedio diſtinguebatur altera que ſancta ſolummodo appellabatur. xl. cubitorum longitudine. vtraq; harum parietibus circundabatur marmoreis: qui ex lapidibus dolatis eaq; arte perfecti. vt dum in adificio locarentur, malleus & ſecuris & omne ferramentum non audirentur in domo domini. pauimentum quoq; marmoreũ extitit, intrinſecus circumcirca parietes pauimentum & tabulatum primum, tabulis fuerunt adoperta cedrinis. quæ cariem non admittunt præter pauimentum quod abiegnis vel buxeis vt aliqui malunt erat tectum. propter marmoris frigiditatem ſoli comprimendam. porro tabulæ omnes prædictæ laminis aureis veſtiebantur, clauis aureis circumquaq; affixis, adeo vt intrinſecus totum templum aureum appareret.*

Marginal notes (left): vbi locorũ antiqui ſacrificauerunt. — Iudicum cap. 2. — vbi nam immolauerint antiqui. — quæ nationes barbaræ. — quo anno conditum eſt templum. — Templi Salom. deſcriptio.

Marginal notes (right): gen. 12. & 13. c. 21. & 28. c. 31. & 33. 34. c. 46 — Exodi. c. 19 — leuit. 9. nu. 7. & 9. — Ioſue. 18. — Iudicũ. 6. & 8. & 11. & 13. — 1. reg. c. 2. 7. — 1. reg. c. 9. & 11. — 1. regu. 21. & 22. — 2. reg. 6. — 2. reg. c. 15 — 2. reg. c. vlt. — 3. reg. 1. c. — 3 regu. 3. — ibidem. — 3. reg. 6. — 7. æneid. — 3. reg. 6.

appareret. in prima parte duo erant cherubim de lignis oliuarum facti, & auro tecti: magnarum alarum, duabus inuicem iungebantur. extremitatibus aliarum ad parietes vſq; pertingebant. inter
2.paral.c.5 *vtrunq; erat archa fœderis domini quam fecerat moyſes, dum eſſet in deſerto ad montem dei oreb. por-*
hebr.9. *rho in archa quæ propiciatorio claudebatur, duæ ſeruabantur tabulæ lapideæ, digito dei ſcriptæ, decalogi præcepta continentes. & virga moyſi cum vaſculo dicto gomor manna pleno: & legis deutoronomium vel totū moyſi pentateuchum. in altera parte: poſt parietem intermedium altare incenſi, menſa propoſitionis ſuper qua. xij. panes ex ſimila puriſſima omni ſabbato recentes ponebantur, vnus ſuper alium: ſeni & ſeni. candelabrum aureum ex cuius ſtipite decem egrediebantur haſtilia, totidem lucernas ſuſtinentia. omnia eo ordine collocata quo & ante fuerant in tabernaculo quod moyſes erexerat in deſer-*

Templum opulentum, ingens, eductam ad ſidera molē.
Huc menſas, araſq; ſacras, & ahenea labra;
Tranſtulit & veteris veſtes, ac munera templi,
Oſtro perfuſas veſtes, auroq; rigentes
Tum lychnos, lanceſq; cauaſq; inuexit acerras.

3.reg.c.7. *to. addidit & mare æneum quo lauarētur ſacerdotes opus fuſile altitudo. v. cub. latitud. in ſummitate*
2.paral c.4 *labiorum per circuitum. xxx. cub. capiebat duo millia battos ſeu tria millia metretas. Luteres quoq; decem quibus hoſtiæ lauarentur ex ære fuſiles, ſuper quadam baſi currus habentia ſimilitudinem, cum quattuor rotis, ſinguli. xl. batos capiebant. quarum. v. ad dexteram templi in atrio tamen ante introitum totidemq; poſuit ad ſiniſtram. mare vero ad dextrā cōtra orientem ad meridiem. ante introitum templi, qui erat orientem verſus atrium ſeu latam & longam porticū fecit. in qua ſtatuit duas æreas columnas, quarum vnam Iachin & alteram booz vocauit. cum baſibus & epiſtilijs ſeu capitellis ſuis, mira arte fabrefactis. myſticam rationem templi & vaſorum eius? quam propter vitandam prolixitatem omiſſi, ponit gloſa & doctores ſuper epiſtola pauli ad hebreos. ibi licebis eam videre.*
cap.9. ** ad ſydera molem. magnæ enim erat altitudinis ad modum turris erectum. vnde Micheas propheta*
Mich.4. *turrem gregis nebuloſam eam appellat. * menſas propoſitionis. forte paruam quam primus moyſes deinde grandem quam fecit ſalomon vtramq; auream. vel eſt pluralis pro ſingulari. * ahenea labra, pars pro toto Methonomia eſt, ideſt vaſa ærea lata habentia in ſummitate labra, quaſi labia calicis &*
cap.7. *folium repandi lilij. fuerunt autem. x. luteres prædicta & mare quorum vaſorum deſcriptiones vide in tertio libro regum. * tranſtulit vel ex tabernaculo fœderis, quod fecerat moyſes. vel potius ex campeſtri regione Iordanis in argilloſa terra inter ſochot & ſarthaz. vbi fuſa fuere & perfecta de mandato regis per manus hyram tirij optimi æris fabri. * veteris veſtes. quibus ſacerdotes induebantur dum ſacro fungerentur miniſterio ante deum. erant autem hæ. rationale, ſuperhumerale, tunica, linea ſtricta, cidaris & baltheus. preterea ephot, veſtem albam & longam qua minores vtebantur mi-*
cap.28. *niſtri. nec non & perizoma. quarum formam & apertam deſcriptionem vide in exodo.* munera templi quæ parauerat Dauid. * oſtro, ideſt purpura. * auro ſuperhumerale intelligit. quod ex auro, hyacintho, purpuraq; cocco bis tincto & byſſo retorta opere polymito factum erat. ſed & in tunica hyacintina ſuperhumeralis erat limbus malis punicis & tintinabulis intertextus eodem opere polymito, ex auro, hyacintha purpura, coccoq; bis tincto & byſſo retorta. * lychnos græcum eſt, ideſt lucernas, lampades illas intellige: quæ ſuper dictis haſtilibus candelabri aurei poſitæ erant. * lanceſq; vaſa ſunt rotunda, panda, non multum excauata; quibus exta in ſacris reddebantur olim, nunc vero carnes in*
lib.8.ænei. *menſam afferuntur. de quibus Verg. cumulant oneratis lancibus aras. * acerras, turribula, aliqui interpretantur, quibus incenſum deo offertur. alij vaſculum illud quo thus ſeruatur, & ſacerdoti benedicendum cum turibulo a miniſtro porrigitur: quod naniculam per ſimilitudinem appellamus. Verg.*
2.par.c.4. *& plena ſupplex veneratur acerra. thimiamata quoque dicuntur. * cymbia, pocula quædam ad cimbæ, ideſt nauiculæ ſimilitudinem, quibus ſacer ſanguis offerebatur, a ſacerdote aſperſis cornibus al-*
hebre 9. *taris ante ipſam aram effundendus. nulla enim expiatio vt ait Apoſtolus fiebat ſine ſanguine. & omnia penè per ſanguinem mundabantur, ſignificabant myſtice Chriſti ſanguine omnia mundatum iri. * tripodas. menſa quæ tribus fulciuntur pedibus. olim in templo apollinis delphici ſuper his ponebātur phebades vt vaticinarentur. multa arte laborabantur & viris fortibus munera erant. quæ &*
9.æne. *aſcanius niſo pollicitus eſt. dicens, dabo & tripodas geminos, auri duo magna talenta. horatius Donarem tripodas præmia fortium. nunc his vtimur pro menſarum longarum fulcimento non minus quàm*
in epiſt. *duobus interdum & tribus. * lebetas ollæ æneæ ſunt, quibus carnes coquebantur, magno apud antiquos erant in precio. ita vt reges inuicem ſeſe his donarent. Ouid. viginti fuluos operoſo ex ære lebetes.*

vbi nam fuſa fuere vaſa ærea. ſacræ veſtes. ſuperhumerale. lychnus. lances. acerra. cymbia. tripodas. lebetas.

betes. Vergilius ingens argentum dodoneoſque lebetes. inuenitur etiam in genere femin. vt in E- Exech. 11.
zech. hac eſt lebes. vos autem carnes. declinatur etiam. hac lebeta,tæ.in paralip. pacificas hoſtias: paral. 35.
coxerunt in lebetis cacabis & ollis. ſeruius etiam dicit lebetem pro eo vaſe capi: in quod aqua virgan 5. 3. æne.
decidit dum manus abluuntur. id Bacinum vulgo dicitur. leges a domino per angelum moy*
lex. moyſi *ſi datas ad montem ſynai qui & oreb appellatur. hæ penthateuco, ideſt quinque libris continen-*
ſynai q & oreb *tur. geneſi, Exodo, leuitico, numeris & Deuteronomio.* fœdera inter populum & dominum*
pentatheucum. *percuſſa in dicto monte.* ſacro ligno, ideſt archa de qua ſupra diximus. cuius & ſimilitudinem* Exodi. 25.
effinximus. deſcriptionem eius vide in exodo. gemina in ſilice. ſpecies eſt pro genere.i. duabus tabu* Exodi. 31. Luca. 11.
digitus dei. *lis lapideis ſcriptis digito dei.i.virtute ſpiritus ſancti qui digitus dei & in Euangelio dicitur. ſi in digi-*
to dei eiicio demonia &c. notarat, ſcripſerat. aut ſcalpſerat. de ſecundis autem tabulis hic intelli-*
tabulæ bis moyſi datæ. *git. ſiquidem primas fregerat moyſes ad radicem montis viſo quod fecerant idolo, deinde ſumpto ex* Exodi. 32.
reis ſupplicio iterum aſcendit in montem vt iram dei placaret. pactoq; ſecundo. xl. dierum ieiunio ſe-
cundas tabulas inſtar priorum digito dei ſcriptas detulit ad populum. quas in archa fœderis cuſtodi Exodi. 34.
templum reparatum. *ri mandauit.* hic.i.ad illud templum a Salomone conditum, a babilonijs exuſtum ſed a iudeis ex ca-*
ptiuitate remiſſis cyri regis mandato in eandem formam reſtitutum. excepto aurearum laminarum in-
teriori veſtitu, vaſa vero aurea & argentea quę abſtulerat rex Nabuchodonoſor, & poſuerat in Eſdræ. 1. c.
templo dei ſui idem cyrus reſtitui iuſſit. & hic eſt numerus eorum. phialæ aureæ triginta, ar-
ſacrorum vaſorum numerus & nomina. *gentea mille. cultri. viginti nouem. cyphi aurei. triginta. argentei quadringenti decem. vaſa alia*
mille. omnia vaſa aurea & argentea, quinque millia quadringenta. Quæ omnia rurſus ab antio- 1. Mach. 1.
ab anthioco ablata. *cho illuſtri rege ſyriæ ſacrilega manu violenter ablata fuerunt & comminuta, altare quoq; aureum,*
candelabrum cum vaſis eius, menſam propoſitionis & vaſa eius libatoria phialas & mortariola. ve-
lum & coronas ſimul & ornamentum aureum quod erat in facie templi abſtulit & comminuit. nec-
non & theſauros in templo reconditos, ſumma totius auri ac argenti & dirrepti, fuit mille & octin-
templum prophanatum. *genta talenta. prophanauit templum quod & Iouis Olympij voluit appellari: locato ſuper altare dei* 2. Macha. cap. 5.
abhominando deſolationis idolo. & quamquam a iuda & fratribus machabeis legem dei zelantibus le 1. Mach. 4.
gamus tertio templum reparatum, ac mundatum fuiſſe, cultumq; dei reſtitutum. an talia, totq; vaſa au
rea & argentea loco priorum fuerint remiſſa, an ex ære pro aureis, vel argenteis fuerint fabrefacta
ſcriptum non inueni. hoc autem certum eſt quod vſq; ad vaſtationem vrbis & templi per Titum & Ve
ſpaſianum, in eo templo oblationes & ſacrificia quottidie facta fuerunt. Solemnitateſq; ibi celebratæ;
Victima. hoſtia. *de quibus hic per autorem.* victima, generaliter intellige pro quacunque hoſtia deo in ſacrificium*

Cymbiaq; & tripodas, fuluoq; ex ære lebetas
Incluſaſq; ſacro leges, ac fœdera ligno.
Quæ gemina in ſilice omnipotens pater ipſe notarat
Hic gentis rex, atq; omni cum gente ſacerdos
Sacra ferens pecudum fundebat rite cruorem.
Victima non alias maculabat ſanguine ſedes.
Vndiq; mos erat huc populos ter adire quotannis
Et proprios genus Iſacidum inſtaurabat honores.
Ipſe etiam crebro huc heros ſe ferre ſolebat.

oblata. alias victima eſt (vt
holocauſtum. *ait Ouidius) quæ dextra vi-*
ctrice cadit ſicut & hoſtibus a
pacifica. *victis hoſtia nomen habet. tri-*
ſacrificandi modus. *fariam ſacrificabant apud iu-*
deos. aut ex deuotione & fa-
ciebant holocauſtum totam vi Leuitici 1.
ctimam incendendo. aut pro
gratiarum actione vel petitio-
ne, & dicebatur hoſtia pacifi-
corum. Tunc effuſo ſanguine
per altaris circuitum ſicut & in holocauſtum, adeps omnis interior cum renibus & renunculis incen- Leuit. 3.
debatur domino. pectuſculum & armus dexter cedebat in partem ſacerdotis offerentis. reliquas car-
hoſtia pro peccato. *nes manducabat coram domino cum familia ſua is qui victimam obtulerat. aut pro peccato & delicto* Leuit. 7.
& ſeruabatur quod ſcriptum eſt leuitici. quarto cap. cum tribus capit. ſequentibus. ibi vide. alias* Leuitici. c.
ſynagoga. *ſedes. nam licet in qualibet vrbe iudei ſynagogam haberent, qua in ſabbatis & neomenijs conuenirent* 4.5.6. & 7.
ſolum templum ſacrorum locus *pro audiendo verbo dei, nuſquam tamen ſacrificabant, niſi in hieruſalem in templo domini. vbi erat ar-*
cha fœderis, & is fuerat locus a deo electus pro ſacrificijs & ſolennitatibus celebrandis. vt melius vni-
tatem ſeruarent. faciliuſq; ab idolatria declinarent. quę ſub omni ligno frondoſo tunc fiebat. mos*
ter in annũ cõueniebant hyeruſalem. *erat. & mandatum domini vt ter in anno appareret omne maſculinum coram domino,* ter adire, in*
paſchate, pentecoſte & ſcenophegia. quam feſtum tabernaculorum poſſumus interpretari: iuſſerat e- Exodi. 23. ibidem.
ſcenophegia. *nim dominus vt tribus vicibus per ſingulos annos ſibi feſta celebrarent.* Iſacidum, patronimicum pro*
iſacides. *gentili, i. Iſraelitarum ab Iſaac deſcendentium. formatur autem ab eo quod eſt iſacus iſaci, addita des*

fit

ſit iſacides. * *huc pro illuc ad hyernſalem.* * *heros,d.Ieſus.* * *crebro & vt predicaret, vtquè nobis exemplum daret & templum frequentare,& diuinis obtemperare mandatis. quibus ipſe vt dominus legis non tenebatur aſtrictus. & tamen obediens ea ſeruabat. ſic imperatores & ſi legibus ſolnti ſint, legibus tamen profitentur ſe eſſe ſubiectos & velle ſecundum leges viuere. iuſtum eſt enim principem legibus ſuis obtemperare,tunc enim iura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet: quando & ipſe illis reuerentiam exhibet.iuſtum quippe eſt principem legibus teneri ſuis: nec in ſe poſſe damnare iura qua in ſubiectis conſtituit,iuſta eſt enim vocis autoritas eorum ſi quod populis prohibent ſibi licere non patiantur. hæc contra illos dicta ſint,qui alligant onera grauia & importabilia imponentes ea in humeros ſubditorum digito autem ſuo nolunt ea mouere.* * *cum millibus ibat. cũ enim audiſſent turbæ quæ venerant ad diem feſtum paſchæ quòd veniret Ieſus hieroſolimam ex bethania vbi lazarum ſuſcitauerat: moti ex miraculi magnitudine proceſſerunt ei obuiam vſq; bephthage, accipientes ramos palmarũ quos in via ſternebant cum ipſis veſtibus, comitati ſunt eum vſq; ad vrbis templum. & clamabant oſanna benedictus qui venit in nomine domini.rex Iſrael.hanc itaq; proceſſionem quam & Eccleſia in die palmarum quotannis imitatur, hic late poeta deſcribit, exornans omnia verbis elegantioribus more ſuo.* * *viridantis oliuæ. ſemper virentis.per quam ſignificabatur pacifici miſericordiſq; regis aduẽtus.nam & grece.* ἐλαιος. *miſericordia eſt. cepit autem oliua inſigne pacis eſſe.ex quo poſt diluuium, columba ex archa per Noe emiſſa veſperi rediens tulit ramum oliuæ virentibus folijs in ore, inſignum ꝙ ceſſaſſent aquæ ſuper terram. placatuſq; iam factus eſſet dominus. non autem ex eo ꝙ fabulentur poete,dum contenderent neptunus & minerua de vrbis nomine, melius viſum ſuiſſe munus oliuæ ex palladis haſtæ concuſſione exortæ,quàm equi a neptuno producti.vere ſiquidem ſuborta erat inter ciues contentio.an litterarum ſtudijs,equiſue alendis aptior vrbs illa regioq; futura eſſet. tandem conuenerunt vt litteris dedicaretur. ex quo oliuis abundabat,quarum liquor oleum ſtudentibus ſummopere neceſſarium erat,nulla adhuc alia re inuenta ad lumina nutrienda.quod & illud Demoſtenis adagium oſtendit. plus olei quàm vini. ſe videlicet impendiſſe in arte perdiſcenda.hæc vt tectæ, appareãt poetarum fallaciæ. ſanè & pro arbore & pro fructu,olea dicitur ſicut & oliua, vnde & liquor oleũ dicitur & oliuum. olearum genera teſte colum.x.ſunt.panſia quę & poſia:Sergia:Regia,Picena, Sidichia:Liciniana,Maiorina. tranſmarina.radius a longitudine ſic dictus,Orchis a græca obſcanaq; ethimologia. hæc idonea cibo eſt:panſia optimum fundit oleum. Virg. vero (vt ait Plinius) tria tantum genenera poſuit. Orchites,& radij,& amara panſia bacha.* * *palmas non ramos oliuarum vt aliqui putant. ſed vere palmarum ramos (vt refert.Io.Euang.) acceperunt manibus & proceſſerunt obuiã Ieſu. nam & ad radices montis oliueti palmæ naſcuntur. victoriam hęc Chriſti proximam denotabãt ex mundo carne & diabolo. nam & victricem (vt ait Gregorius) ſolebat ornare manum palma. in certaminibus etenim ideo placuit palmam ſignum eſſe victoriæ,quoniam talis eſt ingenij hoc lignum, vt vrgentibus opprimentibuſq; ponderibus non cedat. ſed ſurſum ſemper emergat.hæc in phenicia,cuius olim portio fuit iudea dum regnarent aſſirij.& plurima eſt & dulci gratoq; fructu, alibi vero aut ſterilis eſt.vt in Italia,aut immitibus baccis (vt in Hiſpania) quas dactilos & carycas vocant.dicta eſt autem palma a palmæ manus ſimilitudine.nam & comam habet extenſam, ramos vero in digitorũ modum protenſos.* * *ſtirpe,ab inferiori trunco,ſanæ ſtirps.i. progenies,generis eſt fœminini Verg. hen ſtirpem inuiſam. ſed pro trunco gen. eſt maſc. idem. imo de ſtirpe reciſum. & alibi,ſed ſtirpem teucri, nullo diſcrimine ſacrum.* * *peditum non tamen armatorum, vel ſubaudi inſtar. ſic & equitum intellige. alioquin potius ecbaſis poetica eſt. non enim verè pedites aut equites habuit dominus Ieſus in comitatu ſuo. nec enim vt rex Iſrael Chriſtus teſte auguſtino venit ad exigendum tributum, vel ad ferro armandum exercitum. ſed & teſte Cyrillo mittis & manſuetus non exercitum trahens intrabat: ſed aſinum habens*

Iamq; vijs plenis multis cum millibus ibat.
Vnde vrbis poterant turres,atq; alta videri.
Culmina,læti omnes ramos viridantis oliuæ,
Quaſq; manu geſtant,palmas a ſtirpe refringunt.
Præcedit peditum latæ manus omnis. it ingens
Ponè equitum globus. in medio pulcherrimus heros
Haud acri prouectus equo,phaleriſq; ſuperbo
Eminet. at ſibi pauperiem vt placuiſſe beatam
Admoneat ſocios,rex quadrupedantis aſelli
Terga premit,vates quondam vt cecinere futurum
Nudus erat vertex. humeris demiſſa fluebat
Ad talos veſtis,quam feſtinauerat olim.

Marginal notes (left): cod. de leg. & conſt. l. digna uox. & 1 decret. 9. diſt. c. iuſtum eſt. — gen. 8. — lib. 6. ca. 6. — plin. li. 15. ca. 4. virg. 2. georg. — Aug ſuper Ioannem. — greg. in hom. — plutarchus — aenei. lib. 7. — aeneid. 12. — Aug. ſuper Io. 12. — ibidem.

Marginal notes (right): templum eſt frequentandum. — legislator legi non ſubiacet. — honeſtũ eſt legislatorem le… — …marum. — oliua. — palma. — dactili & caricę — ſtirps.

globus

mediator Chriſtus.

quare Chriſtus ſuper aſino.

pauperiē amauit Chriſtus.

bēs ſolum.* globus, denſa multitudo.* in medio, vt oſtenderet ſeſe mediatorē pacis futuræ. vnus. n. eſtit mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus.* atri equo, vt belli duces, phalerisq; ſuperbo. vt imperatores in minori triumpho. nam in maiori, curru vehebantur. vnde cyril. venit manſuetus, non vt propter potentiam timeretur, ſed vt propter manſuetudinem amaretur; vnde non ſedet in curru aureo pretioſa fulgens in purpura, nec aſcendit ſuper feruidum equum diſcordiæ amatorem & litis, ſed ſuper aſinam tranquillitatis & pacis amicam.* ſocios, bene ſocios, ſucceſſores enim talibus monitis acquieſcere recuſant pauperiem vt morbum fugientes, nec aſinis, ſed phaleratis ſedentes in equis, regijſq; mulis incedunt purpurati, magna peditum & equitum ſtipante caterua. at excuſabiles ſunt ſi pro decore Eccleſiæ (quod a tempore Conſtantini Imperatoris & Syluestri Papæ citra, multum excreuit) talia faciunt: quod ſi pro ſuis delitijs miſeri.* aſelli, diminutiuo vſus eſt quia primo ſuper pullo ſedit dominus, quo deinde recalcitrante (nec enim adhuc erat domitus) aſinæ inſedit. Myſtice, per pullum aſinæ indomitum gētilem populum rebelli ceruice ab initio leue onus domini ſubire recuſantem intelligimus; per aſinam quæ iam fuerat ſubiugalis & edomita, veterem ſynagogam iugo legis domini aſſuetam. nā indea ſecundum Deum mater eſt gentium, ex iudeis enim ad fidem conuerſis fundata eſt Eccleſia. extra myſterium, ideo ſuper aſinam ſedit, menſuram vt nobis ſapientiæ tribuens demonſtraret: q̇ non ſuper equos ferri neceſſe eſſet, ſed ſufficit aſino vti, & eo quod neceſſitatis eſt, eſſe contentos.* vates, pluralis eſt locutio pro ſingulari non ſolum poetis ſed ſcripturæ etiam ſacræ non inſueta. Zacharias quippe id prædixerat, cuius vaticinij hæc ſunt verba: Exulta ſatis filia ſyon, iubila filia hieruſalē. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper et aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ &c. cum autem & rabbi Salomon & omnes hebrei diuinæ ſcripturæ expoſitores, confiteantur hanc ſcripturam de ſolo eſſe meſſia. interrogentur iudei, quis nam eorum rex ſuper aſinam delatus intrauit hieroſolymam. & cum nullum vtiq; alium habeant quem proponant niſi dominum Ieſum ſolum, quare non etiam fateantur eum eſſe meſſiam, non video. * vertex. i. caput. pars pro toto ſynecdoch: hoc eſt abſq; pileo vel thiara. vt oſtendatur is eſſe qui ſecreta veteris legis myſteria nudaret & patefaceret. & cui nuda & aperta ſunt omnia. vltra myſterium, nos edocet quod & platoni dicitur placuiſſe, fundamentum & ſummitatem arboris humanæ nudā eſſe debere, caput ſcilicet & pedum plantas, vt frigori æſtuiq; aſſuefacta minus læderentur. quam rem experti gymnoſophiſtæ probant.* humeris demiſſa veſtis, lena eſt & morem regionis expreſſit.* ad talos. Talus, vnde & talaris tunica, os eſt prope iuncturam pedis intrinſecus eminens & extrinſecus, alias & pro teſſera ſeu taxillo ponitur luſorio.* feſtinauerat, id eſt feſtinanter fecerat. neſcit enim tarda molimina ſpiritus ſancti gratia, qua maria mater domini plena erat. ſic & feſtinauit quia ad montana perexit vt viſitaret heliſabeth.* dedit geſtare, vt geſtaret. grecum eſt, duo verba coniungere. ſed hoc poetis datur.* vllo attrita vſu. quid mirum ſi veſtis quam mater domini proprijs manibus texuerat, & dominus ipſe Ieſus geſtabat non attrita eſt: nec vſu longo conſumpta? cum veſtes & calciamenta totius populi Iſraelis. xl. annis quibus in deſerto peragrarunt, attrita non fuerint nec vetuſtate conſumpta; nec veſtes Bartholomæi Apoſtolis. annis. xxv. hæc eſt illa veſtis inconſutilis deſuper contexta per totum, de qua latius infra. lib. v. hæc vnitatem Eccleſiæ ſignificat, firmo charitatis vinculo contextam, quam qui ſcindere conantur heretici, peiores ſunt militibus illis qui potius ſortē mittentes eam minime ſcindendam duxerunt.* taurea tegmina. ſandalia dicit, quod calceorum genus eſt ſoleam tantum habens ſubtus pedum plantas, ſuperius vero loris minutis aut cordulis alligatur ne efluat. a græco deducitur. σανδάλιον. enim, βλαύτιον, vel ὑπόδημα eſt. quam nos ſoleam appellamus. hoc genere calceamenti legimus & Apoſtolos vſos fuiſſe iuxta illud dominicum præceptum. ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum, non peram neq; panem, neq; in zona æs. ſed calciatos ſandalijs.

1. Tim. c. 2.

ſup Mat. 21

quid ſignificat pullus aſinæ. quid per aſinā.

hyer. ſuper math. c. 21

quare ſedit ſuper aſina.

cyri. i hom.

argumentū cōtra iudeos de meſſia.

zach. 9.

lyra ſup zach. cyril. in hom.

quare nudato capite inceſſit Chriſtus.

de capite & pedibus nudis dictum Platonis.

lena

talus

ambroſ. in hom. viſit. mar. ad heliſ. ſeruius in. 5. æn.

duo uerba iungere.

veſtis domini.

Deut. 29. vt de hyſtoriā bar. in breuia. magno & in cathalogo.

quid ſignificat veſtis domini.

ſandalia.

Marc. 6.

Ipſa parens, pueroq; dedit geſtare, nec illa eſt
Vllo attrita vſu, nulla conſumpta ſenecta.
Taurea nudatis circundat tegmina plantis.
Talis iter tendit, recipitq; ad mœnia greſſum.
Ante vrbem pueri occurrunt, mixtæq; puellæ
Floribus ac varijs ornatæ tempora ſertis.
Omnibus in manibus palmæ, omnes carmina læti
Læta canunt, tonſis & inumbrant ora coronis,
Certatimq; dei gaudent placida ora tueri.
Tum demum portis vrbem ingrediuntur apertis,
Et propius regem, ſeruatoremq; ſalutant.
Prætenduntq; manu thyrſos, oleaſq; coruſcant
Frondentis. ſuperas ingens it clamor ad auras.

aug. de cc. euag. *lijs . quod quidem calceamentum, hoc myſtice habet ſignificationis. vt pes neq; tectus ſit deſuper. nec* quid ſignificat ſandalia.
nudus ad terram. ideſt nec occultetur Euangelium: nec terrenis commodis innitatur. bene enim per pe-
des Euangeliſtæ intelliguntur . cum dicitur . beati pedes euangelizantium pacem euangelizantium bo-
in die palmarum ſup miſſali. *na . * talis . hoc circundatus honorifico comitatu, & hoc habitu indutus.* pueri . hoc ex canticis ec-*
cleſiæ ſumptum eſt . canit enim eccleſia . pueri hebreorum portantes ramos oliuarum, obuiauerunt do-
mino clamantes & dicentes oſanna in excelſis . & iterum, pueri hebreorum veſtimenta proſternebāt
in via, & clamabant dicētes oſanna filio Dauid . Benedictus qui venit ī nomine domini. carmina, for-*
ibidem. 22. carmina cātanda inue nies. *taſſis non illis diſſimilia quæ a nobis quoq; in prædicta proceſſionis die cantantur. Gloria laus & honor*
tibi ſit rex Chriſte redemptor . cui puerile decus prompſit oſanna pium. Iſrael es tu rex Dauidis & in-
clita proles . nomine qui in domini rex benedicte venis. & cætera. tonſis. a tondeor eſt . nam a tundor*
eſſet . tuſis . hoc, eſt, abraſis circum circa coronis ex frondoſis arborum ramuſculis vt moris eſt. ne fa-
ciem oculoſue nimis pendentes contegant. ſeruatoremq; ſalutant . mirum eſt chriſtianum vatem non* ſeruator & ſaluator.
dixiſſe potius ſaluatorem . vt ſit vera interpretatio illius vocabuli oſanna, quod hic proculdubio per
hier. ſuper math. c. 21. *periphraſim tetigit . & Hieronymus ſic eſt interpretatus . quid ſignificet oſanna breuiter perſtrin-* oſanna.
gam. in cxvij. pſalmo qui manifeſte de aduentu ſaluatoris ſcriptus eſt. inter cætera hoc quoq; legimus,
ò domine ſaluum me fac, ò domine bene proſperare . benedictus qui venturus es in nomine domini . pro
eo quod in lxx. habetur interpretibus . ò domine ſaluum me fac . in hebreo legimus. Anna adonay oſi
anna . quod manifeſtius eſt interpretatus ſymmacus dicens . obſecro domine ſaluum me fac . nemo er-
go putet ex duobus verbis greco ſcilicet & hebreo ſermonem hunc eſſe compoſitum ſed totum hebrai-
Remig. ibidem. *cum eſſe . & eſt compoſitum vt ait Remigius ex integro & corrupto . oſi . enim latine dicitur, ſalua,*
ſiue ſaluifica Anna vero apud illos interiectio eſt obſecrantis. nam ſic apud illos ab obſecrante dicitur,
anna, ſicut apud latinos a dolente dicitur . heu . ſignificabant autem hac voce quod Chriſti aduentus
mundi ſalus eſſet . ſed quia neoterici quidam grammatici & ſcrupuloſi quidem, nodum in ſcirpo quæ-
rentes, negant dominum Ieſum ſaluatorem latine dici poſſe ſed potius ſeruatorem . ego in hoc eos ma- ſaluator latine dicitur.
le dicere contenderim . cum longe aliud ſit ſeruare & aliud ſaluare . illud quidem eſt cuſtodire ne in ſaluare & ſeruare differ.
malum incurrant, hoc vero poſtquàm incurrerint etiam liberare . quod dominum Ieſum feciſſe non ſo-
math. c. 1. *lum redempta fatetur Eccleſia . ſed & Angelus ipſe cum dixiſſet vocabis nomen eius Ieſum. velut in-*
terpres ſubiunxit . ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum . vbi & Hieronymus. Ie-
ſus hebreo Sermone, latine ſaluator dicitur. falluntur autem iſti, ꝙ exiſtiment a ſaluo, nomine, fieri ſal-
uo, verbum. ꝙ negant poſſe deduci . ego vero a Chriſto ſaluatore a peccatis meis ſaluus factus, dico no-
men hoc ſaluus, va, vum, a verbo ſaluo deriuari . non minus quàm ſeruus a ſeruando . quod iureconſul-
l. libertas. *ti, latini ſermonis (ipſo teſte valla) exactiſſimi ſeruatores teſtatum reliquerunt. (ſerui autem aiunt)*
§. fin. ff. de *ex eo appellati ſunt ꝙ Imperatores captiuos vendere iubent, ac per hoc ſeruare & non occidere ſolēt .*
ſtatu hom. *quicunq; ergo Chriſti fidelis ſi magis ſeruus adhuc ancillæ filius nolit appellari, ſeruatorem Ieſum non*
& inſtit. de iure perſo. *interpretetur ſed ſaluatorem vt cum Apoſtolo dicamus, itaq; fratres non ſumus ancillæ filij ſed liberæ*
§ ſerui. *qua libertate nos Chriſtus liberauit . non tamen velim exiſtimet quiſpiam me deum ſeruatorem noſtrū*
ad galath. *eſſe negare, noſq; eius ſeruos eſſe & vtinam fideles ac bonos . quin & ſeruatorem, ideſt cuſtoditorem*
4. cap. *meum eſſe confiteor & ſaluatorem . ſed eos tantum arguo, qui ſaluatorem negant latine dici poſſe .*
aug. de ciuitate dei li. 19 *quo nomine non ſolum Hieronymi : Auguſtini : & Ambroſii : atque Gregorij: plena ſunt volumina.*
ſed & ille pontifex eloquentiſſimus Leo in ſermonibus ſuis vocabulo ſaluatoris ſæpiſſime vſus eſt. Cice-
*ro quoq; ſed iam ad rem redeamus * prætendunt ante ſe ferunt ac ſi aduenientibus porrigerent, ge-*
*ſtum enim expreſſit eorum . * thyrſos, frondentes ramos cuiuslibet arboris, intelligendum hic puto, ne-* thyrſus.
que enim bachanalia celebrabant, vt hedera pampineiſue folijs aculeatas intexerent haſtas. quas Thyr-
egloga 5. æneid. 7. *ſos vocitabant antiqui : vt Verg. Et folijs lentas intexere mollibus haſtas . & allibi . etenim molles ti-*
bi ſumere thyrſos . ac paulo poſt . pampineaſq; gerunt incinctæ pellibus haſtas . eſt etiam thyrſus cu-
iuslibet herbæ caulis & maxime lactucæ. Plinius folia lactucę toſta thyrſuſq; ex aceto bibūtur. oleas* oleas
aut nouellas intellige de quibus in pſalmo . filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ . aut
ramos oleæ . vt ſit totum pro parte ſynoddocheos. coruſcant. vibrant, vibrandoq; criſpas reddūt. hinc* criſpare
*Verg. Tum ſyluis ſcena coruſcis . * rumor, non ſolum capitur hic pro eo ꝙ dicitur incerto authore, in* rumor a fama differt.
quo & differt a fama . ſed etiam pro fremitu plaudentis turbæ & commotionis ciuium. ſiquidem legi-
Matth. 21. *mus in Euangelio . Et cum intraſſet hyeroſolimam commota eſt vniuerſa ciuitas dicens quis eſt hic?*
*populi autem dicebant, hic eſt Ieſus propheta a nazareth galileæ * ouantum, bene ouantum, videba-* ouātium minor triumphus.
tur enim eſſe quodammodo minor triumphus, talis introitus domini Ieſu in vrbem . maiorem vero du-

xit tunc cum aſcendit in cælum, de quo infra lib. vi.* ingeminant. ſcriptum quippe eſt, turbæ quæ præcedebant & quæ ſequebantur, clamabant dicentes oſanna filio Dauid benedictus qui venit in nomine domini oſanna in excelſis. myſtice (vt ait Hieronymus) turbæ quæ præcedebant. & quæ ſequebantur, vtrumque indicant populum, & qui ante Euangelium, & qui poſt Euangelium domino crediderunt. conſona Ieſum confeſſionis voce laudaſſe. turba autem (vt docet Remigius) quæ veſtimenta ſternebat in via, credentes ex circumciſione notat, qui gloriam quã habebant ex lege cõtemnebãt. vt Chriſtum lucriſacerent. ex quorum numero erat Paulus qui ait poſt gloriationem ex carne & lege, ſed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta. veſtimenta vero illa quæ Apoſtoli ſuper aſinam ſtrauerant & Ieſum deſuper fecerant ſedere. ſanctorum ſunt exempla et doctrinæ virtutum diſcretioque ſcripturarum & eccleſiaſticorum dogmatum varietates. quibus niſi inſtructa fuerit anima fidelis per ſubiugale animal ſignificata, ſeſſorem habere dominum nõ meretur. * oſtro rubenti. purpureis pannis.* ſola, viarum ſcilicet.* barb, tapetis, quæ a barbaris inuenta fuere. quibus romana frugalitas diu abſtinuit, vſq; ad Attali regis aſiæ tempora, qui & auleis atq; tapetibus delitijſq; aſiaticis populum romanum heredem inſtitutum ditauit: & corrumpere cepit regio luxu ſuo. declinatur etiam hoc tapete. tis. Hieronymus. in libro regum, obtulerunt ei ſtratoria & tapetis, grece, ὁ τάπης. ητος, hic tapes tapetis. vnde eſt pulchroſq; tapetas. & ſtatius. altoſq; infer re tapetas. panni ſunt notiſſimi varijs coloribus & figuris depicti, quibus etiam nos menſas lectuloſq; ſubſternimus. modici tamen ſunt valoris in regionibus iſtis. vtpote ex rudiori minuſq; precioſa lana intexti, quam ceteri panni vnius coloris. alibi non ſic. regij enim ſunt apparatus.* intendũt, ligant quodammodo, vt in ſolemnitate corporis. d. noſtri Ieſu Chriſti fieri videmus vbiq;.* ſertis corollis floreis. hac & ſi in Euangelio non legamus. potuerunt tamen fieri, neque enim omnia ſcripta ſunt per ſingula. vt etiam teſtatus eſt Ioannes * ingreſſus erat, vrbem primo, mox et atria templi. vbi erat hæc probatica piſcina de qua hic, & eſt tranſitus retrogradus licet adeo occultus vt vix poſſit diſcerni. nam multo ante ſcribit Ioannes languidum hunc a domino curatum. paulo poſtquàm in vinũ aquas conuerterat & filium reguli ſanauerat. & non in feſto paſchatis ſed Penthecoſtes vt ait cyrillus. * admirans. affectus hominis hic exprimitur Chriſti. nam & miratus eſt Ieſus, ſicut & lachrimatus, paueſactus, paſſus eſt & mortuus.* vallis erat, inter montem ſyon fortaſſis & Moriam. ſuper quo erat conditum templum. Topographia eſt. deſcribitur enim probatica piſcina. quæ ſiue erat vallis, vt hic aſſerit. ſiue lacuna, receptaculum erat aquarum quæ a templi tecto, atrij, & porticuum circumadiacentium deſfluebant. in qua, ea tempeſtate lauabantur primo carnes hoſtiarũ. deinde intra atria in luteribus illis, de quibus ſupra, vbi templi vaſorum facta eſt mentio dictũ eſt, adhuc dilligentius abluebantur. dicebaturq; probatica piſcina. non ꝙ piſces ibi eſſent, qui piſcarẽtur ſed per ſimilitudinem quandã: & a greca voce, πρόβατικα. i. ouina ꝙ ibi πρόβατα. i. oues litandæ lauabantur. hebraice bethſaida. etiam cognominabatur. quæ & domus pecuaria interpretatur.* collibus, monticulis vel potius iugorum dorſis.* laticeſq; perennes aquæ perpetua vt in ſtagnis & lacubus eſſe ſolent,

Spargitur hic rumor ſubito, ac tota vrbe vagatur.
Conſurgunt gentis primi, procul ecce per auras
Puluercam cernunt tolli ſuper æthera nubem
Ignari penitus rerum, cauſaſq; requirunt
Tam ſubiti motus, quemnam tam multa ſequantur
Millia ductorem, quis tantus clamor ouantum.
Aſt illi quibus haud diui eſt incognita fama
Occurrunt alacres regi, plauſumq; ſequentes
Ingeminant. quaq; ingreditur, paſſim ecce rubenti
Inſternunt oſtro ſola, barbariciſq; tapetis.

Intenduntq; vias ſertis, & floribus augent.
Vix ingreſſus erat, cum denſam reſpicit ecce
In biuio turbam, clamoremq; auribus haurit
Ingentem, & ſecum admirans veſtigia preſſit.
Vallis erat circum frondoſis vndiq; ſepta
Collibus. in medio riuis, atq; imbribus humor
Collectus ſemper ſtabat, laticeſq; perennes,
Quo ſolitæ innuptæ prædiuitis vrbis aquari,
Et potum pariter pecudes compellere priſci.
Paſtores, lymphaq; gregem curare ſalubri.
Vnde lacum fama eſt olim dixiſſe minores.

Marginalia: quid ſig. turbæ præcedentes & ſequentes. — hier. ſuper math. c. 21. — Remig. ſup math. c. 21. — veſtimenta qd ſignificent. — Philip. c. 3. — hier. ſuper math. c. 21. — anima fidelis — tapetia — 2. regu. 17. ſeruius æn. li. 7. ſtatius lib. 1. theb. — ſerta — Io. cap. ult. — quãdo ſanatus eſt languidus. — Io. cap. 5. — cir. ibi. — miratus eſt Chriſtus. — probatica piſcina.

lent,non temporales vt in torrentibus,neque fluxibiles vt in amnibus,ſed iuges & continuæ ac ſemper eædem. quo ſolitæ, tria dicit. ad hanc piſcinam virgines etiam principum filiæ aquatum veniebant æſtiuo tempore. antiqui paſtores eiuſdem aqua pecudes potabant. & eadem in piſcina morbidas oues tamquàm in aqua ſalubri merſas curabant.* aquari,vel appellendi pecoris cauſa,vel hauriendi. nam vtrunque verbum hoc aquor,aquaris ſignificat: ꝙ autem diximus etiam principum filias aquatum ire ſolitas non ſolum Plutarco teſte probatur. qui refert humanum piſiſtrati tyranni reſponſum vxori vltionem poſcenti de adoleſcente,qui nimio filiæ virginis amore correptus dum aquatum puella cum ceteris coequalibus iret. illam in publico eſt oſculatus. ſed ex geneſi quoq; euidenter apparet. vbi narratur rebeccam bathuelis filiam eo tempore quo ſolebant mulieres egredi ad hauriẽdam aquã, egreſſam eſſe,hydriaq; repleta (quam in ſcapula geſtabat) ſuper vlnas ſuas depoſita eliezer præpoſitum domus abrahę potaſſe, & effuſa in cannalibus hydria iterum ad puteum recurriſſe,aquamque pro omnibus camelis eius hauſiſſe & potaſſe. & hęc virgo pulcherrima & nobiliſſimis orta natalibus,ita vt digna fuerit quæ magno Patriarchę Iſaac vxor aſſumeretur. ſed & Rachel quę patris ſui gregem paſcebat venit ad puteum,vbi adaquato grege a Iacob eſt cognita filia auunculi ſui eſſe & oſculata dilectaque & deinde in vxorem accepta. vxor quoq; moyſi filia ſacerdotis madian cum ſororibus impletis canalibus aqua cupiebat adaquare gregem patris ſui. ſed a paſtoribus eiecta a Moyſe defenſa eſt qui & oues adaquauit & deinde ad patrem adductus manſit cum eo,curamq; gregis habuit & puellam ſephoram duxit vxorem* vnde ideſt ex pecudum merſione ſalubri.priuſquàm templum ibi prope fuiſſet conditum. nam deinceps ab hoſtijs lauandis quæ vt plurimum ouini generis erant. nomen illud de quo ſupradiximus piſcina hæc aſſumpſit.* minores, iudei a quattuor maximis patribus deſcendentes, Abraam Iſaac & Iacob iudaq; eius familię principe. maiores autem qui ab atauis & tritauis ſupra dicuntur,minores qui ab abnepotibus ſeu trinepotibus infra, cum de genere dicimus: ſingulari numero carent. cum vero ſtant comparatiue,vtroq; funguntur numero.*huc ad hanc piſcinam.* concurſus multorum,ſcilicet nam iccirco ſic vocatur ꝙ ad eundem locum multi ſimul currant.* certis diebus,quinimo incertis. nec enim certus dies erat vllis cognitus. quo angelus domini deſcenderet in piſcinam. ſed hic certis ponitur pro quibuſdam licet incertis.deſcribitur hic quod refert. Io.de Languido curato a domino Ieſu qui xxxviij. annos iacuerat infirmus. in piſcina (inquit) quinq; porticus habente iacebat multitudo magna languentium, cęcorum claudorum & aridorum expectantium aquæ motum. angelus autem domini deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam & mouebatur aqua. & qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ,ſanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate,&c.quę infra loco ſuo ponentur.* inops,non ſolum rerum ſed & opis medicę:diuites enim poterant a medicis domi curari licet in deſperatis caſibus & ipſi ad dominum leguntur concurriſſe.*exercita, defatigata & afflicta. exercere,etiam punire eſt.vt infra lib. vi. iratus quoties genitor mortale pararet exercere genus meritis ob crimina pœnis. exercitatum vero peritum alicuius artis dicimus,qui aſſiduo in ea calluerit exercitio.Cicero. in illis rebus exercitatus animus callere iam debet.* perculſa, icta & concitata.participiũ a percellor.* repente,ex improuiſo vt ſupra diximus.* cęrula.i. cęrulea æquora. per ſimilitudinem commotionis.*cauſa motus. ea erat angeli deſcenſus in illam. cauſam vero deſcenſus angeli & ſanitatis vnius ægroti tantum, aperiunt cyrillus Auguſtinus, & Beda, dicentes: quod cum deus eſſet daturus baptiſma in aqua, quo ſanarentur animarum langores & aliquando corporũ, decuit aliquam huius rei figuram præmittere, quæ tamen figura a veritate, & vmbra ſemper a luce ſuperatur. hæc piſcina vnum tantummodo quoq; vice ſanabat & eum ægritudine corporis ſolum,Baptiſmus autẽ ſemper & omnium animas ſanat, niſi obijcem qui baptizantur ſibi poſuerint. curat interdum & corpora vt Conſtantini Imperatoris a lepra. ad ſolacium fidelium & pro fidei augmẽto: nõ autem ſemper. ne forte multoties infirmi baptizarentur in maximam vnici ſacramenti iniuriam*

Huc concurſus erat certis de more diebus
Turbaq; adibat inops varijs exercita morbis
Namq; videbatur magno quandoq; moueri
Cum ſonitu,medio vnda lacu, & perculſa repente
Sublato ad cœlum ſpumabant cærula fluctu.
Sed vulgo ſubiti quæ motus cauſa latebat
Impubes pueri tantum, innuptæq; puellæ
Signa prius manifeſta dabant,ſeſeq; canebant
Cernere pennatum puerum fulgere per auras
Vndanti chlamice atq; auro radiantibus alis,
Delapſumq; polo tranquilla impellere vtraq;
Stagna manu,lateq; viam ſignare cadentem.

Marginal notes (left): ex homel. eius dici. quæ Beda eſt. — Seruius primo æne. — Io. cap. 5. — Cic. ad ſulpit. — Cyrillus auguſt. ſuper Io. c. 5. Beda in hom. — quare baptiſmus animas ſanat & non corpora.

Marginal notes (right): aquor. — aquatum ire ſolebant puellæ nobilium. — piſiſtrati pulchrũ reſpõſum. — rebecca iuit aquatum. — rachel iuit aquatum. — vxor quoque moyſi ſephora. — maiores & minores. — concurſus. — certus. — languidus probaticæ piſcæ. — inops. — exercitus. — exerceo. — exercitatus — perculſus. — cauſa motus aquæ. — cauſa deſcenſus angeli in piſcinam.

Qualis ſtella, pater ſuperum quam miſit Olympo
Aut nautis ſignum, aut populis in caſtra coactis,
Præcipitat flammis longe; lateq; coruſcis
Scintillans, corda ignaris mortalibus horrent.

iuriam item vt oſtendat multo magis curandam eſſe animarũ ſalutem quàm corporum omni no quãdoq; moriturorum. mystica expoſitio. *Myſtice igitur. huius aqua piſcinæ, aqua Baptiſmi eſt. angelus de cælo deſcendens eſt. d. Ieſus Chriſtus ille magni conſilij angelus de quo ſupradictum eſt. qui deſcendens ad aquas Iordanis virtutem animas mundandi contulit. qui & deſcendens ad tantam humilitatem vt tribulationem crucis ſubiret quæ aquarum nomine ſignificatur per prophetam in illo Pſal. ſaluum me fac deus quoniã intrauerunt aquæ vſq; ad animã meam. turbabatur autem aqua, quando ex corpore iam defuncto Lanceæ latus apertum eſt vnde ſanguis effluxit & aqua, vnde ſanatus eſt æger homo. i. totum genus humanum ſæpe per vnum hominem Adam deſignatum. dicitur & alia cauſa deſcenſus angeli huius. in ea ſiquidem aqua latebat lignum dominicæ crucis. quod abſconderat Salomon quia reuelante illa regina Saba cognouerat eſſe affigendum in illo regẽ de ſuo ſemine cuius morte regnum iudeorum finem reciperet & conſumptionem. deſcendebat igitur angelus admotionem illius ligni donec paulatim eleuatus tempore necis domini aut enatabat ſupra piſcinam aut pro ponte ex tranſuerſo piſcinæ fuerat ſuperpoſitum. quod carpentarij cernentes aptum ad illud opus domino inſtigante ſumpſerunt. & ex eo crucem dominicam fecerunt. quod ſi verum eſt nec abhorret a myſterio. nam ſicuti per lignum mors, ita & per lignum vita.* impubes pueri. i. virgines & adhuc mundi a carnalibus vitijs. nam talibus angeli (quibus vt ait Hieronymus ſempiterna eſt innata virginitas) facile ſeſe oſtendunt. hos & ſaluator libenter amplectebatur. dicens ſinite paruulos venire ad me. talium eſt enim regnum cælorum. & alibi, niſi efficiamini (inquit) ſicut paruuli non intrabitis in regnum cælorum.* ſigna, plauſu manuum & voce, forſitan & ſaltu. geſtire quippe ſolent pueri præ gaudio.* canebant. ſic in funere diui Ambroſii, aliqui pueri ſedentem Epiſcopum in Cathedra, aliqui aſcendentem in cælum digito ſuis parentibus oſtendebant. quem tamen ipſi parentes non videbant quia tam mundos oculos non habebant.* pennatum puerum: angelum deſcribit, qualem pictores effingunt. tales enim ſemper apparuiſſe legimus. ſicut & Auguſtinus narrat Archangelum Gabrielem ad beatam virginem intraſſe ſalutationis gratia. introducit autem ipſam matrem dei ſecum loquentem. venit ad me (inquit illa) Quidam magnus Chriſti Paranymphus, Gabriel ille Archangelus, facie rutilans, veſte coruſcans, inceſſu mirabilis; & aſpectu terribilis &c. Etenim Angeli cum ſpiritus ſint, ſi velint ab oculis mortalium videri, aereum corpus ſibi aſſumant neceſſe eſt. verum & quia ex alto veniunt: & quia nunciorum funguntur officio, quorum proprium eſt velocitas. ideo corpus volucre vtplurimum ſibi adaptant. quamobrem & alati pinguntur.* vndanti chlamide. ſinuoſa veſte militari, nec ab re. eſt enim in cælo (vt canit Eccleſia) celeſtis exercitus. vnde et ſaluator dixit petro. an putas quia non poſſum rogare patrem meum & exhibebit mihi pluſquàm xij. legiones angelorum? hinc & puerum heliſei legimus vidiſſe montem plenum equorum & curruum igneorum. qui venerant ad tuitionem prophetæ aduerſus equites quos miſerat rex ſyriæ vt caperent eum.* tranquillæ, ideſt aquam piſcinæ tranquillam. nam omnis aqua ſtans appellatur ſtagnũ. vnde & de profundi maris aqua tranquilla dixit Vergilius ſtagna refuſa vadis.* ſtella, cometem dici puto. de qua lucanus. Ignota obſcuræ viderunt ſydera noctes: Ardentemq; polum flammis, cæloq; volãtes obliquum per inane faces, crinemq; timendi ſyderis: & terris mutantem regna cometem. de quo & Virg. nec diri toties arſere cometæ. ſunt autem cometæ (vt ſcribit Plinius) Crinitæ ſtellæ horrentes crine ſanguineo, & comarũ modo in vertice hiſpida. fit etiam candidus cometes argenteo crine ita refulgens, vt vix eum liceat intueri. poteſt etiam notare illam ſtellam quam ad preces anchiſæ demiſſam canit Verg. dicens. vix ea fatus erat ſenior: ſubitoq; fragore intonuit leuum: & de cælo lapſa per vmbras ſtella facem ducens cum multa luce cucurrit. &c.* nautis ſignum, dioſcurum intelligit. ſiquidem geminos caſtoris & pollucis ignes olim nautis in ſerenitatis ſignum datos ſalutare ſcribit Diodorus. Plinius quoq; tunc ſalutares dixit cum gemini apparebant. quorum aduentu ſtella illa minax helena fugabatur. de his & horatius ita cecinit. ſic fratres helenæ lucida ſydera: ventorumq; regat pater. at ſi ſolitaria apparebant, graues: nauigiaq; euertentes. & ſi in ima carina decidiſſent, et exurentes erant.* in caſtra coactis. idẽ Plinius. vidi (inquit) in nocturnis militum vigilijs inhærere pilis pro vallo fulgurum effigies. eaſdẽq; antennis nauigantium. & alijs nauium partibus ceu vocali quodam ſono inſiſtunt vt volucres ſedem ex ſede mutantes. an autem ad has author hic alludat: an potius ad cometes de quibus ſupra. lectoris ſit iuditium. nam in ſacra ſcriptura, vna tantum deſcribitur tempeſtas. Paulo Romam nauigan-*

Marginal notes (left): myſtica expoſitio. — altera cauſa deſcẽſus angeli. — myſtica expoſitio. — quibus angeli apparent. — diui Ambroſij apparitio — angeli quales apparent — corpus quare ſumunt angeli. — exercitus cæleſtis militiæ. — heliſei puer — ſtagnum. — cometes. — dioſcurus ſtella. — caſtor & pollux. — helena.

Marginal notes (right): myſtica interpretatio piſcinæ. — Pſ. 68. — Io. 19. — in ſcholaſtica hiſtoria & Lyra ſuper Io. c. 5. — in ſermone de aſſumptione. — i breuiario i feſto eius. — in ſermone de annunciatione. — 4 Reg. 6. — æneid. 1. — Plinius l. 2. — æneid. 2. — act. penult.

Ergo expectabant denſo miſeri agmine circum
E cœlo ſignum intenti, laticeſq; quietos
æneid.2. Seruabant oculis, atq; omnes auribus auras,
Auditum ad ſignum ſubito vt ſe primus in vndas
Quiſq; daret, ſtagnoq; ſonanti immergeret artus.
Quippe erat inde ſalus ſemper non pluribus, vni,
Qui ſubito impulſum prior exilijſſet in æquor.
Sicut vbi vacui tendunt medio æquore campi
Viribus, & rapido iuuenes decernere curſu,

te. in qua licet naufragium enarretur, nulla tamen vllius apparentis ſtellæ fit mentio. ſcintillans, flammeos vapores hinc & inde frequenter eiaculans. ſic & illa æneia. Tum longo limite ſulcus dat lucem: & late circum loca ſulphure fumant. * ignaris mortalibus. neſcijs, quænam infortunia portendan-*

2.machab.3 *tur. quamuis metuant aliqua talibus flammis ſignificari. ſicut legitur in libro machabeorum. quòd cum viderent homines diebus.xl.per aera equites armatos diſcurrentes, auratas habentes ſtolas & haſtas. & quaſi cohortes armatas, curſuſque equorum per ordines digeſtos, congreſſiones comminus fieri. & ſcutorum motus, galeatorum multitudinem diſtrictis gladijs: telorum iactus & aureorum armorum ſplendorem, omniſque generis loricarũ. timebant: qdem & rogabant omnes in bonum monſtra conuerti. neſciebant tamen quæ mala præciſe ſignificarent. * ergo. quia ex geſtibus puerorum ac vocibus cognouerant Angeli deſcenſum. * miſeri, languentes. * circumcirca piſcinam. * latices quietos ſeruabant, an mouerentur ab Angelo. * omnes auras, ſuple, ſeruabant. an ſubito flatu impellerentur. nam & hoc erat ſignum aduentus Angeli. * primus quiſque. hoc ideo: quia ſolus ille ſanabatur. hinc erudimur. vt ſimus valde ſolliciti de ſalute animæ, velut iſti corporis. non attendentes & ſi modici ſaluantur. quin potius cum beato Auguſtino enitamur. vt ſi vel vnus tantum foret ſaluandus. quiſque noſtrum velit is eſſe. & ſi vnicus eſſet damnandus, ne quiſquam noſtrum ſit ille, cauendum ducamus. * Exiliſſet: ſaltu ſeſe ieciſſet in piſcinam. * ſicut, per comparationem iuuenum curſorum tubæ ſignum expectantium, oſtendit maximum languentis multitudinis ſtudium ex ingenti ſalutis deſiderio motum aquæ expectantis. eſt autem hæc comparatio excerpta ex duobus troianorum certaminibus ad ſepulchrum Anchiſæ celebratis. nauali ſcilicet & curſus.* vacui campi, prati maxime. * æquore, planicie. non mari. in quo non pedibus ſed nauibus tantum curritur. * pauor. ſiue timor amittendæ palmæ. ſiue cordis ipſa percuſſio. nam & pauere percutere eſt. Inde pauſia oliua dicta, quia priuſquam trapetibus, ideſt olearijs molis demoliatur, pauetur, ideſt percutitur. hinc etiam pauimentum dictum eſt. quòd pedibus paueatur, ideſt percutiatur. * anhelus. quia ex nimio vincendi deſiderio & timore dedecoris ſi forſan amitteretur palma, generatur in pectore quædam anxietas: quæ alitus, ideſt ſpiritus agitationem perturbat. * ſpondet, ſpe ſcilicet vincendi, qua ceſſante, ad curſum minime procederent. ſed licet omnes ſperent ſuperare. & omnes quidem currant, (vt ait Apoſtolus) vnus tantum tamen accipit brauium. quare nos edocemur in huius vitæ curſu quo ad cælum tendimus: vnum, ideſt perſeuerantem ſolum poſſe brauium cæleſte lucrari. non enim qui ceperit: ſed qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit. * hos inter, anaſtrophe eſt. Inter iſtos languentes aquæ motum expectantes. proſequitur author narrationem hyſtoriæ: cuius partem ſupra poſuimus. Reliquum hic ſubdendum eſt. Erat autem (inquit Euangeliſta) quidam homo. triginta octo annos habens in infirmitate ſua: quem cum vidiſſet Ieſus iacentem: & cognouiſſet quia iam multum tempus haberet. dicit ei. vis ſanus fieri? reſpondit ei Languidus. domine hominem non habeo. vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam. dum venio enim ego: alius ante me deſcendit. dicit ei Ieſus. ſurge tolle grabatum tuum & ambula. & ſtatim ſanus factus eſt homo ille. & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. * detentus brachia. græca eſt figura. cui brachia erant detenta. ſynecdochæ vero eſt, non quæ fit per participium vt hæc, ſed per nomen adiectiuum. vt Paulo infra hac eadem conſtructione. & omnes inutilis artus. ideſt cui omnia membra fuerant inutilia ad opera fieri ſolita per ea. eſt autem ordo. Inter hos languentes erat Ietrus deten. bra, lou, morbo. dico brachia & plantas pedum, ac omnino erat inutilis omnes artus. * brachiaq; anadiploſis eſt. ad explicandam vim morbi maiorem. qui dicebatur paralyſis. i. neruorum omnium atq; membrorum diſſolutio. paralyſis .n. (vt ait Greg.) eſt acutiſſima paſſio quæ ſubito hominẽ ad omne opus inutilem efficit. * Ietrus nomen eſt languidi, longè alius ab illo Ietro qui fuit cognatus Moyſi. * cuiq; & opes. et auita prædia fuere. duplex eſt hic alluſio ad duplicem*

Marginal notes: æneid. 5. (beside "ianorum certaminibus"); prima corinth. c.6. (beside "ait Apoſtolus"); Io. (beside "ſupra poſuimus"); in bon. paralicici. (beside "maiorem. qui dicebatur"); exodi 3. & c.18. (beside "di. longè alius"); ſolliciti de ſalute animę.; exilire; æquor.; pauor & paueo; pauſia & pauimentum.; anhelus.; brauiũ quis accipiat.; greca figura differt a ſynedoche.; anadiploſis.; paraliticus paralyſis.; Ietrus.

Arrexere animos cuncti, ſignumq; parati
Expectant. pulſat pauor intus pectora anhelus.
Omnibus, atq; locum ſpondet ſibi quiſq; priorem.

Hos inter lougo detentus brachia morbo
Brachiaq; , & plantas , omnes & inutilis art us
Ietrus erat , cui quondam & opes , & auita fuere
Prædia opima,ſed , vt iuuenili,e corpore morbum
Pelleret,heu nimium mendaci credidit arti.
Dumq; vias omnis , medicæq; explorat opis vim .
Pauperiem morbo adiecit miſerandus iniquam ,
Oſſibus ad viuum qui iam perſederat imis .
Iamq; ferè denum in luctu quater egerat annum
Innumeris circumuentus , morbiſq, , fameq; ,
Quem poſtquam aſpexit poprius ſtellantis olympi

nois huius interptationē.honorabilis.n.Ietrus interpretatū.& ſuperfluus.verū ex opibus multis apud vulgares inſurgit . vt quis habeatur honorabilis.licet
nobilitas vera *hoc verè & apud graues ſola virtus efficiat. quæ vera nobilitas eſt:& honore digna. demū ex opibus multis procedit ſupfluitas.cuius malus vſus diſſolutionē morum & membrorum inducit ex ſuperuenientibus infirmitatibus.qui.n.malo regimine vitæ vtuntur.non gaudeant.quoniam & ſi in præſentiarum non ſentiant malum,in futurum non euadent.& citius quàm credunt corporis ægritudine vexabuntur.* mendaci credidit arti.medicinæ.ſ.quæ plura promittit quàm opere compleat.Catonē priſcum hic author ſequitur:qui medicos odio habebat et inſectabatur.nec ad ſuorū curam aliquando voluit eorū opera vti.*
medicina
cato priſcus
plutarchus in uita catonis .
ſed ſola dieta & braſſicarū iure curabat eos,reuera nihil magis valet ad ſalutem conſeruandam.q̄ frugalis ſobrietas,nā plures occidit crapula q̄ gladius.ad reparandā vero confert,mens leta,requies,et moderata dieta,quia tamen aliqui caſus emergunt,quibus ea non ſufficiunt ad reparandam ſalutem. cēſeo medicos non vſquequaq; ſpernendos,ſed potius honorandos aſciſcendoſq;.cum dicat ſapiens.honora medicū:propter neceſſitatē etenim illum creauit altiſſimus.a deo eſt.n.omnis medella.diſciplina medici exaltabit caput illius.& in conſpectu magnatorū collaudabitur.Altiſſimus creauis de terra medicinā:& vir prudens non abhorrebit illā.alia permulta ad medicinæ cōmendationem collegimus in quadā oratione initio ſtudij recitanda.ibi vide. pauperiem iniquam.non malā,ſed inæqualem. pauperiē quippe non ſolū cōmendat dn̄s Ieſus Chriſtus verbo.vt ſupra pauperiē placuiſſe beatā.ſed eā ſuo nos docuit & exēplo.cū pauperū ſit maximè regnū cœlorū.nec niſi per eorū manus diuites poſſint illud obtinere.* adiecit. ſic ēt alibi dicitur de muliere q̄ erat in profluuio ſanguinis annis.xij.& multa fuerat perpeſſa a cōpluribus medicis et erogauerat oīa ſua,nec quicq̄ profecerat.ſed magis deterius habebat.* qui.ſ.morbus* ad viuū.vñ vitalis per mēbra vigor ſpargitur.tunc.n.valde difficile curatur cū oſſa ēt fuerint læſa.ſic & infirmitas ſpūalis cū per multos actus nepharios oſſibus atq̄ inſederit,difficillime curatur pp habitū peruerſæ cōſuetudinis iam obfirmatū.* fere.non.n.adhuc cōpleuerat.xl.annū.ſed xxxviij.annos habebat in infirmitate ſua vt dicit Euāg.qui numerus magis ad langorē pertinet q̄ ad ſanitatē.quadragenarius.n.nũm.ſacratus eſt nobis ad quandā perfectionē.quia lex dei in.x.præceptis eſt & per.4. orbis partes obſeruanda cōmendatū,ac per.4.Euāgelia impletur.ſed non niſi in duobus præceptis charitatis perficitur dei.vz.dilectione & proximi.duo igitur minus habebat hic languidus ad perfectionē. qui nondū ad.xl. peruenerat.quē ſic inuentum dn̄s Ieſus ſanauit & quod minus erat ipſe adimpleuit. de hoc autem myſtico intellectu vide latius Aug.ſuper Io.* innumeris.ſi ſpiritualiter intellexeris per hunc languidū genus humanū,verū eſt ꝙ ante Chriſti aduentū peccatis & defectibus innumeris iacebat languidū. ſi ad litterā,dicas innumeris.i.multis.quia frequenter morbus morbum trahit, et ex vno cauſantur plurimi.* fameq; ſi ad myſterium traxeris.fames eſt deſiderium audiendi verbi dei.quod eo tempore & ſi prædicabatur,adulterabatur tñ a ſcribis auaritiæ & ambitioni deſeruiētibus.hāc famē prædixerat. Amos qui ex perſona dn̄i dicit.mittam famē in terra,non famē panis ſed audiēdi verbi dei.* ſtellantis olympi. ſtellis ornati quarū ſplēdore lucidiſſimus eſt.hæ tñ ſtellæ non ſunt materiales quales in firmamēto fixas videmus.ſed aīæ iuſtorū ſunt,de quibus.Apoſt.alia eſt claritas lunæ,alia ſolis,et alias ſtellarū. & alibi dicitur ſulgebūt iuſti ſicut ſol in conſpectu dei.porrò vtebātur antiqui hoc verbo ſtello las.& ſtellor laris.vt Plinius.quoniā ſtellarū hyadū & num.& diſpoſitione ſtellanē.participia.ſtellās.& ſtellatus. in frequētiori ſunt vſu q̄ ipſa verba.* propius aſpexit.i.miſertus eſt.nā dei reſpectus miſericordia eſt.ſic et Virg.Aſpice nos.hoc tātū et ſi pietate meremur.* ſegnis mora q̄ ſegnē reddit & inertē moroſum. hinc iureperiti traxerūt regulā.mora ſua cuilibet eſt nociua.& poeta.ſemper nocuit differre paratis.* detinet te viuū.non hunc redarguit dn̄s quaſi debilitatis eius ignarus,ſed vt deſiderium ſalutis in eo præ deſperatione quaſi extinctum*

ſoltietas
crapula
eccleſiaſtici 38.
paupeties .
marci 5. Luc.8.
difficilis eſt cura cum oſſa læſa ſunt.
xl.
38. quid ſig.
languidus quid ſig.
fames
emos 8.
ſtella quid ſignificent .
1. chorith. 15.ſapient. 3.
plin. lib.37 c. 7.
ſtello las ſtellor. laris
aſpicere dei miſereri eſt.
æneid.2.
mora .

Rege ſatus , ſic eſt vltro placido ore loquutus
Infelix quæ te ſegnis mora detinet viuum .
Seruantem has fruſtra ripas & triſtibus vndam

Præſentem morbis, alij cum ſcilicet omnes
Protinus hinc abeant læti,oblitiq; laborum.
Accipiant ſolitas reparato in corpore vires?
Ille ſub hæc,largoq; genas ſimul imbre rigabat.
Non hoc crimen aquæ: non vis mihi fontis iniqua eſt.
Verum ego dum motum opperior ſalientis aquai,
Præcipites dant ſaltu alij ſe in ſtagna priores
Ad ſonitum. inualidis nequeo ipſe inſiſtere plantis,
Nec me tunc opis externæ dignatur egentem
In ſtagno quiſquam ante alios merſare ſalubri.
Talia narrantem placido deus ore tuetur,
Atq; ait: ipſe tuis pedibus ſubſiſte,valenſq;.

*ctũ ſuſcitet. ex qua re docemur ne ſimus pigri ĩ recuperãda ſalute noſtra. tam animæ quàm corporis. * præſentem, ideſt opem afferentem. * alij omnes. qui tamen primi poſt plures aquæ motus ſeſè immerſerunt. nam vnus tantum ſingula quaque motione ſanabatur. vt ſupra oſtenſum eſt. * ſcilicet. non ironice. ſed aduerbium hic eſt affirmantis,& ſignificat profectò. * læti recepta ſalute. * laborum corporis & animi quos in ægritudine perpeſſi ſunt. * ſub hæc, ideſt ſtatim*

ſcilicet
ſub hæc

æneid 5. de Entello. *vel poſt hæc verba. ſic Vergilius ille ſub hæc non laudis a, u, g, c. * largo imbre. hyperbole eſt,* opperior
*ideſt multis fluentibus lachrimis. * vis iniqua. τὸ αὐτὸν. bis idem. * opperior. expecto duplici.* op. rior
pp. ſcribi debet. vt differat ab operior verbo paſſiuo quod tegor ſignificat. & corripit primam. v-
priſcianus. *trumque tamen ex ob & pario deduci ex ſupino dignoſcitur. ſed in hoc abijcitur .b. in altero mutatur*
*in p. * ſalientis, ex commotione non autem ebulitione quod in fontibus & puteis fieri ſolet.* aquai.* diereſis
? æn. *pro aqua. eſt enim diæreſis e greca ſcriptura reſoluta diphthongo. ſic dicimus aulai, pictai. Vergilius* aquai. aulai.
*aulai in med, l, p, b. & Diues pictai ue, & au, * priores. ante me. & nota hic. priores de pluri-* pictai.
bus quàm de duobus dici. ſic Hieronymus in gen. de iuda primogenito. xij. filiorum Iacob. Tu fortitu- prior
do mea & principium doloris mei, prior in donis maior in Imperio. idem in multis locis quos omitto
propter breuitatem. aulus gel. omnes iſti magiſtratus eodem tempore Romæ eſſent. qui eorum prior
æn. primo. *alijs eſſet &c. Vergilius vero fere ſemper de duobus tantum. vt de venere & ænea. Ac prior heus*
ibidem. *inquit iu, m, m. & prior æneam compellat achates. item de ſergeſto & mneſteo. nec tota tamen il-*
æne. 5. *le prior præeunte carina. parte prior: partem præmit æmula piſtris. Cicero quoq; Vergilium ſequi-*
tur. quare crederem opere precium eſſe hos ſequi vbi neceſſitas vel commoditas ad aliud non nos vr-
*geret. * opis externæ, alterius auxilio * tu, ped, ſub, hoc eſt quòd ſupra diximus ſurge tolle gra-* opis
*batum tuũ & ambula. * concta vndis. non enim eſt alligatus deus ſacramento baptiſmi vel alijs quin* ſacramentis nõ eſt aligatus
poſſit etiam per ſe ſanare aut mundare cum velit, cauſa etenim prima. quæ deus eſt. quicquid per ſe- deus.
cundas cauſas vel vlteriores operatur multo fortius ac excellentius per ſeipſam. hinc dicimus eſſe vl- cauſa prima
tra fluminis baptiſmum & ſanguinis: eſſe etiam flaminis, ideſt ſpiritus ſancti abſq; aqua cum neceſſita- baptiſmus triplex.
*tis articulus credentem coartauerit ne aqua vel in proprio ſanguine valeat baptizari. * ecce erigitur.*
non enim medicorum more ſanat dominus. illi enim paulatim curant moraque multa eſt languido ne-
ceſſaria, etiam expulſo morbo ad priſtinas vires reparandas. cæleſtis vero medicus in inſtanti vno ad priſtinas vires reparandas
*eodemque momento morbum fugat, ſanitatem intromittit, priſtinumq; vigorem reſtituit. * pedes. non* pedes.
pedes omnes. ſed ipſe pedes, ideſt pedibus proprijs incedens, qui alienis dum infirmus eſſet trahebatur.
hic enim eſt ordo. ipſe pe, reſ, ſtr, hum, mir, ui, aq, omnes ſcilicet alios ambulantes paſſibus ſuis. por
rò. pedes aut ſtat aduerbialiter, ideſt pedibus. ſicut & illud Verg. pars pedes ire parat campis. aut
improprie. hic & hæc pedes ditis. quo vtimur cum milites eos ſignificamus qui pedibus & non in e-
quis militiam exercent: ad equitum differentiam. & corripit vltimam ſyllabam. pedes autem accuſa-
tiui caſus a pes, pedis. producit & eſt primitiuum. pedes, ditis, deriuatum ab eo. quo ad normam latini
ſermonis, verè enim pes pedis venit a græco. non παῖς. παιδὸς. qui puerum filium & ſeruum ſigni-
ficat. ſed πούς ποδὸς. latine pes. pedis. quamquàm a planicie quæ grecè πεδιὰς & πεδίον, dicitur
poſſit etiam deriuari quod et Lactantio placuit. ſciendum eſt. quòd & ſi hic languidus factus ſanus ideo qd ſignif. myſ. ſurge & ambula.
fuerit iuſſus ſurgere & grabatum ferre vt clare pateret perfecte ſanatum eſſe, priſtinoque vigori re-
Bed. ſ hom. & aug. ſup Io. c. 5. *ſtitutum. myſtice tamen. dicere. ſurge & ambula. a torpore & ignauia in quibus iacebas, ô pec-*
cator erigere. & in bonis operibus proficere ſtude: atque ambula de virtute in virtutem. & tolle
grabatum tuum, ideſt patienter porta proximum tuum, ſi in aliquod peccatum uoneris incidiſſe. quæ in-
*firmitas eſt ſpiritualis. a quo & tu dum iaceres portabaris. * ſicut vbi in ſil, hæc comparatio pertinet*
ſolum ad demonſtrandum vires integras languido ſtatim reſtitutas eſſe ex iuſſu domini. ſicut ſer-
*pens frigore concretus ad ſubitum calorem ignis antiquum reſumit vigorem. * bruma, ideſt pruina,*

bruma pruina.

*nam proprie bruma eſt quamdiu dies minuuntur & fiunt breuiores. componiturque ex duabus grecis dictionibus. βραχὺς καὶ ἡμέρα. ideſt breuis dies. greci enim brumam dicunt ... vnde. brumalis ... ponitur & bruma pro tota hyeme vt Vergilius. Frigida ſub terra tamidum quem bruma tegebat. * inſcius anguis in faſſe latentis, alloquin igni non impoſuiſſet: ſed peremiſſet potius.* li. 2. geor.

admouere amouere.

** admonuit cum d. ſignificat appoſuit. ſine d, remouit & procul fecit.*

ſerpens.

** ſerpens, terram repens anguis. participium quippe eſt a ſerpo. pis. & non nomen hoc in loco. ſicut & illud Verg. tandem inter paterat & lenia pocula ſerpens.* æne. 5.

trilingui.

** trilingui non quod tres habeat linguas, ſed quia tanta celeritate linguam mouet, vt triplicem videatur habere. moraliter anguis frondibus latens eſt demõ ...*

anguis moraliter quid ſignificat.

vilibus etiam eſcis ſeſe inſeriens. quas vbi calori ſtomachi

Carpe viam, nec cuncta vndis debere neceſſe eſt.
Vix ea, cum ſubito cernentibus omnibus ecce
Erigitur, ſtratumq; humeris, mirabile viſu,
Ipſe ſuis referens pedes omnes paſſibus æquat,
Atq; ſuo ſolidæ reſpondent robore vires.
Sicut vbi in ſiluis dum ramos colligit, anguem
Frigore ſopitum paſtor, brumaq; rigentem
Frondibus implicuit, admouitq; inſcius igni.
Nulla mora eſt, propius flammas vix pertulit, & iam
Attollitq; caput, iamq; ignea lumina torquet,
Perq; domum ſerpens micat arduus ore trilingui,
Parte alia ante fores templi, mediaq; miniſtri
Ingenti ſtrepitu teſtudine dona ſedentes
Vendebant, quæ plebs æratæ imponeret aræ,
Lanigeras pecudes, taurosq; pareſq; columbas
Vota vt quiſq; deus, rerumq; vt copia cui quæ.

hæc res cõtigit diuo Paulo. uide actuum e.

*admoueris, inde concupiſcentia & libido excitatur. quæ per domum animæ, ideſt conſcientiam ſerpens peccati virus effundit. micat ore trilingui, quia repente trahit mentem ad conſenſum nepharię voluptatis. os ad petendum, & manus ad operandum. * parte alia. proſequitur hic author referre quid fecerit dominus Ieſus poſteaquam ingreſſus eſt vrbem comitantibus turbis, vt ſupra viſum eſt. nam intrauit (vt narrant Euangeliſtæ) in templum dei, eiecitque omnes vendentes & ementes in templo. & menſas nummulariorum euertit, cathedraſque vendentium columbas: & dixit eis: ſcriptum eſt, domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Math. 21. Marci. 11. Ioan. 2.

media teſtudine.

** ante fores templi, hoc eſt in atrio quod erat ante introitum templi. in eo enim erat altare holocauſtorum: ſuper quo victimæ immolabantur, ſed & hoc ipſum. templum dicebatur propter ſacrificia, quæ ibi fiebant. licet pariete ſeparatum eſſet, ab eo quod vere templum erat. vnde & bene ſequitur. * media teſtudine, ideſt in medio tecti. & vere ante fores templi, quia hoc atrium ſacerdotum erat medium inter illam partem templi quæ dicebatur ſolummodo ſancta, & alia quædam loca parietibus intermedijs diſtincta. quorum altero ſeculares viri, & altero mulieres ſeiunctæ orabant. ſpectantes per quaſdam feneſtras & cancellos ſacrificia & ceremonias quæ in dicto atrio fiebant a ſacerdotibus. nec enim in templi parte quæ dicitur ſancta. vel vlteriori quæ vocabatur ſancta*

teſtudo.

*ſanctorum vlli ſeculari patebat ingreſſus. * teſtudine, ideſt camera ſeu curuatura tecti. & hoc ideo fit ſecundum eos qui de ratione templorum ſcripſere. vt imago cœli reddatur, quod eſt conuexum.* ſeruius. 1. æneid.

** ingenti ſtrepitu, quo impediebantur & diſtrahebantur orantium mentes, ne ideo contingerentur*

relatiuum.

*quem orabant. * quæ, ſubaudi ea, & quænam eſſent iſta, infra ſubiungit. & nota hic duo ſpecialia, relatiuum præcedere, nec cum antecedente concordare in voce, conuenit tamen in ſenſu. & eſt ſyntheſis figura. quod ſi relatiuum ſequeretur fieri non poſſet. neceſſe quippe haberet vel proximiori conuenire.* inſtitut. de iur. gen. & ciui. §. plebiſcitum.

plebs.

** plebs. tranſcendit hic ſignificationem ſuam plebs. & ponitur pro toto populo: & pro ſingulo quouis eorum: etiam ſi de patribus vel princeps eſſet. alias autem proprie ... differt plebs a populo, quo ſpecies a genere. nam appellatione populi vniuerſi ciues continentur connumeratis etiam patritijs & ſenatoribus. plebis autem appellatione, ſine patricijs & ſenatoribus. ceteri ciues ſignificantur.*

ſacerdotum officia layci non uſurpent Ozias Rex.

** imponeret, ideſt imponenda per Sacerdotes offerret. neque enim ſeculares ſacerdotum vſurpabant officia: quod cum feciſſet Ozias Rex Iuda. lepra percuſſus eſt a domino. ingreſſus enim templum domini adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis, ſed plaga lepræ percuſſus ſtatim eiectus eſt de templo. * æratæ aræ. aræ circumdatæ propter ignem quo victima & holocauſtomata incendebantur. erant autem (vt ſupra quoque dictum eſt cum de templo agebamus.) duo altaria, aureum ſuper quo incenſum adolebatur, de quo in principio Euangelij Lucæ. apparuit Angelus Domini ſtans a dextris altaris incenſi. æreum alterum. de quo hic* 2. paralip. cap. 26.

duo altaria incenſi ſi

in atrio

3.reg. c.8. in fine c.2 paralip c.4 leuit. 5. & 12. Luc.2 greg. in ho mel.

*in atrio ante fores templi ad aquilonem. quod dicebatur holocauſtorum. & erat. viginti cubitorum longitudinis & totidem latitudinis & decem altitudinis, * lanig, pec, mediocrium erat hæc oblatio * tauros, potentum.* pareſque col, pauperum hæc. vnde & parentes domini quia pauperes erant, leguntur obtuliſſe par turturum, vel duos pullos columbarum. myſtica per tauros patres veteris nouiq; teſtamenti ſignificantur: qui fortiſſime aduerſus hoſtes dimicarunt. per pecudes ſanctos intelligimus prophetas & Chriſti martyres: qui tamquàm oues ad occiſionem ducebantur. per columbas ſimplices quoſq; fideles & coniugatos, per turturem continentes & virgines. * voti reus, debitor ex voto. vnde & vota ſoluentes dicimus abſolutos. * rerumq; vt cop, eu, vt ſuppetebant facultates. * vidit. quid ſi ibi (ait Auguſtinus) ebrioſos vidiſſet? ſi negotiationis non debet fieri domus dei: numquid potationis fieri debet? Ecce illud templū figura adhuc erat. & eiecit inde dominus omnes qui ad nundinas venerant. & quæ ibi vendebant? quæ opus habebant homines in ſacrificio illius temporis. nemo ergo in oratorio aliquid agat, niſi ad quod factum eſt. vnde & nomen accepit. * profano irreligioſo, non conuenienti ſacro templo, ſed procul in foro ſeculari. * reppulit prædictos negotiatores.*

holocauſtorū. — victimarū moralis ſignificatio. — quid tauri. quid oues quid colombæ & turtures. — voti reus. — in Eccleſia quid agendum ſit. — prophanum.

Aug. ſuper Io.c.2.

Quos ſimul atq; heros ingreſſus vidit, & omnem
Diſcurſu & clamore locum reſonare profano,
Haud tulit, & verbis grauiter commotus acerbis
Reppulit intortum vibrans per terga flagellum,
Verberaq; inſonuit, ſacroq; a limine abegit.
Qualis vbi arctois Boreas erupit ab antris,
Aereos rapidos peruertens turbine campos,
It cœlo ferus, & piceas toto æthere nubes,
Inſequitur. dant victa locum, & caua nubila cedunt.
Sacra deo domus hæc (inquit) hæc numinis ædes,
Vos autem verſam indignos ſceleraſtis in vſus.

Aug. in regula.

Io.c.2. aug. de con. eu. theoph. ſup luc 19. orig. ſuper Io.c.2.

intortum flagellum. hoc ex Euangelio Io. tranſumptum eſt. qui ſcribit eum feciſſe quaſi flagellum de funiculis, & omnes eieciſſe de templo. non enim hoc ſemel tantum a domino factum eſt, ſed iterum. ſed primum commemoratum eſt a Ioanne ſolo. hoc autem vltimum a ceteris tribus. abegit. in hoc facto, in nullo minorem poteſtatem prætēdit his quæ ab eo miraculoſius edita ſunt. quinimo conſtat maiorem ex hoc demonſtraſſe potentiam miraculo quo aqua conuerſa eſt in vinum. eo q̄ inanimata ſubſiſtit materia. hic vero tot milium hominum domantur ingenia.* qualis: hac cō paratione tria oſtendit, & quaſi ante oculos ponit. irati domini celerem impetum. ſubitam templi euacuationem. & maximum ex illis negociationibus quod fuerat orantibus impedimentum. boreæ Chriſtū, nubibus negociatores comparat, & aerem templo.* erupit cum vehementi impetu egreſſus eſt. tranſlatio a millitibus obſeſſis. qui aliquando erumpunt in caſtra hoſtilia.* ab antris arctois a ſpeluncis ſeptentrionalibus. quæ in montibus ripheis ſunt. arctous, a, um, fit ab arcto, ideſt urſa ſeu ſeptentrione. quæ partibus illis aquilonaribus ſupereminet. inde etiam dicitur polus arcticus, cœli vertex. de qua re ultra Plinium. vide Georg. Virg. Cic. in libris de nat. deo. & Ouid. in meta. & in li. faſt.* peruerrens more mū dantium domos, uel aream ſcopis.* turbine impetuoſo flatu.* ferus. aſper & turbulentus.* piceas nubes, ideſt obſcuras nam omne nigrum obſcurum eſt, & contra.* æthere pro aere poſuit ratione vicinitatis. nec enim ſuper aera ventorum flatus conſcendit in regionem ſibi non conceſſam.* ſacra deo domus, hoc eſt. domus mea domus orationis vocabitur. vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum *ſceleraſtis in vſus. Quoniam in ſolemnitatibus præcipuis omnis populus vndique hyeroſolimam confluebat, vbi ſacrificia domino offerrebantur, & nemini licebat in conſpectu dei vacuo apparere. accidebat vt qui de longe venerant victimas non haberent. excogitauerunt ſacerdotes quomodo prædam de populo facerent. omnia animalia quibus opus erat vendebant: vt ipſi rurſus empta ſuſciperent. hanc ergo ſtropham, ideſt vertibilem fraudem: quia venientium inopia crebro diſſipabat. non habentium quid offerrent, nec vnde emerent. alteram tecnam, ideſt artem fraudulentam excogitauerunt, vt pro nummularijs collibiſtas, ideſt munuſculorum receptores, qui mutuarent pecuniam non habentibus, a quibus & ſi lege prohiberentur. vſuras accipere, ſi tamen offerri volebant pro mutuata pecunia, collibia, quæ nos tragemata, bellariaue dicimus, vtputa Ciceris frixi, vuarumque paſſarum, vilia munuſcula. non attendentes quod Ezechiel prædicauerit, vſuram & omnem ſuperabundantiam non accipietis. & Saluator mutuum dantes nihil inde ſperantes. quæ latrocinia cernens dominus & fieri in templo, & veluti in ſpelunca a ſacerdotibus tamquàm a latronibus illuc conuenientibus inter ſe partiri. ardore ſpiritus concitatus, tantam hominum multitudinem eiecit de templo. cuidam Sacerdoti noſtri temporis ſimilem tecnam facienti prudenter illuſit po-*

his eiecit Ieſus uendentes. — magnū eſt miraculū eiectio de templo. — comparatio. — erumpere. — arctous arctos — piceus. æther. — ſtropha. tecnam. collybiſtæ. — collybia.

georg. li.1. in uerſu. Mundus ut ad ſcithiam Cic. li.2. de nat. d. met. lib. & faſt. li.4. Ouid. Ioan.2. Matth.21. Marci.11. Eſaie.56. hier. ſuper Matt c.21. & Beda ſup Io c.2. Ezech.22. Luc.6.

pulchra tecna de tactu imagi nis.

*regrinus. nam cum ſimplex eius ſocius petiſſet imaginem cæream quam diuo Antonio offerret. callidus ſacerdos virgam porrexit, dicens vt ex multis imaginibus parieti affixis, quam vellet tangeret. & data pecunia illa ſua eſſet. perinde ac ſi nouam in templum obtuliſſet. protinus vaſer ille, ſocio tangenti precede (inquit) ego pro te ſatiſfaciam, quo recedente, ſacerdoti crumenam porrexit. ſed clauſam. dicens tange hanc domine, ſtat intus pecunia, cumque tetigiſſet, retractis loculis. tactus inquit domine ſufficiat pro ſolutione tactus, & abiuit merito deluſum relinquens ſacerdotem. * ſan, reſper, & litatum imperſonalis eſt locutio. * hactenus vſque ad Chriſti immolationem, qua per ea ſacrificia figurabatur. ipſe enim verus eſt agnus (vt canit Eccleſia) qui abſtulit peccata mundi. * indultum ſatis. vt potius deo vero quam idolis ſacrificarent. * nunc poſt paſſionem meam expletis figuris & conſumatis omnibus quæ fuerant prædicta. ſicut in cruce teſtatus eſt ipſe dicens. conſummatum eſt. * poſthac deinceps. nam vt ait cyril. erat in templo multitudo mercatorum qui vendebant animalia ritu legis mactanda in hoſtijs. ſed iam aderat tempus deſinendæ vmbræ, refulgendæ vero Chriſti veritatis, ob hoc Chriſtus qui cum patre ſimul colebatur in templo. iuſſit ritus corrigi legis. fieri vero templum orationis domum.* ſum, extis, ideſt carnium fruſtis ſacrificio iuxta morem, lege leuitica aplicatis. hoc ideo di-*

hoſtiæ uſque ad Chriſtum.

poſthac.

cyril. ſuper luc. c. 17.

exta.

Sanguine reſperſum eſt aras, animaq; litatum
Hactenus antiquis conceſſo more ſacrorum.
Indultum ſatis, atq; ouium iam cædis abunde eſt.
Nunc pater omnipotens pecudum, volucrumq; cruori
Parcere vos poſt hac iubet, ac fumantibus extis:
Vos diuerſa manent mutatis orgia ſacris:
Diſcite iuſtitiam tantum, puraq; litate
Mente, deumq; pijs precibus placate volentem.
Hi veſtri ritus, ea deinde piacula ſunto.
Sic ait, & ſupplex demiſſo poplite ad aram
Cernuus arcana prece patris numen adorat.

quæ nam ſacrificabantur.

leuitici c. 1. 2. & 3. cum multis ſequentib. capitib Exod. quoque ca. 27.

qualiter holocauſta cremabantur.

orgia.

triplex ſacrificium deo gratũ

*co quia non ſolum de extis, ideſt extantibus præcordijs quæ ſunt, iecur, cor, & pulmo, atque lien, ſacrificari iuſſum fuerat. ſed & adipem qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis intrinſecus eſt, duos renes cum adipe quo teguntur ilia, reticulum iecoris cum renunculis. & hæc in hoſtijs pacificorum. in holocauſtis verò. detracta pelle hoſtiæ, artus in fruſta concidebantur & cum inteſtinis lotis aqua ſuper altari incendebantur. compoſita ſubtus ſtrue lignorum: ſed & caput ipſum cum cauda ſimul cum ceteris comburebantur artubus. * orgia. corporis & ſanguinis ſui ſacra vult ſignificare. necnon & illud de quo regius vates canit. ſacrificium deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet. & illud. Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. & alibi. ſacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo oſtendam illi ſalutare dei. licet autem orgia a nonnullis pro bachanalibus tantum dici exiſtimentur. Euſebius tamen in lib. de preparatione Euangelica dicit ſacra fuiſſe omnia quæ dijs offerebantur a greca voce ſic appellata. ἀπὸ τῆς ὀργῆς, ideſt a furore. quia ſacrificantes diuino quodam furore corripi videbantur. verè enim furore & inſania non a deo, ſed a demone immiſſa corripiebantur. ſed quia maiori dementia in bachanalibus quàm in cęteris apprehendebantur, vt in ebrijs: etiam nunc fieri videmus. ideo vſus obtinuit: vt bachi ſacra execranda orgia tantum dicerentur. vergiliana, amata. ſoluite crin, vi, cap, orgia mecum. & Ouidius liber adeſt, feſtiſque fremunt vlulatibus agri. &c. At non Alcithoę Mineias orgia cenſet, Accipienda dei ſed adhuc temeraria Bachum progeniem negat eſſe ionis &c. * diſcite iuſtitiam, cuius potiſſima pars eſt fides & ſana religio quæ debetur deo: altera quæ reſpicit homines tria habet precepta. vt honeſte viuamus. alterum non lædamus. & quia non ſufficit abſtinere a malo, niſi fiat & quod bonum eſt, oportet quod omni petenti non ſolum ex his quę noſtra ſunt, eleemoſinam faciamus, quin vt etiam nos ipſos tribuamus. deinde vt & ius ſuum vnicuiq; tribuamus. vel forte illam iuſtitiam dicit quam phariſeorum maiorem eſſe precepit. de qua vide Matth. Euangelium * volentem. numquid voluntas mea eſt mors impij dicit dominus? an non magis vt conuertatur & viuat? & in quacumque hora ingemuerit peccatum ſuum peccator: dimittam ei. & dominus noſter Ieſus Chriſtus veni (inquit) vocare non iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. noſtra ergo erit culpa, ſi tam ſalubribus monitis noluerimus atquieſcere, miſericordemque dominum veniam expoſcere. * ritus, ideſt ſacrificiorum modi. eſt enim ritus proprie mos ſacrificandi approbatus & diu obſeruatus. rictus vero per. ct. hiatus eſt oris & maximè beſtiarum licet aliquando transferatur ad homines quodam inuſitato modo oris aperturam torquentes. Lact: oris quoque ſpecies & rictus ex tranſuerſo patefactus quam*

Pſal. 49.

er e. 7. methamor. lib. 3. & li. 4

iuſtitiæ partes.

inſti. de iuſt. & iur. § 4.

impij mortem non vult deus.

math. ca. 5. 6. & 7. Ezech. 33. Math. 9. 38 Lucæ. 5.

ritus.

rictus.

vtilis

*vtilis & quàm decens ſit enarrari non poteſt. ſic & horatius . ergo non ſatis eſt rictu deducere riſum. * ſunto, ſint deinceps vel erunt . eſt enim tertia perſona futuri temp. Imperat. modi num. pl.* piacula , immũdiciarũ ex peccatis in anima cõtractarum expurgationes. ſic et Virg. ea prima, piacula ſunto. * ſupplex. ex hoc humanam expreſſit in ſe naturam : qua minor eſt patre . in eijciendo autem ementes & vendentes de templo : diuinam, in qua eſt æqualis patri * dem, poplite, genuflexo . normam oſtendit nobis , qua deum orare debeamus . vt non ſtantes ſicut ſuperbi pharifei : qui in angulis platearum ſtantes orabant, vt gloriam ex deuotione ſua captarent humanam . ſed genuflexi in templo (quod eſt orationis domus) oremus. eſt autem poples ea cruris pars, quæ oppoſita genu curuatur. dicta quòd poſt plicetur . * cernuus in faciem inclinatus toto corpore terram verſus . cuiuſmodi reuerentias faciunt religioſi noſtri temporis etiam maioribus ſuis . hoc & a domino factum eſt in ſignum humilitatis . quæ oranti maxime neceſſaria eſt ad exorandum . nam oratio humiliantis ſe penetrat nubes . ſic & de illo publicano orante ſcriptum eſt . quia nec oculos ad cœlum leuare volebat . * arcana præce . tangitur hic quòd in Euangelio latè exequitur Chriſtus . Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, ideſt in ſecretarium mentis tuæ , & clauſo hoſtio ſcilicet cordis, quę eſt carnalis ſenſualitas a cogitationibus vanis, ora patrem tuum in abſcondito, ideſt nulla penitus aucupata humana gloria. & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi . etiam orationis mercedem vltra exauditionem . eſt enim maximi meriti opus oratio debito modo facta .* ſacerd. primis, ideſt principibus * ingens dolor . præ inuidia gloriæ illius facti . & præ honore a turbis domino exhibito in vrbis introitu & in templo a pueris clamantibus oſanna filio Dauid . ſed multo magis dolentes præ timore quæſtus amittendi ex mercimonijs de templo expulſis . enim nulla vt alias diximus maior ſit auari pœna quàm priuare illum lucro propter quod ſcelera & fraudes fuerãt perpetratæ .*

Margin, left: æne. 6. — vide ſymbolum athanaſij. — eccleſiaſt. 35. — Luc. 18. — math. ca. 6. Auguſt ibi hier. ibidẽ.

Margin, right: ſunto . — piacula. — minor patre & æqualis ẽ Chriſtus . — genuflexi orare debemus . — poples . — cernuus . — humilitas orãti neceſſaria. — qualiter orandum ſit. — maxima auari pœna.

Iamq; ſacerdotum primis exarſerat ingens
Triſti in corde dolor, flammæq; iræq; coquebant .
Nec nouus hic primum furor, hæc odia aſpera ſurgunt.
Antiquæ irarum cauſæ, antiquiq; dolores.
Haud quaquàm exciderant animis fixiq; manebant.
Non tamen hic auſi ſunt illum ſurgere contra,
Sed veriti vltricem populum, turbamq; ſequentum
Exceſſere adytis nequicquàm indigna minati .
Quales noctæ lupi ſtabulis cum forte recluſis
Appetiere gregem, verum cuſtodia pernox
Obſtitit, & canibus vocalibus inde reuulſit .
Oli (dira fames ſtimulis agit intus) abacti
Cedunt, & montes nequicquàm vlulatibus implent .

Margin, left: lib. 1. æneid. — marc. 11. & 12. matt. 21 in medio & in fine cap. Luce. 21. & 22.

*. * excide , ani, hoc totum ex iunone Verg. decerptum eſt . * non tamen hic. pro tunc & in eo loco . eſt autem temporis & loci aduerbiũ.* veriti plebem . hoc ſæpe legitur in Euangelio quòd volebant eum capere : timebant vero plebem. ne ꝑ defenſione domini illos lapidarent. * exceſſ. adytis, ideſt ex ſacro atrio . quod ſupra diximus etiam templum appellatum. * nequicquàm. bene. nullã enim poteſtatem in. d. Ieſum habebant niſi quantam & quando ipſe volebat.* lupi, propter auaritiam principes ſacerdotum & rapacitatem lupis cõparantur.* forte, caſu aliquo puta ex paſtoris infirmitate vel abſentia, negligentibus mercenarijs , qui parum curant de ouibus non ſuis. vt dicit dominus.* recluſis, ideſt apertis ſtabulis? cuſtodia pernox periphraſis eſt canum, qui tota nocta peruigiles gregem cuſtodiunt , licet famuli dormiant . * cuſtodia vero non ſolum pro eo qui cuſtodit , ſed & pro eo qui cuſtoditur rectè poni puto licet ſeruius vſurpatiue dicat . vt a doctiſſimis legum prudentibus poſitum inuenio . ſi cuſtodia ſe interfecerit, vel præcipitauerit militis culpæ aſcribitur . Sueton. etiam de domitiano . nec niſi ſecreto & ſolus pleraſque cuſtodias receptis in manu cathenis audiebat . * canibus vocalibus . hoc eſt quod dixerat . cuſtodia pernox . amant enim authores vt cum quid paulo obſcurius dixerint aut idem clarioribus verbis exprimere , aut aliquid ſubiungere quo pateat intellectus . * affatur gen. orantes quippe dominum alloquimur . vnde attentiſſimi eſſe deberemus, ſicuti cum principem affamur terrenum , totum impendimus ſtudium ne vel ſyllaba loquendo ceſpitemus . * mirantes cum admiratione aſpicientes . Luſtrant oculis circuunt quod verbum ad omnia quæ ſequuntur eſt trahendum . eſt enim Zeuma a ſuperioribus. * per ſingula per quaſq; ſuas partes.* molem. hoc quidem ad totum pertinet templum. vt in Verg. Miratur molem æneas mag , qu , & alibi Quo molem hanc inm , equi ſta , quis , an , eſt autem moles magna quarumcunque rerum congeries . vt hic lapidum . item telluris vt montium . item & omnium elementorum vt magnoſque infuſa per artus mens agitat molem . accipitur & pro pondere , inde gyan ipſamq; ingenti mole chimeram. & pro difficultate. vt Tanta molis erat rom, cond, gen, * ſuſp,*

Margin, left: Ioan. 10. — ff. de cuſtodia reorum — æneid. 1. — æneid. 2. — æneid. 6. — æneid. 5. — æneid. 1.

Margin, right: hic. — adytum. — lupi . qui. mercenarii. — pernox. — cuſtodia. — authorum mos ſeipſos declarare. — orati , attentio eſt neceſſaria. — moles .

columnæ vbi nam erant.

vaſto. alto & immenſo aſpectu * *centum col, ex, cæ, ideſt marmoreas. & eſt numerus finitus pro infinito. nec enim ponit ſcriptura vbi nam iſtæ fuerint columnæ marmoreæ in prima templi ædificatione per Salomonem. ſed nec in ſecunda per Zorobabel & alios qui redierunt ex captiuitate babilonica, de cuius ſtructura potius intelligendus eſt hic locus. nam ſicuti a caldeis primum templum a fundamentis erutum eſt. ſic iſtud ſecundum a fundamentis reædificatum fuit. & de nouo conſtructum; ſed in eodem loco & eadem forma qua primum tametſi forſan non ita precioſe ornatum. nec enim legimus totum interius deauratum fuiſſe, ſicut prius laminis aureis affixis ad tabulatum. parietes & pauimentum. niſi quòd in primo machabeorum ſcribitur Anthiocum Regem cum vaſis templi argenteis & aureis accepiſſe etiam ornamentum aureum quod in facie templi erat: quod nic. lyr, exponit pro cortina auri frigiata. poſſemus tamen dicere has columnas fuiſſe ad ſuſtentandam porticum illam magnam quæ dicebatur Salomonis, vt in Euangelio legimus: ambulabat Ieſus in porticu Salomonis. & puto illã fuiſſe circumcirca atrium ſacerdotum. idem dicendum, de centum æreis columnis. nam de duabus tantum fit mentio vbi agitur de templi ædificatione: quas & ſupra commemoraui. At in domo ſua, Salomon, quæ dicebatur ſaltus libani, inter quattuor deambulatoria, plures videlicet 45. cedrinas columnas extruxit. & duas porticus magnas quæ columnis ſuſtentabantur adiecit.* * *ære ſolido. hyperbola eſt. nam & illæ duæ magnæ columnæ Iachin & Booz. fictæ & interius vacue dicuntur fuiſſe. & capitelia fuſilia. mare quoque æneum cum bobus, Luteres cum baſibus fuſiles fuerunt.* * *altis montibus æquas altera hyperbole. ad indicandam magnitudinem columnarum & altitudinem. porro illæ duæ. xviij. cubitorum altitudinis fuerunt.* * *tigna, trabes quibus ſuperpoſitum eſt tectum a tegendo ſic appellata. quamuis tigni appellatione (vt in iure proditum eſt) omnis materia ex qua ædificia fiunt continetur.* * *laquearia, trabes ſunt illæ quadræ planæq; ſed magnæ totum tabulatum ſuſtinentes. lacus principale eſt. Lucil. reſultant ædeſq; lacuſq;. per diminutionem lacunar facit. horatius nec mea renidet in domo lacunar. inde per aliam diminutionem lacunariũ. & per antiſticon laquearium. laqueare vero & per apocopen laquear ab aliquibus dicitur camera ſeu curuatura cubiculi in fornicis morem conuexa, quam potentes varijs adornare ſolent coloribus.* * *ahenoq; ſoluta diphtongus. & eſt hypermetrus verſus cui ſuperfluit ſyllaba. quæ tamen a verſu ſequenti. quem oportet a vocali incipere, legendo & ſcandendo colliditur.* * *æterna cedro, diutiſſime incorrupta durante. nam hoc lignum non facile conſumitur a vetuſtate. nec tineæ patitur corruptionem. cedria quoq; ligna peruncta a tinea conſeruantur. vnde & perſius & cedro digna locutus.* * *porrò, ideſt procul ſtridentes. ad hoc enim ex ære fiebant vt quando aperiebantur longè. lateq; ſtridor ſentiretur. ſicut & a romanis poſt proditum a tarpeia capitolium, ærei cardines inſtituti ſunt vt ſtridore aperta hoſtia indicarentur.* * *cardine. cardo quaſi cor ianuæ quo mouetur. & quoniam per cardinem hoſtia facile voluuntur ad libitum impellentis. cardo etiam capitur pro aliqua nobis opportunitate oblata. Verg. haud tanto ceſſabit cardine rerum.* * *ſola leuia, prima producta, ideſt leuigata & expolita,* * *ſectilibus ſaxis. periphraſis eſt pauimenti lithoſtrati, ideſt ſectis lapidibus ſtrati, vt exponit Beda ſuper Io. ſedit pro tribunali in loco qui dicitur. lithoſtratos. alij dicunt pauimenta lithoſtrata quæ ex cruſtis paruulis incruſtabantur. mihi haud diſplicet vt hic potius de aſaroto pauimento intelligamus. quod pictura arte elaboratur. & Xenodorus primus in his faciendis claruit. qui miro artificio paruulis teſtulis in varios colores tinctis, imagines in pauimento ſtratis reddebat, nam & pergami in aſaroto columbam fecit bibentem quæ aquam capitis vmbra offuſcabat. alia cibi eſcam arripiente. de hoc. papi. ſil. varias vbi picta per artes gaudet humus ſuperantq; nouis aſarota figuris. at hæc grecanica pauimenta non ſcopis quibus vaſtabantur, ſed ſpongijs oportebat mundari. hinc & dicta ſunt ἀσάρωτα, ideſt procul a ſcopis: vel inſcopata. σαρὸς. grece ſcopa latine dicitur. vel ἀπὸ τοῦ σαίρω. μ. σαρῶ. q. eſt verro mundo ſcopo. & α. priuatiua particula. in noſtris vero templis aſarota ſunt varijs ornata figuris, quæ & ſcopantur, & quaſi æterna ſunt quia non de teſtulis pictis, ſed ſaxis viuis vt hic author dicit minutatim ſectis multicoloribus ſunt cõſtructa. nec vnquàm colorem amittunt. quia ſuapte lapillis meſt. vulgo dicitur alla Moſaica. tali pauimento*

Dum uero affatur genitorem Diuus ad aram,
Mirantes ſocij templum per ſingula luſtrant,
Suſpectu molem uaſto, artificumq; laborem,
Cautibus exciſas centum, centum ære columnas
Omnes, e, ſolido, omnes altis montibus æquas,
Tignaq;, & æterna ex cedro laquearia, ahenoq;
Aeratas porrò ſtridentes cardine portas,
Sectilibuſq; minutatim ſola leuia ſaxis.

Marginal notes: eſdræ. 3. — Io. 10. — 3. reg. 7. 2. paral. c. 3. & 4. — 3. Reg. c. 7 — tignum. — l. Tigni. ff. d verb. ſig. — laquearia. lacus. lacunar. lacunarium. laqueare. laquear. — ſeruius. 1. æneid. — hypermetrus. — cedrus. cedria. cedro digna loqui. — ſeruius. in 7. æne. — pſius ſat. 1. — cardines quare aheni. cardo. — ſeruius ſup 1. æne. — 1. æne. — leuia. lithoſtratũ pauimentum. — Beda ſuper Io. 19. — aſarotum pauimentum.

templum

templum maius olim totum hic Ticini ſtratum fuerat. nunc chorus ſolus. & quædam veſtigia per na-
uem vnā cernuntur. idem eſt cernere in choro diui Michaelis. vbi pictus eſt labyrintus cum Theſeo &
Minotauro. eadem pauimenta (vt aliquæ adhuc reliquiæ docent) in multis templis noſtræ vrbis
olim fuerunt.* poſtes ſi de primo templo per Salomonem condito intelligas hoc planum eſt. quia om- poſtes
nia hoſtiū & portarum latera quas antas & priſc. & vulgaris appellat ſermo, cedrina fuerunt. &
aureis veſtita laminis, clauis quoq; aureis affixa. ſi de ſecondo non inueni ſcriptum. tamen potuit
ita eſſe cum ad primi exemplum, & ſecundum fuerit reedificatum. inter poſtes, fores, valuas, por- quid interſit in
tas, ianuas & hoſtia, hoc intereſt, poſtes ſunt que intrinſecus aperiuntur, ſic dicta quia poſt ianuā ter poſtes.
ſtent. fores vero quæ foris aperiuntur. valuæ vt ait varro quæ reuoluuntur & ſe velant. quales ſunt fores.
quæ ad apothecas mercatorum cernuntur. hæ omnes, antæ, vulgo appellantur. porta eſt vrbis in- valuas antas
troitus, vel aditus ille patens muri, a portando ſic dicta quod omnes res ꝑ eam in vrbem portentur, vel portas
exportentur. portam quoq; pro lato aditu templorum vſurpamus quia vrbis portæ inſtar ſit. ianua Ianuas
eſt primus domus ingreſſus a iano bifronte gentilium deo, ſic dicta. quia ei omne principium conſecratū
fuerat, vnde etiam. Ianuarius primus anni menſis & quaſi introitus ipſius. ceteri intra ianuam pa- Ianuarius.
rietum aditus generaliter hoſtia & diminutiua hoſtiola vocantur, hæ tamen differentiæ ſemper non hoſtia hoſtiola.
Aeneid. 2. obſeruantur ab autoribus. vt Virg. qui poſticum, cecas fores appellat: cum ideo poſticum dica-
tur & quod poſt ædes ſit, & poſtes ſemper habeat quibus interius, & non exterius claudatur pro
firmiori domus tuitione* verſus Verg. Limen erat cecæque fores, & peruius vſus.* menſas. propo-
poſitionis & quæ ſuper altari thimiamatis erat, quod totum auro fuiſſe veſtitum diximus, & ſi quæ
alia. puta propitiatorij.* fixos cur, al, ad donaria, tholi eſt periphraſis. eſt autem tholus veluti tholus.
ſcutum breue quod in medio tecto poni ſolebat, ad quod dona conſueuerant ſuſpendi. currus quoq; iſti
vel ad decorem fuerant ibi appenſi. vel ex deuictis hoſtibus erepti & in memoriam victoriæ a deo
obtentæ ad alta affixi tabulata.* diſtinctos hebeno .i. ornatos per diſtinctionem & variationem colo- hebeno
rum. nam hoc lignum nigrum eſt ſolidum & pulchrum viſu duricieiq; lapideæ. ebur vero candidum
eſt. quod candentem appellat elephantum. qui & pro bellua & pro dente eius ponitur. ſic & Verg. Ebur
in foribus pugnam ex auro ſolidoq; elephanto.* legunt. non incongrue tales ſculpturas & picturas legere
legi dixit. cum græca γραφειν. & pingere dicatur & ſcribere. hoc eſt quod ait Horatius in arte poe- picturas.

Tum puro ex auro poſtes, menſaſq; metallo
E ſimilis, & fixos alta ad donaria currus.
Diſtinctos ebeno, & candenti elephanto.
de conſecr. diſt. 3. c. per latum. Quæ dum cuncta legunt. perfectis ordine uotis
Improuiſus adeſt, tacituſq; ſuperuenit heros,
Atq; ait, hæc moles, adeo hæc inmania templa,
Protinus vt uento radicitus eruta pinus,
Verſa repente dabunt labem, ingentemq; ruinam,
Et tibi digna tuis ſolyma inſtant pręmia factis,
Quæ uates ad te miſſos diuinitus auſa es
Tot ferro petere, aut duris detrudere ſaxis.

tica. Et noua fictaq; nuper ha-
bebunt verba fidem ſi græco
fonte cadant parce detorta, le-
gi etiam ideo dicitur pictura pictura quidā
quia hoc præſtat idiotis cernen- præſtat.
tibus quod ſcriptura doctis le-
gentibus. in ipſa legunt qui lit-
teras neſciunt. vident quid ſe-
qui, quid fugere debeant. vnde
& precipue gentibus pro le-
ctione pictura eſt. hac greg.
ad ſeruium maſſiliem epiſcopū.
reprehendens eum quod ima-
gines, ne adorarentur, confregerat, nam & ſi laudabile eſt ne adorentur, vetare. eſt tamen culpa-
bile prohibere, ne per picturæ hiſtoriam quid adorandum ſit rudis plebs addiſcat.* hæc moles. legi- prædicit ruinā
mus in euangelio D. Ieſum ſepe ꝑdixiſſe ruinam tēpli vna cum vrbe ſemel, & iterū ſine vrbe. quam hic templi
exequitur & alteram mox annectit & tertiā quaſi vnam & eandem texat. cum itaq; dixiſſet vnus ex
Marci 13. diſcipulis eius magiſter aſpice quales lapides, & quales ſtructura, aliiſq; dicentibus de templo quod
Lucæ 21. bonis lapidibus & donis ornatum eſſet, dixit eis. videtis hæc omnia. videtis has omnes magnas ædi-
Mathei 24. ficationes? amen dico vobis nō relinquetur lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur.* inmania .i. ma- Inmanſa.
gna valde.* labem .i. ruinam ab eo quod precedit id quod ſequitur ſignificatur.* ſolyma poteſt eſſe
aphereſis. pro hyeroſolyma. vel vnum de multis eius vrbis nominibus quæ ſupra recenſuimus. eſt au-
tem apoſtrophe .i. ſermonis conuerſio, & alloquitur vrbem quaſi habeat ſenſum vnde, & miſeratio-
nem commouet quæ greca πάθος dicitur. hic ſubintrat alterum de templi & vrbis excidio vaticinium πάθος.
Luc. 19. refert D. Lucas quod cum appropinquaſſet Ieſus videns ciuitatem fleuit ſuper illam dicens. quia ſi co-
gnouiſſes & tu, & quidem in hac die quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.

quia

quia venient dies inte. & circundabunt te inimici tui vallo & circundabunt te & coanguſtabunt te vndiq; , & ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem. eo ꝙ non cognoueris tempus viſitationis tuæ. tertium eſt hoc vaticinium. hieruſalem hieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt. quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas & noluiſti. ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. hoc tamen poſterius autor hic latius & apertius exponit. præcedens vero tacite poſt iſtud tangit. * *præmia, ironica .i. ſupplicia.* * *tot, auxeſis a num. hoc autem maxime factum eſt tempore manaſſis regis qui impleuit vrbem vſq; ad os, prophetarum ſanguine. helias quoq; ſic oram domino queſtus eſt. domine altaria tua ſuffoderunt, & prophetas tuos interfecerunt, relictusq; ſum ego ſolus. ſed & quærunt animam meam. ſic & dominus exclamat in Euang. veh vobis qui ædificatis monumenta prophetarum, patres autem veſtri occiderunt illos: profecto teſtificamini ꝙ conſentitis operibus patrum veſtrorum. quoniam quidem ipſi eos occiderunt. vos autem ædificatis eorum ſepulchra propterea & ſapientia dei dixit. mittã ad illos prophetas & apoſtolos: & ex illis occident & perſequentur: vt inquiratur ſanguis omnium prophetarum qui effuſus eſt a ſanguine abel iuſti: vſq; ad ſanguinem Zachariæ, quem occidiſtis inter templum & altare.* * *ferro vt Micchæam. quem vecte ferreo per tempora transfixerunt, ſed & Eſaiam ſerra lignea ſecuerunt.* * *ſaxis. vt Hieremiam in ægipto, Ezechielem in terra babilonis. & alios de quibus ſupra.* * *incaſſum, fruſtra.* * *cogere congregare in vnum, illud ouile, de quo dicitur, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor.* * *Criſtata volucris, crocitantis gallinæ periphraſis eſt.* * *diſperſa examina pullos huc illucq; diſperſos. ab apibus mira translatio.* * *ſingultu, crocitatione.* * *& Plaud. apte huic volucri ſe ſe dominus comparat, nã (vt ait Aug.) magnum habet crocitans auis in filios affectum. ita vt eorum infirmitate affecta, & ipſa infirmetur, & quod difficile in ceteris animantibus inuenies, alis filios protegens contra miluum pugnat. ſic & mater noſtra dei ſapientia, per carnis ſuſceptionem infirmata, quodammodo ſecundum illud apoſtoli, quod infirmum eſt dei fortius eſt hominibus, protegit infirmitatem filiorum ſub alis potentiæ, & miſericordiæ. & reſiſtit diabolo, ne nos rapiat.* * *Iam. Iam. ordo eſt. protinus arctu, ris, & iam iam vindex ignis hau, labent, regna.* * *arma tua. aut dolos dicit & fraudes hypocriſimq; . quibus contra dominum, & ſeruos eius aſſidue pugnauere iudei. aut certa arma ferrea, quibus inſtructi exiſtimabant vrbem ſuam poſſe a romanis viribus defendi, at falſo. nam vt ſupra diximus vrbs a romanis & capta & funditus exciſa eſt.* * *Largo ſangu, iudeorum interfectorum. qui fuerunt vt refert Ioſephus ad decies centena millia.* * *vt res publica,* * *inclinata, ad caſum proxima. quod eſt nutantibus columnis. ſacerdotum ſcilicet ac populi principibus inſtabili fide vacilantibus, ventoque ſuperbiæ atq; impetu a fluentiũ diuitiarum et voluptatum excuſſis iactatiſq;.* * *vota pecudum mactandarum. eſt enim impoſſibile vt docet apoſtolus, vitulorum aut hircorum ſanguine peccata deleri.* * *alias oras .i. ad occidentales regiones maxime heſperias.* * *Sacro, nõ eadem ſed quæ per illa ſignificabantur.* * *alia vrbe, de romana puto intelligendum eſſe. quæ chriſtianæ religionis caput eſt & magiſtra, ceterarumq; mater eccleſiarum.* * *depactus. defixus, a depangor.* * *eſto, non ſecunda ſed tertia perſona futuri imperatiui modi* * *ſic fatus. ad mundi creationem ennarrandam accingitur vates. quam vult figuris quibuſdam enigmaticis & obſcuris intellectu, in parietibus templi ſculptam fuiſſe.* * *miras formas. imagines quaſdam rerum quibus mundi creatio, & ornatus deſignabatur. more. ægiptio: qui ante literas inuentas, caracteribus quibuſdam & animantium*

Ipſe tuos quoties, præſens vt vera monerem
Tentaui ciues incaſſum cogere in vnum,
Ceu criſtata ſuos diſperſa examina fœtus
Singultu volucris vocat, & plaudentibus alis?
Ferro exciſa cades. iam iam labentia regna
Protinus arma ruent tua, vindexq; hauriet ignis.
Et paſſim hæc largo ſudabit ſanguine tellus.
Nonne vides iam vt nunc res procubet inclinata?
Et tibi iam votis non proſit nectere vota?
Longe alias pater omnipotens ſacra tranſtulit oras.
Longe alia vult ipſe coli. & placarier vrbe.
Atq; adeo hic altè depactus terminus eſto.
Sic fatus monſtrat miras in marmore formas,
Argumentum ingens ſenum monimenta dierum.
Magna quibus magni compacta eſt machina mundi,
Et veterum euentus, & priſca ex ordine auorum.
Facta, haud humanis opus enarrabile verbis.

Left margin: præmia auxeſis — ouile vnum. — crocitans. — myſtice quidnam ſignificet gallina. — arma — num. occiſorũ in excidio hieruſalem. — myſtice columnæ. — hoſtiarum ſanguine non placatur deus nec peccata delentur. — rom. eccleſia mater eſt ceterarũ depactus. eſto.

Right margin: Matth 23. & Luce 13 — 4 Reg. 21. — 3 Reg. 19. — Luce 11. — Matth. 23. — Auguſt. de queſt. euág. — Cyril. ſuper luc. c. 13. — lib. de bel. Iud. — 19. diſt. c. primo cum multis ſequentibus & in prohem. lib. 6.

animantium ac rerum ſiguris, quæ volebant intelligi, deſignabant. hunc morem adhuc galli & pletiq;
principes obſeruant. quem modum ſcribendi zifram vocant. forte ſic dictam a deſerto. ziph. nemoro- ziphra.
1.Reg.c.23 *ſo & obſcuro valde, in quo aliquandiu latuit Dauid a facie Saulis regis eum perſequentis. vel ατο τε*
ζοφερ. quod atrum ſignificat & tenebroſum. quod obſcura intellectu ſit. argumentum ingens. *non*
Aenei. lib. 7. *fabulam intelligas. quale illud Ciceronis: argumenta erant in valuis. ſed reuera argumentum idest pro*
bationem & demonſtrationem licet obſcuram. quale & illud turni Verg. Argumentum ingens & cu argumentum.
ſtos virginis argus. eſt enim argumentum (vt diffinit Quintilianus) ratio, probationem præſtans, qua
per aliud colligitur aliud. & quæ id quod eſt dubium per id quod non eſt dubium confirmat. hinc &
Iſidorus. in lib. etym. & c. forus de verborum ſign. *Iſidorus ait. argumentum numquam teſtibus numquam tabulis, idest inſtrumentis dat probationem.*
ſed ſola inueſtigatione inuenit veritatem. vnde & dictum eſt argumentum argute inuentum. tametſi
Laur. valla, huiuſmodi ethomologias derideat: maxime ſi diceremus argumentum quaſi argute mentis in
uentum. nam puto oīo illum eſſe dicturum olim declinatum hoc argumen. ſicut ſpiramen & teſtamen.
Eccleſiaſtici. c. 18. gene. c. 1. gene. 2. * *ſenum pro ſenorum, ſyncopa eſt, idest ſex dierum de quibus in principio geneſeos.* * *compacta. compo-* ſenum. compacta
ſita & ordinata. nam licet qui viuit in æternum deus ſimul omnia creatit, quia tamen omnia ſimul di-
ci, planeq; intelligi non poſſunt. ideo ſcripſit moſes. quod in principio creauit deus cælum & terram.
deinde. vi. diebus opus mondi quod patrarat, diſtinxit: ornauit: ac perfecit. * *machina, moles, ſtructura* machina.
quæuis arte excogitata, magnaq; manu erecta, machina dicitur. ſiue bellica, vt illud Verg. aut hæc in
noſtros fabricata eſt machina muros. ſiue cuiuſuis alterius rei, vt hic, græca eſt dictio. μηχανὴ. machi- vates.
na. in. 4. verſo. (ipſi vates. emphaticos. propheta qui aui mentis diuina, ſic appellati ſunt, qui et viden videntes.
1.Reg.c.9. *tes dicebantur. vtpote qui & futura, præteritaque & præſentia ceteris abſcondita videbant.* * *ſator:*
creator. deus. * *informem aceruum. rerum omnium congeriem, elementari propriaq; carentem forma,*
* *æternamque noctem. obſcuram, nec adhuc luce productam. hoc eſt quod in geneſi dicitur. terra autem*
erat inanis & vacua. & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. & ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas.
quæ & terram operiebant, alijſq; permiſcebantur elementis. * *indigeſtumq; profundum. inſeparatam*
& confuſam rerum immenſitatem. ab Heſiodo & Ouidio hæc ſunt aſſumpta. deſcribitur enim illius ru-
dis inordinataq; materia rerum omnium & confuſa congeries. quam dixere chaos (vt ait Ouidius) ru chaos.
dis indigeſtaq; moles: non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum. ſed inter eos, & nos fideles, hoc in-
tereſt. quod illi chaum rerum omnium initium fuiſſe: & ante deos deaſque omnes (vt eorum verbis
August. *vtar) natum eſſe affirmant. nos vero dicimus a ſempiterno deo, principio ac fine carente, in temporis*
ac productionis rerum initio, cælum ac terram cum ceteris elementis ſimul ac ſemel vnico momento ex
Ambr. Chriſoſt. & baſilius. *nihilo creata. deinde ordine qui traditur in geneſi ſeparata ornataq; fuiſſe. vt etiam clarius hic vates*
in vi. lib. teſtatur. dicens vt nullis mox principijs, aut ſemine nullo omnia condiderit cælum, terraſq;
fretumq;. &c. ibi vide. * *moliri, parare. & accingere ſe ad opus creationis mundi.* * *prima exordia idest* moliri.

Non illic hominum effigies, ſimulacraq; diuum,
Arcanis ſed cuncta notis, ſigniſq; notauit
Obſcuris manus artificis, non hactenus ulli
Cognita, non potuere ipſi deprendere uates.
Hic ſuperum ſator informem ſpeculatus a ceruum,
Aeternam noctemq;, indigeſtumq; profundum
Prima uidebatur moliri exordia rerum
Ipſe micans radijs, ac multa luce coruſcus.
Iamq; uidebatur fulua de nube creare
Stelligeri conuexa poli, terraſq;, fretumq;,
Et lucem ſimul undiuagam, mox unde micantes
prima ſira cuſio. Et ſolis radios, & cœli accenderet ignes.

principia rerum quæ ſunt cæ-
lum & terra latè ſumpta, ita de mundi creatione vera ſententia.
vt per cælum intelligamus cun-
cta ſuperiora ab æthere ſur-
ſum. per terram inferiora. ſi-
cut etiam intelligunt ſancti do
ctores illud geneſeos. primo in
principio creauit deus cælum
& terram. & hæc eſt vera ca
tholicaque ſententia de mundi
creatione & rerum principijs,
omiſſis opinionibus varijs phi-
loſophorum quas refert ſer-
uius honor. ſuper egloga. vi.

Verg. & latiſſime apertiſſimeq; Euſebius in lib. de præparat. Euang. rem hanc vniuerſam expandit.
* *fulua de nube, idest ex illa rerum omnium congerie quæ in ſuperiori & excellentiori parte ſui cælum*
diximus vocari, ſed in inferiori & craſſiori terram quattuor elementorum materiam indiſtincte &
confuſe continentem. * *creare, idest formare. nam prius ex nihilo ea ſimul & ſemel creauerat.* * *ſtelligeri* creare.
conuexa poli: idest immenſam illam concauitatem firmamenti ſtellis cælati. quæ ceteros orbes in ſe cæleſtes
continet. * *terraſq; fretumq;. ſubaudi & alia duo elementa aerem & æthera. ex reliquo nubis prædi-*
cta

Ela vnde firmamentum excerpſerat. " *& lucem vndiuagam. hoc eſt quod in geneſi dicitur dixitq; deus fiat lux & facta eſt lux. verum nullam adhuc habebat certam formam, ſed finge nubem quandã* (ſtellę a ſole lumen habere dicuntur.) *aut globum ingentẽ lucis videre: huc & illuc vagantẽ, ex qua deinde formauit ſolem lunã & ſtellas: ſi tamen vllæ ſunt quæ ex ſe lumen habeant, nec ſolis lumine indigeant illuſtrari quod videtur hic autor velle. idemq; litera geneſeos innuit: vbi dicitur. fiant luminaria in firmamento cœli, & paulo poſt fecit deus duo luminaria magna, luminare maius vt preeſſet diei: & luminare minus vt preeſſet nocti & ſtellas. Paulus etiam dicit alia eſt claritas ſolis, alia eſt claritas lunæ, & alia eſt claritas ſtellarum. item ſtella differt a ſtella in claritate.* (1.cor.c.15.) *ſuper quibus verbis vtraq; gloſa dicit corpora cœleſtia vnius eſſe natura diuerſa tamen claritatis: ego vero non auſim hoc temere diffinire. cum & lyra aperte ſuper geneſ. cunctiq; poetæ & expoſitores quos vidi, dicant ſolem luminum eſſe patrem.* (ſol pater luminum.) (gen. primo ſuper verſ. fiat lux. & ſuper verſ. fiant luminaria. Plinius lib. 2. c. 6.) *cunctaq; cœli luminaria a ſole illuminari.* " *cœli ignes. ſtellas. quæ ignis lucidi ſimilitudinem videntur habere. nec tamen vrunt vt noſter ignis.* " *crepitare pro crepitabant, & ſonare pro ſonabant. dominum deum laudantes. vt habetur in Iob. cum me laudarent ſimul aſtra matutina. i. angeli & iubilarent omnes filij dei* (Iob. c. 38.) *ordo autem litera hic eſt. iam ipſi aligeri fratres (appoſitiuè) vol; vul, ſubaudi qui fuerunt. opus primæ lucis. i. diei, crepitabant denſo examine. i. multitudine, circum aut: duc plau, ſons: angeli. n. primi creati ſunt & ante rerum diſtinctionem formationemq; in beatitudinis ſorte locati d. Deum creatorem ſuum laudabant,* (angeli) " *æthera, ignis elementum grecus eſt ſermo: αἰθὴρ ἄηρ. aerem quia ætheri immediate coniunctus eſt non expreſſit. vt pote qui facile ſubintelligatur.* (æther.) " *diſcreuerat, ſeparauerat. a diſcerno ſit diſcreui.* " *confuſa ſemina. hæc ſunt quattuor elementa, ignis, aer, aqua & terra. vnde omnia inferiora mixta generantur.* (4. elementa) " *extuderat, extorſerat, vel ingenioſe eduxerat de illa rudi congerie, & formauerat, debitiſq; locis ſituauerat.* (extudere) " *orbẽ. i. orbes. ſing. pro plurali hoc eſt circumferentias. quæ planetarum ſphera. cœlique dicuntur.* (ſpheræ, quare ſeptemplex cœlum.) " *ſeptem, cœli quaſi ſepties complicati, nam 7. planetarum cœli ſeu ſphera ſingula a ſuperioribus vt pote maioribus conteguntur exteriori ambitu, ideoq; omnes interius cernuntur a nobis nec inuicem a proprijs motibus impediuntur.* (planetæ) (Plin lib. 2. c. 3.) *excepto quod a cœlo magno cui ſubſunt & inſunt ab oriente in occidentem continue trahuntur.* " *ordine vario, motuq; diuerſo. & quamquam dicant aſtronomi hunc eſſe planetarum ordinem. vt infima ſit luna, ſuper eam mercurius: tertio loco venus quæ & Lucifer veſperuſq; dicitur eſſe, in medioque ſol ſit conſtitutus, inferiora & ſuperiora qui illuſtrat ſydera. & ſuper ſolem mars martique iuppiter, & Ioui ſuper emineat ſaturnus ſuprema ſede locatus.* (planetę qui & quot & eorum ordo.) (Plinius lib. 2. c. 6. & 8. & deinceps per totũ illum lib.) *quorum varios motus conantur exprimere inſuper & alia. 72. ſigna addãt cœleſtia in quibus M. Dc. annotauere ſtellas, inſignes viſu & effectu, quarum curſus, ortus, & occaſus, multipliceſq; influxus tam varia exponunt vt nihil certi inde poſſit haberi* (ſyderum ratio incerta & ſoli deo cognita.) (vide etiam odam. 13. genethliacam d. n. Ieſu ch. noſtrã plin. lib. 2. c. 42. & hiparc. libro de ſignis a plinio citatus lib. 2.) *ego tamen magis domino deo ſyderum creatori & moderatori fidem præſtans qui in lib. Iob dicit, numquid tu noſti ordinem cœli? & pones rationem eius ĩ terra? ordinẽ hunc ſyderum & motus eorum minime tentabo. quin potius illi ſoli cenſeo relinquendũ, cuius ſapientiæ non eſt numerus & qui ſtellarum multitudinem numerat & omnibus eis nomina vocat & vt canit egregius vates. Qui ſtellas numeras: quarum tu nomina ſolus, ſigna, poteſtates, curſus, loca, tempora, noſti.* (Pſal. 146.) *ſcribit tamen Ioſephus Adam duas columnas reliquiſſe, vnam Aeneam, alteram lateritiam, in quibus ſydera & eorum motus deſcripſerat.* (adam colũnas 2. ſtatuit.) (in lib. antiquitatum.) " *rutilos ignes ſplendencia ſydera.* " *compage, coniunctione. omnia. n. cœleſtia certo ſibi inuicem ſunt fœdere nexa terreſtria circumamplectentia & inſeſe includentia.* (compage.) *ſicut ait ſapientia, quando preparabat cœlos aderam, quando certa lege & gyro vallabat abyſſos. quando æthera firmabat ſurſum: & librabat fontes aquarum. quando circundabat mari terminum ſuum & legem ponebat aquis: ne tranſirent fines ſuos. quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens. i. ſimul compaginans* (prouerb. c. 8.)

Ipſi iam denſo crepitare examine circum
Autoremq;, ducemq; ſuum, Plauſuq; ſonare
Aligeri fratres ſupera arce volatile vulgus,
Lucis opus primæ. nec dum tamen æthera ab imis.
Flammiferum terris, terras diſcreuerat vndis.
Sed tantum confuſa iacebant ſemina rerum.
Nec mora: vix cœli extuderat ſeptemplicis orbem,
Ordine cui vario rutilos affigeret ignes,
Et iam cuncta nouam incipiebant ſumere formam
Paulatim, cœlumq; ſua compage teneri.
Cernere erat ſicca in medio iam mole relicta
Littoribus curuis circum maria humida fundi,
Illiſoſq; vadis ſpumare ad ſydera fluctus,

nans & coniugens . declinatur autem . hæc compages , pagis , & compago , paginis . inde ſit compaginogmas . ouid. atq; ita diſparibus calamis compagine ceræ , & Aug. vt autem ſimus membra eius vnitas nos compaginauit . * ſicca .i. terra quæ & arida prius vocabatur . ſicut in geneſi dicitur . congregentur aquæ , quæ ſub cælo ſunt in locum vnum & appareat arida & factum eſt ita . & vocauit deus aridam terram . eſt etiam ſciendum duas habere qualitates ſeu proprietates ſingula elementa quarum altera proximiori conueniunt & coniunguntur . altera vero diſcernuntur quidem a proximiori p contrarietatem , remotiori vero copulantur per ſimilitudinem . nam terra , quæ ſicca eſt & frigida , aquæ coniungitur per frigiditatem , nam & ipſa frigida eſt & humida : ſiccitate vero copulaturætheri , ſeu igni , qui & ipſe ſiccus eſt & calidus . & hac eadem qualitate ab aqua ſeiungitur cum ſit illi in hac re contraria . ſic aer , cum ſit calidus & humidus . caliditate igni coniungitur . humiditate . ab eo ſeparatur . qui tamen aquæ connectitur . * littoribus curuis . perpetuum epithetou littorum vt curua ſint . * circum ma,hu,fundi . tmeſis eſt figura , pro circumfundi & cauendum eſt ne in dictionibus fiat ſimplicibus . quod ennio datū eſt vitio , qui dixit ſaxo , cere , cōminuit , brum . * Illiſos . confractos fluctus . maris a vento cōmoti . hæc eſt conſuetudo , vt ex vndarum repercuſſione ſpumeſcat . * ad ſydera aut verſus ſydera .i. in altum , aut eſt hyperbola vſq; ad ſtellas . * nondum po,cur,ecbaſis eſt diſcurſus poeticus parum ad propoſitum creationis mundi faciens . ſed in hoc reliquos imitatur poetas * pontiuagæ . quæ per pontum .i. mare vagantur . nota hic , præter regulam quantitatis ſyllabæ media .i. vocalis , in fine dictionis poſita , ſi alteri copuletur dictioni , corripitur . vt pontiuagus . & Paulo infra fagiferi , ſic & Paulos ſupra . flammiferum , aligeri , vndiuagum , & ſtelligeri cum multi ſimilibus . fallit in . Tibicē . & tibicina . Mart . Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis . vbiq; locorum . ibidem , Verg . ter fluctus ibidem torquet agens circum & ra , vor , æq , vortex . idem , nec quicquid vbiq; eſt gentis dardan , q , ſp , p orbem . & ſi alij fallas in dictionibus proprijs locis notabitur . * curuabant .i. torquebant , mihi videtur hyppallage . nam cum ex vario flatu ventorum vela modo in hanc partem torqueantur , modo in aliam neceſſe eſt vt etiam naues ſecum voluant . * carinæ . naues per ſinecdochen . a parte totum . nam prora prior pars eſt nauis , puppis poſtrema , carina ima , ſeu fundum , aqua quod immergitur . latera , ſpondæ , ſeu rates quamquam abuſiue , dicuntur . tranſtra , vbi ſedes ſunt remorum & remigantium . ſentina inferior pars . vbi introfluens aqua colligitur , & quicquid ſordium eſt in naui . * ampla carbaſa lata vela ex carbaſo tenuiſſimo lini genere contexta . eſt autem varium hoc nomen tam genere quam ſignificatione . nam carbaſus in ſing . gen , eſt fam . vt autor eſt priſcianus , maſc . vero ſecundum phocam , at probus & caper incerto .i. vtroq; genere poſſe variari contendunt . & ipſum linum ſignificat , nec non & amictum mulicbrem ex carbaſo vel tenui ſerico confectum . vnde . Valerius . max . dixit Aemiliam veſtalem virginem carbaſum quem optimum habebat foculo impoſuiſſe . in plurali autem ſemper eſt gen . neutri carbaſa . & lata quelibet vela , etiam ſi non nauium ſignificant . * Lentari , modo flecti . alias . lente nauigari . verg . ante & trinacria lentādus remus in vnda . * marmore , in mari . a coloris ſimilitudine non duriciei . mare .n. dicitur marmor . * cauri . poteſt eſſe ſpecies pro genere .i. venti mittes & lenis flatus . alias .n. cauri qui & cori dicuntur , pen : prod . venti ſunt ab occaſu flantes . qui & Zephiri & argeſtes vocantur . ſi tamen plures ſunt . alioquin plurali pro ſingulari cum autore vſos eſſe dicamus . * fagiferi . & hic ſpecies eſt . pro genere . non enim ſolas fagos in montibus oriri videmus . nam & volui de montibus ornos . dixit Verg . eſt autem fagus arbor glandifera dicta ἀπὸ τοῦ φαγεῖν quod eſt comedere . ſiue quia glādibus homines ante vſum frumenti veſcerentur . ſiue quod mures , turdi , grues & ſues libentius hanc glandem quæ triangula eſt . quā quercus aut illicis manducent & pinguius inde ſanguinentu . * Hum , conu , verſus eſt ſpondaicus . * dedala tellus . ingenioſa & quæ ſummo videatur artificio prædita tametſi careat ſenſu . nam , δαιδάλλειν . ornare & variare græce dicitur . ſiue deducatur a Dedalo ingenioſiſſimo artifice . de quo late . Verg . in principio . vi . & expoſitores . a lucretio ſumptum eſt hoc nomen . qui etiā dixit dedala tellus . Verg . vero . Dedala circæ . illorum de , g , p , q , dedala circa ſuper , d , m , n , ſ , creauit . * germen . ſurculus ille ſeu

Nundum pontiuagæ curuabant ampla carinæ ,
Carbaſa , nec liquido lentari in marmore remi ,
Lata ſed innocui verrebant æquora cauri .
Ecce autem iam fagiferi capita ardua montes
Attollunt , infraq; iacent humiles conualles .
Continuo tellus ſummitens Dedala germen
Flore renideſcit , & frondes explicat arbos ,
Iam videas viridi veſtiri gramine campos

lib. primo Metam. Aug. gl. in prohem. & ab. c. in quadā de celebr. miſſ. tiori — lib primo — æne. 3. — Plin. lib 2. c. 49. — ſeruius egl. primo. Lvud. ibidē — æneid. 7.

cōpages & cōpago cōpagino ſicca arida terra. — elemētorū qualitates. — curuum littus tmeſis. — ecbaſis — pontiuagis. i, in compoſitione. — carina prora. rates. puppis ſponde tranſtra ſentina — carbaſa — carbaſus æmilia. — lentari — marmor — cauri — fagiferi — fagus — dedala — Dedalus.

ſeu ramuſculus qui ex arboris gemma erumpit . hic tangitur , quod in geneſi dixit deus . germinet ter
ra herbam virentem , & facientem ſemen , lignumq; pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum :
renideſcere. remideo *cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram & factum eſt ita.* renideſcit . ſplendere incipit & redolere.* gen p.
vtrumq; enim ſignificat renideo vnde renideſco.de primo Horat.vt puro renidet luna mari.de ſecundo
idem . nec mea renidet in domo lacunar . ſed & ridere ac letum eſſe . quæ omnia præſtat florida tellus
*veris tempore . * frondeis . accuſatiuus eſt . quare & producitur nam greca ſolet ſcribi diphthongo ,*
qu *ει , ſimul & vt a genitiuo ſing. diſcernatur qui ſemper corripitur . non tamen paſſim omnia tertiæ de-*
æ nomina in *clinationis nomina in,es,& in, eis, mittunt accuſatiuum . ſed quæ in,s, duntaxat deſinunt , & in ium*
es & in cis. faciunt accuſatiuum. *genitiuum pluralem mittunt . inueniuntur & pauca in,er,& in.x.deſinentia generis omnis hanc ter-* priſc. lib. 7 c. de acc. plur.
*minationem aliquando emittere . de quibus vide Priſcianum exempla ponentem . * gramine pro qua*
gramen. *uis herba . ſic & Vergilius quattuor hic pr,om,in gramine vidi.Tond,c,l,c,niuali. dicitur autem gra-*
men a gradiendo,quod geniculatis internodijs late ſerpens gradiatur . naſcitur hæc herba teſte Plinio vbi
graminea corona. *ſanguis humanus fuerit effuſus . capiti circumligata ſanguinem e naribus efluentem coercet. Grami-* Plinius li. 22. c. 3. & ſequen.
nea olim corona , quæ & obſidionalis dicebatur , maximo fuit in honore ſuper ceteras quæ victoribus
gramineus panis. *dabantur coronas . a ſeruatis ciuibus ipſius ſeruatoris capiti imponebatur . Gramineo pane ceſa-*
riani milites vſi ſunt in obſidione Pompeiana . mea quoq; tempeſtate ob maximam annona carita-
tem proxima bella ſubſecutam Gramineo pane famem agricolæ lenierunt. nullo pabulo iumenta & gre
gramine ſues letantur. *ges præcipueq; ſues magis quàm graminis herba lætantur . quod autem de ſeruatis & ſeruatori ſupra di-*
de ſeruatore. *xi,ex Plinij verbis . nemo mihi obijciat contra illam differentiam de ſaluatore & ſeruatore , quam in*
ſuperioribus fecimus . nec enim inciderant obſeſſi adhuc in manus hoſtium,ſed ne inciderent ſeruati, id
eſt cuſtoditi fuerunt a ſeruatore ſuo . tale eſt illud maronis . Seruatum ex vndis ſtrophadum me litto-
ra primum excipiunt . nec enim ab vndis abſorptus fuerat æneas . ſed ne ſummergeretur eſt ſeruatus
& cuſtoditus . genus vero noſtrum per peccatum primi parentis in manus hoſtiles deuenerat , & ab
vndis inferni fuerat abſorptum : & quàm plurimis annorum curriculis poſt mortem corporibus infli-
ctam,etiam animabus grauiſſimam captiuitatem ſuſtinebat , quando a domino Ieſu Chriſto non ſolum
endiadis. *ſeruatore ſed magis ſaluatore e manu demonis eductum & ſaluatum eſt. * colles cacumina , ideſt col-*
lium cacumina . endiadis eſt figura,vt vna res in duas diuidatur metri cauſa,interpoſita vel ſubintel-
lecta coniunctione . exponiturque aut per genitiuum primitiui vt hic,& illud Verg.molemq; & mon-
tes inſuper altos impoſuit . hoc eſt montis molem . aut ſubſtantiuum reſoluitur in adiectiuum . quale
ilex. *eſt illud pateris libamus & auro . hoc eſt pateris aureis . * ilicibuſq; . ilex arbor eſt grandifera cu-*

Iam colles denſis frondere cacumina ſiluis,
Ilicibuſq; , oleiſq; , & coniferis cyparſſis .
Nec mora cœruleo flammis duo lumina cœlo
Incipiunt teneris tum primum luceſcere rebus ,
Et ſibi , ceu mundi vigiles ſtatione viciſſim
Succedunt , certoq; ſuum dant fœdere lumen
Nam lucis fons dimenſum ſol ambit olympum
Ipſe die , terraſq; nouo ſplendore colorat .
Nocte ſuas vultu pallenti ſeruat in vmbris .

milax. aquifolia. *ius duo ſunt genera,milax quæ* Pl'n. lib. 16 c. 7.
folijs in Italia non multum ab
oleis diſtat . & aqui folia . ili-
aculon. *cis glans breuis et gracilis quæ*
ab homero aculon appellatur .
& quam ſola fert ilex fœmina.
nam maſculas negant ferre. ab
ilignus *Ilice fit ilignus.gna,gnum.vn-*
de & iligna primo ciuica coro- ibidem. c. 5
na dicebatur , quę erat ex ili-
cis frondoſo ramuſculo . & ob
ſicinius dentatus 13. coronas *ciuem in bello ſeruatum dabatur . quarum.xiij.ſicinius dentatus ſcribitur accepiſſe. * oleiſque de his* val. max. de fort.
conus *ſupra . vide & Plinium lib.xvi. in principio . * coniferis cypa,conos,ideſt ſuas baccas ferentibus .* ſeruius 3. æn.
cypariſſus cypreſſus , & cupreſſus. *quæ ideo coni appellantur . quia rotunda eſt earum forma in acumen eleuata, κωνοειδὴς enim eſt.cypa-*
riſſus,per ſyncopam cypreſſus,quæ & cupreſſus,y,in,u,mutata vocatur.arbor eſt ſuapte in creta et ta Lādinus ibidem plinius lib. 16 cap. 34.
rento naſcens . & in monte ſyon ſicut in ſapientia dicitur . quaſi cedrus exaltata ſum in libano.& qua
ſi cypreſſus in monte ſyon . nec non & ideis montibus,& quos albos vocant . ſummiſque iugis niuali- eccleſiaſt. c. 24.
bus.alibi verò,natu moroſa,fructu ſuperuacua : baccis torua : odore violenta : folio amara : ac ne vm
bra quidem gratioſa . materia rara vt pene fruticoſi generis . & funerea . nam olim , vt modo panni
nigri , pro funebri ſigno ad domos ponebatur : in quibus iacebant mortui. donec efferentur . quæſtuo-
ſiſſima tamen eſt arbor . nam & aſſeres eius,vnde muſica pleraque inſtrumenta fiebant & archæ,no-
bilium matrum,caro veneunt precio . quamobrem vulgo Dotem filiarum antiqui plantaria eius appel
labant. duo lumina,ſolem & lunam hoc eſt quod in geneſi dicitur : dixit deus fiant luminaria in fir-*

mamento

mamento cœli, & diuidant diem ac noctem. & ſint in ſigna & tempora, dies ac annos: vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. & factum eſt ita. ſubiungiturque. fecit deus luminaria duo: maius vt præeſſet diei, minus & nocti. quod etiam Paulo ſupra retulimus. * incipiunt. luceſcere. pro lucere. alioquin alterum vacat. nam luceſco inchoatiuum eſt. ideoque per ſe plenum. * teneris rebus, ideſt recenter formatis. * vigiles. ſtatione. vterque militaris eſt ſermo. * viciſſima vice deriuatur. nam quod alternis vicibus fit, id viciſſim fieri dicitur. ſic & dameta Verg. vis ergo quid poſſit vterque viciſſim experiamur? & Paulo poſt palæmon dixit. Alternis dicetis am, al, camœnæ. * certo fœdere certa lege. * nam lucis, creatæ tamen, & ab illa luce: quæ lux eſt vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum: qui & ſol iuſtitiæ dicitur, Chriſtus Deus noſter. de quo vide & carmen noſtrum natalitium metroſaphico decantatum. * fons lucis ſol. nam cæteris quoq; ſyderibus (vt ait Plinius) Lumen ſuum fœnerat. ſciendum eſt gentiles parum prudentes luciſſimum lampadis huius cœli lumen admiratos deum credidiſſe: Pliniumque ipſum quamquam ſolertiſſimum naturæ totius indagatorem eodem temporis ſui errore deceptum ſcripſiſſe; ſolem non modo temporum, ſed terrarum ſyderum cœliq; rectorem eſſe, & numen habere. quamobrem moſes legiſer populo manifeſte oſtendit & numine carere. & in miniſterium creatum a deo fuiſſe. dicit enim. Ne forte oculis eleuatis ad cœlum videas ſolem & lunam, & omnia aſtra cœli: & errore deceptus adores ea: & colas quæ creauit dominus deus tuus in miniſterium cunctis gentibus. hos & redarguit Leo Papa diſertiſſimus. trahuntur enim (ait) adhuc ſtultiſſimis gentilitatis erroribus: & miniſtra mundi luminaria, diuino honore venerantur. quæ & ſi mirandam habent pulchritudinem, adorandam tamen non habent deitatem. illa ergo virtus, illa ſapientia. illa eſt adoranda ſola maieſtas. quæ vniuerſitatem mundi creauit ex nihilo, & in quas voluit formas atq; menſuras, terrenam cœleſtemq; ſubſtantiam, omnipotenti ratione produxit. Sol, Luna, & ſydera ſint commoda vtentibus, ſint ſpecioſa cernentibus. ſed ita, vt de illis gratiæ referantur authori. & adoretur Deus: qui hæc condidit. & non creatura quæ ſeruit. fuerunt etiam impij manichei, qui crediderunt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. hunc eſſe ſolem quem quottidie naſci, & ad occaſum tendere videmus. cuius miniſterio non ſolum homines, ſed & irrationabilia vtuntur pecora. contra quos vide Auguſtinum diſputantem, erroremque iſtorum confutantem. * colorat. non quia (vt ait Vergilius) nox rebus abſtulerit atra colorem. nam & ad lumen candelæ etiam nocte dignoſcuntur colores. ſed quia ſolis ſplendore colores videntur illuſtriores. maximeq; ea,

Luna vices fundens auratis cornibus ignes.
Lucidaq; exornant nocturnis æthera gemmis
Sidera perpetuo circum labentia motu.
Tum bifidis paſſim verrebant marmora caudis
Squammigerum mutæ pecudes, pelagoq; natabant.
At pictæ volucres librare per aera pennis
Corpora, & inter ſe curuis decernere roſtris.
Nec procul hinc errant latos armenta per agros.
Lanigeriq; greges perſultant pabula læta

quæ in apricis collibus naſcuntur. * pallenti vultu. non enim proprium lumen vllum habere dicitur. ſed ſolis illuſtrata radijs alienum lumẽ reddit. hinc & maro dixit, lucentemq; globum lunæ. * auratis cornibus. Lumen enim lunæ cum incipit creſcere hinc inde ad ſimilitudinem cornuum prominet. ſicut & facies Moyſi cornuta dicebatur propter quoſdam luminis radios ex conſortio domini contractos qui in altum a vultu, ad ſimilitudinem cornuum conſcendebant. rationem menſtrui deffectus & incrementi lunæ primus endymion deprehendit, & mortalibus aperuit. quamobrem fingitur amaſſe lunam. de qua re vide Plinium. * nocturnis gemmis, ideſt ſtellis. ſunt enim quædam gemmæ quæ nocturno tempore in thalamis regum lucent. ſicut & ſtellæ in cœlo. * perpetuo motu, vnde temporum vices procedunt. nam ex motu ſolis ab ortu in occaſum fit dies: indeq; ex reditu eius ad ortum, fit nox. ex multiplicatiſq; diebus hebdomada, ex hiſque menſes. licet ex lunæ motu ab ariete ſigno ad reditum in eundem cauſari menſes dicantur rurſusq; xij. ex menſibus annum. ſeu ex introitu ſolis in dictum arietem vſque ad reditum in eundem. ex annis quoq; multiplicatis luſtra, inditiones & ſæcula procedunt. * Tum bifidis caudis, in duas partes ſectis * ſquammigerum piſcium ſquammis opertorum. hic ponit author, quintæ diei opus. quæ piſces, cete grandia, & omnia quæ mouentur in aquis fecit deus. ſimul & volucres cœli cunctaq; volatilia. * mutæ pecudes. vituli marini & omnia maris monſtra. quæ neptuni pecora eſſe fabulati ſunt poetæ proteo paſtori commiſſa. de qua re Horatius canit. Omne cum protheus pecus egit altos viſere montes. re uera piſcator fuit, & magnorum piſcium, quos in viuarijs ad libitum ſeruabat. * mutæ dicuntur

[Margin notes, left: egloga 3. — Io. prima. in officio beatæ virginis lib. 2. c. 6. — Deut. 17. — in ſermone natiuitat. domini. — exodi 34. — c. 4. li. primo. — Plinius.]

[Margin notes, right: dos filiarum plantaria cupreſsi. — luceſco. — viciſsim. — ſolem non eſſe deum. — manicheorum, opinio, de ſole — lunam non habere lumen proprium. — endimion. — gemmæ. — varia tempora — bifidæ — mutæ pecudes. — protheus neptuni paſtor. delphines.]

euntur. quia aquatilia omnia carent lingua præter delphines qui mobilem breuem & latam atq; ſuillæ haud diſsimilem linguam habent. vnde & gemitus emittunt humano more. *pictæ volucres, tam varys coloribus comptas habentes pennas vt pictæ videantur. & quas optimus artifex depinxit. quem nulli pictores.licet conentur valent imitari.nam nec Salomon in omni gloria ſua potuit ſicut vnum ex lilijs ornatè veſtiri. Matth.6.

librare. decernere errare. armenta

*librare. ſuſtinebant. *decernere, pugnare. *errant. paſcuntur. quod opus errando huc & illuc faciunt. *armenta, grandiora pecora, vel à latis armis, ideſt humeris. vel quia armatos ferunt viros, aut arma miniſtrant. & hic eſt ingreſſus opus.vi.diei. Sic habetur in geneſi. Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo: & vidit deus quòd eſſet bonum. *perſultant pabula ideſt ſaltant per pabula. præpoſicio quam caſui debuit addere, verbo adiunxit.

lucifugæ feræ.

*latebras antra & ſpecus, quibus abſcondantur. timorem enim quendam diurnæ lucis deus indidit feris, ne hominibus qui in die operantur, domeſticiſq; pecoribus, quæ etiam de die paſcuntur, nimis eſſent infeſtæ. *dira ſemina quaſi irati dei vltricia, nec enim ſine eius iuſſu vel permiſſione in homines vnquàm feruntur.

feræ ſanctis obedruere.

quinimo legimus ad ſanctos veniſſe, & ſanctorum ſeruitijs obſecutos eſſe. vide Blaſii Mar. hyſtoriam, Antonij & Pauli Heremitarum. Hieronymo quoque doctori Leo, pro aſello quem ſuſtulerat, ad ligna ferenda diu ſeruiuis.

chelidrus

*chelidros. ſpecies pro genere, ideſt ſerpentes omnes. alids enim chelidrus dicitur eſſe marina teſtudo, quòd aquis & terra degat. *putares pro putaret aliquis. *cœlicolum pro cœlicolarum per ſyncopen, quæ in huiuſmodi genitiuis nominum a colo vel gigno. ferè naturalis eſt & propria. *creſcite. verba domini penè ad verbum expreſſa. dicit enim creſcite & multiplicamini & replete terram. *mea ſemina, ſanè intelligas, quæ ego creaui, non quæ mei partes ſint. ſicut & paterfamilias dicit ſua ſemina ſegetes quas in agro ſuo ſeminauit. *generatim, per continuas generationes. quæcumque perpetua eſſe non poſſunt hoc pacto per ſuæ ſpeciei generationem renouantur quodammodo ac perpetuantur. *tandem poſt creationem mundi & animantium. in quo habitaret, & quibus præeſſet. nam propter hominem cuncta creata ſunt. homo verò propter deum.

Cũcta propter hominem homo propter deum.

nam hic refertur quod in geneſi poſt creationem exponitur beſtiarum. & creauit Deus hominem ad imaginẽ & ſimilitudiuem ſuã. ad imaginem dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos. &c. ibi vide. *nudus homo ſed innocẽtia veſtitus, quod optimum operimentum erat.

homo vnde, & vbi creatus

*tellure creatus, in agro damaſceno. vnde et homo dicitur. ab humo per antiſtichon. ſic

Iam latebras videas meditari dira ferarum.
Semina, iam longos per humum reptare chelidros;
Deſuper hortari clara de nube putares
Cœlicolum regem, lætaſq; expromere voces.
Creſcite, propagate genus mea ſemina veſtrum.
Seclaq; perpetuis generatim iungite ſeclis.
Tandem nudus homo emicuit tellure creatus.
Quem ſuperum ſator affariq;, & dicere leges
Ore videbatur coram, ac præponere regnis,
Qui terras inmortali ditione teneret:
Manſiſſet dictis, ſeruaſſet fœdera pacta,

adam quare ſic appellatus eſt

etiam in hebreo, Adam dictus eſt, ideſt terrenus vel terra rubra, vt Hieronymus interpretatur. gen.2. tellure autem creatus quo ad corpus intellige: non quo ad animam. dicit enim ſcriptura vbi latius hocexplicat. formauit igitur dominus deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in eo ſpiraculum vitæ, ideſt animam. & factus eſt homo in animam viuentem. *affari. primam, & ſecundam allocutionem permiſcet. ſiquidem primo dixit quòd & Paulo ſupra retulimus dixiſſe. creſcite & mul, & repl, terram & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris & volatilibus cœli. & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram. & alia quæ longum eſſet referre vide in fine primi geneſeos. gen.primo. Secundo verò cum tuliſſet hominem de loco vbi eum formauerat, in paradiſum quem plantauerat. & de quo infra, ſic illum eſt allocutus. gen 2. De omni ligno paradiſi comede. de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. in quacunque enim die comederis ex eo morte morieris. *ore deeſt ad.os. ſicut dicitur de moyſe quod facie ad faciem loquebatur cum deo. nec eſt pleonaſmos vt docet Auguſtinus quandoque enim ore proprio & quandoque per ora prophetarum loquutus eſt deus.

pleonaſmos.

ditio. Iuriſditio

*ditione, ſub poteſtate ſua hinc fit iuriſditio, ideſt iuris reddendi poteſtas. *manſiſſet dictis. diuino paruiſſet edicto. & eſt tacita obiectionis ſolutio. quare non remanſit immortalis homo? reſponde, quia præuaricatus Imperium Dei. nam hac lege immortalitas ſibi fuerat promiſſa, ſi de ligni vetiti fructu non ederet.

dictis manere immortalitas homini promiſſo.

*at campum. hic deſcribit voluptatis paradiſum quem terreſtrem appellant. & ſiue ſit extra tropicos ad orientem eſtiualem vel hyemalem, quando intra, ſecundum Ariſtotelem nulla poteſt

paradiſus terreſtris, vbi ſit.

eſſe

*eſſe regio habitabilis,propter ardentis aſtum Zona. ſiue intra ſub equinoctiali circulo ſecundum alios.
de illo ſic ſcribitur in geneſi. plantauerat autem dominus deus Paradiſum voluptatis a principio, vel
iuxta grecam editionem κατὰ ἀνατολὰς,ideſt adorientem, in quo poſuit hominem quem formauerat.
produxitque dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue. lignum
etiam vitæ in medio Paradiſi. lignumque ſcientia boni & mali. Et fluuius egrediebatur de loco Pa-
radiſi quo irrigabatur. qui inde diuiditur in.iiij. capita. nomen vni phyſon,ideſt ganges vel indus. ip* ganges
ſe eſt qui circuit omnem terram euilath,ideſt indiam. nomen ſecundi gyon,ideſt Nilus. qui circuit o- gyon. Nilus.
mnem terram æthiopia. nomen tertij Tigris ipſe vadit contra aſſyrios. fluuius autem quartus eſt eu tigris.
phrates. Tulit ergo dominus Deus hominem & poſuit eum in Paradiſum voluptatis: vt operare- Euphrates.
*tur, & cuſtodiret illum. * ac viridantibus, ideſt ſemper virentibus nam ſicut flores qui naſcuntur* herbæ & flores
ibi colore ſuo ſemper fulgent (vt Angelus ad Ceciliam & ſponſum eius retulit,data vtrique corona ſemper viren-
ex his floribus) nec vmquam marceſcunt. ita ſentiendum eſt de loci huius herbis.vt ſemper vireant. tes.
** ſtellantia, ideſt fulgentia nec enim ſtella humi iacent. * vigilata. multis vigilijs cuſtodita. * po-* ſtellantia
ma de quibus præceperat Deus ne manducaret homo. vt per obedientiam exerceretur. & eius meri- quare pohibitũ
to magis idoneus redderretur ad impetrandam dei gratiam de celeriori aſcenſu cœli. cæruleo draco-* eſt homini po-
ne,ideſt dæmone qui ſub ſpecie draconis arborem illam obſeruabat. non vt homo timore eius abſtine- mum.
ret ab eſu fructuum, quod poetæ de horto heſperidum fabulantur. ſed potius vt inde viſum homi- draco vigil.
nem ad eſum pomi inuitaret. Nouerat enim dæmon hominem a deo creatum vt aſſumeretur ad cæ- quare demon
lum: vnde fuerat ipſe faſtu ſuo effugatus. nec niſi per inobedientiam poſſe impediri. inuidens igi- hominem ten-
*tur per eſum pomi vetitum ſimplici homini tetendit inſidias. * Argenteus clarus & argentei* tat.
*coloris. cuiuſmodi ſolent eſſe lympidiſſimi fontes. * quattuor amnes. gangem, nilum, tigrim, & euphratem. de quibus ſupra. & hic ſoluitur illa quæſtio naturalium de ortu nili incerto. Nam vt hic dicitur. oritur in hoc deliciarum Paradiſo. & inde fluens circuit æthiopiam. a qua deſcendit in ægyptum. indeque multis hoſtijs labitur in mare.* nili ortus.

At campum arboribus iuxtá, ac viridantibus herbis,
Lucentem aſpicias, ſtellantia floribus arua,
Poma vbi cæruleo multum vigilata dracone.
In medio fons perſpicuis argenteus vndis
Quattuor aduerſis voluens regionibus amnes,
Qui terræ gremio infuſi laté arua rigarent.
Atq; hic cernere erat maleſuadi fraude draconis
Deceptum iuuenem vetitos ex arbore fœtus
Guſtare edicti inmemorem, legiſq; ſeueræ.

lib.5.c.9. *nec multum diſcrepat ab his Plinius.excepto ortu quem aſſerit in certũ.aliquorum ſubiungens opinio-
nes. * regionibus, india, æthiopia, ægypto, aſſyria, & meſopotamia. quæ ideo dicuntur aduerſæ.
quia aliæ ad alias vergunt orbis partes. * atque hic cer, er, narratur hic transgreſſio præcepti. de* transgreſsio
qua ſic dicitur in geneſi. Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecerat dominus. precepti.
*Deus: qui dixit ad mulierem, cur precepit vobis Deus ne comederetis ex omni ligno Paradiſi? cui
reſpondit mulier. De fructu lignorum quæ ſunt in Paradiſo veſcimur. de fructu verò ligni quod eſt
in medio Paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus. & ne tangeremus illud. ne forte mo-
riamur. dixit autem ſerpens ad mulierem. Nequaquam morte moriemini. ſcit enim Deus quòd
in quocumque die comederitis, ex eo: aperientur oculi veſtri. & eritis ſicut dij: ſcientes bonum
& malum vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpe
ctuque delectabile. & tulit de fructu illius & comedit. deditque viro ſuo, qui comedit. & aperti
ſunt oculi amborum. cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus & fecerunt
ſibi perizomata, ideſt lumbaria circa partes pudendas. * fraude draconis. dæmonis. nam (vt* perizomata.
in ſermone martyrum. *ait Auguſtinus) leo & draco eſt. leo aperte iraſcitur. & draco occulte inſidiatur. * deceptum iu* demon leo &
uenem. ſi prima mulier vt diximus a dracone decepta eſt: deinde vir a muliere perſuaſus, quid eſt draco dicitur.
*qui de ſolo viro dicit, deceptum iuuenem. niſi quòd ait Auguſtinus Eua tamquàm ſenſualitas dele-
ctata eſt. Adam verò tamquàm ratio & voluntas conſenſit. ex his datur intelligi quod niſi per ſpiritũ
homo conſenſerit:licet caro delectetur.peccatũ non perpetratur ſic & Gregorius ait. Suggeſtio quip-*
diſt.6.c.2. *pe fit per diabolum,delectatio per carnem,conſenſus verò per ſpiritum. quia & primo culpam ſerpens* peccatũ quo-
*ſuggeſſit, Eua delectata eſt velut caro. Adam vero velut ſpiritus conſenſit. * fœtus veti,poma pro* modo naſcatur.
*hibita * ſeueræ non crudelis, ſed duræ & aſperæ. vt pro eſu pomi prohibiti tam grauis pœna veniret*

infligenda. verum (vt aiunt doctores) grauior eſt contumacia quæ ſurgit ex inobſeruantia leuis præ
cepti, facilis ad obtemperandum, quàm ſi cum magna difficultate rei grandi obtemperandum eſſet,
** admonuerat, appoſuerat, * pœnituiſſe, tranſgreſſionis mandati, * putes, bene dixit putes, nec*
cuius verè, tam cito. pœnituit. ſed poſteaquàm de Paradiſo eſt eiectus, tunc cum pœna docente er-
*roris ſui grauitatem agnouit. * frondibus fici, inuoluentem, vt pudenda tegeret, ſicut in geneſi di*
*citur. * cœlituum regis, dei. nam cum audiſſent vocem eius deambulantis in Paradiſo ad auram*
*poſt meridiem, abſconderunt ſe a facie dei in medio ligni Paradiſi. * grauia ora ferentem, ideſt gra-*
*ui oratione increpantem. * videbatur, poeticè hoc dictum intellige, vel refer ad picturam. * in-*
ter vellera, ideſt minutiſſima & candidiſſima, molliſſimaque nubis latera, quæ velleris albiſſimi
*quandoque & niuis denſæ ſimilitudinem habere cernuntur. * fulua, fulgidiſſimæ aureique colo-*
*ris. * mortalibus iam factis ex peccato. * dura redarg, nomen pro aduerbio. hæc autem fuit re-*
dargutio. vocauit deus Adam & dixit ei, vbi es? qui ait vocem tuam domine audiui, & timui, eo
quod nudus eſſem. & abſcondi me. cui dixit dominus, quis enim indicauit tibi quòd nudus eſſes? ni- gen. 3.
ſi quòd de ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti. dixitque Adam, mulier quam de-
diſti mihi ſociam dedit mihi de ligno. & comedi. & dixit deus ad mulierem. quare hoc feciſti? quæ
reſpondit ſerpens decepit me & comedi. & ait dominus ad ſerpentem. quia feciſti hoc maledictus es
ſerpentis maledictio. *inter omnia animantia & beſtias terræ. ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis die*
bus vitæ tuæ. inimicitias ponam inter te & mulierem. & ſemen tuum & ſemen illius. ipſa conteret
caput tuum. & tu inſidiabe-
ris calcaneo eius (quæ res in
beata virgine & ſemine eius,
domino Ieſu Chriſto impleta
eſt) licet Auguſtinus aliter
exponat. per mulierem enim
ratio inferior. per ſemen eius
opus bonum. per ſerpentem de
mon, per ſemen eius praua ſug
geſtio; per capitis contritio-

Et iam vix pomum in fœlix admouerat ori,
Penituiſſe putes ſe frondibus inuoluentem,
Nec iam cœlituum regis grauia ora ferentem.
Namq; videbatur fuluæ inter vellera nubis
Horribili ſuper impendens mortalibus ore
Dura redarguere, & ſæuas indicere pœnas
Pro meritis, quas ille olim, quas omnis ab illo.
Progenies lueret lucis ventura ſub auras.

nem ſuggeſtionis repulſio, iuxta illud pſalmi. beatus qui allidit. paruulos ſuos ad petram. per calca
neum ſenſualitas intelligitur. cui dæmon inſidiatur quando voluptatum delectabilia proponit. Mu-
mulieris maledictio. *lieri quoque dixit Deus. Multiplicabo. ærumnas tuas & conceptus tuos. In dolore paries filios. &*
Viri maled. *ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Adæ verò dixit, quia audiſti vocem vxoris tuæ,*
& comediſti de ligno ex quo præceperam tibi, ne comederes. maledicta terra in opere tuo. in labori-
bus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi. & comedes herbas
terræ: in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram: de qua ſumptus es. quia
puluis es & in puluerem reuerteris, quibus dictis induit eos tunicas pelliceas. eiecitque eos de Pa-
*radiſo voluptatis. ante quem cherubin cum flammeo gladio collocauit vt cuſtodiret eum. * pro me-*
meritum. *ritis, ideſt pro demeritis & culpa, τὸν μέρον. eſt. nimirum ſi tam grauis pœna eſt impoſita. quia*
inobedientia graue chrimen *grauiſſimum peccatum eſt inobedientia, vnde Samuel ad Regem Saul melior eſt (ait) obedientia*
quàm victimæ, & auſcultare magiſquàm offerre adipem arietum. quoniam quaſi peccatum ariolan-
di eſt repugnare. & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere, pro eo quòd abieciſti ſermonem domi-
quare originale peccatũ contrahimus. *ni, abiecit te dominus ne ſis Rex. * omnis progenies, quæ tunc ex ſeminis virtute in eo erat, &*
quemadmodum ſi fuiſſet obediens, non ſolum eſſe ab eo habuiſſemus, ſed etiam innocentiam; ſed &
immortalitatem traxiſſemus ab eo, ita maculata carne illius per inobedientiam, non ſolum carnem,
ſed & originalem immunditiam, vnde fomes & procliuitas ad malum. ſed & mortalitatem cun-
ctaſque illius pœnas & maledictiones per fœdum ſemen originis trahimus. redemptionem quoque
*cum illo, ſi in via Chriſti ambulauerimus ſentiemus. * lueret perſolueret & ſuſtineret. * coniux.*
coniux & coniunx. *ſine n. ſecundum phocam antiquum grammaticum 4. coniugo, gas, vnde & Vergilius iuno cui vin-*
cla iugalia curæ. Priſcianus vero coniunx per n. dici maiuult. a coniungo gis, vt aliquid interſit, in-
ter hominum, & boum ſub eodem iugo poſitorum coniunctionem. illorum enim non ſolũ corpora ſed &
animi per mutuũ conſenſum indiſſolubiliter copulantur. horũ verò ceruices tantũ et ad horã iugantur. greg. i. ho. dominicæ. primæ quadr.
in tribus tentatus eſt homo ** libidine dira. gula flãma. & vetita deitatis cõcupiſcentia. hinc Greg. antiquus hoſtis primũ hominẽ ex*
gula tẽtauit. cũ cibũ ligni vetiti ad comedendum ſuaſit. ex vana gloria. cũ diceret eritis ſicut dij. ex aua
ritia,

*ritia, cum diceret ſcientes bonum & malum. auaritia enim non ſolum pecuniæ eſt, ſed etiam altitudinis: cum ſupra modum ſublimitas ambitur. (prior. vtpote fragilior. per quam ſenſualitas noſtra) vt dictum eſt ſupra, deſignatur. vnde & quidam doctor. mobilitate animi dicit eam peccaſſe, magis quàm ex malicia. Adam vero (vt ait Auguſtinus) ne ſuas contriſtaret delicias. * per denſa. fruticum per arbuſcularum denſitatem. dicitur autem frutex. a frutico verbo quod eſt attollo, quia magis quàm herba ſeſe attollat. Iuuen. & fruticante pilo. * fruſtra. deum enim cuncta videntem quis* frutex. frutico verbũ. cuncta videt. deus.
psal 39. *poterit latere? vnde pſal. qui fecit oculos non videbit? & qui fixit aurem non audiet? & alibi. ſi a-*
psal. 138. *ſcendero in cœlum tu illic es. & ſi deſcendero in infernum ades. ſi ſumpſero pennas meas diluculo & habitauero in extremis maris. etenim illud deducet me dextera tua &c. vſq; ibi & tenebræ non obſcurabuntur a te. hinc & Boetius magna neceſſitas bene operandi vobis imminet cum agatis ante oculos cuncta videntis. ſi deum & ſanctos actionum noſtrarum inſpectores attenderemus. a multorum ſcelerum turpitudine abſtineremus: ſed vt plurimum hypocritæ ſumus. modo proximos hic in terra lateamus: de his qui nos e cœlo ſpectant parum curamus. * at victor. voti compos.* ahena ſquamma. æreī* neceſſitas bene operandi.
ſeruius. *coloris. ſoluta eſt diphthongus. * tereti volu, reuolutione longa & retorta. * ſtirpem. ligni truncũ. * ſpiris. nodis, volubilitati funium ſimilibus. quæ multis plicis in ſeipſas reuoluuntur, baſes etiam columnarum ſpiras dicunt. ſic & maro. ſpiriſq; ligāt ingentibus.* teres. ſpiræ.

æne. 1. Interea coniux, quæ capta libidine dira
Iura prior legeſq; datas. ac fœdera ſoluit,
Infelix fruticum fruſtra per denſa latebat.
æneid. 7. At victor, factuſq; potens iam fraudis, ahæna
Effulget ſquamma, teretiq; volumine ſerpens
Ter ſuperans ſtirpem, ſpiriſq; ingentibus ambit
Tortilis, & motis inſultat de ſuper alis,
Virgineo irridens deceptos improbus ore.
Nec procul hinc ideo videas late infera circum
Regna ſubobſcuras ſedes, lucemq; malignam
Solis vbi caſti manes, animæq; piorum
Sedibus excluſæ quondam debentis olympi
Vnius ob ſcelus expectabant ordine longo.
Stabant hic cani proceres, vittataq; patrum
Agmina, tendebantq; manus ad ſydera paſſas,
Quos omnes humeris pater altæ extantibus Abras
Amplificam pandens chlamidem, protentaq; latæ.

** tortilis vel ad torquendum habilis. vel potius in ſeipſum retortus. Virgilius fit tortile collo aurum ingens coluber. * motis alis. per hoc draconem etiam eum eſſe ſignificat. * virgineo ore. tali facie dicunt doctores doloſum hũc ſerpentem fuiſſe. vt & oris ſimilitudine facilius mulierem deciperet. * irridens. O miſeros homines? quos habemus mali ſuggeſtores. hos & irriſores patimur, accuſatoreſq; demum & carnifices patiemur tortores. * nec procul hinc. quo ad cælaturam parietum templi intellige. nam* tortilis demon tentat irridet accuſat & torquet.

*vt ait Abraham adhuc in limbo exiſtens, magnum chaos inter nos & vos firmatum eſt. quanto ergo magis procul eſt ille paradiſus deliciarum ſuper altiſſimo conſitum mõte quod ex fluminibus in de fluẽtibus datur intelligi. ab inferno ſub profundiſſimo terræ centro? * ſub obſcuras ſedes. non penitus ob-* ſubobſcurus.
de hoc ſinu vide infra. li. 6. & aug. de orig. animæ. *ſcuras nec luce carentes vt tartarus ſceleratorum carcer. ſinum enim abraæ quem limbum dicunt, per has ſedes intelligit. vbi primi parentes & omnis generatio piorum redemptorem. d. n. Ieſum Chriſtum expectabant. * caſti, boni iuſti & ſancti. alludit ad illud Imperatoris dictum. ſola caſtitas eſt poſſibilis deo animas præſentare. nam per caſtitatem omnem mundiciam intelligimus cordis & operum. * quondam, futurum hic habet tractum. nam & quondam & olim tria indifferenter tempora ſignificant. præſens præteritum & futurum. * debentis olympi, ideſt debiti cæli. participium pro participio. ad hoc enim facti ſunt homines vt Angelorum euacuatæ ſedes cæli, per ruinam luciferi & ſequacium, reſtaurentur. & impleantur. * vnius ob ſcelus, primi parentis. quaſi digni miſeratione qui non ſuo principaliter ſed alieno morbo laborat. * cani proceres duodecimos patriarchas Iudam & fratres eius puto intelligi. principeſque familiarum ab eis deductos. * vittata. duplici, t t. albis faſciolis caput circundata. iuxta illud Vergil. quique pij vates & phœbo digna locuti, omnibus hi*s ſinus abraæ & limbus. caſtitas. quondam & olim. participiũ pro participio. quare factus ſ homo. vittatas.
æneid. 6. *niuea cinguntur tempora vitta. * manus paſſas extenſas e cælo miſericordem expoſcentes redemptorem. eſt autem paſſus, ſſa, ſſum trium verborum participium. iuxta illud. pando, pati, pateo, paſſum fecere ſupino. hinc, expandor venit. * humeris extantibus, ſuper nepotes eminentibus. non pueriliter de humeris corporalibus hoc intelligendum eſt. nam neque corpus abraæ, quod in ſpe-* paſſus quid ſig. ſinus & laudis
gen. 25. *lunca duplici quæ eſt in hebron ſepultum fuerat, illuc deſcenderat, nec ſi deſcendiſſet latiſſima.* abræ & humeri

licet clamide tot nepotes ex ſe tegere potuiſſet: cum numero ſtellis cœli æquiparentur. ſed ſpiritualiter gen. 13 & 26. ad rom.
per humeros extantes magnæ fidei eius fortitudinem intellige, conſtantiamque in bonis operibus. qua 4.
deſcendentes omnes ſuperauit. de qua vide Apoſtolum. credidit Abraam deo. & reputatum eſt ei
ad iuſtitiam ita vt pater omnium credentium ſit a deo conſtitutus. nam & contra ſpem in ſpem cre- ad rom 4 gen 15.
abras dedit. vt fieret pater multarum gentium. & alia multa quæ de eius fide ibi dicit. * Abras. non vt gen. 17. vbi ſupra.
abas abantis, & atlas atlantis puto voluiſſe declinari. ſed potius vt æneas, neæ, ſic abras bræ vt
minus quàm fieri poſſit deflectatur a ſolita declinatione. primo enim declinabatur. Abram abræ. quod gen. 11. & deinceps.
abram. interpretatur Hieronymus. patris magiſterium. vel exaltatio. ſubinde. dixit ei dominus. non vl- gen. 17.
abraham tra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham quia patrem multarum gentium con-
ſtitui te. fuit hic abram filius tharæ filij Nachor de progenie ſem filij Noe. fuiſſe vero Abraham pa- gen. 11.
trem Iſaac a quo Iacob vnde xij. tribus progenitæ ſunt pluſquàm notum eſt.* amplificam chlam. hæc eſt gen 21 & 25. & 29.
clamis quid brachia latitudo charitatis: quæ omnes complectitur fideles.* protenta, extenſa brachia, quæ ſunt hoſpitalita- Matth 1.
tis & obedientiæ exempla ad poſteros tranſmiſſa. * tegebat, merita ſua illis impartiendo. vnde & Luc 3.
Moſes irato domino legitur dixiſſe. recordare domine Abraham & Iſaac & Iſrael ſeruorum tuorum gen. 32.
quibus iuraſti &c. & ſubiungitur. placatuſque eſt dominus. millieſque nomina horum trium legun-
tur interpoſita ad placandum dominum & ad gratiam obtinendam. quin & Zacharias ait. iuſiuran- Luce 1. Luce 1.
dum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum daturum ſe nobis. beata quoque virgo Maria in ſuo
(ait) Cantico. Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ. ſicut locutus eſt ad patres die ven. ſancti.
noſtros Abraham & ſemini eius in ſecula.* orantes. de iſtis infra latius in libro. vi. vbi ponitur eorum
fœlix adæ culpa. oratio atq; redemptio.* ſuſpirans ex paſſionis futuræ cogitatu.* noſtrum laborem. hinc Eccleſia canit. ô
ſælix adæ culpa quæ tantum meruit habere redemptorem.* debitus, non ex reatus ſui merito, ſed vt a-
cauſa paſsionis Chriſti. dimpleretur patris promiſſio. prophetarumq; vt verificarentur vaticinia. & iuſtitiæ ſatisfieret diui-
næ. cum enim æternus Deus eſſet offenſus, nulla puri hominis temporali ſatisfactione poterat placari.
quamobrem Chriſti Dei & hominis effuſo ſanguine ex æquo æterno ſatisfactum eſt patri.* refringā.
vt infra lib. vi. * quin ea. hic vates ſubijcit figuras veteris teſtamenti quibus Chriſti paſſio porten-

Brachia ſubnixus, dextra, leuaq; tegebat,
Orantes illos credas, ſuperumq; parentem
Supplicibus dictis affari, parceret iræ,
Parceret vnius noxa omnes perdere gentes.
Subſiſtit hic imo ſuſpirans pectore diuus:
Atq; ait, en noſtrum depoſcunt iſta laborem;
In me nulla mora eſt. ego tantæ debitus iræ
Morte mea eripiam hos tenebris, & clauſtra refringā.
Quin ea, quæ ſubito paucis deprenſa ſequuntur,
Sublegite infandum mihi portendentia lætum.
Omnibus hic pauci extinctis mortalibus ibant.
Incluſi ligno ſummas impune per vndas
Ingens latiuago fluitabat machina ponto.

debatur. nam vt ait Paulus om- 1. corin. 10
omnia in figura. nia in figura contingebant illis.
* paucis temporis illius. vnde
& Eſaias propheta. de paſſio-
ne domini locuturus præmiſſit.
domine quis credidit auditui
noſtro? & brachium domini
cui reuelatum eſt? q. d. paucis.
* ſublegite oculis vt ſupra di-
ctum eſt. * portendentia. in
valde longum tempus denun-
portendere. tiantia. a porrò, quod eſt procul.
& tendo, fit portendo. vnde
hoc participium portendens.
* hic pauci, ideſt octo animæ.
prima mortis Chriſti figura. Noe & vxor eius cum tribus filijs ſem, cham, & Iapheth vxoribusque eorum. * extinctis morta-
libus. aquis diluuij hæc eſt prima figura mortis Chriſti & redemptionis humanæ. nam ſicut per li-
gnum arche ſeruatum eſt genus humanum a diluuio. ſic per lignum crucis ſaluati ſumus a mor-
tis & peccati exterminio. & ſicuti ſalui facti ſunt hi ſoli qui erant in archa. ſic ſoli illi ſalui
fient. qui permanebunt in Chriſti Eccleſia. * impune per vndas. hiſtoriam diluuij quia nimis
longa eſt vt hic tota interſeratur: vide. in gen. vel in miſſali. in prophetijs, quæ leguntur in gē. 6. 7 & 8
hebdomada ſancta. & ſi placet vide Ouidium in primo metham. * latiuago ponto qui omnem
archa Noe. terram & celſos montes operuerat, quibus aqua quindecim cubitis ſuper eminuit. * machina, ideſt gen. 7.
archa a Noe centum annis fabricata. ccc. cubitorum longitudine, quinquaginta latitudine. & altitu-
dine. xxx. feneſtra cubiti vnius erat in ea. cenacula triſtega hoc eſt tripartita ſeu tricamerata. tres e-
nim habebat manſiones, inferiorem ferarum, mediam iumentorum ac hominum, ſuperiorem volucrum
atque cibariorum. * vix extabant, eminebant. hoc a principio diluuij intellige nam circa finem om-
vnde fulgura & tonitrua. nes operti fuerunt ab aquis. vt ſupra dictum eſt. * abruptus ignis ex colli. nub, mire quattuor verbis

fulguris

ferutus. Plinius li. 2 c. 45. *fulguris creationem expreſſit. verè enim ex diuerſo ventorum flatu hinc inde concurrentibus nubibus ac inuicem collidentibus tonitrui fragor & ignis fulgurum elicitur ac erumpit. * hic natum ſenior. ſecunda eſt figura. cuius hiſtoria talis eſt. deus volens fidem atq; obedientiam abrahæ hominibus notam facere atque in exemplum proponere, mandauit illi vt acceptum vnigenitum filium Iſaac quem ſumme diligebat, eo quòd in ſenectute ſua genuiſſet eum, ſibi offerret in holocauſtum ſuper montem quem oſtenderet. qui protinus nocte conſurgens accepto filio & duobus pueris perrexit. cumque die tertio perueniſſet ad locum dimiſſis pueris, ligna holocauſti impoſuit ſuper Iſaac: ipſe vero portabat ignem & gladium. cui aſcendenti dixit Iſaac, pater mi, ecce ignis gladius & ligna, vbi eſt victima holocauſti? reſponditque pater, deus prouidebit ſibi de victima fili mi. vt autem montem conſcenderunt edificato altari ligniſque deſuper compoſitis, alligauit Abraham filium Iſaac, poſuitque in altare ſuper ſtructuram lignorum & extendit gladium vt immolaret eum, ſed ab Angelo domini mox eum vocante ꝓhibitus eſt. & eleuatis oculis vidit arietem inter vepres hærentem cornibus, quem aſſumens obtulit domino holocauſtum pro filio. ſic exponitur hæc ſecunda figura. per Abraham deus pater accipitur, qui proprio filio (vt ait Apoſtolus) non pepercit ſed pro nobis tradidit illum. per Iſaac dominus noſter Ieſus Chriſtus crucem humeris ferens, vt ille ligna tulit holocauſti. & ſicut non eſt mortuus Iſaac ſed aries pro illo. ſic Chriſti diuina natura, quæ impaſſibilis eſt, & immortalis: non eſt perempta. ſed humana eius caro crucifixa eſt. vnde verſus. Non Iſaac moritur, aries fit victima. Chriſti Nil deitas, patitur cum moriatur homo. * Iſacō, accuſatiuus eſt græcus ab eo quod eſt ἰσαακος, κου, κῳ, ἰσαακον. latine declinabitur Iſacus Iſaci, vnde & formatur Iſacides patronymicum. * Infœlix pater. qui manu propria filium eſſet immolaturus. pro cuius ſalute libentiſſime vitam expoſuiſſet ſuam.*

2. figura de Iſaac.

gen. 22.

expoſitio figura Iſaac.

Paul. ad ro. 8.

ἰσαακος. Iſacus.

Et vix extabant inmani corpore montes,
Quos procul abruptus colliſis nubibus ignis
Ingeminans creber cœlo rutilante petebat.
Hic natum ſenior nudo Iſacon enſe petebat
Infœlix pater, exequitur dum triſtia iuſſa.
Aſpiceres illum toto iam corpore niti
Dextram attollentem, nondum reſpexerat, & iam
Nuncius ecce aderat cœli demiſſus ab arce
ad hebr. c. 1 Iuſſa ferens primis contraria. victima iuxra
Paſcebat pueri ignari pro cæde parata
Candidus, & vilis aries argenteus albis,
Hinc fratrem inuiſum narrata ob ſomnia fratres
Vendebant, miſero mentiti dira parenti
Funera, diſcerptumq; feris. pater ipſe cruentam.

** triſtia iuſſa, quibus tamen eſt parendum nam viuorũ & mortuorum dominus eſt. & depoſitum ſuum quacunq; hora & quo voluerit modo reuocare poteſt. * niti, conari. * nuntius verbum ex verbo, expreſſit. nã ꝙ eſt græcè, ἄγγελος. latine nuntius dicitur. ſunt enim angeli dei nũcij propter nos in miniſterium miſſi. * primis contraria. ne puero noceret. quod enim primo iuſſerat immolari, tentationis gratia factum fuerat. non ꝙ ſic vellet fieri deus. * victima, aries quem diximus.*

angelus.

candidus quid ſig.

1. petri c. 2 ** candidus. per hunc candorem innocentem Chriſti puritatem intellige, vtpote qui peccatum non fecit nec eſt inuentus dolus in ore eius. * hinc fratrem inuiſum. tertia hæc eſt figura. cuius hiſtoriam vide in geneſi. eſt enim nimis prolixa. vt hic interſeratur. expoſitio vero figuræ hæc eſt. Quemadmodum Ioſeph fratribus inuiſus ob Imperium quod ſuper eos habiturum ſuſpicabantur: ab eis venditus eſt, & in ægyptum delatus. ibiq; ob frumentum in. vij. annos maxime penuriæ reſeruatum, non ſolum ſuper fratres dominatum obtinuit: ſed & ægypto imperans, ſecundus poſt pharaonem, orbis ſaluator eſt appellatus. ſic d. n. Ieſus Chriſtus Iudeis inuiſus. a diſcipulis (quos & fratres appellabat) traditus eſt. & venditus. famemque non panis ſed verbi dei per Apoſtolos ab orbe repreſſit. ſecunduſque poſt deum patrem & fratribus iudeis & toti dominatur orbi. ſicut ipſe teſtatur in Euangelio. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. verèq; ſaluator mundi dicitur, nam ipſe populum ſaluum facit a peccatis eorum. * ob ſomnia futurorum prænuncia. primo enim narrauit ſe vidiſſe per ſomnium. quòd ligabat ipſe cum fratribus manipulos in agro, manipulumque ſuum quaſi conſurgere ac ſtare, fratrum verò manipulos circumſtantes illum adorare. quamobrem dixerunt fratres eius numquid rex noſter eris? aut ſubijciemur ditioni tuæ? iterum dixit fratribus & patri, vidi per ſomnium ſolem & lunam ſtellaſque vndecim adorare me. quod cum audiſſet pater eius redarguens dixit, num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te ſuper terram? rem tamen hanc tacitus pater conſiderabat. ſed ne occaſione horum ſomniorum, quis exiſtimet ſomnijs omnibus fidem eſſe adhibendam. aduerten-*

gen. c. 37. cũ 10. cap. ſequẽtibus.

3. figura venditi Ioſeph. & eius expoſitio.

vide paſsionem domini in 4. euãgeliſtis.

Matth. vlt.

Matth. 1.

primum ſomnium Ioſeph.

2. ſomnium.

ſomnijs an ſit credendum.

plures ſomniorum cauſæ. dum eſt (vt docet Greg.) quinq; ex cauſis ſolere mentem humanam ſomnia videre primo ex nimia ve- dialogorũ lib.4.c.48.
tris repletione, nam exaggerati ciborum viniq; vapores, cerebrum obumbrant: variiſq; ludificant ima
ginibus. ſecundo, ex vacuitate nimia, tunc enim cerebrum dicitur volare, vereque ego expertus ſum.
ſæpe enim mihi viſus ſum volare ſuper altas turres: & volucri curſu neque terram tangere. tertio ex
curis & deſiderio vel timore multa inania terrificaque videntur. vnde ſapiens ait, multas curas ſe-
quuntur ſomnia. & vbi multa ſunt ſomnia ibi & plurimæ ſunt vanitates, ac ſermones innumeri. de ecclesiaſtes c 5.
his quoq; Cato dicit. Somnia ne cures, nam mens humana quod optat dum vigilat, ſperat, per ſom-
num cernit id ipſum. quarto ex demonum illuſione, vnde & dominus in leuitico præcepit, non augu
rabimini, neque obſeruabitis ſomnia. quamobrem manaſſes inter alia mala quæ ſcribitur feciſſe: re-
darguitur etiam quòd obſeruauerit ſomnia, & fuerit ſectatus auguria. & ſi quis dixerit. ſæpe verifi 2 paral. c. 33.
cantur ſomnia ideo alicuius ponderis ſunt. his beatus Auguſtinus reſpõdet. ex verbis domini, quæ ſunt i li. de ciuit. dei deut.
in deuteronomio. quòd ideo dominus permittit aliqua verificari, vt tentet vtrum diligatur a nobis in 13. & 26 q.
toto corde & in tota anima. quod fit palam, ſi propter ſomnium ab eius cultu recedentes, aliquam de- 5. c. nec nu
moni reuerentiam exhibeamus. vel aliquid contra domini mandata fecerimus. quinto & vltimo a deo rum.
mittuntur inſomnia, quæ & viſiones dicuntur de quibus ſunt ea quæ vidit Ioſeph, Pharao, Nabucho-
donoſor, Daniel, Mardocheus, & S. Ioſeph beatæ virginis cuſtos, ac magi ne redirent ad herodẽ. Petrus
quoq; Apoſtolus vidit linteum illum quadrupedibus plenum, vocationis gentium ad fidem indiciũ. & act. c. 9. ibidem.
ananias per viſionem inſtructus eſt de conuerſione Pauli: & ad baptizandum eum miſſus. huic vlti-
mo generi ſomniorum tantummodo eſt credendum. de cæteris monet ſapiens. vana ſpes & mendacium
viro inſenſato, ſomnia quæ imprudentes extollunt. quaſi qui apprehendit vmbrã: & ſequitur ventũ: eccleſiaſtici c. 34.
ſic qui attendit ad viſa mendacia. ſecundum hoc, viſio ſomniorum ante faciem hominis ſimilitudo alte
rius hominis. ſed ab immundo quid mundabitur? & a mendace quid verum dicetur? diuinatio erroris,
& auguria mendacia & ſomnia malefacientium vanitas eſt. Et ſicut parturientis, cor tuum fantaſias
patitur, niſi ab altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio, ne dederis in illis cor tuum. multos enim errare fecerunt
quo pacto cognoſcantur uiſiones a deo eſſe. inſomnia. & exciderunt ſperãtes in illis. et quia cognitu difficile eſt à deonẽ an a dæmone (qui ſe plerũq;
in Angelum lucis transfigurat) viſum ſit inſomnium. Beatæ Brigidæ monitum referam. quæ dicit, ſi in 2. cor. 11.
principio viſionis ſcurrile quoddam gaudium inanemq; lætitiam mens experitur, a diabolo eſſe viſio-
nem, maxime ſi nouiſſima, amaritudine & triſtitia afficiant. ſi verò terrorem ab initio & in fine mode
ſtam conſolationem ſenſerimus. proculdubio viſionem hanc eſſe a deo teſtatur. ſit igitur cautus qui
non vult falli, a calidiſſimo ſerpente. ſed iam ad rem redeamus. * vendebant, iſmaelitis negociato-
ribus ac madianitis. & hoc fuit ex Iudæ conſilio, ne interficeretur ab his fratribus qui ſanguinem e-
ius ſitiebant. * tunicam quam ſanguine hædi tinxerant & ad patrem miſerunt, dicentes. hanc inueni gen. 37.
mus: vide vtrum tunica filij
tui ſit an non? quam cum pa-
ter cognouiſſet, ait. tunica fi-
lij mei eſt. fera peſſima deuo-
rauit eum, beſtia deuorauit
Ioſeph. Sciſſiſque veſtibus in-
dutus eſt cilicio lugens filium
ſuum multo tempore. nec a li-
beris in vnum congregatis vt

Verſabat gnati tunicam, lachrimiſq; rigabat.
Hic etiam pharijs cum ciues ducit ab oris
Poſt longa exilia in patriam, promiſſaq; regna.
Legifer auxilijs fretus cœleſtibus heros.
Orta lues populum errantem miſeranda repente
Serpentum aflatu leto dabat, atq; iacebant
Corpora tabifico paſſim morientia morſu.

dolorem patris lenirent, noluit conſolationem accipere, ſed ait, deſcendam ad filium meum lugens in in-
ueſtis polimita fernum. erat autem hæc tunica polymita, ideſt ſerica & varij coloris filo contexta. ἀπὸ τῶν πολλῶν μίτων. ideſt a liciorum multiplici varietate. de qua ne Plinius videtur non vera dixiſſe. qui Alexan- ibidem.
driam pluriinis licijs texere quæ polymita appellant dixit primam inſtituiſſe. cum longe ante Alexan Iuſtinus lib.
driam conditam, & ipſum conditorem eius Alexandrum Philippi filium de quo in libro Machabæo- 1. mach. c. 1.
4 figura ſerpentis ænei. rum, fuerit facta hæc tunica polymita a Iacob Ioſeph filio ſuo. * hic etiam. quarta hæc eſt figura Io. c. 3.
quam dominus Ieſus in Euangelio adducit. Sicut exaltauit moyſes ſerpentem in heremo, ſic exal-
tari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſo non pereat, ſed habeat vitam æternam.
expoſitio eius. hanc & Auguſtinus exponit, cum exaltaret moyſes ſerpentem in ligno populus qui mordeba- in ſermone vinus mart. ut. in breuiario.
tur a ſerpente, attendebat ſerpentem. & ſanabatur: ſic & modo quicunque momorderit a-
ſtutia ſathanæ, intueatur Chriſtum in ligno pendentem, & ſanabitur. ibi enim mors occiſa eſt:
pharijs oris. dominus autem ſemper viuit. * pharijs oris, ideſt ab ægypto a pharo inſula vt ſupra diximus:

ſic

ſic ordina litteram. Dum heros legifer moyſes fretus aux,cæl,poſt lon,ex,duc,ci,ab or,ph,in pat,pro,
gen.c. 15. *regna,* longa exilia prope.cccc,annorum.vt dixit dominus abrahæ. ſcito prænoſcens q̧ peregrinum*
ſit futurum ſemen tuum in terra non ſua. & ſubijcient eos ſeruituti & affligent.cccc.annis. verumta-
gen.17. *men gentem cui ſerituri ſunt ego indicabo.* in patriam,in promiſſionis terram lacte & melle manan*
tem.quam deus(vt abrahæ promiſerat ſemini eius ſe daturum. ſic nepotibus eius illam in propriam pa
triam conceſſit.ac moſe duce in partem introduxit deinde ſub Ioſue reliquam populo ſorte partitus eſt.
Ioſue c. 23 Ioſue c.12. ** promiſſaque regna.quæ vnus & triginta reges poſſederant. & inſuper regna Seon ammorei & og,* 31 reges a ioſue occiſi.
regis baſan.quæ iam ante tranſitum Iordanis fuerant a moyſe tribubus rubenitarum & gaditarum di
Ioſue 13. *midiæq; tribui manaſſæ aſignata diſperdidit enim dominus.vij.gentes potentiſſimas. videlicet Chana-* 7.gentes domino diſperſæ.
neos,ætheos,eueos,pherezeos,gergeſeos, iebuſeos quoque & ammoreos.& eorum terram populo ſuo
Ioſue 3. *tradidit in æternum poſſidendam ſi tamen mandata ſeruarent. * legifer. diuinæ legis lator quam a*
ad gal.4. *domino per Angelum in monte ſynai recepit.* orta lues. peſtis mortifera. * populum errantem. xl.*
vt i exodo *annis ab exitu ægypti per varia loca deſerti ad errantis ſimilitudinem circumductus eſt populus ante*
..19. & deinceps *quàm veniret in terram promiſſionis. quem cum longi tedere cœpiſſet laboris & itineris, murmurauit*
num.21. *contra dominum & moyſen,quòd educti eſſent de ægypto,vt morerentur in ſolitudine, in qua panis*
& aqua interdum deficiebat. nauſeabantq; ſuper cibo illo leuiſſimo. quamobrem miſit deus in popu-
lum ignitos ſerpentes: quorum morſu plurimi necabantur.tandē cognito peccato Moyſes orauit domi- ſerpentis ænei hyſtoria.
num vt remoueret plagā.qui iuſſit ſerpentem æneum fieri,& in altum pro ſigno eleuari,vt quicumq; a
*ſerpente percuſſus eſſet illum intueretur,& viueret.moxq; ſanabatur qui illum aſpiciebat. * tabifico*
morſu,quo ſanguis corrumpebatur & in putridam ſaniem conuerſæ defluebant carnes. ahenum colu-*
brum. ſerpentis quidem ſpeciem habebat venenum autem non habebat: quinimo ſanantem in ſe virtu
tem continebat.ſic dominus noſter Ieſus Chriſtus in ſimilitudinem carnis peccati venit, non tamen pec-
cati virus habuit,quinimo genus humanum a peccato redemit.hoc etiam intereſt inter figuratam ima-

Dux vero in medio campi ſuſpendit ahenum
Ingenti, e, malo colubrum, ſtratosq; iubebat.
Dirrigere huc aciem intentos, lignumq; tueri,
Quæ miſeris erat haud dubiæ via ſola ſalutis.
4.regū.18. Parte alia roſtro terebrans ſibi viſcera acuto
Fœta auis implumes paſcebat vulnere natos.

ginem, & rem ipſam. quod illi
ſanabantur a morte ad tempo-
poralem vitam. hi verò vt ha-
beant vitam æternam. via ſo-*
la ſalutis. hunc æneum ſerpen-
tem poſt longa tempora confre-
git Ezechias Rex Iuda.quia vſ- ſerpentem æneum quis confregit.
que ad illud tempus filij Iſrael
adolebant ei incenſum,quaſi diuinitatem aliquam in ſe haberet. parte alia.hæc non eſt figura veteris*
pſalmo c.p. *teſtamenti.ſed accepit eam ex pſalmo, domine exaudi orationem meam.quem de Chriſto loqui non eſt*
hebr.c.1. *dubium cum ab Apoſtolo ad hebreos introducatur ad probandam æternam Chriſti cum patre naturā,*
pſal.101. *& omnium rerum creationem.dicit igitur ibi propheta in perſona Chriſti. ſimilis factus ſum pelicano*
ſolitudinis & factus ſum ſicut nicticorax in domicilio.qui verſiculus in eo quod facit ad propoſitum,ſic 5 figura pelicani & expoſitio eius.
hier. ad pſidium. *exponendus eſt iuxta ſententiam Hieronymi,in Epiſtola ad præſidium. ſimilis (ait) Chriſtus ſum fa-*
ctus pelicano,qui cum rediens a paſtu pullos ſi inuenerit a ſerpente occiſos diu luget,deinde latera ſua
roſtro fodit.& ſanguine proprio mortuorum corpora aſpergit,ex cuius dulci calidaq; aſpergine, mor-
tui reuiuiſcunt filij. ſic ego homines filios meos e cœlo veniens a ſerpentis diaboli morſu peremptos in-
ueni,quos.xxxiij. annis luxi. demum in cruce fixus non ſolum latus lancea perfodi, ſed manus & pe-
des clauis perforari, totumque corpus fœde lacerari mihi permiſſi. vt dulciſſimo cruore meo filij aſper-
lib. 10.c. xlvij. *ſi reuiuiſcant. nec ab re dicitur ſolitudinis. nam quemadmodum pelicanus qui a Plinio onocratalus* onocratalus
dicitur. eſt auis ſolitaria vt quæ in ſolitudinibus maxime Nili fluminis commoratur. ſic Chriſtus do-
meſtica cœli relicta habitatione, venit in hanc vaſtam vallis huius miſeriæ ſolitudinem. iuxta ripam
Iordanis vbi & baptizatus eſt & regni dei prædicationem incepit. in deſertis etiam montibus & mi-
racula fecit & diſcipulos docuit. vel de ripa illius fluminis poſſumus intelligere. de quo idem pſalmi- expoſitio illius verſic. De torrente in uia bibit,
pſal. c. pri. dixit dominus domino meo. *dicus vates canit. de torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. & hoc aptius figuræ qua-*
drat. de fluxu enim mortalitatis noſtræ, cui adheſit toto tempore quo in terris conuerſatus eſt. in
via huius vitæ bibit. propterea exaltauit caput. primum in cruce, vbi ſanguinem ſuper filios
*mortuos effudit, deinde in cœlum caput extulit: vbi vitam nobis donaturus eſt æternam. * te-* terebro verbū terebra & terebella.
rebrans transfodiens. a terebro verbo fit terebra & terebella, ſeu terebrum & terebellum. car-
pentarij inſtrumentum quo ligna perforantur. de quo Vergilius. Et terebrare cauas uteri & tentare uiſcera quid ſig.

viſcera qd ſig. *latebras. * viſcera, ideſt carnes non inteſtina. quicquid enim ſub tergore eſt viſceris appellatione* æn.lib. 2
continetur, de qua re vide iuris meum reſponſum. in quo plene inſtrueris. ſic & Vergilius. Tergora ſeruius pri. æ'eid.
fœta *dirripiunt coſtis & viſcera nudant.* fœta, modo quæ oua peperit, pulloſque fouendo inde eduxit. a-*
liàs fœta, grauidam & plenam ſignificat. Vergilius non inſueta graues tentabunt pabula fœtas. & buc. egl. 1.
inplumea. pluma. *in æneide, ſcandit fatalis machina muros fœta armis: * implumes, ideſt non plene plumatos & penna* æn.lib.2
*tos, eſt autem pluma mollior illa penna, qua primum induuntur aues. * paſcebat iam vitæ redditos.*
rimari vnde *eſt autem alluſio ad picturam quæ in ſuperiori crucis parte ſolet effingi. * rimantur, paſcuntur. tra-* ſeruius
ctum eſt verbum a ſuibus; qui in rimis terrarum glandem perquirunt. Vergilius de volucribus. dul- georg. primo.
animaduerte animaduerſi *cibus in pratis rimantur prata cayſtri. * his animaduerſis, declaratis his quæ in parietibus templi no*
tis obſcuris erant efficta. aliàs animaduerto ſignificat punio. & animaduerſi, puniti, hoc eſt hi in quos
animaduerſum eſt, ſumpto ex eis ſupplicio. hinc Paulus iureconſultus. corpora inquit animaduerſo- ff. de cadauerib. fin.
*rum quibuſlibet petentibus ad ſepulturam danda ſunt. * portis bipatentibus. hinc inde apertis. * mul*
ta putans, ſuper figurarum prædictarum adimpletione, quæ illum ad proximam paſſionem vrgebant.
iuxta illam petri obiurgationem a domino. quomodo ergo implebuntur ſcripturæ? quia ſic oportet, Matth. 26.
fieri. & alibi. neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege moyſi & prophetis & pſalmis de me. luch. 24.
15. gradus templi, vnde canticum gradium. ** gradibus qui. xv. erant iuxta canticum graduum. xv. pſalmos continentem. ſiquidem aſcendens ſa*
cerdos in templum ſuper ſingu
los gradus pſalmum vnum ex
illis decantabat, per quos deſi-
gnatur aſcenſus ad virtutes in
deque ad cælum. de qua re vi-
*de Aug. & Caſſiodorum. * &* ſuper pſal. i expoſitione cant. grad.
mag. iam longe, hic ponitur li-
beratio adulteræ. qua ſignifi-
catur eductio gẽtilitatis ab a-
adulteræ liberatio, & quid ſig. *dulterio ſpirituali, quod erat*
idolatria. iuxta illud propheti
cum. Tu autem fornicata es Ezech. 6.
cum amatoribus plurimis, ta-
men reuertere ad me & ego ſu

Stant olim circum materno ſangine lœti
Et pectus certatim omnes rimantur apertum.
His animaduerſis portis bipatentibus ibat
Multa putans, nec dum gradibus deſcenderat heros
Omnibus, & magno iam longe vrgente tumultu
Ecce trahebatur paſſis per terga capillis
Pallida longæui coniux ſuſanna Manaſſei,
Cui pater egregiam forma, & florentibus annis
Haud placitis tædis inuitam, ægramq; iugarat.
Namq; fidem ob thalami fœdatam ad iuſta vocabant
Supplicia ingenti iuuenum ſectante caterua.
Et iam ſaxa manu pueri, vulguſq; tenebant.

*ſcipiam te. dicit dominus. * Ecce trahebatur. tale eſt illud Verg. de Caſſandra. Ecce trahebatur paſ* Io. c. 8.
adulteræ hyſtoria. *ſis priameia virgo crinibus. hiſtoriam hanc narrat Ioannes Euang. in hunc modum. Adduxerunt ſcri*
bæ & phariſei mulierem in adulterio deprehenſam. & ſtatuerunt eam in medio. & dixerunt ei. Ma
giſter hac mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. in lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi Leuit. 20.
lapidare. Tu ergo quid dicis? hoc autem dicebant tentantes eum. vt poſſent accuſare eum. Ieſus au deut. 22.
tem inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in terra. cum ergo perſeuerarent interrogantes, erexit ſe &
dixit eis. qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum ſe inclinans ſcribebat
in terra. audientes autem hæc vnus poſt vnum exibant incipientes a ſenioribus. & remanſit ſolus Ie
ſus & mulier in medio ſtans. erigens autem ſe Ieſus dixit ei. Mulier vbi ſunt qui te accuſabant? ne-
mo te condemnauit? quæ dixit nemo domine. dixit ei Ieſus. nec ego te condemnabo. vade & iam am
contra ſenes ducentes iuuencules. *plius noli peccare. * pallida morte futura, niſi a miti domino fuiſſet liberata a ſupplicio merito. * lon-*
gæui, ſeni & ob id parum apti ad nuptias virginis æuo florentis. per tranſitum autem damnat vates
inequales nuptiæ, inuitæ nuptiæ. *inæquales nuptias. maxime autem iuuenculæ ac prouectæ ætatis. inde quippe naſcitur occaſio adulte*
*rij. reprehenduntur etiam parentes qui filias ad inæquales & inuitas cogunt nuptias. * Inuitam,* 31. q. 2. in principio 20 q. 3. c. pre-
vnde nimirum ſi ſecutus eſt exitus qui ex inuitis ſolet nuptijs prouenire. quem enim mulier non optat, tens cleri-
nec dilligit: & quem non dilligit, facile contemnit. hinc Ambroſius dicebat. Solere inuitas nuptias cus Amb.
tria nuptiarum bona. *malos habere prouentus. * fidem thal. fœd. ob adulterium perpetratum. tria enim ſunt bona matri* ſuper epiſt.
monij. proles, fides, & ſacramentum. tunc autem dicitur fœdari vel infringi nuptialis fides. cum alter prim. ad corinth. aug.
*coniugum (nec enim quo ad hoc ad imparia iudicantur.) adulterinis iunguntur amplexibus. * iuſta* lib. de bono. c. nug.
ſupplitia, vt lapidaretur. ex legis præcepto. ſed quare non adduxerunt etiam adulterum? cum non & 27. q. 2.
minus iubeat eum lex lapidari. reſpondent nonnulli voluiſſe ſuſpitionem iactare in aliquem diſcipulo- c. omne ita
3. peruertitur humanum iudiciũ *rum domini, vel pretio reliquerant oblato. tribus enim his iuditium plerunque peruertitur humanũ.* que.
*odio, gratia, & pecunia. * ante volans celeriter præcurrens. & hoc verbo deſiderij impietatem ſacer-*

dotum

*dotum celeriter implendi expreſſit. magis quippe anhelabant vt inſidijs. d. Ieſum caperent. quàm vt adulteram punirent. & exiſtimabant ſufficientem tecnam ad ſallendum eum ſeſe reperiſſe. feſtinabant igitur ad effectum eam deducere. * dolos de quibus infra dicemus. * ſontem, peccatricem Suſannam. * iura legis per moyſen introducta. lex etiam Iulia capitali ſuplicio iubet vtrumque plecti. nūc tamen (vt ait Satiricus) lex Iulia dormit. & nouiſſimo iure mitius agitur. nam in monaſterium ad agendam perpetuam pœnitentiam adultera prius ceſa detrudi mandatur. raro tamen id contingit. crebrius agitur iure pontificio ad ſeparationem thori. nam excepta haccauſa (vt ait Dominus) non licet vxori dare libellum repudij. * ſed quæ inclementia, ideſt crudelitas. ſub hac parentheſi dolum tegebat. optabat quippe inducere dominum vt cenſeret eam non eſſe lapidandam. & ſic contra legem reſpondere. quo ad pœnam raperent eum. * mitiſſime, hoc verbo adulator inſidioſiſſimus, ad idem tendit. ſpes inanes ad effectum minime perducendas. * captum implicitumque dilemmate, quod argumentum dicunt cornutum ex vtraque parte adeo concludens, vt ſi alterum volueris euitare altero capiaris. eſt autem perſimile, periculis ſcyllæ ac caribdis. de quibus dicitur. Decidit in ſyllam cupiens vitare caribdim. * hoſtem Chriſtum. quem vt hoſtem inſequebantur. nam omnes mali bonos vt hoſtes infenſiſſimos vbique inſectantur. cum tamen eorum ſalutem quos reprehendunt ſemper ſitiuerint boni. * effugia vlla, nec vnde aut quo poſſet effugere. * illam quippe. hic explicatur argumentum. condixerant enim ſcribæ & phariſei ad inuicem tentemus eius ſententiam vtrū ſit lapidanda adultera? nam ſi dixerit lapidandam iuxta legē. quaſi miſericordiæ quam prædicat oblitum deridebimus. ſicque odioſum turbæ aqua propter manſuetudinem dilligitur faciemus. ſed ſi dixerit (quod potius optamus & omnino ſperamus) non eſſe lapidandam, quia publicanorū & peccatorū eſt amicus, ſeque pp peccatores et nō pp iuſtos veniſſe teſtatus eſt. ptinus vt legis aduerſariū & fautorē ſcelerū publice comprehendemus. & iuſto afficiemus ſupplicio. * interceptam, quaſi de medio lapidantium ereptam.*

Ipſe ſed anteuolans prohibebat tela ſacerdos,
Donec porticibus Chriſtum conſpexit in amplis.
Ad quem vbi conceſsit, miſeramq; ad limina traxit,
Ingreſſus verſare dolos, hæc prodidit (inquit).
Coniugium, thalamiq; fidem deprenſa fefellit.
Sontem iura neci tali pro crimine dedi
Noſtra iubent duris (ſed quæ inclementia?) ſaxis.
Teq; ideo vatum interpres mitiſſime adimus,
Et tua quæ nam ſit ſententia quærimus omnes.
Dixerat atq; animo iam ſpes paſcebat inanes
His captum implicitumq; putans ſermonibus hoſtem,
Præcluſos abitus, non effigia vlla relicta,
Illam quippe neci ſi ſolueret interceptam
Mitti animo miſeratus, cum turba omnis in ipſum
Saxaq;, & vltrices raptim conuerteret iras,
Quod ſanctas gentis leges euerteret illex.
Si vero ad pœnam iuſſet pro crimine duci,
Seſe odijs vulgi obijceret crudelis acerbis.

** Mitti animo. Auguſtinus animaduerterant enim eum nimium eſſe mitem & miſericordem valde. de illo quippe fuerat ante prædictum, procede & regna propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam. ipſe etiam dixit diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde. * illex, ideſt ſine lege viuens, quique legibus omnibus eſt contrarius. & in hac ſignificatione illex. eſt generis communis. & dupliciL ſcribi debet. ilex, vero gen. fæm. & ſimplici L eſt nomen arboris glandiferæ, de qua Vergilius. Talis erat ſpecies auri frondentis opaca ilice. de altero plautus. impura, inhoneſte viuit illex. & illegis facit in genitiuo ſicut ex lex ex legis. eſt autem compoſitum ab in & lex, gis n. in l. conuerſo. * ſi vero ad pœnam. altera pars dilemmatis. * iuſſet per ſyncopam. pro iuſſiſſet. * crudelis acerbis. omœoteleuton eſt. caſu tamen diſtinguntur. * hæc agitans ſacerdos ille doloſus. aduerſus quem exclamat Beda in homel. O captioſa (inquit) veneratio, ò ſimulatum venenatæ mentis obſequium, ò labia doloſa in corde: & dolum ex corde loquentia. interrogant, non vt quod rectum eſt diſcant, ſed vt veritati laqueos nectant. * ac veluti inſomnis, ex ſolito agricolarum deſiderio hoc ſomnium procedit, ideoque vanum eſt. * terga terræ, cruſtas & glebas. arationis eius quæ proſciſio dicitur eſt peryphraſis. * atrito vomere, aut ſemiconſumpto, vel ex atritu lucido maſſe ferro. * effodiſſe fodiendo inueniſſe ac eduxiſſe in lucem. * ſomnia, quæ vt in libro Iob dicitur. auolant nec amplius inueniuntur. * fortunam. quæ nulla eſt. vnde & Cato. noli fortunam, quæ non eſt, dicere cæcam. niſi quo ad opinionem inſenſatorum qui antiquis gentilibus ſimiles ſunt. hi enim deam credebant. vnde & poeta gentilis.*

Te

Marginal notes (left): leuiti. 20. — inſtit de publ. iudic. §. item lex iulia. & cod. ad l. iuliam l. caſti tati. vt in aut. n ticis. — ex aug Alcuino Beda ſuper ioan. cap. 8. & ho milia eiuſdem, euāg. — Matth. 9. — Verg. 6. æneι. — Iob. 20. — Iuuen. ſat. 10. cic. ile lio pun. li.

Marginal notes (right): adulterorū pœna. — lex iulia — quādo licet dare libellum repudij. — argumentū dilemma ſeu cornutum. — interceptus — mitis Chriſtus. — illex. — ilex. — omœoteleuton — terga. — proſciſio — effodere — fortuna.

Te facimus fortuna deam: cæloq; locamus. de hac Cic. Plinius, Plato Stoici multa dixere. ſed vide late Aug. in lib. de ciui. dei. vbi inter alia dicit. Si fortuna quæ dicitur bona, ſine vllo examine merito- 2. Aug. lib. 4. de ciuit. dei.

deus omnia gubernat.

rum fortuitu accidit bonis & malis: quomodo bona eſt? quæ ſine vllo iudicio ad malos fertur & ad bonos. dicimus itaque deum & homines & omnia quæ in mundo ſunt gubernare. rectoque iudicio licet plerumque nobis occulto cuncta diſponere. quamobrem nullum eſſe reliquum fortunæ locum.

non eſt ſapien. cõtra dominũ

** nulla fallacia. hæc ſententia habetur in Prouerb. non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra dominum & in Epiſtola ad Corinth. perdam ſapientiam ſapientium: & prudentum prudentium reprobabo. fruſtra quippe rete ante oculos pennatorum iacitur. * illeſis legibus. ſine legum violatione.* prouerb. 21. chor. c. 1. prouer. c. 1

quidnam ſcribebat in terra.

** defixa, ora, ſolo. nam ſe inclinauerat digitoq; ſcribebat in terra. & quid ſcribebat? niſi grauiſſima eorum peccata quibus a deo receſſerant iuxta hieremiæ vaticinium. domine omnes qui te derelinquunt confundentur. & recedentes a te in terra ſcribentur. ſic & Auguſtinus tales in terra ſcribendos ſignificabat non in cælo, vbi monuit diſcipulos vt ſe ſcriptos eſſe gauderent. gaudete (inquit) quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo.* hierem. 17. aug. de conſen. eu. lucæ. 10.

quando iudicã di alieni errores.

** haud dubium. ſenſus eſt. meruit quidem necem, mandauit moyſes vt puniatur peccatrix. ſed hoc a iuſtis & non a peccatoribus fieri præcepit. impleatur lex. ſed non a præuaricatoribus legis. temerarium quippe eſt iudicare de erratibus alienis ſi adhuc reprehenderis propriis.* aug. & alcuinus. ſuper. Io. c. 8.

Hec agitans iam victorem ſe mente ferebar,
Pectora lætitia multum tumefactus inani.
Ac veluti inſomnis olim ſibi viſus arator,
Dum terræ atrito ſuſpendit vomere terga,
Auri ingens pondus campo effodiſſe ſubacto,
Gaudia vana fouet: cernet ſomno ille relictus
Pauperiem, duros & adhuc ſibi adeſſe labores,
Somnia, fortunamq; animo execratus inanem,
Ipſe viam deus inuenit (fallacia numen,
Nulla humana valet contra) qua legibus illi
Parceret illeſis. nempe, vt defixa tenebat.
Ora ſolo, tandem attollens, turbamq; paratam
Aſpectans ait; haud dubium, quin crimine letum
Sit merita; id priſci quondam ſanxere parentes.
Ergo agite, o, veſtrum quicumq; eſt criminis expers,
Saxa manu primus rapiat, feriatq; merentem.
Ecquis erit tanto, e, numero, qui vulnera prima.
Dirrigat, & ſceleris purum ſe proferat vltro?
Sic memorans omneis ſeruabat lumine pronus
Obliquo: horrendumq; tuens, illumq; paratus
Inſcripſiſſe ſolo, cui mens interrita nullum
Eſſet ob admiſſum fœdæ, ſecuraq; culpæ.

peccamus omnes.

** ecquis erit. q. d. nullus. quis n. gloriabitur ſe caſtum habere cor? cum nemo ſine crimine viuat. & ſi dixerimus quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus & veritas in nobis non eſt.* cato. Io. ep. pri. c. primo

an & quando ſcelera ſint puniēda.

*ergo ne ſcelera ſemper remanebunt impunita? minime. refert enim quis, & quantum, & quàm manifeſte peccauerit. hæc autem contra elata iudicum ſupercilia dicta ſunt. qui temere contra quoſlibet delinquentes grauiſſimas præcipitant ſententias, abſq; vlla miſericordia & propriæ fragilitatis diſcuſſione. * ſecuraq; culpæ. ex his quæ dicta ſunt moneantur iudices, vt priuſquàm peccantem fratrem feriant, ſollicita atque humili inueſtigatione ſe ipſos diſcutiant. & perpendant vtrum ipſis criminibus. de quibus illum ſunt caſtigaturi, an aliis forte grauioribus obnoxii ſint. conſiderentq; ſollicite, quàm fragiles & quàm deiecti ſimus ex nobis: ſi non diuinæ pietatis auxilio ſuſtentaremur. nec enim teſte Auguſtino tam graue eſt peccatum quod faciat homo, quin faceret alter homo, ſi non cuſtodiret eum per quem factus eſt homo. ita fiet vt nequaquàm contra eum quem corripiunt: ſuperbiant. nec proteruo ſpiritu condemnent. ſed potius memores propriæ conditionis, manſuete ac leniter ad emendationem delicti ſalubri exhortatione prouocabunt. incorrigibiles verò qui cum in profundum malorum venerint ſanas contemnunt exhortationes, cum dei timore & tremore debita caſtigent pœna. ne ſpes veniæ ceteris tribuat incentiuum delinquendi. ſunt. n. culpæ in quibus culpa eſt relaxare vindictã & ne ſint perditio plurimorum.*

ex hom. optima iudicũ monitio: in ſermone de maria magdalena celeſtinus. 3. c. cum nõ ab homine de iudiciis ambr. lib. 3 officii. & 23. q. 4. c. eſt iniuſta c. vt clericorum de. vi. & hon. cl. cap. præ. depoſt. prælat. ſpes veniæ.

maculantur oculi pre mortis horrore.

** ſuffuſa oculos. habens oculos ſuffuſos. * nigrore. nigredine. nam maculis quibuſdam fuſcis oculorum ſinus inficiuntur præ mortis horrore. Sic & Vergilius de Didone mox peritura. maculiſque trementes interfuſa genas, & pallida morte futura. * propinquæ, quo ad opinionem nec enim mors quam formidabat, ſecuta eſt: a Chriſto liberata. * poſitis genibus non veniam quam minime ſperabat petitura. ſed præ tremore cum iam ſtare non poſſet in terram declinabat.* æneid. 4.

comparatio

** nõ minus, color rhetoricus qui comparatio dicitur. * exanimata. exterrita, pauefacta. * exercita fatigata.*

tigata. ſic & Vergilius nate iliacis exercite fatis. * *moratur, expectat. quadrat optime hæc comparatio. cerua, mulier hæc eſt. canum latratus, demonum ſuggeſtio. accuſantium phariſæorum voces pro venantum clamore accipi poſſunt. retia ſunt legis vincula, apparitorumque manus quibus captiua tenebatur.* * *quiſque verſant, recognoſcunt ex anteactis ſeſe illa peiores eſſe. eſt autem hæc oratio ſenſu congrua non voce. verſum decet. rara fieri debet in oratione ſoluta. ſynthesin dicunt. vt pars in fruſta ſecant. ſed illud Verg. Quiſq; ſuos patimur manes ſyllepſis eſt implicita. nam ibi in perſona fit conceptio.* * *ſuam vitam. vtinam nos omnes antequam temere ad alios iudicandos prorumperemus, retroactam vitam noſtram ad memoriam reduceremus, trabemque (vt ait Saluator) qui in proprijs eſt oculis; prius educere curaremus, quam ex alienis feſtucam.* * *inque vicem. pro, Et inuicem tmeſis eſt.* * *aduerſa pro aduerſe, nomen eſt pro aduerbio.* * *ſe prodidit. duplex eſt ſenſus. non manifeſtauit quiſquam ſe immunem eſſe a peccato, incipiendo eam lapidare. item nec auſus eſt quiſquam in eam lapidem mittere: timens ne manifeſtarentur peccata ſua. & ſic quodammodo. ſeipſum vltro proderet.* * *furtim clandeſtine. ne viderentur ea deponere.* * *omnes memores quiſque ſui. prolepſis eſt implicita, tacentur enim plures partes breuitatis cauſa, quæ in diſtributiuo, quiſque, includuntur. neq; enim abſque diſtributiuo fieri poteſt hæc figura.* * *vt verò deus. bene dixit deus. eius enim eſt peccata gratis condonare qui penitentis aflictionem interiorem cordaque verè ingemiſcentia intuetur. verum a ſacerdotibus hæc gratioſa Chriſti abſolutio non facile in exemplum trahenda eſt, vt abſque ſatisfactione condigna cuiquàm peccata relaxent: ne diſciplina eccleſiaſtica neruus diſrumpatur. & venia facilitas ad peccandum pronos reddat. nam & ſi arbitraria ſit imponenda ſatisfactio, meminerint tamen, quia proprias, non dei vel proximi iniurias gratis debeat remittere. alioquin, alium exonerantes ſeipſos onerabunt. & falſas dicit Gregorius pœnitentias quæ non ſecundum authoritatem patrum pro qualitate criminum imponuntur.* * *linea vincla funes quibus erat ligata.* * *melior fortiores enim ſurgũt et cautiores qui lapſi ſunt ſi verè eos penitet.* * *dein, vna eſt ſyllaba per ſyneresim.* * *deſiſtere victi. malicia frequenter quidem vincitur, & confunditur. nunquàm autem placatur. quia maliuolentia & liuor iuuat ris impudentiam. tales ſunt omnes qui contra veritatem cõtendunt, ea enim audita nõ acquieſcunt. ſed ſubuertere feſtinant, ex anſis reſolutis nodos quaritantes annectere. Audi igitur, ò, homo fidelis qui contra hereticum pro catholica veritate libenter contendis. ſi phariſei ſæpius victi placati ſunt. & tu certando contra hereticum potes eum placare cum viceris. quòd ſi phariſei quidem victi ſunt, placati autem non ſunt. quomodo hereticum tu placare poteris cum eum viceris, nunquid Chriſto fortior es? vt quos ille non placauit: tu places? phariſeus eſt enim (ſi neſcis) omnis qui non diſcendi ſed tentandi cauſa magiſtrum veritatis interrogat.* * *nil, linq, inten, omnis quidem malitia confunditur aliquoties ratione veritatis, corrigitur autem nunquam, maxime eorũ qui malo propoſito & non ex ignorantia peccant. ſicut enim fieri non poteſt vt ligna mittendo extinguas incendium, ſic fieri non poteſt vt rationem reddendo places hominem malum.* * *nil pror, inau, Quemadmodum ſi aliquis claudere maluerit aqua currentis meatum. ſi hinc excluſa fuerit aqua violentia, aliunde ſibi ſemitam erumpit.* * *nempe ego. breuiter hic enumerantur quæ nam phariſei Chriſto vitio dabant. & varias tentationes eorum quibus fruſtra conati ſunt doloſe eum capere in ſermone.*

Stabat conſpectu in medio tremebunda puella
Iam ſuffula oculos mortis nigrore propinquæ.
Et poſitis terram genibus ſubmiſſa petebat,
Non minus exanimata metu, quam in retia cerua
Acta canum latratu, & longo exercita curſu
Cum iam conſumptæ vires, cum ſe vndiq; cinctam
Hoſte videt, mortemq; inſtantem certa moratur.
His autem auditis reſponſis, omnibus ingens
Confeſtim cecidit furor, & vis fracta quieuit.
Quiſq; ſuam tacito verſant in pectore vitam,
Inq; vicem ſpectant ſeſe, atq; aduerſa tuentur,
Nec quiſquam turba in tanta ſe prodidit vltro,
Saxa cadunt manibus furtim labentia, & omnes
Quiſq; ſui memores abeunt, templumq; relinquunt.
Vt verò, deus aſpexit vacua atria circum,
Linea detraxit pauitanti vincla puellæ,
Atq; illam verbis monitam dimittit amicis.
I melior, veterum famam iam extingue malorum.
Talia dein ſocios fatur conuerſus ad ipſos.
Heu durum genus: haud poſſunt deſiſtere victi.
Nil linquunt intentatum, nil prorſus inauſum:

Left margin: æneid. p. — æneid. 6. — hiere 17. ap. 2. ciprianus de pen. diſt. 3, c. nunquid. 16. q. 7. c. tẽpora, &c. deus q. de pen. diſt. 5. c. falſas. c. pro qualitate 26. q. 7. — 1. diſt. c. fidelior. — ex hom. Io. epiſcopi ſuper euang. dominicæ. 18. poſt pẽtecoſten. Acceſſerunt ad Ieſũ. Matt. 22. — ex homelia Io. epiſcopi ſuper euang. dominicæ. 23. poſt pentecoſten. Matthei 22. — Matth. 22.

Right margin: examinata exercita. — ſynthesis. — ſylepſis. — vita propria magiſquam aliena diſcutienda eſt. — tmeſis. — nomen pro aduerbio. — furtim. — prolepſis eſt implicita. — dei eſt peccata donare. — gratioſa donatio peccatorũ chriſt. ad exemplum non eſt trahenda. — pœnitentia eſt arbitraria. — pœnitentia falſa. — lapſi fortiores ſurgunt. — contra veritatem contendẽs nunquam placatur. — heretici nunquam placãtur ſicut nec phariſei. — phariſeus eſt q tentat. — malitia confunditur ſed non corrigitur. — quænam phariſei chriſto vitio dabant.

fas, & ius — *ne. * contra fas & iura, ideſt contra diuinam legem & humanas conſtitutiones quas patrum tradi* 1. diſt. c. 2.
tiones vocabant. fas enim a iure vt ſupra notatum eſt differt. fas, namque lex diuina eſt. ius, lex
*humana. * feſtis diebus. non eſt a deo, dicebant, qui ſabbatum non cuſtodit. quia luto vnxerat ocu-* Io. c. 9.
*los cæci nati & aperuerat in die ſabbati. * opem inualidis. reſpice ad quantam cæcitatem deuenerant*
Iudæi legis literæ pertinacius inherentes. vt crimini darent ſabbato curare infirmos, eo quia dicebat
opus ſeruile — *lex, opus ſeruile non facietis in eo. hoc eſt peccatum. nam qui peccatum facit ſeruus eſt peccati. &* Io. 8.
mancipium diaboli, cui modicæ voluptatis ære ſeſe vendidit. ſed iam videamus quos ægros dominus ſab Matth. 12.
de ſabbato — *batis curarit. & primo vt referunt tres Euangeliſtę. cum ſabbato introiſſet in ſynagogam in qua e-* Lucæ 6.
rat homo manum habens aridam. & interrogabant eum ſi licet ſabbatis curare, vt accuſarent eum. & Marci. 3.
arida manus — *iuſſit ſtare in medium hominem qui manum habebat inualidam. deinde conuerſus ad inſidiatores di-*
xit. licet ne ſabbatis benefacere an male? animam ſaluam facere an perdere? cumq; obmutuiſſent con
triſtatus ſuper cæcitate cordis eorum. Quis (iterum ait) ex vobis ouem habens quæ ſi ceciderit ſab
batis in foueam. nonne tenebit & leuabit eam? quanto melior eſt ergo homo oue? tūc ait homini ex-
tende manum tuam. & extendit, reſtitutaque eſt ſanitati ſicut altera. hunc refert Hieronymus fuiſſe ſuper eodē euang.
cementarium & huiuſmodi vocibus domini auxilium imploraſſe. Cementarius eram, manibus victum
erigitur meli- — *queritabam, precor te Ieſu vt mihi reſtituas ſanitatem, ne turpiter mendicem cibos. Sabbato quoque* Lucæ 13.
ta mulier. — *alio in ſynagoga mulierem erexit inclinatam adeo vt. xviij. annis non potuerit ſurſum reſpicere. cūq;*
archiſynagogus indignatus quia ſabbato curaſſet. turbę proclamaret. ſex dies ſunt in quibus oportet
operari. in his venite & curamini: non in die ſabbati. reſpondit Ieſus. Hypocrita vnuſquiſque ve-
ſtrum ſabbato nō ſoluit bouem ſuum aut aſinum & ducit adaquare? hanc autem filiam abrahæ quam
alligauit ſathanas. xviij. annis, non oportuit ſolui a vinculo iſto etiam die ſabbati? & erubeſcebant ad-
hydropicus cu — *uerſarij eius. rurſus cum eſſet quadam die ſabbati in domo principis phariſæorum prandens apud illū,*
ratur. — *ecce hydropicus quidam ſeſe obtulerat domino curandus. dixitque dominus ad phariſeos & legiſperi-* Lucæ. 14.
tos cum eo diſcumbentes. ſi licet ſabbatis curare? at illi tacuerunt, ipſe vero apprehenſum ſanauit ac

Nempe ego nunc feſtis fas contra, & iura diebus
Affero opem inualidis, ægroſq; in priſtina reddo.
Nunc ſontes, & ſponte ſua commiſſa fatentes
Accipio, noxaq; animos, & crimine ſoluo.
Nunc ſocij fruges tractant, & vina, priuſquam
Dent manibus lymphas, cum victu corpora curant,
Nec dapibus parcunt, & quæ in nos plurima iactant,
Quin etiam me fraude petunt furta irrita adorti.

dimiſit, dixitque illis. cuius ve-
ſtrum aſinus vel bos in puteum
cadent & non continuo extra-
het illum die ſabbatis? & non
poterāt ad hæc reſpondere. Itē Io. c. 5. ietrus
paralyticus cu — *paralyticum de quo ſupra. 38.*
ratur. — *annos habentem in infirmitate*
curauit die ſabbati. & quia ad
manifeſtationem miraculi iuſ-
ſus grabatum ſuum ferebat. in-
crepabatur a Iudæis dicentibus ſabbatum eſt non licet tibi ferre grabatum, & cum nunciaſſet Iudæis ꝙ
a domino Ieſu ſanus fuerat effectus ſubiungit Euangeliſta. propterea perſequebātur Iudæi Ieſum quia
hæc faciebat in ſabbato, quibus ille reſpondit, pater meus vſque modo operatur, & egó operor. cumq; Io. c. 7.
de eadem re orta rurſus eſſet diſceptatio dixit eis Ieſus vnum opus feci & omnes miramini. Moyſes de-
dit vobis circumciſionem quæ tamen eſt ex partibus. ſi circuncioſionem accipit homo in ſabbato. vt nō
ſoluatur lex Moyſi: mihi indignamini quia totum hominem ſanum feci in ſabbato. & vt nihil omitta-
tur de his quæ ſabbato facta ſunt Iudæis murmurantibus. referunt Euangeliſtæ quòd abeunte Ieſu Matth. 12. Marcus c. 2.
per ſata ſabbato, diſcipuli eius eſurientes cœperunt vellere ſpicas & manducare. phariſei autem viden
vadunt diſcipu- — *tes dixere. Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet facere ſabbatis. quibus ille ait. non legiſtis quid* Lucas. 6.
li per ſata ſab- — *fecerit Dauid quando eſurijt, & qui cum eo erant quomodo manducauerunt panes propoſitionis quos* i. Regū 21.
bato. & excu- — *non licebat eis edere niſi ſolis ſacerdotibus? aut non legiſtis in lege, quia ſabbatis in templo ſacerdotes*
ſantur. — *etiam ſabbatum violant & ſine crimine ſunt. dico autem vobis quia templo maior eſt hic. ſi ſcire-* Oſeæ. 6.
tis quid eſt miſericordiam volo & non ſacrificium, numquām condemnaſſetis innocentes. dominus enim
eſt filius hominis etiam ſabbati. nam ſabbatum propter hominem factum eſt & non homo propter ſab
peccatores re- — *batum. * nunc ſontes peccatores. obijciebant item peccatores a domino recipi: quòdq; inter eos con*
cipiuntur. — *uerſabatur manducans & bibens cum illis. dicebantque publicanorum & peccatorum eſſe amicum.*
ex conſuetudi- — *arguentes a conuerſationis ſimilitudine & conſuetudinis. vnde propheta cum ſancto (ait) ſanctus e-*
ne preſumitur — *ris, & cum peruerſo peruerteris. ſic & Eſaias clamat. Exite de medio, ſeparamini & immundum ne*
ſimilitudo. — *tetigeritis. & ſapiens ait. Qui tetigerit picem: inquinabitur ab ea. Paulus quoque exclamat. noli-* Eſaiæ. 52. 2. cor. 6

te iugum

te iugum ducere cum infidelibus. Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas lucis ad malæ fugiendæ
1. cor. 5. *tenebras? Quæ conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? & alibi. ne commi-* ſocietates.
ſceamini fornicarijs. Item ſi quis frater nominatur inter vos fornicator aut auarus, idolis ſeruiens aut
maledicus, ebrioſus aut rapax cum huiuſmodi nec cibum ſumere. vt quid ergo reprehenduntur phari
ſei? ſed longè aliud eſt conuerſari peccatoribus in peccatis eorum. aliud interdum conſuetudinem eo- quo pacto conuerſandum eſt
rum non ſpernere vt vita noſtra exemplo verbiſq; doctrinæ ad meliorem frugem reducantur. rurſus cum peccatoribus.
alia eſt cauſa peccatorum conſuetudine delectari, dum ad mandatum Eccleſiæ communione priuātur.
vt erubeſcentes citius reſipiſcant: pertinaciter eis adherere: & in peccato quodammodo fouere. alia
verò peccata confitentes non aſpernari, & miſericorditer ſuſcipere. cum per pœnitentiam deſinant eſ-
ſe quod fuerant, & incipiant eſſe quod non erant. hanc rem phariſei falſa tumentes iuſtitia minime
Aug. *capiebant. nam duri & immiſericordes nullum inter peccatorem & peccatorem diſcrimen agendum cen-* noxa.
*ſebant. * noxa, modo pœna, quia ſequitur & crimine ſoluo. alias culpam ſignificat vt iureconſultus.*
noxæ appellatione omne delictum contineri. dicit. noxæ tamen dedere eſt, mancipium ei quem læſerit ad
pœnam luendam tradere. vt in multis habetur legibus. ceterum ſeruius & Iuſtinianus Cæſar. noxam
corpus delinquens eſſe dicunt. veluti ſeruum noxiam verò delictum ipſum & culpam, vti homicidium noxam.
toto tit. ff. de nox l 2. ff. d noxal. inſtit eod. tit. ulc gloſſ. ibidem. l. p ff. eod l. 2. eo tit. l. 4. eo tit.
furtum & alia ſcelera. vnde verſus. Noxia delictum, delinquens noxa vocatur. de noxia penes iure
conſultos veriſſimum eſt. nam & gaius dicit. Noxales appellantur actiones quæ non ex contractu:
ſed ex noxia atque maleficio ſeruorum aduerſum nos inſtituuntur. Vlpianus quoque ſi ſeruus furtum
fecit, noxiamue nocuit. quòd & Iulianus ante illum. lib. lxxvi. ſcripſerat. Paulus etiam, ſi ſeruus vi-
dente quidem ſed inuito domino noxiam noceat. de noxa non vſquequaque ſeruatur. nam & ipſi di- quid ſit a pœna & à culpa abſoluere.
cunt. noxam caput ſequi, ideſt culpam vel pœnam ſeruum delinquentem comitari ad cuiuſcumque ma-
*nus deuenerit. * ſoluo. hoc eſt quod vulgo dicitur quempiam poſſe a pœna abſoluere & a culpa. ex*
eo namque quòd quis admiſerit facinus duplici vinculo tenetur obſtrictus. culpa, quia deum læſit &
Eccleſiam ac proximum. pœna cuius eſt gehenna, cum autem peccator ingemuerit, culpam quidem re-
de pen. d. 1 c. verbū dei cum gl. *mittis deus: pœna verò in temporale tranſmutatur ſuplicium ad diſcretum Eccleſiæ arbitrium, quæ ſi*
plus vel minus indiſcretè fuerit arbitrata, deo augente vel remittente ſaluti prouidetur peccatoris. ip-
ſe tamen deus qui cor ingemiſcentis intuetur, nec vnquàm fallitur. poteſt vtrunque ſi velit remittere.
Lucæ 7. *quod Ieſus fecit vt deus. nam Mariæ peccatrici dixit remittuntur tibi peccata tua. & fides tua te ſal-*
uam fecit vade in pace. ſed nec Mattheo publicano vllam impoſuit ſatiſfactionem. paralitico etiam di-
Matt. 9. *xit remittuntur tibi peccata tua. moxq; ſalutem præſtitit. * nunc ſocij. alia eſt obiectio. quam ſcri-*
Matt. 15. *bæ & phariſei ab hieroſolimis fecerunt domino dicentes. quare diſcipuli tui tranſgrediuntur mandata*
ſeniorum? non enim lauant manus quando manducant panem. quibus ipſe reſpondit. quare & vos
tranſgredimini mandatum dei. &c. vſque ibi. non lotis manibus manducare non coinquinat hominem.
Hier. ſuper Matth. c. 15. *. * priuſquam dent manibus lymphas. mira inquit Hieronymus phariſeorum ſcribarumque ſtultitia dei* lauamini & mūdi eſtote quomodo intelligendum ſit.
filium arguunt quare traditiones hominum non ſeruet. & Beda. verba prophetarum carnaliter ac-
Beda in hom. *cipientes, quod dictum erat lauamini & mundi eſtote. de corpore ſolum lauando ſeruabant. Manus*
hier. vbi ſupra. *autem (teſte Hieronymo) ideſt opera non corporis, ſed animæ lauanda ſunt, vt fiat in illis verbum dei*
Diſcipuli autem ideo interdum non lauabant manus quia ad ea ſolum quæ neceſſaria erant attenden-
cirillus ibidem. *tes: in his ſuperfluis nullum ſtudium adhibebant præterea credebant: phariſei ex illa crebra lauatione*
& Remigius ibidem. *manuum quandam in anima fieri ſpiritualem mundationē. quæ res ſuperſtitioſa erat minimeq; vera. &*
ob id ab ea Diſcipuli abſtinebant. eſt tamen diligenter attendendum ad id quòd ibi dominus dixit. Quod quod intrat p os quo pacto intelligendū ſit
intrat in os non coinquinat animam. quod negantes quadrageſimam pro ſe adducunt. ſed rectè intel-
lectum nihil illis prodeſt. nec enim ſumus nos ita fatui. vt dicamus carnes vel lacticinia quæq; eo tem-
pore vel alio ſumpta hominem interiorem coinquinare tametſi forte exteriori ob crapulam vel aliam
ſtomachi indiſpoſitionem poſſint obeſſe. verum contumacem eorum inobedientiam in eſu cibi pro tem- non cibus ſed inobedientia coinquinat.
1. cor. 11. eccleſiam dei contemnitis. *pore prohibiti ab alma matre Eccleſia, animas eorum dicimus coinquinare: peccatoque obnoxias redde-*
re. veluti nec illud pomum quod primi parentes noſtri in os coniecerunt, eos fœdauit. ſed quia inobe-
dientes deo, manducauerunt quod eis interdixerat ne guſtarent. quam graue peccatum autem illud ex ſeruanda eſt quadrageſima.
gen. 3. de ſacra unctio. c. 1. ad eph. c. 1. & 5 Matth. 16 & 18. & Io. 20. *inobedientia fuerit. mors ſequens & aliæ pœnæ humano generi inflictæ edocēt. at Eccleſia (inquiūt)*
non deus hoc interdixit. quaſi neſciant Eccleſiam Chriſti corpus eſſe. ligandiq; & ſoluendi ab ipſo do-
mino quæcumq; voluerit poteſtatem habuiſſe. & preterea ſcriptum eſſe. quicumq; ſacerdotis imperio
non obedierit morte moriatur. de hac re diffuſius in noſtra quadrageſima diſſeruimus. ibi licebit vide-
*re reſponſa ad omnia quæ poſſunt obijci. * nec dapibus parcunt, ideſt nec ieiunant, a cibis enim abſtine-*
re.

re. ieiunare eſt. nam & iſtud obiecerunt phariſeorum inſtinctu diſcipuli Ioannis, dicentes domino Ieſu. quare nos & phariſei ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non ieiunant? quibus reſpondit. numquid poſſunt filij ſponſi lugere quandiu cum illis eſt ſponſus? venient autem dies cum auferetur ab eis ſponſus & tunc ieiunabunt in illis diebus. ſponſus autem Chriſtus eſt, ſponſa Eccleſia, de hoc ſpirituali connubio Apoſtoli ſunt creati, qui lugere non poſſunt quàmdiu ſponſum in thalamo vident: & ſciunt ſponſum eſſe cum ſponſa. quando vero tranſierunt nuptiæ, & paſſionis ac reſurrectionis tempus aduenit, tunc ſponſi filij ieiunabunt. & eſt notandum Chriſti verbum, non enim dixit nõ eſſe vnquàm ieiunandum. ſed certa diſpenſationis gratia pro eo tantum modico tempore a ieiunio abſtinendum eſſe quo futurus erat corporali preſentia cum diſcipulis ad aſcenſionis vſque diem. alioquin, diceretur ei quare tu domine ieiunas? ſi ieiunandum non eſt? vnde Rabanus. ieiunat (inquit) Chriſtus, ne tu, ò, chriſtiane p̃ceptum declines. manducat autem cum peccatoribus vt gratiam & poteſtatem intelligas. Eſt etiam ſciendum duplex eſſe ieiunium. generale primum maximum & perfectum ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus abſtinere. hoc omnibus & omni tempore præceptum eſt. alterum vero temporale a carnibus & lacticinijs abſtinere & ſemel in die tantum reſici. hoc & bifariam diuiditur. nam indictum eſt quoddam, & quoddam voluntarium. ſub primo quadrageſima eſt, a Moſe primo, ab helia ſecundo, tertio & a domino noſtro Ieſu Chriſto inſtituta confirmata & conſecrata. deinde a beato Petro Apoſtolo etiam iuſſu, & poſtremo ab vniuerſali Eccleſia recepta. quam rem indicant homeliæ, Auguſtini, Gregorij, Hieronymi atque Ambroſii, ſermoneſque Leonis Pontificis eloquentiſſimi maximi Epiſcopi. & aliorum doctorum ſuper commendatione quadrageſimæ deſcripta. quis autem erit ita fatuus, vt ab hac vniuerſali quadrageſimæ obſeruantia ſeſe velit immunem reputare neſcio quorundam hereticorum opinione illectus, qui comeſſationibus & ebrietatibus deſeruientes rubentibus buccis ieiunum audent Chriſtum prædicare, quibus ignominia eſt Ieſum crucifixum pauperem & eſurientem farſis prædicare corporibus. ſub hoc indicto ieiunio ſunt, quattuor anni tempora & aliquæ per annum vigiliæ. quæ autem ſint, vide Innocentium tertium, de obſeruatione ieiun. ſecundum vero ieiunium eſt voluntarium. de quo Hieronymus vtinã (inquit) ieiunare poſſemus quottidie: quod in actibus Apoſtolorum, diebus Pentecoſtes & die dominico Apoſtolum Paulum & cum eo credentes feciſſe legimus. nec hoc dico quòd feſtiuis diebus ieiunandum eſſe putem, & poſt pauca, vna quæq; prouincia abundet in ſenſu ſuo. & præcepta maiorum leges Apoſtolicas arbitrentur. & Iſidorus. Licet poſt Paſcha (inquit) vſq; ad Penthecoſten traditio Eccleſiarũ abſtinentiæ rigorem prandijs relaxauerit. tamen ſi quis monachorum vel clericorum ieiunare cupit non ſunt prohibendi. quia & Antonius & Paulus & ceteri patres antiqui etiam his diebus in heremo leguntur abſtinuiſſe. neq; ſoluiſſe abſtinentiam niſi tantum die dominico. plurima, ꝙ fabri filius. ꝙ ſeduceret turbas, ꝙ in Beelzebub principe demoniorum demonia eijceret. ꝙ homo cum eſſet faceret ſe ipſum deum. & ſimilia.* furta, ideſt clandeſtinas & fraudulentas tentationes. quicquid enim in abſcondito fit furtum dici poteſt.* adorti, agreſſi ad tentandum, vt caperent eum in ſermone.* vel cum rom, miſerunt phariſei diſcipulos cum herodianis dicentes. Magiſter ſcimus quia verax es, & viam dei in veritate doces & non eſt tibi cura de aliquo, non enim reſpicis perſonam hominum. dic ergo nobis quid tibi videtur? licet cenſum dari ceſari an non? cognita autem Ieſus nequitia eorum ait. Quid me tentatis hypocritæ? oſtendite mihi numiſma cenſus. at illi obtulerunt ei denarium. & ait illis Ieſus: cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? dicunt ei. Cæſaris. Tunc ait illis. reddite ergo quæ ſunt cæſaris ceſari. & quæ ſunt dei deo.* aſtu. aſtutia phariſeorũ hæc erat. vt blanda interrogatio induceret eum ad reſpondendum contra ceſarem, tributa non eſſe ſoluenda ab eo populo qui decimas & primicias dei ſolueret ſacerdotibus. & mox a militibus herodis caperetur tamquam læſæ maieſtatis reus. erant enim in populo tunc temporis tacita & diſſona de hac re vulgi murmura.* pendere, ſoluere.* regi, ceſari.* edicto, imperiali præcepto.* cecos, interiori viſu intellectuq; carentes. excecauerat autem eos propria malicia. videntes enim non videbant. & audientes non intelligebant, vt impleretur Eſaiæ vaticinium. quare & dominus ſæpe in Euangelio cecos appellat. vt ceci ſunt & duces cecorum. phariſea cece. aliaq; permulta.* facta ingentia, miracula maxime naturæ vim tranſcendentia. quæ ſupra relata ſunt & infra referentur. quamobrem ſæpe ad opera conſideranda eos inuitabat, dicebat enim, ipſa opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me. & alibi. Si mihi non vultis credere: operibus credite.*

Vel cum Romanis aſtu me opponere tentant.
Incautum quęruntq; dolo. an fas pendere regi.
Per capita argentum, edicto quod quiſq; iubetur.

Ieiunium multiplex.

quadrageſima a quibus inſtituta. diſt. 4. c. ſtatuimus cum 2. cap. ſequent. & conſ. d. 3. c. 6. 7. 8. & 9. & diſtin. 5 c. quadrageſima.

ieiunandũ eſſe

utinam quotti die ieiunare poſſemus.

furta

adorti

de tributo cæſari dando.

aſtus.

edictum.

ceci interiores

opera conſideranda.

Deuteron. 17. cap vlt. ad titũ ꝗ. de maior. & ob c. 2.
Matth 9. Marci 2. & Lucæ. 5.
Hier. ſuper eodẽ cap.

Rabanus ibidem.

Aug. ſuper Ioãnẽ & de conſecra. d. 5. cap. Ieiuniũ. diſt. 4 c. Denią.
Exodi 24. & 34. deut. c. 9. & 10. 3. regũ 19. Matth. 4.
guliclmus durans i rationali diuinorũ off. lib. 6. c. de feria quarta.
Vide homelia in principio quadrag. & in breuiario.
Paulum ad Ro. c. 13.
Hieronimus in Micheam: 35. diſt. c. eccleſie. 76. diſt. per totum.
Hier. ad lucinum 76. diſt. c. vtinam, actu. c. 2. ead diſt. c. poſt paſcha
Matt. 22. Marci 12 Lucæ 20.

Io. 12. eſai c. 6. Mat. 15. & 23.

Io 5. Io. 8.

Io 15.

credite. & alibi, ſi non veniſſem & locutus eis non fuiſſem, & opera in eis non feciſſem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. * humanis opibus. medicorum ope. nec enim in inſtanti curare poſſunt infirmos. vel cæcos illuminare. aut ſuſcitare defunctos & alia permulta facere quæ a domino noſtro Ieſu Chriſto ſunt patrata. * qua vi diuina, ſcilicet. * agitem. bene frequentatiuo vſus eſt verbo ad denotandam operum frequentiam. * ſpoliati ab ira, odio, & inuidia. * lumine intellectus & gratiæ dei. * conſiliis ſuper, par, de generis humani redemptione, quam neſcientes & inuiti omnino operati ſunt. & in hac re maxima oſtenditur dei ſapientia, quæ de impiiſſimo perdiſorum hominum ſcelere tam maximum & commune bonum elicuit. cuius fuerat figura Ioſephi impia venditio fraterna. vnde ſecuta eſt ſalus & domus paternæ multorumque populorum vt ſupra vidimus.

frequentatiuo quando vtendum ſit.

bona de malis elicit deus.

diſt. 6 §. his ita reſpondetur. cum gl.

* obſtare. ſed fruſtra. quid enim poteſt homo contra deum? * priſcos ritus, quo ad ſignificantiam. nam quo ad vmbram ſublati ſunt. Eſt autem ſciendum. quòd eorum quæ in lege veteri comprehenſa ſunt. aut moralia ſunt præcepta, aut myſtica. moralia verò. quæ ad naturale ius pertinent mutata non ſunt nec ſublata, At Myſtica quantum ad ſuperficiem & vmbram rerum quæ venturæ ſignificabantur immutata quidem ſunt vel potius detecta quæ in his latebant. & ſecundum moralem ac ſpiritualem intelligentiam nequaquàm mutata ſunt vel ſublata. * legeſue refigo. hoc eſt quod aliis verbis habemus in Euangelio non veni ſoluere legem ſed adimplere. adimpleuit autem legem Chriſtus, addendo quod minus habebat, neminem enim (vt ait Apoſtolus) ad perfectum duxit lex. faciendo quod præcipiebat, & exhibendo quod prophetabat. maxima autem plenitudo legis eſt charitas quàm dominus Ieſus dedit mittendo ſpiritum ſanctum. nam quicũque charitatem habẽt, quæ dei eſt dilectio & proximi, legem adimplent, in his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. hoc idem aſſerit Apoſtolus. omnis lex in vno ſermone adimpletur. diliges proximum tuum ſicut teipſum. eſt

quo pacto lex obſeruetur etiam nunc.

Matth. 5.

Aug. ſuper matt. et cõtra fauſtum

hebre. 7.

legem quomodo adimpleuerit chriſtus & non ſoluerit.

Nec cœcos mea facta mouent ingentia, quæ non
Humanis fierent opibus, non artibus vllis.
Nec qua vi hæc agitem ſpoliati lumine cernunt,
Conſiliiſq; audent ſupremi obſtare parentis,
Nec priſcos tollo ritus, legeſue refigo,
Matth. 22. Quippe alia archanis longè ſententia dictis.
Indeprenſa latet, longè altera ſacra teguntur.
Nube ſub ubſcura verborum, vt cœtera mittam.

ad gal. 5.

hebr. 7.

itaq; non ſublata lex, ſed adimpleta & tranſlata. quia tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt vt etiam legis tranſlatio fiat. dixit autem poeta, leges refigi, ex romana conſuetudine, apud quos inciſæ in æreis tabulis leges parietibus affigebantur, quas aliquando tyranni rempub. occupantes refigebant, id eſt remouebant. aliaſque pro libito ponebant. hinc varius poeta dixit. vendidit hic latium populis: agroſque quiritum, Eripuit: fixit leges precio atque refixit. Vergilius quoque hunc imitatus (ait) vendidit hic auro patriam dominumq; potentem impoſuit: fixit leges prætio atq; refixit. Ouidius quoq; nec verba minantia fixo Aere ligabantur. &c. * alia ſent. myſticus dicitur ſenſus. vt de agni immaculati immolatione & ſanguinis eius linitione ſuper poſtem. per quem ſignificabatur Chriſtus verè immaculatus in ara crucis immolandus cuius ſanguis ſuper poſtes cordis humani linitus ab Angelo percuſſore animam vniuſcuiuſq; liberat. & ſi uis moralẽ huius figuræ ſenſum plenè perſpicere vide Greg. in homelia * indeprenſa a cæcis phariſeis, qui litteræ occidenti pertinaciter inhærentes ſpiritualem ſenſum viuificantem non apprehendunt. nec vnquàm apud eos aqua in vinum, ſicut apud Eccleſiæ Chriſti nuptiarum conuiuas commutatur. * altera ſacra. vt per circuncisionem carnis, cordis mundiciam ab impuris cogitationibus intelligamus. vnde & moyſes ipſe hortabatur populum dei his verbis. circumcidite igitur præputium cordis veſtri: & ceruicem veſtram ne induretis amplius. & alibi. circũcidet dominus deus tuus cor tuum & cor ſeminis tui vt dilligas dominum deum tuum ex toto corde tuo & in tota anima tua vt poſſis viuere. Apoſtolus quoq; aſſerit idem. non qui in manifeſto iudeus eſt: neque quæ in manifeſto in carne eſt circunciſio. ſed qui in abſcondito iudeus eſt. & circunciſio cordis in ſpiritu non litera: cuius laus non ex hominibus ſed ex deo eſt. & alibi. in quo circunciſi eſtis circunciſione non manufacta in expoliatione corporis carnis, ſed in circunciſione Ieſu Chriſti conſepulti ei in baptiſmo. hoc enim ſacramentum ei ſucceſſit tãto melius illo, quanto figura res ipſa excellentior eſt. circunciſione nãq; ſolum originale peccatum tollebatur. nec cœli ianuæ aperiebãtur. nec fœminis erat remedium. baptiſmo verò cum originali & omnia actu perpetrata delentur peccata, regnumq; panditur cœlorum, fœminis quoq; ſicut & viris præcipuum eſt remedium. item Eucharistiæ ſacramentum, carneis illis ſacrificiis figurabatur, & maxime agni: vt ſupra dictum eſt. hoc igitur adueniente, illa vmbratica ceſſauere. * mittam,

leges refigi.

vt refert Landinus. ſup verg. 6. æn. Ouid. p. me

agni myſtica interpretatio.

ſabbati i albis.

apud cœcos nũquam aqua in vinum commutatur.

Deuter 10

Deut. 30.

rom c. 2

coloc. 2.

circumciſio. vera quæ ſit.

baptiſmus loco circumciſionis & i quibus mel hor illa.

quare olim carnes quorundā animal. prohibite,

tam, pro omittam, aphereſis. * *quid ſuis horretis. ſciendum eſt, duplici de cauſa fuiſſe olim a domino iudeis adhuc rudibus prohibitas carnes quorundam animalium, carnali, & ſpirituali. donec veniret lex ſpiritualis quæ carnalem extingueret legem & rationem. carnalis ratio fuit hæc quæ etiam medicorum noſtri temporis eſt. quia in cibum aſſumptę propter nimiā humiditatem, ſiccitatemve, quando ſalſę ſunt mali ſunt nutrimenti, morboſq; varios inducant, maxime carnium multarum voratoribus, quales erant illius tempeſtatis iudei. vt ex ſepulchris concupiſcentiæ patuit. moderatæ autem ſumentibus quales decet Chriſti fideles eſſe, quibus eſca & potus regnum dei non eſt. & qui nō in comeſſationibus & ebrietatibus Chriſtum induunt. nihil poſſunt nocere. altera cauſa ſpiritualis eſt ea quam & Ioſephus in libro antiquitatum & author ipſe noſter adducit. quia vitia quædam animalibus his figurantur quæ*   numerorū. 11. Rom. 14. Rom. 13.

per porcum luxuria.

ſunt fugienda, ideo ad hæc denotanda prohibitus eſt etiam carnium eorum vſus. vt per porcum qui cæno gaudet immundicia luxuriæ deſignatur. & maxime eorum de quibus eſt illud domini prouerbium. ſus lota in volutabro luti. & canis reuerſus ad vomitum. per pauidum leporem, puſillanimorum timidi-

per leporē puſillanimes.

Quid ſuis horretis vetitis imponere menſis.
Viſcera? non animis labem ſublimibus affert
Aut his aut illis ieiunia ſoluere rebus.   leuit. 11.
Vobis intus obeſt mens ipſa, & dira cupido.
Sed quoniam gaudet cœno inmundaq; palude
Setigerum genus, & pecori huic innata libido eſt.
In ſue adumbrantur veneris malagaudia fœdæ.
Quin etiam, vt iuſſis animos cœleſtibus autor.
Paulatim aſſueſcens poſſet mollire colendo,
Ne nulla inciperet ſub religione tenere.
Indociles primum populos, obtuſaq; gentis
Pectora iuſſit oues iugulare & ſanguine terram.

tas. gibbo camello ſuperborum tumor. & ſic de alijs. quæ autem ſint ea animalia eſu prohibita vide leuiticum. * *vetitis menſis. hypallage. carnes enim non menſæ ſunt vetita. ſunt autē ſues ex illis animalibus quæ licet vngulam diuidant, non tamen ruminant, quæ duo erant in prohibitione.* * *animis qui virtutibus & ſupernarum rerum contemplatione paſcuntur. & maxime verbo dei & altaris eſca ſanctiſſima.* * *ieiunia ſoluere, ideſt famelicum ventrem paſcere. nec enim Chriſtiani quando ieiunāt carnibus veſcuntur. ideo ſanè intelligenda ſunt hæc verba. ea namq; ſunt quæ ſupra diximus a domino fuiſſe aduerſus pharifeos dicta. quod intrat in os non coinquinat animam. eſt enim verum quòd cibus ipſe animum non maculat cum in uentrem vadat & per ſe ceſſum effundatur. ſed auiditas ſumentis in tempore prohibito & inobedientia ipſa animum fœdat vt de pomo ab Adam comeſto ſupra oſtendimus.* * *mens ipſa rebellis & contumax.* * *dira cupido; gulæ auiditas. quæ quinq; modis teſte Gregorio nos tentat. aliquando namq; indigentiæ tempora præuenit. aliquando tempora non præuenit, ſed cibos lautiores quærit; interdum quæ ſumenda ſunt procurari accuratius expetit. interdum autem & qualitas ciborum, & tempus congruit; ſed in ipſa quantitate ſumendi menſuram refectionis excedit. nonnunquàm & abiectius eſt quod deſiderat: tamen in ipſo æſtu deſiderij immenſi deterius peccat.* * *ſetigerum genus. porcorum domeſticorum & ſilueſtrium qui & apri dicuntur. vnde & Vergil. & liquidis immiſſi fontibus apros. qui puros fontes cænoſos efficiunt, porro ſeta, vnde ſetigerum componitur. quanquam durior ſit pilus quorumcunq; animantium quæ molli vellere non induuntur, vt equorum aſinorum & ſimiliū. proprie tamen ſuis eſt, vnde & ſetam quaſi ſuetam dici quidam arbitrantur.* * *quin etiam. hic author annectit rationem ſacrorum veterum quæ in hoſtiarum immolatione conſiſtebant. & dicit hanc fuiſſe vt paulatim rudis populus aliqua inciperet religione teneri. altera eſt vt ab idolorum cultu retraherētur, quibus valde proni erant ex his, quæ in ægypto viderant fieri, & adiacentibus regionibus. quare iuſſi fuerunt vt in honorem veri dei pecora immolarent. quæ dæmonibus omnino immolaſſent. vnde in pſal. dicit dominus, numquid manducabo carnes taurorum aut ſanguinem hircorum potabo? & Paulo ſupra. non accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos & alia multa, quæ ibi ponuntur ad demonſtrandam ſacrorum illorum imperfectionem, & futuram in aduentu Chriſti eorū ceſſationem. tertia quoq; ratio eſt. vt illa ſacra eſſent vmbra & figuræ quædam paſſionis Chriſti, & nouorum ſacramentorum ab eo inſtituendorum. omnia enim vt ait Paulus in figura contingebant illis.* * *colendo. exercendo eos in talibus ſacrificijs quorum carnibus pro parte veſcebantur.* * *nec nulla, id eſt aliqua. per liptoten figuram.* * *indociles. rudi & aſpero ingenio, nec faciles ad docendum.* * *obtuſa, craſſa & ſupina, tranſlatio eſt ſumpta ab acie ferri.* * *ſang. ter. hoc ideo iuſſum eſt. ne ſanguinem proximorum (ad cuius effuſionem natura proni erant) ſitirent, & ab homicidijs abſtinerent.* * *imbuere,*

Marginal notes: non cibus ſed auiditas & inobedientia maculant guloſum. — quot modis a gula tentamur. — ruminare & vngulam diuidere. — eſca ſpiritualis. — ſetigerū genus porcus. — ſetæ quæ ſint. — pecudum ſacra ex ſe parum grata & quare iuſſa. — colere — obtuſa. — imbuere. — Math. 15. — gregorius in expoſit. Iob & de conſecr. diſt. 5. e quinque modis. — verg. egl. 2. ſeruius ibi — pſal. xlix. quem omnino vide. — 1. cor. 10.

re, madeſacere. verbum eſt ſacrorum. vnde & Vergilius illius aram ſæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus. imbuere tamen proprie eſt inchoare. vt declarat ibi ſeruius. immeritos iuuencos. vnde & Ouidius expoſitis cauſis quibus alia quædam pecora mactabantur dicit. Quid meruere boues animal ſine fraude doliſve &c. hinc & Cato. cum ſis ipſe nocens moritur cur victima pro te? & alibi. Thure deum placa: vitulum ſine creſcat aratro. apud antiquos etiam legimus fuiſſe pœnam capitalem. ſi quis bouem occidiſſet: cum hominis focius quodammodo videretur.* mens alta, intellectu plena. ita vt etiam futura proſpiceret. * ſpeculum, figura quædam & vmbratilis viſio. iuxta illud Apoſtoli: videmus nunc per ſpeculum in enigmate. * relligionis, Chriſtianæ ſcilicet. * his actis. narraturus transfigurationem Domini noſtri Ieſu Chriſti quæ dicitur facta in monte Tabor, interſerit diſceſſum*

boues immeriti

Valer. Max.

pena boué occidentis.

ſpeculum.

continuatio.

transfiguratio domini.

Imbuere, immeritoſq; aris mactare iuuencos,
Quæ tamen omnia erant, ſi cui mens alta vigebat,
Venturæ ſpeculum mox relligionis, & vmbra.
His actis, iam deuexum cum veſper olympum
Clauderet, egrediens maleſida ceſſit ab vrbe.
Tum genitorem obitus affarier ante propinquos
Exoptans, coramq; arcanas promere voces,
Ignaros ſocios Taburi ima in valle reliquit,
Ipſe autem aſſenſu ſuperans capita ardua montis
Conſtitit, aereæ feriunt vbi ſydera cedri.

*eius ab vrbe & orationem in monte factam: ne abruptus videretur tranſitus. pleraque enim ab authore enumerantur diuerſo tempore facta, ac ſi eodem anno diebus paſſioni iā proximis geſta fuiſſent. ne ſine arte opus hoc videretur inſulſum. minuſq; coloribus ornatum. hoc igitur dicit. his in vrbe geſtis, cum iam adueſperaſceret egreſſus dominus vt patrem liberius oraret amotis arbitris: reliquit diſcipulos in valle, aſſumptis ſecum tribus tantum Apoſtolis Petro, Iacobo, & Ioanne. in montem conſcendit ibique patrem orauit, & reſponſum accepit ſe exauditum fore: demum & transfiguratus ſeſe deum clara in luce videndum illis tribus Apoſtolis exhibuit. * deuexum ad occidentem inclinatum. * clauderet vmbra ſuperueniente nocturna. eſt autem poetica hæc locutio. qualis & Virgil. Ante diem clauſo componet veſper Olympo. dicunt enim poetæ veſpere nocturno claudi cœlum, & luciſero diei aperiri. dicitur autem Olympus quaſi. ὁλόλαμπος. ideſt totum ſplendens. * maleſida vrbe. hieroſolima. cui tute ſeſe committere nequaquàm poterat. quia quærebant Pontifices, Phariſei & Scribæ eum morti tradere. * ante obitus propinquos, ante mortem vicinam. * affarier. pro affari: alloqui. epentheſis eſt. * ignaros ſocios. neſcios quanam cauſa eis relictis, in montem cum tribus ſolis aſcenderet. * taburi. hic eſt mons Tabor prouinciæ Galileæ inter Nazareth & Aſſeth ac Hermon. in forte Iſachar & Neptalim. de quo in libro Iudicum habetur mentio. nam illuc adduxit exercitum Barach exhortatu Delboræ prophetiſſę. & inde expugnauit in fugamque conuertit exercitum Syſaræ & nongentos eius currus falcatos. de hoc monte & in Pſalm. dicitur. Tabor & Hermon exultabunt in nomine tuo, tuum brachium cum potentia. nec multum inde Iordanis abeſt fluuius in eo loco vbi baptizatus eſt a Ioanne dominus: & per quem tranſierunt Iſraelitæ ſiccis pedibus. * aereæ, altæ. * cum fratre, Iacobo. * vocati. ſylepſis in caſu & ſyntheſis in numero ſed cur non omnes aſſumpſit? quia vnus erat inter eos indignus diuinæ viſionis. iuxta illud. tollatur impius ne videat gloriam dei. ſi ſolus ergo eſſet dimiſſus, tanquàm inuidus ad maiorem maliciam eſſet prouocatus. ſed quare tantum tres? vt in ore duorum vel trium teſtium ſtaret omne verbum. ſed quare magis hos quàm alios? quia hi ſoli potentes erant rem celare, nec vlli alij reuelare iuxta illud ſapientis. conſilium archanum tacito committe ſodali. nec enim omni homini pandendum eſt cor noſtrum. aſſumpſit itaque hos tres vertices Apoſtolorum. Petrum tamquàm confitentem. & diligentem, & qui feruore fidei pollebat, præſidem totius Eccleſię futurum. cui claues regni cœlorum fuerant promiſſæ. vt teſtimonium quod de Chriſti diuinitate fuerat teſtatus, patris etiam æterni teſtimonio videret ac audiret confirmari. Ioannem cui tamquàm præceteris dilecto virginitatis honore, mater erat committenda, vt futurum theologię puriſſimum organum videret eam dei filij gloriam quaſi vnigeniti a patre pleni gratiæ & veritatis. de quo reſonaret illud In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Iacobum quoque qui primus ſolium ſacerdotale conſcendit, vt qui primus Apoſtolorum moriturus erat ad viſam gloriam cæteros ſuo inuitaret exemplo: interritus ad martyrium pergens ipſo facto vt prædicaret, quoniam non ſunt condignæ paſſiones huius ſeculi ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis: qualem ipſe viderat in filio dei. pro modulo tamen noſtro. alia quippe eſt claritas ſolis,*

deuexus.

claudi ac aperiri cœlum.

olympus.

Ioſue. 19.

tabor alias tabur.

Iudicum. 4.

pſ. 88.

ſyilepſis & ſyntheſis.

Damaſcenus.

quare non omnes aſſumpti.

ex Ambroſio Theophilo & Damaſceno.

quare magis Petrus eſt aſſumptus.

quare Ioannes

quare Iacobus

Ioan. 1.

1. cor. c. 15.

alia lunæ, aliique ſtellarum. * *orantes. aliter tamen orant ſerui, & aliter dominus. nam ſerui o-*
orat aliter dominus, aliter & ſerui. *rantis oratio eſt per intellectus aſcenſum ad deum. ſed ſacer intellectus Chriſti qui ſecundum hypo-*
ſtaſim deo vnitus erat manuducens nos ad aſcenſum quo per orationem ad deum aſcenditur. & do-
cens quòd aduerſarius dei non eſt. Sed tanquàm principium veneratur genitorem. quinetiam alli-
citus tyrannum explorantem ſi deus eſſet: quod miraculorum virtus prædicabat. quaſi ſub quadam
oratio vocalis *eſca hamum contegeret.* * *ſine voce non quia vocalis oratio ſit inutilis, cum per eam animus excite-*
tur. & illam docuerit dominus dicens. cum oratis dicite. Pater noſter qui es in cœlis &c. ſed quia
multo validior eſt quæ toto corde fit oratio, quàm quæ labijs tantum. ſimul & ne diſturbarent ma-
Chriſti oratio *giſtrum orantem ſtrepitu labiorum.* * *magno amore, non ſolum patris ſed etiam diſcipulorum.* * *O*
pater. hæc eſt illa oratio quam dixit dominus petro ſe feciſſe ne deficeret fides eius, quoniam Satha- Lucæ. 22.

Addiderant comites ſe tantum ex omnibus illi.
Fidus Ioannes cum fratre, petruſq; vocati.
Stabant orantes taciti, pariterq; ſupinas.
Tendebant ſine voce manus, ac lumina cœlo.
Ipſe autem his magno genitorem affatur amore.
O pater, en inſons nunc dira ad funera pergo, Ioan. 13. vſq: ad 18.
Progenies tua, nec tot ferre indigna recuſo,
Quando certa tibi mens, atq; hæc fixa voluntas,
Et tanti mortale genus, nil demoror ad ſum.
Hos ſaltem, qui me patriaq; ſuiſq; relictis. eſt. Io. c. 17
Per varios caſus lectiſsima corda ſequuntur.

nas expetierat Apoſtolos, vt cribraret eos ſicut triticum. & in hoc oſtenditur verum eſſe quod ait Apoſtolus, aduocatum habemus apud deum patrem qui interpellat pro nobis. (Chriſtus orat pro nobis.) *eſt autem aſſumpta hæc oratio ex Ioanne, in illo longo ſermone, quem habuit dominus ad diſcipulos poſt cœnam egreſſo iuda de collegio eorum. quam ideo hic non refero: tum quia ſatis prolixa eſt, tum quia quo ad verba videtur longe ab hac*
ab obedientia captat beneuolentiam. *diuerſa. licet quo ad mentem eiuſdem ſit ſenſus. eſt autem hæc oratio pulcherrima in genere deli-*
beratiuo, ab obedientia petentis, beniuolentiam captans, oratque vt ab inſidijs malignantium dæ-
monum illeſi conſeruentur Apoſtoli. ne in totum ex impetu paſſionis ſuæ perterriti deſperent, &
ab ordine fideque recedant. * *inſons, vt qui peccatum non fecit, nec eſt inuentus dolus in ore e-* 1. petri c. 2.
ius. ſed iuſtus pro iniuſtis. * *dira ad funera pergo, crucis ſcilicet. vnde Paulus factus eſt obe-*
diens vſque ad mortem, mortem autem crucis. & eſt commiſeratio a turpi genere necis. qua ſoli
πάθος à turpi morte. *latrones afficiebantur.* * *progenies tua. πάθος, ab excellentia paſſura perſonæ. indigniſſimum e-*
ab excellentia perſonæ. *nim videtur, vt pro viliſſimo ſeruo domini filius ad turpiſſimam mortem tradatur. hinc canit Ec-*
cleſia, vt ſeruum redimeres, filium tradidiſti. & Apoſtolus. vt quid enim Chriſtus cum adhuc ini- ad Rom. 5.
mici eſſemus ſecundum tempus pro impijs mortuus eſt. vix enim pro iuſto quis moritur. nam pro bo-
no forſitan quis audeat mori. commendat autem charitatem ſuam deus in nobis: quoniam cum adhuc
Chriſti amor in nos. *peccatores eſſemus, ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* * *certa tibi mens. vt maxi-* Io. 4. i epiſtola 1.
mum amorem erga hominem oſtenderet. intantum enim (vt ait Ioan.) dilexit mundum vt filium vnige-
vis amoris quando oſtenditur. *nitum daret pro noſtra redemptione.* * *fixa voluntas. nec enim alio meliori modo uis charitatis oſten-* Io. c. 3. in euangelio.
ditur. quàm propria morte. maiorem quippe charitatem ſeu dilectionem hac nemo habet quàm vt ani- Io. 15.
mam quis pro amicis ponat. * *Et tanti ſuple, facis, tam magnipendis.* * *hos ſaltem ſcilicet diſcipu-*
los, appoſitiue lectis, cor, aſpice, qui me ſeq, per var, caſ, patr, ſu, relictis. * *cæcis perit, ideſt ob-*
orationis ſenſus *ſcuris quæ non præuidentur ab illis. hæc ſunt quæ in effectu in prædicta oratione habentur. ego ad te* Io. 17.
venio, pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi. & paulo infra. non rogo vt tollas eos
tempus pro tempore. *de mundo, ſed vt ſerues eos a malo.* * *homines. iudei primum deinde & pagani.* * *opponunt. præ-*
ſens pro futuro ratione maioris certitudinis. ſicut in Euangelio præteritum eſt pro futuro. mundus Ioan. 17.
eos odio habuit, ideſt habebit quia non ſunt de mundo. & alibi. ſi de mundo fuiſſetis. mundus quod Io. 15.
ſibi nihil timēt viri fortes ſed ſuis. *ſuum eſſet diligeret. ſed propterea odit vos mundus: quia de mundo non eſtis.* * *terrent, me, ſub-* æneid. 1.
audi. hic eſt mos virorum fortium, vt ſibi nihil timeant: ſed ſuis. vnde & illud Maronis. id metuens,
obliqua petitio *carthagini, ſcilicet non ſibi. & paulo infra. ſed pater omnipotens, ſpel, abd, atr, hoc metuens. non* ibidem
ſibi ſed elementis, ne turbarentur eruptione ventorum. * *moriantur ad vnum, ideſt omnes. oblique hoc*
petit. vt ſeruentur. talis eſt ea petitio aneæ pro conſeruatione nauium, quæ incendio vaſtabantur. ſ. vel æneid. 5. prope finem.
leuat autor cladem. *tu quod ſupereſt infeſto fulmine morti ſi me, dign, tu, hic obr, dextra. ſic & hoſtis ab hoſte mortē petens*
miſerationē mouet. * *atere, deſtrue et cōſume.* * *tu genitor. ſuple potiusq̄ alij. vt ex authore clades leuet.*

* *tanta*

æneid. 1.

*tantæ molis. tanti momenti & quod vulgo dicitur. tantæ importantiæ. ſic & Vergilius. Tantæ molis erat rom, cond, gentem. *mutatis rebus. videlicet vt innocentes pereant pro nocentibus. vt poſſint redire ad regna cœleſtia. præcioſa enim eſt in conſpectu domini mors ſanctorum eius. & in ſeruis ſuis placabitur deus. vel reddere ſecula ad innocentiam antiquorum. ante peccatum primi parentis. *tantum oro, hæc eſt petitio. ne demones ex inferno emiſſi ad maturandam necem domini, diſcipulis poſſint obeſſe, quo minus poſt reſurrectionem reddantur inualidi ad propagandam Chriſti fidem. *ſcelus. exclamatio per parentheſim. *furtis. occultis inſidijs & tentationibus. *officiat, noceat, ex ob & facio, fit officio. quaſi contra id faciat, quod iuſtum eſt. officium verò aut quaſi efficium, aut per antiphraſim quod proſit. vel vt ego puto. ex opere & facio, nomen id deducitur. eſt enim officium. amicorum opus. *infando amore, pecuniæ. ſcilicet vt iudam. *corda improuida. adhuc rudia. *fallat.

tantæ molis: exclamatio color. officio verbum officium.

Aſpice, & inmeritos cæcis auerte periclis.
Haud vereor, quod ſe his homines, gens impia paſſim
Opponunt, nil facta hominum mortalia terrent.
Ipſi etiam (nihil hoc moueor) moriantur ad vnum,
Aut potius ſœuo, ſi uis, tu fulmine perde,
Correptos igni, & penitus res attere fractas
Tu genitor, tanto finemq; impone labori,
Si tantæ eſt genus humanum cœlo addere molis.
Seclaq; mutatis in priſtina reddere rebus,
Tantum oro (ſcelus) inferno ſummiſſa baratro
Gens peſtem meditata viris nil improba furtis.
2. cor. 11. Officiat, non infando præuertat amore
Inſidijs captos, nec corda improuida fallat,
Dum ſcelera hortatur, noſtriq; obliuia ſuadet.
Iam iam aderunt infandi hoſtes, armata dolis gens,
Nondum animos ſatiata, graues nondum vlta dolores
Has fraudes iamq; has fraudes, arteſq; mouebunt,
Quas non mentiti ſimulato corpore formas,
Vt capiant genus innocuum, vertantq; venenis

perſuadendo eis me non reſurrecturum a mortuis, ideoq; nec deum eſſe qui tam crudeli nece occubuerim. *gens inferna, *ſatiata, ex præuaricatione primi parentis. vnde mors in mundo graueſque labores. *dolores. ex inuidia conceptos. quòd homo ex humo creatus illuc aſcenſurus ſit, vnde angelica nobiliſſimaque natura per ſuperbiam deciderat. *formas cum & in angelum lucis teſte Apoſtolo ſeſe Sathan transfiguret. *genus innocuum, ideſt ſimplex. *venenis peſtiferis. perſuaſionibus malis, quæ animos ſubito necant, vt venenum corpora. *victis. ame. *edice, præcipe. nec enim vltra ius habent temptandi, quàm deus illis permiſerit. *ſint ſubaudi diſcipuli præcones mei. *iuſtitiam. de qua in Euangelio Matthei. niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquàm ſcribarum & phariſeorum. &c. per totum illum ſermonem domini in monte. *filius hæc ſuple dixit, vel orauit. *contra, non renuendo ſed annuendo in ſermonibus enim ponitur vt plurimum in bonam partem & pro reſponſione. *patris virtus. cum filius ſit patris virtus lux & ſapientia (teſte Auguſtino) nec vnquam fuerit pater ſine virtute, luce & ſapientia, hinc apparet filium eſſe patri coeternum, contra arianos. *ſimillima imago. deo ſimilis eſt homo quippe ad imaginem & ſimilitudinem eius creatus eſt. illi ſimilior eſt Angelus, vt qui ſignaculum ſimilitudinis dei dictus eſt plenus ſapientia & perfectus decore. qui totus ſpiritus eſt, nullam habens terrenam corporis huius admixtionem. ſimillima imago eſt ipſe filius. quinimo eadem eſt ſubſtantia & natura. ſicut ipſe ait. ego & pater vnum ſumus. & philippe. qui videt me, videt & patrem meum. item non credis quia ego in patre & pater in me eſt. *ſolue metum, noli tuis timere diſcipulis, vt ſupra dictum eſt. dicitur autem ſolue metum. quia timor ſenſus humanos ligat & corporis artus a ſolitis operibus coercet. *nulla nocebunt inſidiæ: meſo zeugma eſt. *regni operti. inferni. *arbiter, rector & moderator. poeticè loquitur. nec enim ad arbitrium demonis regitur infernus, aut pœna damnatorum diſponuntur. ſed iuſto dei iudicio. cum pro modo culpæ iubeatur eſſe & plagarum modus. dicatque propheta domino deo. Si deſcendero in infernum ades, per executionem ſcilicet iuſtitiæ. alioquin quomodo ſeipſum igne torqueret æterno. ſicut in Euangelio dicit dominus reprobis. ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. eſt itaque diabolus potius executor merus, quàm arbiter. vt patet ex Euangelio tradidit eum tortoribus, donec redderet debitum. *incepti irritus. ab incepto retroactus. *facies centum, numerus finitus pro infinito. *fœcunda, plena. *vnus ex xij. Iudas Scariot. *inſania. auaritiæ furor & nota contra auaros, qui a cupiditate pecuniæ redduntur inſani, item cæci. iuxta illud

demonis odium in hominé vade. transfiguratur, & demon. edice. nequit tentare ſupra quam deus permiſerit. Chriſtus iuſtitia contra. quomodo cognoſcatur filius patri coeternus. deo quis ſimilis ſimilior & ſimillimus.

gen. Ezech. 28. & greg. ſup eo. de ſum trin. c. 1. & 2. Jo. 10. & 14. Math. 18.

ſolue metum quomodo intelligatur. zeugma a medio. arbiter inferni pro modo culpe & pœna etiã in inferno. contra auaros.

*Auaritiæ cæcitas & damnandæ cupiditatis improbitas, item idolatra (vt ait Apoſtolus) omnis fornicator, aut auarus quod eſt idolorum ſeruitus non habet hereditatem in regno Chriſti & dei. * infœlix iudas qui triginta argenteis magiſtrum & dominum ſuum vendens alijs redemptionem & vitam cooperatus eſt æternam: ſibi vero laqueum & æternam damnationem. * infandum ſcelus, proditionem magiſtri & domini. quo ſcelere neſcio an vllum grauius poſſit reperiri. multi etiam iudæ reperiuntur tempeſtate noſtra. quicunque enim accepta pecunia iuſtam cauſam prodit, iuſtitiam prodit & Chriſtum prodit. notentur & hæc contra diſcipulos ingratos in magiſtrum, qui iudæ haud diſſimiles ſunt. * ægrum, animo. nam cor eius auaritia telo ſautium erat. * indignantem, amiſſi vnguenti precio. quippe vt Ioannes teſtatur. cum maria vnxiſſet dominum Nardo illo piſtico & præcioſiſſimo vnguento ita vt domus impleta eſſet odore vnguenti. indignatus iudas ait. vt quid perditio hæc? quare vnguentum hoc non venijt trecentis denarijs & datum eſt egenis. dixit autem non quia de egenis pertinebat ad eum. ſed quia fur erat; & loculos habens. ea quæ mittebantur portabat. decimam quippe omnium ſurripiebat; quæ domino offerebantur. vnde Auguſtinus non tunc perijt iudas, quando accepit a iudeis pecuniam vt dominum traderet: iam fur erat. dominum perditus ſequebatur non corde. ſed corpore ſed quare furi loculos commiſerat? vt omnem abſcinderet occaſionem. ne diceret propter pecuniæ deſiderium hoc feciſſe. etenim ſufficientem habebat ex loculis, concupiſcentiæ mitigationem. item quia minimus omnium erat. nam pecuniæ adminiſtratio doctrinæ adminiſtratione inferior eſt. ſicut*

Peſtiferis? tu frange dolos, ferq; irrita in auras.
Cuncta pater, tandem victis edice quieſcant.
Sint, qui per terras gentes poſt funera noſtra,
Iuſtitiam erudiant, & relligionis amorem.
Hanc veniam concede, iam gnati cedat amori.
Filius hæc, genitor contra cui talia reddit.
Nate patris virtus: noſtriq; ſimillima imago,
Nulla tuis fraus (ſolue metum) nullæue nocebunt.
Inſidiæ, quas nunc regni molitur operti.
Arbiter incepti fruſtra irritus omnia tentat.
Induat in facies centum, centum ille figuras:
Ipſe adero, retegamq; dolos, fœcundaq; fraudis
Agmina diſijciam, & magna virtute reſiſtam.
Vnus erit tantum, cui mentem inſania mutet
Infœlix, iam nunc deuoto pectore verſat.
Infandum ſcelus, atq; tui iam pœnitet ægrum,
Secum indignantem tua quod præcepta ſecutus.
Exuerit blandum vitæ mortalis amorem.

*Apoſtoli in actibus dixiſſe leguntur. non eſt æquum nos relinquere verbum dei & miniſtrare menſis. & quare furem admiſit ac tolerauit. niſi vt eius Eccleſia fures dum patitur toleraret. admonens nos vt malos toleremus occultos nec propterea Eccleſiam Chriſti diuidamus. in omni cœtu ſunt aliqui mali admixti bonis: quibus ad patientiam exerceantur. quos qui nolunt tolerare, ipſi profecto ſibi teſtificantur quis boni non ſunt. nam (vt ait Gregorius.) Abel eſſe deſinit. quem Cayn malicia nō exercet. * blandum amorem, ideſt voluptates huius ſeculi, quæ blandicijs deliniunt & peccati morſu interficiunt, ad infernaq; demergunt. * ſub te magiſtro. * labores. famis ſitis, itinerum & vigiliarum. nam magnis laboribus ad premia magna veniendum eſt. * mundi exordia. nota contra Ariſtotelem & ſequaces. qui dicunt mundum ſempiternum. principio & fine cariturum. Chriſtiani contra. de principio habes in geneſi & in Pſal. initio tu domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. de fine ibidem. ipſi peribunt tu autem in æternum permanes; & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent: & ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur. itē in Apoc. vidi cœlum nouum & terram nouam. & alia multa ibi vide. * numero xij. Apoſtolorum. * prędixere. Dauid in Pſal. Deus laudem meam ne tacueris. & Pſal. Beatus qui intelligit in illo. verſ. qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum. Hieremias quoq; vt refert Mattheus hanc rem prędixit, ſed & Zacharias ait. & appenderunt mercedem meam triginta argenteos, & tuli triginta argenteos & proieci illos in domo domini &c. * exemplum inſigne, malorum vt dictum patienter ferendorum pro conſeruatione vnitatis Eccleſiæ. item exemplum malis ipſis horrendum vt qui ſimiles iudę futuri ſunt in culpa, noſcant & ſuplicium, quo plectendi erunt. * melior, modus eſt loquendi per abuſiuam comparationem nec enim iudas bonam ſecutus eſt partem. ſic Ouid. Mitius inueni quante genus omne ferarum. & alibi. Dij melius, ſimilis non fuit ille tui. * omnes Apoſtoli & diſcipuli. * pergent deſiderio, & ſi non omnes re aliqui enim gladium euaſerunt deo ſic volente, vt Ioannes*

Apoſto-

ſi it nocet malus alijs prodeſt.
ingratitudo grauiſſimū ſcelus & proditio multi iudę.
ager.
vnde indignatio iudæ.
decimator iudas & fur
furi quare loculi commiſsi?
cuinam committenda pecuniæ adminiſtratio.
fur quare admiſſus & tolleratus?
mali tolerandi ut boni his exerceantur.
abel eſſe deſinit &c.
laborandum eſt ut ad premia ueniamus.
mundus non eſt ſempiternus.
mali malis ſunt exēplo.
cōparatio abuſiua.
qui apoſtolorū gladium euaſerunt.

Io. 12.
ſuper Ioannē eodē c.
cirillus ibidem.
theoph. ibidem.
act. 6.
aug. ubi ſupra.
in hom.
greg. in homars.
actuum 1.
Io. 17.
pſal cviij.
pſal. xl iterum 32.
Matth. 27.
Zach. 11.
i epiſtola a riad. ad theſeū & helenæ paridi.

*Apoſtolus. & Lucas Euangeliſta quorum alter in Epheſo, alter in bythinia placida morte quieuere. * ſuperbi, nobiles & vere iuſti. nec enim vir iuſtus quiſquam eſſe poteſt, qui teſte Cicerone mortem timet, aut dolores, vel exilium egeſtatemve incurrere equitate ſeruata. * cœlo dignos. hoc eſt quod in Euangelio. eis promittitur. cum perſecuti vos fuerint homines, & dixerint omne malum aduerſum vos, gaudete & exultate: quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. & rurſus nolite timere puſillus grex: quia complacuit patri dare vobis regnum * deſerti ætheris. a malis Angelis, qui faſtu ſuo ab illo regno ſeſe alienauerunt. * incrementum. tot enim (vt ait Gregorius) ad cœlum homines aſcenſuri ſunt, quot illic angeli boni remanſerunt. iuxta illud Deuteron. ſtatuit dominus terminos gentium iuxta numerum angelorum dei. hic numerus ex ſanctis martyribus maxime eſt adauctus: qui ad apoſtolicam prædicationem conuerſi ſunt. eſt autem hic verſus ſpondaicus a Vergilio decerptus. chara deũ ſoboles magnum Iouis incrementum. * quos. emphaticæ. quot, quales & quantos. * hac religione chriſtiana. * nepotes. per ſpiritualem generationem. nam quicunque ad fidem alium conuertit, eius ſpiritualis pater efficitur. vnde Ambroſius de prædicatore & doctore inquit. ſi filius ſapiens lætitia eſt patris: quantæ huius patris noſtri ſunt lætitiæ? qui tantorum filiorum ſapientia & deuotione lætatur. in Chriſto noſtro Ieſu per Euangelium ipſe nos genuit. ſic & Apoſtolus ait, filioli mei quos iterum parturio, donec Chriſtus reformetur in vobis. * pectora. mori. pro fide Chriſti propaganda. * perge ad brauium crucis. quia niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, nullum fructum affert, ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. ipſe namque dominus (vt Auguſtinus exponit) erat id granum mortificandum in infidelitate iudeorum, & multiplicandum in fide populorum * ceptum dec, Lib, nec enim ſufficit cepiſſe, niſi & conſumetur. parum enim nobis profuiſſet Chriſtum natum eſſe, niſi & pro nobis mortuus eſſet. & ad ſpem noſtram incitandã ſurrexiſſet. * vix. difficultatem notat non impoſſibilitatẽ. quia rara & non niſi excelſa virtus commutat futura cum præſentibus. * nunc bene dicit. erant enim timore perterriti. nam in vocatione ſua citi leguntur relictis omnibus fuiſſe ſecutos dominum. * indociles vtpote ruſticos piſcatores, & iam duro grandenos cerebro. * altos ſenſus. vnde Hieronymus phariſei ſtupent in domini doctrina.*

cic. li. off. 2.
in hom. dominicæ 3. poſt penth.
c. 32.
verg. egl. 3.
in ſecundũ: de confeſſ.
gal. c. 3.
Io. 12.
aug. ibidem

ſuperbi. quinã vere iuſti
bonorum merces.
deſertus æther.
quot ſaluandi. ſint homines.
quos. nepotes & filij ſpirituales qui ſint.
lætificat patrẽ ſapiens filius.
granũ frumẽti. quodnam fuit.
non qui cœperit &c.
parum profuiſſet chriſti natiuit.
vix.
rara virtus commutat futura cũ præſentibus.
indociles apoſtoli cito docti.

Maluerintq; graues ſub te tolerare labores
Omnia quæ mecum mundi ante exordia noſti.
Hunc tamen indignum numero, cœtuq; piorum
Addidimus memores vatum, qui talia quondam
Predixere, tuis exemplum inſigne futurum.
Euadent alij inſidias meliora ſequuti.
Omnes te propter contempto lucis amore.
Haud mortem horeſcent pergentq; in funera læti.
greg. Innumeramq; ſuo parient tibi ſanguine gentem.
Proiectu vitæ & mortis amore ſuperbi.
Efficiam cœlo dignos poſt aſpera tandem
Funera, deſerti magnum ætheris incrementum
Quos tu olim aſpicies hac religione nepotes.
Surgere nate tibi? quam pectora certa videbis?
Tu modo tu perge, & cœptum decurre laborem.
Hi quos cernis enim vix nunc tua iuſſa ſecutos.
In dociles, fandi ignaros (mora non erit) altos
Pectore concipient ſenſus, doctoq; verendas
Ore canent leges aflati numine noſtro,
in prologo, bib. c. 4. & 5 Et vaſtum in melius referent hortatibus orbem

*mirantur in Petro & Ioanne quomodo legem ſciant, cum litteras non didicerint. & paulo poſt. niſi forte ruſticum Petrum, ruſticum Ioannem dicimus. item Ioannes ruſticus piſcator indoctus. & vnde illa vox obſecro? In principio erat verbum &c. hoc doctus Plato neſciuit, hoc Demoſthenes eloquens ignorauit &c. * verendas leges Euangelij. * aflati numine noſtro. Spiritus ſancti gratia. alioquin quo pacto ita rudes potuiſſent ſapientes huius mundi confundere? ſed quicquid alijs (vt idem ait Hieronymus) exercitatio, & quottidiana in lege dei meditatio tribuere ſolet: illis hoc ſpiritus ſanctus ſuggerebat. & facti ſunt docibiles deo: * in melius, nam & iudeis perſuaſerunt legis vmbra poſtpoſita relictiſque figuris, vt Chriſto (qui eſt veritas & lux vera) adhererent, gentilibuſq; vt inani philoſophorum ſapientia poſthabita; & proiectis idolis in quibus demones colebantur, Chriſto veræ patris ſapientiæ & virtuti, veroque deo colla ſubijcerent. ſimulque vnum fieret ouile ſub vnico paſtore bono & vero. * alijs, alij, ſacr, nep. vnde & Dauid ad Eccleſiam Chriſti ſponſam ait. pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos principes ſuper omnem terram. * ſigna. crucis vexilla. * clauſtra, ideſt vſque ad inſulas in ipſo mari Oceano procul a continenti ſitas. de quibus*

ibidem.

Platone & demoſtene doctiores apoſtoli. a quo docti ſunt
ex iudeis & gentibus vnũ ouile

dicemus in fine lib. vi. fauente deo, ſuper illis verſibus, verum vltra gangem auditi, baĉtra vltima ſupra, Iſinara Biſtoniaſque plagas: ſeraſque remotos Gadibus: & virides penetrabunt voce Britannos &c. * *Oceani, mari magno (vt ait Auguſtinus) cingitur terra: qui vocatur Oceanus. de quo influit quoddam exiguum in medio terrarum, & facit iſta maria nota nobis quæ nauigijs frequentantur. dicitur oceanus ab ὠκὺς quod eſt velox. teſtibus ſolino & ſeruio. ſuidas verò ἀπὸ τοῦ κίω τὸ σχίζω & ā dictione priuatiua in ō conuerſa quaſi non moueatur, vel ſcindatur nauigijs. quæ res in partibus multum a continenti diſtantibus poteſt vera eſſe. vt ibi ſit concretum mare. in multis enim partibus terræ proximis nauigatur. vt circa gaditanum ſinum britannicumque.* * *inuicti Reges, vt Conſtantinus Imperator primus tempore Syluestri Papæ, qui celſitudinem imperij ſummo pontifici ſubiecit. Romaque ceſſit aſſerens indignum eſſe vt vbi principatus ſacerdotum & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cæleſti conſtitutum eſt, ibi Imperator terrenus habeat poteſtatem.** *ſceptra, idem Conſtantinus in pragmatica ſanctione qua donationem multarum rerum & priuilegiorum Eccleſiæ collatorum confirmauit, inter alia verba dixit beato Syluestro & omnibus ſucceſſoribus eiuſdem de præſenti tradimus pallatium Lateranenſe Imperij noſtri, deinde Diadema coronam capitis noſtri, ſimulque & phrigium, nec non & ſuperhumerale, clamidem purpuream atque tunicam coccineam & omnia imperialia indumenta, ſeu etiam dignitatem Imperialium præſidentium equitum conferentes ei etiam imperialia ſceptra.* * *arma ſubijcient, idem Imperator impoſita Papa manus ſua corona tenens equi frænum ſtratoris ei officium exhibuit. hæc & ſimilia ceteri poſt illum Imperatores Catholici ſummis pontificibus pro Chriſti reuerentia in hiſtorijs feciſſe leguntur. idemq; executi ſunt aliarū nationum reges.* * *grauida imperijs, aut plena imperatoribus quàmplurimis. nulla enim vrbium, quæ rerum potitæ ſunt tot edidit Imperatores, quot Roma. quare & Vergilius illam Berecinthiæ deorum matri comparat, his verſibus. Illa inclyta Roma Imperium terris, animos æquabit Olympo, Fælix prole virum qualis Berecynthia mater inuehitur curru phrigias turrita per vrbes, læta deum partu centum cōplexa nepotes &c. habuit enim Roma. vij. inclytos reges nobiliſſimos et innumeros conſules & quàmplurimos eorum fortiſſimos Imperatores. dictatores excellentiſſimos & eos robuſtiſſimos Imperatores quorum præcipuos quoſdam commendat maro ſparſim in opere ſuo. maxime autem in vi. & Plinius in libro de viris illuſtribus. & in fine octaui. quos ibi vide. demum ad auguſtos deuentum eſt. qui ad hanc horā 172 ſunt tametſi a prædicto magno Conſtantino citra non videntur a Roma proceſſiſſe. quia tamē & Conſtantinus ſenatum nobiliſſimos & quoſq; bizantiū quam Conſtantinopolim appellauit ſecū tranſtulit, nō ab re Roma prodijſſe dicentur. & ex eo maxime quòd ad noſtrā vſq; ætatem Romæ coronantur, Romanique vocantur Imperatores. vel poſſumus dicere. grauidam Imperijs propter multos Imperatores, quos eodem tempore ad diuerſas prouincias mittebat gubernandas, aut cum exercitu ſubigendas.*

Succedent alijs alij, ſacriq; nepotes
Victores tua ſigna ferent trans vltima clauſtra
Occeani latas vndis cohibentia terras,
Clareſcetq; tuum paſſim per ſæcula nomen.
Sponte ſua inuicti reges tibi ſceptra, tibi arma.
Subijcient ſua per terras, araſq; ſacrabunt.
Atq; adeo grauida imperijs Roma illa ſuperba,
Appenniniuagi quæ propter tibridis vndam
Ingentes populos frenat pulcherrima rerum.
Summittet, & quas regit orbis habenas.

in quibus olim latæ fuerant Imperia ſeparata. quæ omnia ſuæ ditioni tunc ſubiecta parebant. vt in Africa Cartaginenſe Imperium, in græcia athenienſe laconicum & thebanum macedonicumque in aſia ægyptiacū. ſyriacum particum & perſicū, medorumq; & aſſiriorum ſed & æthyopes indique dicti ſunt auguſto octauio legatos pro amicitia & pace miſiſſe. vnde & idem maro canit. Tu regere Imperijs populos Romane memēto. * *quæ, Roma,* * *propter vndam. modo, iuxta, ſignificat. nec. n. cauſalis eſt, vt in illo Verg. Te propter libycæ gētes numadūq; tyranni &c. in Ouid. propter me mota eſt, propter me deſinat ira. & in ſymbolo niceno. Qui propter nos homines et propter noſtrā ſalutē. ſed prope vt dixi ſignificat vt et apud Verg. propter aquæ riuum viridi procumbit in herba.* * *apenniniuagi. qui fere per apenninum vagatur. nam vt ait Plinius tyberis antea tybris appellatus & prius albula, e media fere longitudine apennini finibus aretinorum profluit, & poſt pauca. intra tinnam & glanim duobus & xl. fluuijs auctus per vrbem labitur inde ad hoſtia tyberina in mare ingreditur, quo in loco æneas vrbē caſtrorum in morem dicitur condidiſſe.* * *tybridis. bene tybridis nam in poemate ſic dicitur vt etiam Virg. Tuq; ò Tybri tuo genitor*

cum

oceanus.

conſtantinus imperator i. imperium Papæ ſubiecit.

quem in donauerit eccleſiæ, & papæ ſilueſtro.

c. conſtantinus. 96. diſt. ubi omnino vide.

ibidem.

propter.

lib. 6. æn. in fine.

lib. 4 æn.

credo i vnum deum

tybris. albula.

egl. 8.

lib. 3. cap. 5

Tiberinus.

ſeruius i 8. æne.

*cum flumine ſancto.in ſacris verò tiberinus dicebatur.in communi ſermone Tiberis.dictus eſt autem tybris vel a rege albanorum qui iuxta dimicans interemptus eſt.alij volunt ab eo rege quem glaucus Minois filius interemit. alij,inter quos & Liuius, ab Albano Rege qui in eum cecidit. ſed hoc videtur minime poſſe procedere cum & ante albam conditam tybris dictus inueniatur. quare in tanta varietate poſſumus dicere cum Virgilio a tybri ſicano nomen ſumpſiſſe. ait ipſe. Tum manus auſ, & gem, ven, ſicanæ. Sepius & no, poſ, ſa, tellus. Tum reges, aſ, inm, cor, tybris. A quo poſt Itali fluuium cognomine tybrim Diximus, amiſit verum vetus albula nomen. ſunt & qui dicant Tybrim ἀπὸ τοῦ ὕβριος,ideſt ab iniuria.vt ſit.thybris quaſi ὕβρις. nam vbi aſpiratio erat amabant maiores noſtri.θ. ponere.ſiue quia rex ille per iniuriam tranſeuntes expoliabat. aut aliquid extorquebat. vel angariabat ad opus aliquod. ſiue ad ſimilitudinem foſſę ſyracuſanæ per iniuriam factæ. thybris eſt appellatus. * frenat moderatur ac regit. tranſlatio ab equis, qui fræno reguntur. * faſces. inſignia erant conſulum. nam lictores cum faſcibus virgarum conſules ad terrorem præire ſolebant. hic autem pro magiſtratibus ipſis honoribus ac dignitatibus accipitur. quos omnes vt ſupra dixi Conſtantinus Cæſar ſummo pontifici ſubiecit. & merito. nam quanto ſpiritus carni eſt præferendus,lunæq; claritas ſolis, & cæleſtia temporalibus, tanto dignior Eccleſiaſtica pontificis celſitudo imperatoria poteſtati terrenæ. vnde Gregorius Naz: Imperat. Conſtant. legitur ſcripſiſſe. dedit & nobis poteſtatem Deus. dedit & principatum multo perfectiorem principatibus veſtris. numquid vobis iuſtum videtur, ſi cedat ſpiritus carni? ſi a terrenis cæleſtia ſuperentur. & ſi diuinis præferantur humana? * orbis habenas, ideſt moderamina. metaphorica. vide citatam pragmaticam ſanctionem Conſtantini. reuera ſummus Pontifex poteſtatem habet ſuper oēs populos Chriſto credētes & ſup Chriſtianos principes Reges & Imperatorem ipſum cuius electionē confirmat.& quem (ſi dignus eſt) coronat.& ſi male ſe geſſerit, deponit, excommunicat. Imperium etiam de græcia in germaniam ipſe tranſtulit. & in ſumma maxime eſt authoritatis cum ſit ſucceſſor Petri, cui claues regni cælorum ſunt traditæ. & Chriſti veri Dei. vices in terris gerat. latrent qui velint in oppoſitum, oſque rabidum ponant in cœlo. lingua eorum trāſeunte in terra. velint nolint adorabunt ſcabellum pedum eius. Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius cæterique doctores fideliſſimi ſanctam Romanam ſedem ſubiecti honorauerunt.& honorandam docuerunt, ac prædicauerunt, nos quoq; humili ceruice veſtigia tantorum patrum ſequentes illi ſubijciamur & pro viribus honoremus.nec in omnem ventum doctrinæ cōtra Apoſtolum circumferamur.ſed Eccleſiæ catholicæ ſemper inhereamus.* centum.numerus finitus pro infinito.hæc ſunt contra recentiores hereticos qui aras & templa deſtruunt quæ maiores noſtri tanto cū feruore & zelo fidei conſtruxerunt,volentes diuini numinis cultum non minui,ſed augeri.* fumantes non hoſtiarū carnibus exuſtis vt olim.ſed incenſo thure.cuius virgula fumi conſcendens feruidæ orationis aſcenſum ad deum demonſtrat. iuxta illud Pſalmiſtæ. dirigatur domine oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.& in Apoc. ſtetit Angelus iuxta aram templi. & data ſunt illi incenſa multa & aſcendit fumus aromatum de manu Angeli quæ ſunt orationes ſanctorum. * miniſtri generaliter intellige de omnibus miniſtris Eccleſiæ, etiam Sacerdotibus, ac Epiſcopis. aliâs miniſtri propriæ dicuntur leuitæ hoc eſt diaconi & ſubdiaconi. qui ſacerdoti in miſſa miniſtrant. * viris late. cunctis fidelibus longa lataque per orbem diſperſis. * ipſis regibus. quos vt ſupra diximus commendat Papa ſi boni ſint Eccleſiamque aduerſus tyrannos defendant. ſin ſecus, excommunicat & deponit a regia dignitate. vt Zacharias Papa Regem Francorum. cui pipinum Caroli magni patrem ſubſtituit. hinc & Gelaſius Papa Anaſtaſio Imperatori inter alia ſcripſit duo ſunt quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas ſacra Pontificum & regalis poteſtas. in quibus tanto grauius eſt pondus Sacerdotum, quanto etiam pro ipſis regibus hominum in diuino ſunt redituri examine rationem. & poſt pauca. noſti itaque ex illorum te pendere iudicio. non illos ad tuam poſſe redigi voluntatem. & poſt pauca. Beatus Innocentius Papa Archadium Imperatorem excommunicauit. Beatus Ambroſius Theodoſium magnum excommunicans excluſit ab Eccleſia. qui & in principio ſui paſtoralis ait. honor & ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. ſi regum ſulgori comparas & Principum Diademati longe erit inferius quàm ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares. quippe cum videas Regum colla & Principum ſummitti*

Illic relligio, centum illic maxima templa
Centum aræ tibi fumantes, centumq; miniſtri
Quiq; viris late, atq; ipſis det iura ſacerdos
Regibus & ſummo te in terris reddat honore.

Marginal notes (left): æn. 8. — xcvi.diſt.c. conſtantin. inn.3. conſtantino imperat.c. ſolite de maio.& obe.x. diſt. c. ſuſcipis. — xcvi.diſt.c conſtantinus cū mul tis c.ſequentibus & preced. de electe. licet 96. diſt.c. duo & c. ſi imperator de elect.c. peruenerabilem. de tranſlat. cap. quanto & de ſen. & reiud. c. ij. lib. 6. — pſal.72. — pſal.98. — c. 1. de reliquijs & vene.ſanctorū lib. 6. — ephes 4. — 12.diſt. c. de his. — pſal.140. — apoc.8. — 21. diſtin. cap. cleros 25,diſt. c. plectis & c. unū orarū 96. diſt.c. duo ſunt. — 96.diſt. c. duo § nam § ſpeciale.

Marginal notes (right): ſ. enare. — ſpiritus carni cedat. — eccleſiaſtica e gnitas preualet imperatoriæ. — poteſtas papæ ſuper omnes. — papa excōmunicat & deponit reges atq imperatorē. ipſū vide infra — ſedes apoſtolica ab omnibus eſt honoranda. — ne circumferamur in omnem ventum doctrinæ. — contra hereticos modernos templa deſtruentes & aras. — fumus thuris quid ſig. — miniſtri. — qui papę depoſuerint reges & imperatores. — papa pro regibus rationem redditurus eſt deo.

genibus ſacerdotum. & oſculata eorum dextra, orationibus ipſorum credunt ſe excõmunicari vel muniri. & Io. Papa ait, Si Imperator catholicus eſt (quod ſalua pace ipſius dicimus) filius eſt, non præſul Eccleſiæ. quod ad religionem competit, diſcere ei conuenit non docere. addantur his, quòd Imperator antequàm coronetur præſtat fidelitatis iuramentum Papæ quod & in coronatione confirmat. & alia permulta quæ ad ſuperioritatem hanc citantur ab Innocentio iiij. in depoſitione Federici Imperatoris. & a Clemente, v. in Concilio Vien. de Imperiali iuramento fidelitatis * ſacerdos. ſ. ſummus per excellentiam, hoc eſt. Papa. ſic dictus quaſi ſit admirabilis, ab interiectione admiratis, Papè, vnde anglicus poeta dixit. Papa ſtupor mundi. & verè admirabilis eſt. quia dei vices gerit in terris vt etiam hic author teſtatur. & ſummo te in terris reddat honore. cecinit & dictus poeta anglicus. qui maxima rerum, nec Deus es nec homo quaſi neuter es inter vtrumq;. per æthymologiam dictus eſt papa, patrum pater, * ſi qua tamen, hic præſcribuntur quodammodo tempora noſtra, in quibus partim ex in curia prælatorum de lana & lacte magiſquàm de ouibus curantium, partim ex regum diſcordia, nimiaq; principum ambitione, necnon & popularium malicia, ita refriguit charitas; vt omnia chriſtianorum regna penè omni iniquitate repleta ſint. adeo vt ſi nunc d. Ieſus Chriſtus veniret, vix (vt ipſe ait) fidem inueniret in terra. * paulatim ſicut enim nemo repente fit perfectus, ſic & ſenſim a virtutibus ad maliciam declinatur, donec in profundum deueniatur malorum, & tunc nihil reſtat niſi conſumatio. * labentibus pro labilibus annis, ſic & Vergilius veniet luſtris labentibus ætas. * decolor vilior & ignobilior, nobiliſſima & aurea ſenſim deficiente charitate. alludit autem vates ad eam ſeculorum diuiſionem quam cumea ſybilla carmini ſuo miſcuerat, vt ordo ſeculorum quadrifariam diuiſus ab integro renaſceretur. ſicut refert maro. Magnus ab integro ſeclorũ naſcitur ordo &c. vt ſcilicet prima ætas eſſet aurea, quã dicunt Auguſti temporibus renouatam pace terra mariq; parta & clauſo belli templo. quod & nos non abnuimus. ſed quod illi auguſto nos Chriſto Imperatori noſtro dicimus attribuendum. qui vt per profetam prædixerat & per angelos præcones enunciauit, naſcens pacem intulit in mundum. vt ceſſantibus bellis Euangelium per vniuerſum mundum diſcurrentibus Apoſtolis annunciaretur. & illa fuit Eccleſiæ renaſcentis prima ætas, tota aurea ex charitatis feruore, deinc tempore Conſtantini ceſſantibus perſecutionibus martirum cepit argentea fieri. inde ænea, & poſtremo ferrea in qua (vt arbitror) nunc ſumus, nam & vndiq; bellis inſurgentibus obruimur & nefas omne irrupit in æuum. poſſemuſq; iure merito Ouidiana nobis de ferrea ætate carmina adaptare: fugere pudor, verumq; fideſq;. in quorum ſubiere locum fraudeſq; doliq;, inſidiæq;, & vis & amor ſceleratus habendi, item effodiuntur opes irritamenta malorum, Iamque nocens ferrum, ferroq; nocencius aurũ prodierat: prodit bellum quod pugnat vtroq;. viuitur ex rapto &c, vſq; ibi victa iacet pietas & virgo cæde madentes vltima cæleſtum terras aſtræa reliquit. quæ omnia breui poſſumus colligere. a planta pedis vſq; ad verticem non eſt in Eccleſia Chriſti ſanitas, * inficiet maculabit. * nepotes degeneres. & adeo degeneres, vt vix aliquid in nobis præter nomen de Chriſtiano feramus. * verſis ſtudijs. a ſacris legibus ad indoctas fabulas & anilia deliramenta, ab ornatu morum ad phaleratum verborum cultum, ab humilitate in ſuperbiam, a Chriſti paupertate in auaritiam, a mitti ſeruitio fratrum in crudelẽ ambitionẽ & dominatum & deniq; de pietate ad impietatem & æquitate ad iniquitatem, * per dura. ſ. virorum flagella. nam hic arbitror tangi quod de Chriſti corpore. i. Eccleſia dominus per nathan prophetam Dauid enunciauit. dicens de Salomone in figura, de Chriſto autem in veritate & myſtico eius corpore quod eſt Eccleſia. Ego ero illi in patrẽ & ipſe erit mihi in filium (huc uſq; de Chriſti perſona. quod autem ſubiungitur de Eccleſia eius) Qui ſi inique aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum & in plagis filiorum hominum, miſericordiam autem meam non auferam ab eo: ſicut abſtuli a Saul, quem abieci a facie mea (.i. a ſynagoga iudeorum quam a facie ſua abiecit dominus: ne amplius ſua appelletur. ſed potius ſathanæ.) ſequitur vaticinium. & fidelis erit domus tua, & regnum tuum vſq; in æternũ ante faciem meam. & thronus tuus erit firmus iugiter. * laboreſq; hypermetrus verſus. * exercens fatigando coercens. * lapſam. per lubrica vitiorum ad quæ omnis ætas prona eſt. * in priſtina bonitatis & ſanctitatis Chriſti veſtigia. * illa. gẽs Chriſtiana quæ dicitur Eccleſia. * malis ſemper melior. exclamatio a contrarijs color. ſed duplex ineſt ſenſus & vterq; admirabilis. malum enim duplex eſt, culpæ. & hoc verè malum eſt. & pœna quod impropriè dicitur malum reſpectu patientis tantum, alias .n.

Si qua tamen paulatim annis labentibus ætas
Decolor inficiet mores, verſiſq; nepotes
Degeneres ſurgent ſtudijs, per dura laboreſq;
Exercens lapſam reuocabo in priſtina gentem.

Marginal notes (left):

Imperator filius eſt eccleſiæ non præſul.

præſtat ei fidelitatis iuramẽtũ.

Papa vnde.

Papa vicem dei gerit in terris.

tempora noſtra.

nemo repente perfectus.

labentibus.

decolor ætas ſecula per metalla diuiſa a ſybilla cumana.

nepotes nos ſumus degeneres chriſtianorum.

mores verſi.

flagella virorũ.

hypermetrus verſus.

omnis ætas ad malũ prona eſt.

color a contrarijs.

Marginal notes (right):

xcvi. diſt. c. ſi imperator.

c. 2 de ſen. & reiud. clem. 1. de iuretur.

gl. in prohemio clementinarũ.

de ſent. lib. 6. c. 2.

æn. 1.

egl. 4.

Eſaiæ 2.

Lucæ. 2.

ouid 1 metam.

2. Reg. 7.

apoc. 2.

2. Reg. 7.

gen. 8.

verè

gen. 1. eſaię 45. & amos. 3.

malia melior quomodo fiat eccleſia. malum culpæ & pœnæ. malum facit dominus.

verè bonum eſt, cum & illud faciat dominus cuius omnia opera bona ſunt. dicente propheta, nō eſt malum in ciuitate quod non faciat dominus. malum .ſ. pœnæ non culpæ. eſt ergo primus ſenſus. quanto grauioribus malis .i. peccatis malorum Chriſtianorum preſſa fuerit Eccleſia tanto melior ſurget. iuxta id quod in ſuperioribus diximus de petro negante qui fidelior poſt lapſum ſurrexit. & de peccatoribus

gre. i hom. Lucæ 15. greg in ho milia euang.

petrus fidelior ex lapſu. de malo bonū elicit deus.

conuerſis qui fortiores reſurgunt et laborioſiores in vinea domini operarij fiunt. quapropter dicitur in Euangelio de his maius fieri gaudium in cœlo quàm de iuſtis, qui vt plurimum tepidiores ſunt & imbeciliores. ad hoc facit aureum Auguſtini dictum. quòd maxima dei bonitas numquàm permitteret aliquod malum fieri niſi maius inde bonum ſciret elicere. alter ſenſus. quanto grauioribus malis .i. preſſuris aflictionibus & miſerijs cruciabitur Eccleſia, inde melior .i. ſanctior, & viris bonis numero copio

1. petri c. 1 ad phylip. c. 1. vt de Katarina agnete, Lucia & lauentio. gre i hom. cicero.

aurū igne probatum.

ſior reſurget. ſicuti aurum igne probatum purius & lucidius egreditur. exemplum clariſſimum eſt. priſca martyrum & aurea ætas, in qua feruentibus perſecutionibus tyrannorum penè omnes Chriſti fideles ſancti erant quibus mori pro Chriſto iucundiſſimum lucrum erat. & frequenter contingebat quod ex vnius martyris nece, mille pullulabant fideles. at nunc (quod dolentes referimus) vix inuenitur qui pro Chriſto paululum ſubſtantiæ ſuæ velit exponere. & quo pacto vitam darent? o tempora? o mores? * euerſam vrbem, romam vel ciuitatem dei quæ in terris millitat adhuc. * exciſam ab incur, populi a gothis, vuandalis. de quibus vide Aug. de ciuitate dei. lib. 1. & ſequentibus: alijsq; hoſtibus Eccleſiæ. nouiſſime his temporibus ab exercitu Imperatoris duce Borbonio & militātibus germanis & hyſpanis. ah pudet hoc dicere quòd filij inſurrexerint in parentem. & quam tutari debuiſſent, proſtrauerint, violauerint, deformauerintq;. proh nephas? impletum eſt ſuper vrbe Roma illud Ezechielis vaticinium.

roma ſepius a-uaria.

filij in parentē.

Illa malis ſemper melior ſe tollet ad aſtra.
Sæpe ſolo velut euerſam, exciſamq; videbis,
Quam modo prædixi, populorum incurſibus vrbem.
Verùm quò magis illa malis exercita, ſemper
Altius hoc ſurgens celſum caput inſeret aſtris,
Mœniaq; in melius ſemper recidiua reponet.
Nec niſi ſubiecto paſsim ſibi deſinent orbe.
Sic placitum noſtri ſedes ea numinis eſto,

Ezechie. 23 cant. 1. cant. 5. æneid. 3.

exercitus. recidiua.

ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos contra te &c. ibi vide. dicat ergo Roma. Filij matris meæ pugnauerunt contra me poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui. itē inuenerunt me cuſtodes qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt me et vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum cuſtodes murorum. * malis duplici modo intellige vt ſupra. * exercita fatigata, vt Verg. Nate iliacis exercite fatis. * celſum caput. quòd Eccleſia triumphans dicitur. quæ cum Chriſto regnat in cœlis. * mœnia recidiua. quæ cecidere & refecta ſunt. ſi de materialibus muris intellexit vates. ego non vidi Romam, an refecta ſint. aut in melius reformata quàm olim fuerunt mœnia, neſcio. ſi de ſpiritualibus quod potius opto. vaticinium eſt nec adhuc impletum, ſperamus adimplendum. vt prælatorum mores (qui ſunt diruta Eccleſiæ mœnia) in melius reformentur. poſſimuſq; dicere cum beato

apoc. 21.

mœnia eccleſia reformari quid ſig.

Ioanne. vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo a deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. * ſubiecto orbe. hoc vaticinium penè adimpletum fuerat. iiij. doctorum temporibus, cum .ſ. Romæ Gregorius in, Africa Auguſtinus, & Ambroſius in Gallia ciſalpina, Hieronymuſque in Bethleem florerent. ab Oriente in Occidentem. d. n. y. Chriſtus colebatur. nunc verò perditis his temporibus noſtris Orientem amiſimus, Africam poſſident Barbari, Europæ partem turca abſtulerunt, partē infeſtant. Germaniam diuerſæ hereſes inquinant. reliqua Chriſtianorum regna bellis inteſtinis ſeſe exhauriunt. Nauicula Petri ſæpe inſurgentibus ventis fluctuat. veni domine & Impera vt fiat tranquillitas. alioquin perihimus. * ſic placitum, mihi ſubaudi, * ea .ſ. Roma. * ſedes noſtri num, nam ibi ſedet Papa qui vice dei, diuina iura moderatur. qui & deus in terris dicitur. * eſto. tertia perſona, pro erit vel fiat. * dextra complexus. more humano hæc dicta intellige. porro dei dextra eſt omnipotens virtus, eſt & ipſe filius. vt canit Eccleſia. dextra dei tu digitus * rubra vib, æthra .i. ab ætere rubro declinatur autē hæc æthera, ræ. vnde canit Eccleſia. Quē terra pontus æthera colunt adorant prædicāt &c. inde per ſyncopen fit hæc æthra thræ. ſic & maro. nec lucidus æthra ſyderea polus &c. item namq; volans rubra fuluus iouis ales ab æthra. ſiue homerus ætherem & aerem generis communis poſuit. nos tantum maſculino vtimur. niſi mutata declinatione. Quædam .n. nomina græca in ter deſinentia ſi in, a, mittant accuſatiuum fœmininum inde nomen faciunt primæq; declinationis, vt crater, rem, vel, ra, inde hæc cratera huius ræ, æther. rem, vel, ra, hæc æthera, ræ, ſic & in com, vel dem, accuſatiuum facientia. vt Thoracem vel ca, hæc thoraca, cæ, lampadem vel da, hæc lampada, dæ. * micat magna cū ſplendore egreditur.

dextra dei. æthera ræ. æthra thræ. accuſat. in a fœmininū ina faciunt.

æneid. 3. & 12. liuius lib. 5 Aureā crateram fieri placuit.

eſto.

de transfiguratione domini.

*ditur. * intonat, poetica hæc dicta intellige. nec enim in transfiguratione domini Ieſu quæ hic decantatur, legimus fulgurum coruſcationes vllas nec tonitrua facta eſſe, cum nec opus fuerit ſicut olim in legis moyſi datione, quæ erat lex timoris. Chriſti vero lex eſt amoris. leniendi igitur erant Apoſtolorum animi dulci diuinitatis magiſtri ſui viſione: non inſolitis coruſcationibus terrefaciendi. ſic.n. dicit Euangelium aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobũ & Ioannem fratrem eius et duxit illos in montem Excelſum ſeorſum & transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol. veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. nemo autem putet (vt ait Hieronymus) priſtinam eum formam & faciem perdidiſſe, vel amiſiſſe corporis veritatem. & aſſumpſiſſe corpus ſpiritale vel aereum. & paulo poſt transformatio ſplendorem addidit non faciem ſubtraxit. item Damaſcenus. Moyſes quidem (ait)* Matth. 17. marci 9. lucæ 9. Hier. ſuper Matth. damaſc. ſu. Luc. c 9.

transfiguratio Chriſti quo pacto intelligenda eſt.

Hæc ait, & natum dextra complexus inhæſit.
Ecce autem ſubito rubra vibratus ab æthera
Cum ſonitu fulgor micat, & polus intonat ingens.
Nam pater omnipotens manifeſtus ab æthere nubem
Oſtendit radijs illuſtrem lucis, & igni
Omnia collucent late loca, turbine Chriſtus
Corripitur rapido, mediaq; in nube refulſit,
Verus & aſpectu patuit deus, atq; per auras
Diuinum toto ſpirauit vertice odorem
Luminis ætherei ſpecimen, genitoris imago
Nec ſecus emicuit roſeo pulcherrimus ore

*glorificatur extrinſecus adueniente gloria, dominus autem ex innato gloriæ diuinæ fulgore. cum enim ex hypoſtaſis vnione, vna & eadem ſit gloria verbi & carnis. transfiguratur non quaſi accipiens quod non erat. ſed quod erat diſcipulis manifeſtans. hinc & Beda. transfiguratus Saluator nõ ſubſtantiam veræ carnis amiſit. ſed gloriam futuræ vel ſuæ vel noſtræ reſſurrectionis oſtendit. qui qualis tunc apparuit Apoſtolis, talis poſt Iudicium cunctis apparebit electis. * nubem illuſtrem, claram valde. in qua poſt legitur pater apparuiſſe. vt infra docebitur. non qua dominus ipſe Ieſus inuolueretur vt innuere videtur. quaſi intra ſe non habuerit gloriæ diuinitatis claritatem quam oſtenderet. ſed extrinſecus oportuerit eum adueniente gloria veſtiri. quare aut more poetico intelligamus eum nymbum illum deſcribere: quo ſpiritus cæleſtes inuoluuntur, vt mortalibus appareant: aut hæc cyrilli verba ſic putant intelligenda. vt extrinſecus a patre noua ex nube claritas fuerit appoſita corpori ſaluatoris. ait enim cyrillus. neq; ergo decet aliquam figuræ transformationem in regno dei eſſe futuram, aut circa ipſum ſaluatorem. aut circa eos qui aſſimilabuntur: ſed appoſitionem claritatis. item Theophilus. transfigurationem oportet intelligere, non figuræ immutationem. ſed quia manente vt prius erat figura appoſitio facta eſt cuiuſdam inenarrabilis claritatis. ſed quæ intrinſecus erat in ipſo domino per verbum, forinſecus emicuit & corpori appoſita eſt. non quòd extrinſecus aliunde veniens illi fuerit adiecta. noua gloria quam prius non habuerit. * refulſit ſicut ſol vt infra dicit. * aſpectu. viſu enim odore, greſſu, ac voce. numen apparens cognoſcitur. ſicut ex Virgilio colligitur. nãque haud tibi vultus mortalis, nec vox hominem ſonat. & paulo infra. dixit & auertens roſea ceruice refulſit. Am, co, diuinum vertice odorem ſpirauere, p, u, d, a, i, Et vera inceſſu patuit dea. * luminis ætherei quin ſuperætherei potius a quo æther & æthera ſunt creata lumina. * ſpecimen, pulchritudo vel exemplar. * nec ſecus quinimo multo plus quàm matutinus ſol aut Meridianus. nam ſi (vt ait cyrillus) facies domini reſplenduit ſicut ſol. & ſancti ſicut ſol fulgebunt. numquid erit æqualis claritas domini & ſanctorum? ſed quia nihil inuenitur lucidius ſole: iccirco ad manifeſtandum exemplum futuræ reſſurrectionis: & facies domini reſplendere, & iuſti dicuntur fulgere ſicut ſol. * perfuſu, aſpergens & ſcintillans. * fons lucis, creatæ tamen. nam & luna & ſtellæ a ſole lumen accipere dicuntur. vnde & in medio orbium aſſeritur eſſe conſtitutus, quo ſuperiora & inferiora ſydera illuſtrentur. quod an ſit verum prẹterquàm de luna mihi parum conſtat. nam in geneſi, ſtellæ ſeparatim a ſole & luna videntur efferri. ac in firmamento fixæ eſſe. vt cumq; ſit. a communi vatum, aſtronomorum & doctorum opinione temere non eſt recedendum. * lumine ſol, ordo eſt, non aliter emicuit Chriſtus quàm cum ſol aureus ingens fons lucis mane recens pro recenter exoriens rigat. i. illuſtrat omne cælum. i. omnem partem cæli profuſo. i. ſparſo lumine, ſubaudi vbicunq; vndecunq; & quocunq;. * rigat autem dixit quia ad ſimilitudinem riuorum prata irrigantium circumquaq; ſuæ lucis radios effundit. * in ſpeculo. nam et in aquis ſicut in ſpeculo vitreo imago relucet. vnde & ille Virgilianus coridon ait. nuper me in littore vidi dum placidum ventis ſtaret mare. * crocea ſylnæ. aut quæ croceis floribus abũdant. aut quæ croceum a longe colorem videntur habere ex matutinis ſolaribus radijs. * talem, ſic effulgentem. * viſum.*

Margin notes: nube an Chriſtus ſit inuolutus. — nymbus cæleſtis. — cirillus ſup marco c. 19 — theop. ibidẽ — quibus numen appareñs cognoſcitur. — æn. 1. — ſpecimen. — ſole multo ſplẽdidior chriſtus — fons lucis. — an a ſole ſydera illuſtrentur vide ſupra. — ordo. — aquis imago.

Matth. 17. Marci 9. Lucæ. 9. *tum. Moyſi & helia. ſic enim habet Euangelium.& ecce apparuerunt illis Moyſes & Helias cum eo loquentes & dicebant exceſſum eius quem completurus erat in Hieruſalem. dixitq; Petrus ad Ieſum, bonum eſt nos hic eſſe. ſi vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum moyſi vnum & heliæ vnū &c.*

cirylus ſup marco & luca. *conſiderandum autem eſt quia vulgus aſſerebat,d.Ieſum eſſe heliam vel hieremiam. vt diſcerneretur inter dominum & famulos acciuit eos ad ſe.ſimulq; quia ſcribæ & phariſei aſſerebant eum legis aduerſarium & ſubuerſorem moyſen & heliam ſibi aſſiſtentes mōſtrauit.non enim legiſlator moyſes & qui* quare helyas & Moyſes apparuerunt domino.

hier. ſuper Mattheo. *pro domino zelatus eſt helias aſſiſterent ei,ſi legis ſubuerſor eſſet.vt enim (ait Hieronymus) ſcirent Apoſtoli Chriſtum medium eſſe inter legem & prophetas ex omni ſanctorum numero Moyſes & helias electi ſunt. qui aſſiſterent*

Inſolita circum perfundens omnia luce,
Quam cum mane recens lucis fons aureus ingens
regum 3. c. 19 Lumine ſol cœlum exoriens rigat omne profuſo,
Occeani in ſpeculo longe reſplendet imago.
regū 4. c. 2. Et croceæ effulgent aurata cacumina ſyluæ.
Talem ſe ſocij mirantibus obtulit hæros
Amborum in medio vatum, quorum alter adiuit
Flammifero quondam inuectus cœli ardua curru,
Et trannauit equis inſultans aeris auras:
Iſacidum pharijs genus alter duxit ab oris.
Dux profugum legeſq; dedit, moremq; ſacrorum,
Nec non cœlicolum proprius tum maxima pandi
Viſa domus cœliq; ingens apparuit aula.

ei. cum his enim Iſraelem iudicabit quibus eſt teſtibus prædicatus. alter helias.ſ.qui zelo zelatus eſt pro domino deo exercituum. quem cum vellet dominus leuare per turbinem in cœlum. perluſtratis cum heliſeo miniſtro prophetarum ſedibus tranſactoq; Iordane ſiccis pedibus interloquendū ecce currus igneus & equi ignei heliā ab heliſeo diuiſerunt. aſcēditq; helias per turbinem in cœlum heliſeus autē clamabat pater mi pater mi currus Iſrael & auriga eius.nec vidit eum amplius.* cœli ardua,huius aeris.ſ.nec enim in cœlum empyreum quæ ſedes eſt beatorum tranſuectus fuit ſecundum doctores catholicos. ſed in Paradi-* helias ſ cœlum eleuatus eſt.

Enoch ante diluu. *ſum terreſtrem eſt tranſlatus, ſicut & enoch ante diluuium creduntur inde venturi prope finem mun-* helias & enoch iterum venturi

gen. 5. *di ad prędicandum contra antichriſti perfidiam. quare & dominus in Euangelio dixit helias quidem*

Math. 11. & 17. *venturus eſt,& reſtituet omnia.& in Apoc. ait dominus per Ioannem.& dabo duobus teſtibus meis. & prophetabunt diebus M. C C. L X. amicti ſaccis &c.vſq; ibi.& aſcenderūt in cœlum in nube. quæ omnia ad litteram intelliguntur de enoch & de helia.ibi ergo vide.* tranauit tranſuectus eſt & quaſi* tranare.

tranſuolauit. vocabula quippe volantium per aera & mare nauigantium promiſcuo vſu confunduntur.vt in Verg.deſpiciens mare velinolum. & velorum pandimus alas. & de apibus Nare per æſta- maris & aeris vocabula inuicē confundūtur

æneid. 1. *tem liquidam.& de alato dedalo.præpetibus pennis gelidas enauit ad arctos.& paulo poſt. remigium*

æneid. 6. *alarum tibi phœbe ſacrauit.eſt itaq; mutua ac reciproca tranſlatio.* iſacidum.iudeorum ab Iſaac deſcendentium.* ab oris pharijs.i.ægyptiacis a pharo inſula de qua ſupra.* alter.Moyſes.ſ.qui in ægypto natus expoſituſq; a parentibus quia clam amplius educari non poterat contra edictum regis de maſcu-* Moyſi uita breuibus collecta

Ioſephus de ant. *lnis hæbreorum interficiendis,in fiſcella ſcirpea ſecundum fluuium deſcendens a pharaonis filia ſublenatus eſt educatus & in filium adoptatus.cumq; adoleuiſſet dux aduerſus regem æthyopum miſſus eſt quem ſubegit & tributarium pharaoni redegit. ſubinde cum ob virtutem bellicam in aliqualem ſuſpitionem regiam incidiſſet & quendam ducem ægyptium quòd hebreo calumniam faceret & inſuper pulſaret,interfeciſſet, re patefacta ad ſacerdotem madianitarum confugit. generq; illius effectus dum interiora deſerti prope montem dei oreb gregem ſoceri paſceret ab angelo in rubo ardente mandatum de educendo Iſraelitico populo accepit. quare ſocero valefaciens rediyt in ægyptum.vbi poſt x.flagella quibus pharaonem pertinaciſſimum percuſſerat deus,tandem ad primogenitorum interuitionem dimiſſus,& inſtantibus ægyptijs terra eorum egreſſus.populum dei eduxit vſq; ad terram promiſſionis mirabilibus ſignis & portentis,quæ locis oportunis enarrabimus. mortuuſq; eſt in terra moabitarū ſuper monte nebo.quem iubente domino aſcenderat vt dictam promiſſionis terram circūquaq; ſpectaret.* Moyſi mors.

& ab Angelo dei in valle contra phogor eſt ſepultus.nec ab vllo potuit ſepulchrum eius inueniri. porro fuit ætas eius.cxx.annorum nec caligauerat oculus eius,nec dētes eius fuerant emoti. mirabilia eius geſta cum legis promulgatione diffuſe narrantur in exodo,leuitico numerorum libro et deuteronomio: quos ipſe cum geneſi dicitur conſcripſiſſe. Ioſephus quoq; hiſtoricus in libris antiquitatum hębreorum multa ſcripſit de eo. dux profugum hæbreorum a ferrea ſeruitute ægyptiorum fugientium,in ſequente Pharaone cum grādi exercitu curruum equitū ac peditum magna manu,quos omnes in mare rubrū* ſepulchrum.

ausos

lex in tabulis lapideis.

*auſos ingredi poſt filios Iſrael Deus verſis in priſtina fluctibus ſummerſit. * legeſque dedit. quas ab Angelo vice dei ſibi apparente in monte ſynai ſuſcepit ſcriptas in duabus tabulis lapideis. quibus duriciam cordis illius populi ſignificauit. * moremque ſacrorum, ideſt ceremonias quibus vterentur in ſacrificijs illius temporis de quibus ſupra dictum eſt abunde. * necnon hic elegantiſſime deſcribitur apparitio patris.d.Ieſum Chriſtum filium ſuum eſſe teſtantis ad tollendam omnem ambiguitatem de cordibus Apoſtolorum. quia ſi (vt ait ipſe dominus in Euangelio) in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum. & ſi teſtimonium hominum accipimus: multo maius eſt teſtimonium dei, quod ipſe de filio ſuo teſtatus eſt. tres quippe ſunt (vt ait Ioannes) qui teſtimonium dant in cælo pater verbum et ſpiritus ſanctus. & hi tres vnum ſunt. * tum genitor. Euangelij verba hæc ſunt, abeuntibus Moyſe & helia Petro adhuc loquente ecce nubes lucida obũbrauit eos. Et ecce vox de nube dicẽs. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. ipſum audite. * nubis. vel hæc nubes*

patris apparitio

Tum genitor nubis fulgens candentis amictu.
Oſcula libauit nato, & vox lapſa per auras.
Hic mea progenies: hic eſt mea magna voluptas.
Vni huic mortales omnes parete volentes. Matth. 17. Lucæ 9.
Nec plura his: toto aſſonuit chorus omnis olympo
Cœleſtum cantu vario, plauſumq; dedere.
Tum demum in faciem conſuetam redditus heros
Attonitos ſocios monſtriſq; metuq; ſepultos
Excitat, atq; hominis mortali apparuit ore.

Chriſt. lib. primus explicit.

nubes quidnam — quare lucida?

*lucidiſſima ſpiritus ſanctus fuit. vt ait Beda. vel quia vt ait cyrillus dominus ſemper apparere ſolet in nube. ſicut ſcriptum eſt. Nubes & caligo in circuitu eius. non tamen hæc fuit nubes vt in veteri teſtamento fumigans & caliginoſa. ſed lucidiſſima vt oſtenderet obſcuritatem legis tranſiiſſe, nouãq; adeſſe lucem Euangelij. quæ occulta quæq; reuelaret. erat enim diuini ſpiritus hæc obumbratio quæ non caligat affectibus hominum ſed abſcondita reſerat. ideoq; bene dixit vates * candentis nubis amictu: cognoſcamus (vt monet Ambroſius) nubem iſtam non coacti aeris caligine piceam. & quæ cælum tenebrarum horrore ſubtexat. ſed lucidam nubem, quæ non pluuialibus aquis immadidet. ſed de qua mentes hominum in voce dei omnipotentis emiſſa fidei ros irrigauit. * mea progenies. naturalis filius ab æterno genitus: deus de deo, lumen de lumine. non adoptiuus quales nos Chriſti fideles. ſed prorſus patri conſubſtantialis ab ingenito patre genitus. * hic eſt. non moyſes non Helias qui fuere miniſtri. ſed hic eſt filius.d.Ieſus quem ſolum videtis. * mea ma, vol, dilectus & cariſſimus. * vni huic, magisquàm Moyſi aut Heliæ vel cuiquàm prophetarum. quia Chriſtus eſt finis legis & prophetarum: lex enim & prophetæ vſq; ad Ioannem. deinceps Chriſtus eſt audiendus. * parete. verus enim auditus eſt obedientia. nam quid prodeſt verba ſalutis audire & ea opere non complere? * volentes bene dicit. quia voluntaria & non coacta deo placent obſequia. * chorus om, angelorum. Tum vero. nam vt ait Lucas dum fieret vox inuentus Ieſus ſolus & vt refert Mattheus audientes diſcipuli ceciderunt in facies ſuas & timuerunt valde. & acceſſit Ieſus & tetigit eos. dixitque eis ſurgite & nolite timere. leuantes autem oculos ſuos neminem uiderunt niſi ſolum Ieſum. qui iam in priſtinam faciem redierat retracta & compreſſa in ſe gloriæ illius claritate. * attonitos nec mirum quia (vt ait Hieronymus) humana fragilitas conſpectum maioris gloriæ ferre non ſuſtinet. ac toto animo & corpore contremiſcens ad terram cadit. * monſtriſq; τὸν μέσον eſt. in bonam partem hic accipe. * ore, ideſt facie eadem qua prius videbatur exuta gloriæ illius fulgore cuius fruitione nos aliquando deus exhylarare dignetur. Amen.*

Margin notes: beda ſuper luca. — cirillus ſuper Matth. — pſal. — exodi. — Ambroſius ſuper luca. — Chriſtus dei filius naturalis. — lex vſq; ad Ioãnem. — verus auditus. — voluntaria deo placent obſequia. — Lucæ 9. — Matth. 17.

M. HIERONYMI VIDAE CHRISTIADOS LIBER SECVNDVS.

PRESBYTERO BARTHOLAMEO BOTTA INTERPRETE.

AT Solymi trepidi rerum. Sacerdotum principes & phariſei, licet ex multo tempore ſitiuiſſent. d. n. y. Ch. necem: varijſq; tentationibus & inſidijs tam dudum adorti eſſent: numquàm tamen ante Lazari quatriduani ſuſcitationem firmo propoſito communi ſententia id in concilio ſtatuerant. verum ab ea die (vt
Io. 11. *refert Ioannes) coacto concilio de quo infra cenſuerunt eum interficiendum et maturandum eſſe, quod hic exequitur. connectitur autem hic liber praecedenti abſcondita ſed optima coniunctione hoc pacto. conſolatus eſt diſcipulos dominus ex oſtenſione gloriae ſuae, vt in fine eius oſtenſum eſt ſequitur modo. At Solymi trepidi rerum. ingenti mœſtitia ſunt affecti. quid autem timuerint paulo infra aperietur cum ad eorum concilium deuenerimus. * formidine caeci. illic ſiquidem trepidauerunt (vt ait propheta) vbi non erat timor. eſt.*
pſal. 13. *autem timor mundanus ex quattuor animi tortoribus vnus: quibus omne iudicium corrumpitur. caeteri ſunt ſpes, gaudium, & dolor. haud facile animus verum prouidet vbi illa officiunt. * caeci interiori lumine rationis quod eſt intellectus. * patrum primi. Senatores intelligit qui & principes iudeorum, & ſeniores populi in Euangelio appellantur. nam moyſes cum cerneret ſe ſolum tantae multitudini iu*
num. 11. *dicem ſufficere non poſſe, de mandato domini. lxx. ſenes ſibi ſubſtituit: qui vice ſua populum curarent ac iudicarent reſeruatis tantum ſibi grauioribus cauſis: quas ad ſe mandauit vt referrent. hunc ordinem in populi regimine etiam tunc ſeruabant, tametſi maiora negotia & cauſae ſanguinis ad praeſidem*

tortores animi quibus iudiciũ corrumpitur. Lumen interius patres iudeorũ quinam.

AVGVSTI BOTTAE FRATRIS NOſtri in 2. Chriſtiados Argumentum.

Io. 18.
DIuiditur tellus: capiuntq; herroa ſecundo
Agmina mortales acuunt furialia, Iudae.
Triſte nefas ſuadent. At diuo fata ſenatus
Proditione parat ſceleriq; paciſcitur aurum:
Quaeq; ſuas ſortita tribus capit ordine ſedes.
Mittuntur ſolymam comites, his ſpondet amica
Tecta ſimon, cythara laudes vt forte canebat.
Accumbunt epulis pariter, menſaq; remota.
Vndanti princeps ſociorum aſpergine plantas
hor. in epiſtolis. Lauit, oliuiferi hinc ſuperat faſtigia montis.
AEthere praepes adeſt iuuenis: Mox prodit Iudas
Mentita ſub pace ducem. petroq; negandum
Ad caiphae immanes; & praeſidis atria ducunt.

*Romanum tamquàm ad principem referebantur. quod & ipſi Pilato pſidi retulerunt dicentes nobis non licet. interficere quemquàm. * templiq; miniſtri. ſacerdotes & leuitae. * inſom, duxere. nequeuntes dormire prae triſtitia rerum, quae a Chriſto glorioſe agebantur. vel pote inuidi, nam inuidia maximum eſt inuidorum tormentũ, hinc poeta quidam ſecularis cecinit. Inuidia ſiculi non inuenere tyranni Maius tormentum. declinatur. hic & hęc inſomnis & hoc inſomne. idem quòd noctu per vigil. hinc & Imperator dixit ſe inſomnes noctes ducere vt ſubditi quieſcant. eſt etiam haec inſomnia, ae, ideſt vigilia de qua ſeruius in iiij. aeneid, ſuper illo verſu inſomnis ferus aeneas. item hoc inſomnium, ij, illud ipſum quod dormientes videmus. de quo idem in principio eiuſdem libri, ſuper eo verſu. quae me ſuſpenſam inſomnia terrent, & in. vi. hinc falſa ad*
aeneid. 1. *caelum mittunt inſomnia manes. * cura anxia ſollicitudo ab eo quòd cor vrat. ſic & Virgilius quando haec te cura remordet, quandoq; pro ſtudioſa diligẽtia vt ſepiſſime Cicer. in epiſt. Salus tua & res tua maxime mihi curae ſunt. interdum ponitur & pro opere diligenter facto. vt apud Martialem. Teque piget curae praemia ferre tuae. quin & pro vltrice ſynderesi (qui vermis in Euangelio nominatur)*
martia. 9. aeneid. 6. *poſuit idem Verg. dicens. luctus & vltrices poſuere cubilia curae. ex his apparet grammatici illius aut vanam vel parum obſeruari dignam eſſe differentiam. qui cecinit. cor vrunt curae ſed curam dicis amorem. iuxta illud Maronis. At regina graui iamdudum ſaucia cura, ideſt amore. iuxta ſeruij interpretationem.*

Inuidiae maximum tormentũ
inſomnis.
haec inſomnia. hoc inſomnium
cura.

incubat pretationem . eſt enim cura polyſemus ſermo . vt oſtenſum eſt . * incubat inſiſtit , inhæret, totumque
occupat animum quale & illud . ponto nox incubat atra . datiuo ſemper iungitur . & eſt compoſitum en 2.
a cubo. bas . ferè eandem ſignificationem habet incumbo . niſi quòd ſuperius alienum videtur occupa-
dira . re . hoc autem quod ſui iuris eſt . * dira ſcilicet cura quaſi ex dei ira procedens . nam auerſus deus a
peccatore ſubtrahit lumen gratię . & protinus cor illius a ſpiritu nequam occupatur qui & excruciat
illum hominem nec quieſcere permittitur . exemplo Saulis regis , a quo , cum ſpiritus domini bonus re- 1.Reg 16.
inuidiæ fomes . ceſſiſſet: mox a malo vexatus eſt . * ante oculos mentis . ecce fomes inuidiæ . & ſtimulus per vrgens .
alterius fælicitas & alienus honor . * ingredientis in die palmarum vt ſupra viſum eſt quando obuiam & Matth.
venit illi ſuper aſello ſedenti multitudo populi clamantis oſanna filio Dauid benedictus qui venit in no 21 .
impubis . mine domini . * feſtique, pro feſtiui honores quibus in feſtis diebus templa ſolent ornari . * manus im
pubis, ideſt multitudinis puerorum in templo clamantium . ſuper quorum læto clamore ſacerdotes indi Matt. 21.
gnati dixerunt domino Ieſu . non audis quid iſti dicunt ? quibus reſpondit . vtique non legiſtis quia ex
ore infantium & lactentium perfeciſti laudem . hinc & vos pueri diſcite laudare deum . dum ſimpli- Pſal. 8.
ces & mundi eſtis . nec enim eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris . eſt autem hic & hæc impubis ab eo
quod eſt hic & hæc pubis . quod & in maſculino ac fœminino genere reperitur . de fœminino habes
pubes & puberes . hic exemplum . de maſculino , ait Vergilius cuſtodem ad ſeſe comitemque impubis iuli . eſt autem pu- Inſtit. de nupt.
bes maturitatis ſignum . puberes dicuntur mares . xiiij . annorum fœminę . xij . * increbreſcere , ex ma
ioribus factis celebriori fama in dies augeri . in præpoſitio huic addita verbo, eius auget ſignificationē.
fama . * fama ſuſcitati quatriduani . de fama quæ vel a fando dicitur, vel a greco φήμη . habes in ęneide Fama. æneid. 4.
malum quo non aliud &c. hic vero poſſemus dicere Fama bonum quo non aliud præſtantius vllū &c.
ſiquidem melius eſt bonum nomen quàm diuitiæ multę . crudelis ergo eſt (vt ait Auguſtinus) qui ne Aug. in ſermone de communi vita cl. eccl. 24.
gligit famam ſuam . nam & nobis ipſis neceſſaria eſt conſcientia & proximis fama noſtra . dicit enim
ſapiens . ſicut balſamum aromatizans odorem dedi . & Apoſtolus Chriſti bonus odor ſumus in omni
loco . * quid faciant ? vt tam patens miraculum detractione ſolita obumbrent . * priſci vates Daniel
& Dauid . * cœleſti ſtirpe . vide etiam Eſaiam . cuius hęc ſunt verba . paruulus natus eſt nobis , & daniel 9. pſ. 2. pſ. 18. 58. & cviij. & ſequent. eſaias 9.
filius datus eſt nobis. Et factus
eſt principatus ſuper humerū
eius & vocabitur nomen eius
admirabilis conſiliarius , deus
fortis . pater futuri ſeculi . prin
ceps pacis & cetera quæ ſequū
tur : & item eleuabit dominus
hoſtes raſin ſuper eum . & ini-
micos eius in tumultū vertet .
ſyriam ab oriente . & phyli-
ſtijm ab occidente . & deuora-
bunt Iſrael toto ore . & alia
multa quæ ibi ſequuntur . et an
te dixerat Ecce virgo concipiet c. 7.
& pariet filium & vocabitur
nomen eius Emanuel . quòd eſt
interpretatum nobiſcum deus .
Dauid autem dixit . A ſummo
cælo egreſſio eius . vide etiam
quæ adducit Apoſtolus in principio Epiſtolæ ad Habreos de cæleſti & diuina ſtirpe domini noſtri Ie- heb. 1. 2. & 3.
ſu Chriſti . * templum . ſic ait Danieli Angelus . Tu animaduerte ſermonem : & intellige viſionem . cap. 7.
Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum : & ſuper vrbem ſanctam tuam . vt con
ſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum . & deleatur iniquitas . & adducatur iuſtitia ſem-
piterna . & impleatur viſio & prophetia . & vngatur ſanctus ſanctorum . Scito ergo & animaduer
te ab exitu ſermonis , vt iterum ædificetur Hieruſalem, vſq; ad Chriſtum ducem . hebdomadæ . vij . &
hebdomadæ . lxij . erunt . & rurſum ædificabitur platea & muri in anguſtia temporum . & poſt heb-
domadas . lxij . occidetur Chriſtus . & non erit eius populus qui eum negaturus eſt . Et ciuitatem &
ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo . & finis eius vaſtitas & poſt finem belli ſtatuta de
ſolatio .

M. HIER. VIDAE CHRISTIADOS.

LIB. II.

AT ſolymi trepidi rerum , & formidine cœci .
Noctem illam patrum primi , templiq; miniſtri .
Inſomnem duxere : animis adeo addita cura .
Incubat , ac nullam attonitis dat dira quietem ,
Omnibus ante oculos vrbem ingredientis imago
Læta dei , feſtiq; manus impubis honores ,
Illiuſq; vident latè increbreſcere nomen .
Fama volat , paſsimq; canit miracula rerum ,
Quid faciant , magis atq; magis iam vera pateſcunt ,
Quæ quondam priſci vates cecinere futura ,
Terras cœleſti regem de ſtirpe manere ,
Cuius in aduentu templum , iudeaq; tandem
Regna ruant : ſolymæq; euerſis deſinat aris
Antiquo de more ſacros imponere honores :

psal.48. *ſolatio. Dauid etiam cum paſſionem Chriſti deplorasſet, aduerſus inimicos Chriſti hæc ſubiunxit. fiat habitatio eorum deſerta. & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet &c. ibi vide. * ſolymæ. nominatiuus eſt græcus & ſing. num. * euerſis aris tam holocauſtorum quàm thimiamatis. hoc adimpletum velint nolint iudei fateantur neceſſe eſt per Titum Principem Romanorum. qui capta vrbe ſolimorum combuſſit templum cum ſacerdotibus eius. vt refert ipſe Ioſephus in libris de bello iudaico.xl. an-*
rom.2. *no a paſſione domini. quod tempus illis ad pœnitentiam fuerat conceſſum. ſed diuitias bonitatis eius & patientiæ contemnentes ſecundum duritiam ſoltam & impœnitentia eorum corda theſaurizauerunt*
Donatus & Landinus ſeruius. *ſibi iram in die iræ, * infracti, ideſt valde fracti. vel antea ſemper infracti, vt ſit maior ſenſus. tale* infractus.
æneid 12. *eſt & illud Maronis. Turnus vt infractos aduerſo marte latinos. aliàs enim infracti animi virũ magnanimum ſignificat. & qui nullis frangatur terroribus aduerſæ fortunæ. * tectis ſepti quiſque ſuo.*
psal.cxvij. *prolepſis implicita. * clauſi man, ne viderent Chriſti magnalia vel audirent, quibus forſan per inuidiam ilia rumperentur. * Quales apes ex pſalmo potuit hanc comparationem aſciſſere, circundederuntme ſicut apes et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis vel ex.iiij. georgicorũ decerpta cõparatio. cuius hic eſt ſenſus. ita phariſei & ſacerdotum principes inimici Chriſti, audita choruſcatione ingentis miraculi quo Lazarus eſt ſuſcitatus quatriduanus. abſterriti in domibus ſeſe continebant occluſi: veluti apes in aluearibus repentina tempeſtate oborta. eſt autem ordo propter longum hyperbaton aliquantiſper confuſus. ſic ordina litteram. Quales apes, quæ vol, ſolitæ ſunt carpere florentia rura, ideſt flores ruribus naſcentes, ocia lenta terunt &c. quæ ſequuntur vſque ad finem comparationis, deinc redito, vbi* ſer nubem.
*ideſt quando ſæuit hyems. i. tempeſtas cœlumq; & reliqua. * cœlum, ideſt aer condenſatus. iuxta illud atq; in nubem cogitur aer. nam & aeris denſitas facit nubem: & relaxatio ſerenitatem, vt in illo verſu. denſet, erant quæ rara modo, quæ denſa relaxet. ſolutio verò imbrem vt hic. * orion. ſiue:* orion.
ἀπὸ τοῦ οὔρου τος. quòd eſt vrina, vt ſit orion pro οὔριων, ſiue ἀπὸ τοῦ ὄρους ὀρίων. quòd eſt mõtanus? venator quippe fuit egregius. ſiue potius. ἀπὸ τοῦ ὀρίνω quòd eſt concito, turbo, & commoueo ſydus eſt cæleſte ante tauri veſtigia · ab inundatione aquarum teſte Iginio græce dicitur orion. quod eius tempore oriatur hyems quæ mare ac terras tempeſtatibus turbet. latini Iugulam dicunt, quod ſit vt gladius armatorum. fulgore ſtellarum terribilis. qui ſi fulget ſerenitatem portendit, ſi obſcuratur tempeſtatem. pingitur bis ſtellis. tribus in capite, ſed media eſt fulgidior. in ſingulis humeris ſingulas habet claras, in dextro cubito obſcuram vnam, in eadem manu vnam. in zona tres. in gladio quem manu tenet tres, in ſingulis genibus ſingulas. qui ideo dicitur, dum venator eſſet & minaretur ſe feras omnes interempturum a ſcorpione ab indignata tellure emiſſo necatus. quia ſcorpione cæleſti quoque ſigno oriente occidit. vt etiam poſt recitatam fabellam refert ſeruius. ſuper illo verſu, cum ſubito aſ-
æneid.1. *ſurgens fluctu nimboſus orion. quo in loco multa etiam fabuloſa refert Landinus. quæ ideo omitto quia veris, & non fabulis delector. * aluearibus. Synereſis fiat neceſſe eſt. vt poſſit ſcandi verſus. quæ* aluearia aluus & alueus ſynereſis.

Ergo infracti animis omnes terrore ſubacti,
Tectis, quiſq; ſuo, ſepti, clauſiq; manebant,
Quales quæ ſolitæ florentia rura volantes
Carpere apes, vbi ſæuit hyems, cœlumq; profuſos
Soluitur in nimbos, & aquoſus regnat orion,
georg.4. Ocia lenta terunt, clauſiſq; aluearibus ægræ.
Cunctantur, circumq; fores ac limina muſſant.
Tempus erat per membra quies cum grata ſoporem
plin. li. 21. Irrigat, ac poſitis affert obliuia curis.
Et iam noctipotens manus imo emiſſa barathro
Horribiles viſu formæ furialibus omnem
varo lib. 4. Cœtibus obſedere vrbem: pars turribus inſtant

*duarum eſt ſyllabarum in vnã contractio. eſt autem, hoc alueare, ris. & hoc aluearium. ij. hæc aluus, ui, & hæc alueus, ei, apiarium vas, ſeu apum domuncula, quæ ex corticibus inſuitur cauatis, aut viminibus texitur. vt canit Virgilius. ipſa autem ſeu corticibus tibi ſuta cauatis. ſeu lento fuerint aluearia vimine texta. Plinius optima ait ex cortice fieri, ſecunda ferula, tertia vimine. varro autẽ dicit quòd alij faciunt aluos ex viminibus, alij e ligno ac corticibus. alij ex arbore caua, alij fictiles, alij etiam ex ferula frutice quodam leuiſſimo, quadratas: longas pedes circiter tres: latas pedem. hæc omnia vocant a mellis alimonio, aluos. * cunctantur. morantur ſerenitatem, aut dubitant egrediantur nec ne. ſic & Suetonius de Augusto cunctari, ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum. A cunctor fit percunctor, quòd eſt ſciſcitor. hinc & cunctanter. quicquid cum mora fit. cunctanter fieri dicitur. incunctanter verò abſq; mora. Auguſtinus quicquid violari non poteſt incunctanter violabili præponebam. * fores. anguſtos illos aditus* cunctari, percunctor. cunctanter. incunctanter.

& exitus

mussant. *& exitus qui in alueasibus ſiunt. * muſſant. tenui bombo ſubmurmurant. ſic & Virgilius. Fit ſoni-* georg. 4.
tus: muſſantque oras & limina circum. eſt autem proprie Muſſare, clam ſubmurmurare, & aperte lo-
qui non audere. vt drances ait, cuncti ſe ſcire fatentur quid for. ſe. po. ſed dicere muſſant, ideſt veren- æneid. 11.
chronographia. *tur. alibi etiam ſignificat dubitare. vt muſſat rex ipſe latinus. * Tempus erat. chronographia, tem-*
poris nocturni deſcriptio & maxime conticinij quo animalia omnia dormire ſolent. ſit autem ad oſten-
dendum inuidos & facinoroſos viros a deo curis vltricibus exagitari, vt eo tempore quo cæteri dor-
vigilandũ eſſe. *miunt, ipſi quieſcere non poſſint. ſimul & vt præſtet cautelam religioſis viris, ne ſomno grauati a ne-*
gotio perambulante in tenebris. ideſt a tentatione nocturna opprimantur. vnde & dominum diſcipu-
los monuiſſe legimus. vt vigilarent, ne intrarent in temptationem. demones enim tentatores numquàm
dormiunt. quare vt etiam Petrus monet. fratres ſobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter dia-
*bolus tamquàm leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui reſiſtite fortes in fide. * affert obliuia,*
*facit homines obliuiſci. * Et iam, redit hoc in loco poeta ad id quod in principio primi libri omiſſerat.*
noctipotens demon. *narraturus eſt enim quid fecerint demones ab inferno rege ſoluta contione dimiſſi. * noctipotens ma-*
nus, ideſt quæ animas in nocturnas peccati primum tenebras molitur attrahere. deinde in perpetuam
inferni noctem vbi tenebræ ſunt exteriores. hoc dico ne fatue putes demonem ſolum de nocte non etiã
in die poſſe tentare. cum dicat propheta, ſcuto circundabit te veritas eius, non timebis a timore no-
cturno. A ſagita volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incurſu & demonio meridia-
no. eſt autem alluſio ad dictum Apoſtoli. non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem et ſanguinem. ſed
*aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum. * imo barathro, ex pro-* Diomedes.
barathrum. *fundo inferno. τὸ βάραθρον τοῦ βαράθρου. græce, locus ſuit apud athenas profundiſſimus, in quem noxij*
ab alto præcipitabantur. habetur etiam in ægypto locus profundiſſimus Barathri nomine. vſurpatur
*ab authoribus pro glutonum immenſa ingluuie. & pro quaq; profunda voragine. * horribiles, horro-*
*rem & terrorem incutientes quòd & ait Vergilius. Terribiles viſu formæ. * formæ. de quibus in pri-* æneid. 6.
*mo ſatis dictum eſt. * obſedere. bene obſedere. nec enim minori ſtudio animabus capiendis inſidiatur*
*nequam ſpiritus, quàm hoſtes inimicę vrbi. * apicem templi, in quo ſummi habitabant ſacerdotes. num*
quid & in templum domini intrat demon? quid ni? cum & inter filios dei aſſiſtat corã domino vt ait
faſtigia. *Iob. * faſtigia ſumma. alta pinnacula, quæ & frontiſpicia dicuntur. quicquid ornatus gratia in ſummi-* Iob. cap. 1. & 2.
tate murorum ponitur faſtigium ſolet appellari. vnde & pro ſummo dignitatum ornatu, & culmine
dicitur. quandoq; & pro ima rei profunditate vſurpatur. vt in illo Verg. forſitan & ſcrobibus quæ
*ſint faſtigia quæras. * coronant, in modum coronæ cingunt. * cætera legio. ſingularis pro plurali.* ge or.
vel milites priuatos intelligit luciferi, tribunus enim & centuriones templum circuibant. eſt autem le-
legio. *gio Romanę militię nomen: a delectu militum ſic appellata. & ſex millibus hominum complebatur a-*
pud veteres vt teſtatur Hieronymus ſuper Mattheo. origines quoq; ibidem ait. Ad ſimilitudinem le- cap. 26. ibidem.
gionum militiæ mundialis ſunt & Angelorum legiones militia cæleſtis militantium contra legiones de-
monum. quare & dominus Ieſus dixit Petro an putas quia non poſſum rogare patrem meum, & exhi-
bebit mihi pluſquàm duodecim legiones Angelorum. demon etiam dixit legio mihi nomen eſt, quia mul- marci. 5.
*ti ſumus. * hærent tignis. alludit ad veſpertiliones nocturnas aues. in quas modo demones ſeſe for-*
ſan transformauerant. egregia certè metamorphoſis & demonibus maxime conueniens. ſunt autem
tignum. *Tigna trabes tecti omnes a tegendo dicta. licet iuris doctores dicant tigni appellatione materiam omnẽ*
ex qua ædificia conſtant, contineri. de Tigno quidam cecinit. Tunc bonus eſt ignis, cum pendet ſtiria Vlp. l. 1. de tig. in. & ad exh. l. Tigni. gaius. de verb. ſign. l. Tigni.
*tignis. * haud ſecus, frequen-*
hirundo. *tiam demonum, hirundinum ſi-*
militudine oſtendit: quæ ver-
no tempore ex alijs regionibus
in cœtu magno & frequẽti Ita-
liam noſtram petunt. hybernis
*deinc abeunt menſibus. * aues* pl. lib. 10. cap. 24.
hirundines puto intelligi velle.
tametſi coturnices ac perdices
*idem faciant quotannis. * oc-*
cultum virus, inuidiæ odijq; ve-
virus. *nenum. eſt autem virus neu-*
trum & indeclinabile. licet lu-
cretius

Pars apicem templi, & faſtigia ſumma coronant:
Cætera perq; vias legio, perq; alta domorum
Tecta volant, tractimq; hærent per culmina tignis.
Haud ſecus Italiam repetunt vbi vere tepenti
Cærula aues longo feſſæ ſuper æquora curſu,
Quæ prior occurrit tellus, hanc agmine denſo
Certatim arripiunt, procuruaq; littora complent.
Principio ſpargunt occultum in pectora virus,
Vipereamq; viris animam, cæcumq; furorem
Inſpirant, odiumq; animis. & crimina linquunt.
Multi etiam in facies hominum vertuntur, & omnem
Protinus incendunt varijs rumoribus vrbem.

Lucr.lib. 1. lib. 2. *cretius declinauerit hoc virus viri. ſicut & hoc pelagus gr: ſic, dicens liquit enim ſupra tetri primordia viri, item coucoctosq; ſuo contactu perdere viro. * vipeream animam. ſibilum ſerpentinum hoc eſt malam cædis Chriſti ſuggeſtionem. * crimina. vnde proficiſcuntur crimina, vel quæ iam in corde machinantur, deinde per effectum in lucem prodeunt. nam tria eſſe homicidiorum genera dicebat Petrus,* homicidia. ex epiſtola clemēt. de pen diſt. 1. hier. in eſa ia. *& pœnam eorū parilem fore. inter ſectores. ſ. fratrum, detractores, eoſq; odientes homicidas eſſe manifeſtabat, hieronimus quoq; idem teſtatur his verbis. omnis iniquitas, & oppreſſio, & iniuſtitia iudiciū ſanguinis eſt. & licet gladio non occidas, voluntate tamen interficis. * hominum, vt facilius eos fallant, & ad iracundiam accendant ex ſimilitudine. * rumoribus. q̄ fictis miraculis plebem demulcebat, q̄ rex volebat conſtitui, q̄ legem moyſi & paternas traditiones ſubuertebat. q̄ romani venturi eſſent, & tollerent locum & gentem quaſi rebellibus. hæc & ſimilia in vulgus ambiguum ſpargebant. * irrepunt*

Irrepunt tectis alij, ſomnòq; ſolutis
Somnia dira ferunt varia, ſub imagine rerum,
Atq; hominum falſis ſimulachris pectora ludunt.
Iamq; huius ſubeunt, iamq; illius alta potentum
Limina, & attonitos dictis hortantur in hoſtem.
Terrificantq; animos facta, atq; infecta canentes,
Chriſtum inferre faces, arisq; inſtare bipenni:
Armatum ærata, atq; adytis extrema minari,
Et iam ſemuſto in templo dominarier ignem
Quin ipſos templi mentiti veſte miniſtros.
Singula tecta adeunt, patreſq; ad limina ſacra.
Conciliumq; vocant nigri dux agminis ipſe
Impulit æriſono ſtridentes cardine portas
Hinc atq; hinc delubra petunt: concurritur vltro.

*ideſt irrependo intrant. * ſomnia dira. animos dormientium terrefacientia. de ſomnijs ſatis in ſuperiore libro diximus * Ludunt pro deludūt talibus ſomnijs, etiam nunc ſtriges mulieres peſſimæ hærodianam ſeu dianam ſequentes illuduntur.* ſtriges. ** potentum. ſeniorum illorum qui populum regebant, vt metu regiminis amittendi in Chriſti necem inflammarentur. nec nō & diuitum, contra quos ſæpe fuerat inuectus, vt ſeſe ab increpatione aſſidua liberarent. & ſic audacius de minuto po-*

Lucæ 6. *pulo prædam ſolitam ducerent. * attonitos ex predicatione domini. væ vobis diuitibus, qui habetis con*- diuitum increpatio. *ſolationem veſtram nunc: exemplo diuitis epulonis, de quo dicitur, mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. item exemplo illius diuitis, cuius ager cum reddidiſſet vberiores fructus ſolito, dilatauit horrea, atque cellaria: deinde dicebat animæ ſuæ. anima mea habes multa bona recondita in annos plurimos. epulare, & lætare. ſtatimq; ei reſponſum eſt. ſtulte hac nocte morieris, & quæ paraſti cuius erunt? cumq; diuitias eſſe ſpinas dixiſſet ſalutis verbum ſuffocantes, & quam difficile diuites intrabūt in regnum cælorum. & rurſus: facilius eſt camelum per foramen acus tranſire: quam diuitem intrare in regnum dei. talibus dictis attoniti redditi fuerant illi diuites auari: qui libentius aurum, quam ſolem intuebantur, & auari phariſei. qui domos viduarum longa exhauriebant oratione. ſeſe præda ſua metuētes expoliari. * hoſtem chriſtum, falſa tamen eorum opinione. nam & is amicus omnium erat,* amicus.
prouer. 27. *de quo dicitur. meliora ſunt vulnera diligentis amici, quam fraudulenta oſcula blandientis inimici. &*
eccl. 19. *cui mandatur. corripe amicum. ne forte non intellexerit, & dicat non feci. aut ſi fecerit, ne adu iterum facere. item corripe proximum, corripe amicum: ſæpe .n. fit commiſſio. melior eſt enim mani-*
prouerb. 27 *feſta correctio, quam amor abſconditus. ſed ipſi tāquam frenetici, & cæci furore, modicū amiciſſimum*
eccl. 7. *hoſtem putauerunt. non attendentes illud eccleſiaſtis. melius eſſe a ſapiente corripi, quam ſtultorū adulatione decipi. * facta atq; infecta, mos hic maledicorum ſuſurronū atq; detractorum eſt, vt quæ facta ſunt inuertentes, in deterioremq; partem interpretantes, addant, & quæ facta non ſunt, modo fieri potuiſſe conijciant. * canentes, vulgantes. tale eſt illud Vergilij. de fama. gaudens & pariter facta, atq; infecta canebat. * inferre faces. hoc ex catilinario ſaluſtij poteſt eſſe depromptum. vt Catilino peſſimo viro Chriſtum ſimilem eſſe perhibeant. qui patres ferro, & vrbem igne depopulandam cum facinoroſis iuuenibus coniurauerat, regnum affectans. idem eadem cauſa facturum Chriſtum, demones cordibus hominum ſuggerebant. poſſumus & aliter interpretari, vt euangelio conueniat expoſitio nec enim ab inermi (vt putabatur) carpentarij filio, vel aſello inſidenti, turbaq; comitante piſcatorum, poterant tam ingens facinus vereri, aut ſuſpicari. dicamus ergo. Chriſtum inferre faces .i. propter*
Io. xi. *Chriſtum periculum imminere ne populo illum vnanimiter ſequente, romani defectionem ſuſpicantes, vrbem ferro incendioq; deuaſtarēt. ſicut & infra in oratione caiphæ patebit ſed et in euangelio dixiſſe fertur. Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit? ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum,*

bipennis, & venient romani,& tollent locum noſtrum & gentem,* bipenni, ſecuri militari,quæ vtrunq; dua-
bus pinnis.i. alis eminentibus acutis ſecat,& infringit.adiectiuè poſuit etiam Vergilius ferro ſonat al- lib 2 To 29
ta bipenni.* adytis.quæ ſancta ſanctorũ dicebantur.nec niſi ſemel in anno ſummus ſacerdos illuc intro-
ibat. vt ſupra docuimus. * ſemuſto, pro ſemi vſto, * dominarier epenteſi.* ignem hæc omnia. xl. poſt
iniuſti nihil, Chriſti paſſionem anno ſuper miſeros Iudeos venerunt. quæ maturata illius nece vitaturos ſe eſſe ſpe-
rabant. hinc edocemur, nihil iniuſti aduerſus inſontes moliendum eſſe ab vrbium rectoribus, tametſi
mala videantur ciuibus imminere,viuentibus illis:nam ſi iniqua fuerint e medio ſublati,ruina vrbis ac-
cellerabitur.quæ ſtantibus illis & orantibus,poterat auerti;vel ſaltem protrahi. vnde et Hieremias com- Hieremiæ 5.26.
prenſus a populo malorum ſacerdotum inſtigatione vt occideretur, quia profetauerat aduerſus tem-
plum,& vrbem: quæ danda erant ſicut ſylo,& in maledictionem cunctis gentibus terræ,dixit,ſi occideri-
tis me, ſanguinem innocentem tradetis contra voſmetipſos & contra ciuitatem iſtam, & habitatores
eius.verum ſeniores populi dixerunt, iudicium mortis non eſt viro huic:quia in nomine dei locutus eſt
miniſtri, & liberauerunt eum,* miniſtros templi, leuitas intellige portarum ianitores, quorum etiam erat of-
ficium patres accire,cum aliquid pro publica tractandum erat vtilitate, * ſingula.i.ſingulorum ſacerdo
tum principumq; domos.* nigri agminis, militum infernorum.* dux ipſe,Sathan forte,aut mammona,
cardines ænei, ſeu ipſe lucifer.qui & primo parenti inſidias eſt molitus. * ſtridentes. nam hac de cauſa portarũ tem-
pli,vel ærarij cardines æni fiebant, vt cum aperirentur,longè lateq; ſtridor ſentiretur, vt ſiquid ad-
uerſi proditores,aut fures molirentur,ex omnium concurſu periculum auerteretur * delubra.templum
delubrum, ipſum, vel atria eius.vbi mare,& pelues quibus hoſtiarum carnes lauabantur & ſacerdotes,ſiquidem
delubrum adiluendo etiam dicitur, nec enim hic pro dei ſimulacro dici poteſt.quaſi a delibrato, hoc eſt
decorticato ligno.cum in illo templo nullum eſſet dei ſimulacrum. ſed tantũ duo cherubin expanſis alis
propitiatorium velabant.vnde reſponſa dei petebantur.nec etiam delubrum hic (vt ait ſeruius) capi
poteſt.quod vno tecto plura complecteretur numina.cum ſcriptũ ſit,audi Iſrael:dominus Deus tuus,vnus 2.æneid.
eſt. & ante me non eſt deus,& poſt me non erit.* vltro etiam non expectata miniſtrorum citatione.
* tenebris euntibus.cum enim lucem Chriſtum odio perſequerentur infenſo,neceſſe erat, vt in tenebris
ambularent, quia (vt ipſe ait) qui odit lucem,ambulat in tenebris, & pſalmiſta,poſuiſti (inquit)
tenebras,& facta eſt nox.in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ, catuli leonum rugientes, vt rapi-
ant, &c. * non aliter. ſimile eſt illud verg. non aliter quam ſi immiſſis ruat hoſtibus omnis carthago
intempeſta, autan, ty,ſl, ſur,culmina perque hominũ voluantur perque deorum.* intempeſta. obſcura valde &
media.dicitur autem intempeſta, hoc eſt ſine tempore, inactuoſa, nam (vt ait Lucretius) tempus nõ
niſi per actus humanos intelligi poteſt.nulli actus in media nocte fiunt.ergo intempeſta tunc dicitur,ſine
tempore,& ſine vllo actu:per quem tempus cognoſcitur,appellatur.& eadem hora,concubium quod tunc
omnes cubent,conticinium,& ſilentium quod taceant omnia,& quieſcant,* inferre,intromittere. * rece-
culmen. ptum dolo proditoris alicuius. nullaq; tunc ciuibus (arce amiſſa) ſpes refugij ſupereſt.* culminibus
culmus & calamus. .i. ſummis tectis, nec enim ex culmis .i. calamis ſeu paleis ameſſe reſtantibus tam auguſtum tegebatur
templum.ſicut tuguriolum illud melibei. de quo Verg.pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.
ſed quia ab antiquis, villarum culmina ex palearum calamis a ſpica reciſis (quæ & culmi & ſpitula
dicuntur) fieri ſolebant, vſus obtinuit, vt tecta domorum & templorum quauis ex materia facta
ignis animal non eſt. culmina vocentur. * voret, alluſio ad fatuam eorum opinionem qui dicebant ignem animal eſſe,quod
paſcendo viuit, deficiente paſtu moritur, quin & caldæi vt deum potentiſſimum colebant, quod
omnia conſumentur ab eo. at cum aqua aſperſus extinguatur, aquam eo potentiorem ſaltem cogno
ſcere debuerant. quam ridicula ſit horum fatuitas facile quiſque iudicare poteſt. cum ignis & a-
feruere frigere qua omni ſenſu careant, * feruent. cum quid celebratur feruere dicimus contra frigent, cum ab o-
pere deſiſtitur. * trepido pauido & feſtino. * itur. imperſonale eſt. quo vtimur quando multitu-
dinem incertam deſignamus. ſicut & illud Vergilius itur in antiquam ſiluam. * ſat rationis. quia nul
faces nephandæ. lum inſtabat periculum. * dira,demonum qui & furiæ & vltrices appellantur a poetis. * facibusq;
nefandis, non funereis vel ex rogo accenſis. ſed cupiditatum, irarum, furoris, odij & inuidiæ. hæ
ſunt nefandæ. faces, quibus pectora mortalium accenduntur, vnde, & quidam doctor de-
mones dicebat non malarum eſſe ſatorem congitationum,; ſed ſuccenſorem * ſufficiunt, ſum-
miniſtrant. * ſummo ver-
tice turrium, quo ad litte- Vndiq; nec tenebris noxobſtat euntibus atra,
ram. verè autem, ex ſum- Non aliter captam ſi rumor nunciet vrbem
mo vertice ſuperbiæ dant. Nocte dolis intepeſta,atq; latentibus armis:

Hoſtem inferre acies,& iam ſumma arce receptum,
Culminibuſq; inmiſſa voret fax atra penates.
Plenis cuncta vijs feruent, trepidoq; tumultu,
Huc atq; huc itur, nec ſat rationis euendi eſt.
Præcedunt diræ facies, facibusq; nefandis
Sufficiunt lucem, & ſummo dant vertice lumen,
Terrificas capitum quatientes vndiq; flammas,
Nec miſeri tamen agnoſcunt: furor omnibus intus
Eripuit mentem, lapſumq; in viſcera virus.
Nec minus interea biſſeni ex agmine miſſi
æneid.2. Biſſenos Chriſti ad ſocios, euertere ſi quem
Poſſent, & furijs deceptum incendere iniquis,

*ſapientia terrena, animalis, & diabolica. vel aliter, ſic ordina literã, demones vndiq; quatientes flamas terrificas dant lumen e ſummo vertice capitum. idemq; eſt ſenſus. * miſeri iudei, diro furore afflati. * agnoſcunt, ſe facibus infernis illuſtrari, & ad peſſimum facinus accendi. * furor. certe ſi (vt ait cato) impedit ira animum, ne poſſit cernere verum, quanto magis. furor? de quo, & Verg. furor iraque mentem precipitant. * in viſcera .i. in interiora animi. * virus furiale, odij, & inuidiæ. * interea dum ſacerdotum principumque cogitur conciliabulum, ſic .n. vocandus eſt omnis cœtus: qui autore diabolo congregatur. * biſeni. 12. nequiſſimi ſpiritus, quare non plures aut pauciores? vel quia tot arbitratus eſt poſſe ſufficere, vt ſingulos ſubuerterent. vel quia totidem dati fuerant illis ſpiritus boni pro eorum cuſtodia. vt legimus in euangelio, angeli eorum vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt. vel quia plures non permiſſit deus accedere ad eorum temptationem. ſiquidem (vt ait dominus) expetierat ſatham, vt cribraret eos ſicut triticũ, & fidelis eſt deus (teſte Paulo) qui non patitur quemquam temptari ſupra id quod poteſt, ſed facit etiam cum temptatione prouentum, vt poſſint ſuſtinere. * ad Chriſti ſocios. ſed quo pacto id præſumpſit? miraris? attende: ꝙ neque ipſi Chriſto pepercit. vt viſum eſt in ſuperiore libro. * deceptum participium preteriti temporis nota demonem non incendere quemquam niſi prius ſeipſum homo vana quadam elatione atque exiſtimatione decipiat. hinc dicitur ſuperbiam initium eſſe omnis peccati. ſic & Iacobus apoſtolus vnumquemque dicit a ſua temptari concupiſcentia abſtractum atque illectum. * illi, Chriſti ſocij. apoſtoli. ſeruant inuiꝯani; ꝙ eſt infra. * ante, quam contingerent. * preſcius .ſ. Chriſtus dominus, vt etiam ſupra dictum eſt. ſepe monuerat diſcipulos ea que ventura erant ſuper eum. nam preuiſa (vt ait Gregorius) tela minus lædunt. * inaperta, clauſa et inuia. * fraudi, demonũ ſuggeſtioni. * nequicquã exptus incaſſum omnia tentans. * indagine, circuitione ſubtiliq; inueſtigatione. tranſlatio ſumpta a venatorum ſollicita inquiſitione plagarũq; obductione. vnde Verg. ſaltuſq; indagine cingunt. & Lucanus. ſaltus numeroſaq; teſqua. Et ſiluas vaſtaq; feras indagine claudit. * captet. i. captare ſatagat. eſt autẽ captare lenocinijs quibuſdam mentes hominum fallere, deprehendere atq; captiuas tenere. interdum, & haurire ſignificat Verg. palinurus & omnes explorat ventos atq; auribus aera captat. * vnus ex 12. in omni collegio aliquis malus reperitur. vnde beatus Aug. dicit, quantumlibet vigilet cura mea, non credo domum meam meliorem eſſe quam Chriſti. in qua ex 12. vnus fuit reprobus. & ſi. ſancti adam duos habuit filios. vnus fuit iuſtus, alter fratricida. Noa tres habuit filios. duo extiterunt boni, tertius patris irriſor & maledictus Abraa quoq; duo fuerunt, alter electus alter reprobus. ſic & Iſaac. Iacob quoq; 12. ex quibus maior pars iuſtum & ſanctum Ioſeph vendiderunt. nimirum itaq; ſi in noſtris quoq; collegijs aliqui mali inueniantur, qui videbantur boni. * non valuit, ſanè intelligas. quia non voluit. furti longa prius conſuetudine, atque auri cupiditatis cathena deuinctus. * his vinclis proditionis magiſtri. * iſcarius. poteſt eſſe quaſi Iſacharius vt ſit nomen deductum ab Iſachar de cuius tribu potuit eſſe oriundus. vt refert Hieronymus. nam & id nomen quoddam preſefert eius rei quã fecit vaticinium. Iſachar .n. interpretatus eſt merces. vt ſignificetur precium proditoris. vel dicitur iſcarius a ſcarioth vico in quo ortus eſt. ſed & villa ſic vocabatur vt ait remigius in qua ortus eſt Iudas. condita (vt puto) ab his qui erant de tribu iſachar. ſed quid mihi (vt dolet Cirillus) patriam eius commemoras? vtinam ipſum quoque neſcire licuiſſet. * peſti infandæ. demoni, vel proditioni futura. * deuotus, inclinatus & pronus propter auaritiam cui iam multo ante ſuapte dediderat ſeſe. vnde & Auguſtinus non (inquit) tunc periſt iudas, quando a Iudeis accepit pecuniam vt dominum traderet, iam fur erat, dominum perditus ſequebatur non corde ſed corpore. * lect, proc, duodecim apoſtolorum. vnus autem erat numero non etiam ſanctitate. * labes macula quedam, nam & boni quandoque ex malorum conſortio infamantur. vt ſi quis ex fratrum collegio parum caſte vixerit. protinus apud ſeculares fabula fit totius ille conuẽtus. * Olim ab initio vocationis apoſtolorum*

furor ireque

conciliabulum.

Hieremia 25.

temptatur nullus ſuper vires.

ſuperbia.

preuiſa minus ledere.

ſn. 4. Luc. 6.

indago

captare.

collegio i omni aliquis malus.

titus ſuper luca c. 22. hier. ſuper matth. c. 10

Iſcarius Iudas.

Matth. 26. ſuper marc. 14.

ſcarioth.

ſuper Io. c. 12.

ex malorũ conſortio etiam boni infamantur.

vt oſtendit Mattheus Euangeliſta * *veſtigia, bene veſtigia, non mores eſt ſecutus.* * *patria, iſcharia, ſecundum autorem hunc. dum iuuenis eram, legi (ſed modo librum non recordor) Iudam ex patre Hyeroſolimitano fuiſſe, et mox ortum a patre expoſitum quod paricidam futurum ex vaticinio cuiuſdam amici compiſſet.* Iudas vnde. *verum a principe quodam inter venandum inuentum eſſe, qui cum prole careret, quaſi donum a deo datum tolli & educari iuſſit. cumque iam puer adoleuiſſet & ab omnibus filius principis crederetur. repente vxor eius inuenta eſt grauida veramq; ſobolem edidit parenti nimis gratulabundo.*

Illi autem pleni monitis ducis (ante futura
Preſcius iſta ſuis predixerat omnia) ſeruant
Inuictos animos, inapertaq; pectora fraudi,
Quamquam hoſtis ſpecies ſeſe transformet in omnes
Nequicquam expertus, menteſq; indagine captet.
Vnus non valuit ſeſe his ſubducere vinclis
Iſcarius peſti infandæ deuotus Iudas,
Lectorum procerum labes, & peſtis Iudas,
Hic ſe olim addiderat ſocium veſtigia diu
Ingreſſus, patria, atq; opibus, cariſq; relictis
Incerta exilia, incertas quacumq; paratus
Ire vias, taliq; necem pro rege paciſci.

nam ille ſubinde forte vt ſit cum videret iudam filio verò moleſtum, non potuit ſeſe continere: quin & nothi probro laceſſeret, & inuentionem eius obijceret. quare prouocatus iudas (vt qui iam mali erat ingenij adoleſcens) abiecta ſpe paterni principatus, clam puerum necat herilem, deinc perurgente ſceleris conſcientia ad romanam aufugit militiam, cumq; pilati preſidis iudeæ ſtator eſſet factus. quadam die in hortum proprij patris pomorum ſublegendorum gratia deprehenſus ab ipſo parente furti et latrocinij obiurgabatur. aſt ira percitus militari, ſaxo patrem interfecit. ac nemine id ſcelus conſpiciente tutus euaſit, volenſq; vt putabat vxori interfecti leſæ inquantum poterat ſatisfacere, a preſide in vxorem viduam ſibi dari obtinuit, nepharioque genitricis coniugio ſic potitus neſcius tamen. cum forte interloquendum de prole expoſita ſermo incidiſſet. conferens quæ a matre & eadem vxore audiebat, cum his quæ ab irato principe ſibi in contumeliam fuerant obiecta, adiectoque illius relato vaticinio, cognouit ſe ſe fratricidio adieciſſe paricidium: quin & inſuper genitricem inceſto maculaſſe concubitu, quamobrem pænitentia ductus Chriſto adhæſit. a quo & veniam præteritorum obtinuit & ad apoſtolatum cum reliquis eſt aſſumptus. quam gratiam autem domino & magiſtro ingratiſſimus reddiderit, videtis. nam pro modici furti iactura quam ex effuſione vnguenti paſſus eſt. hoſtibus eum triginta argenteis vendidit, proditorioque oſculo tradidit. ſed iam ad autoris expoſitionem redeamus. opibus patrijs. * *caris. proximis & cognatis atque amicis.* * *relictis zeugma eſt a poſteriori.* * *exilia ideſt vagationes exilio ſimiles. nec enim Dominus Noſter Ieſus Chriſtus cum apoſtolis exulabat. ſed predicationis gratia, & miraculorum faciendorum, ſanitatumque donandarum cauſa. non ſolum iudeam & galileam ſed & circumuicinas regiones perambulabat,* * *tali pro rege. Chriſto deo & homine.* * *paciſci, modo ſuſtinere. alias & pactum facere ſignificat paciſcor.* * *mox, poſt experimentum vitæ Chriſti & laborum eius* * *piguit. ecce apoſtatarum fons & origo. Iudas extitit. O luthere apoſtata autorem tuum agnoſce. te quoque piguit ceptorum durique laboris.* * *ſi qua potis. ſi aliquomodo poſſet.* * *arctis legibus Euangelicæ vitæ. quæ ſunt abiectio proprietatis, ſui ipſius abnegatio, crucis ſuſceptio & voluntaria caſtitas. hæ leges etiam luthero viſæ ſunt duræ at meminiſſe debuerat ſuum Chriſtum, quem toties labijs honorat corde ab eo longe poſito, dixiſſe, & arctam eſſe viam, anguſtamque portam qua in cælum contenditur.* Math. 7. *de proprietatis abiectione nonne ipſe dicit? niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Lucæ 14. *de propria abnegatione, Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam & ſequatur me.* Math 8. Math 16. *de ſeruanda caſtitate, ſint (ait) Lumbi veſtri precincti.* Lucæ 12. *& ſunt eunuchi qui propter regnum cælorum ſeipſos caſtrauerunt.* Matth. 19. *obijciat hic illud vetuſtum antiquatum & pro tempore datum præceptum. Creſcite & multiplicamini & replete terram.* gen. 1. *quaſi terra eſſet adhuc inanis & vacua, indigeretque repleri, cum multiplicatis adeo cultoribus abundet, vt ſeſe inuicem gentes expellant ſedium habendarum, terræque colendæ gratia. reminiſcere iam tandem quia Nuptiæ replent mundum, & caſtitas paradiſum, attende quia dominus noſter Ieſus Chriſtus nouus homo noua venit mundo dare præcepta quibus de ſpirituali non carnali agitur prole per mundum propaganda: vnde & Ioannem a nuptijs teſte Hyeronymo abſtraxit, cui virgini demum & matrem Virginem commendaret,* in prologo in euang. Ioannis. * *voluere pro voluebat, potes & ſubaudire*

paciſci. apoſtatarum fons. quæ nam arctæ leges Chriſti.

ſubandire, capit. * *incaſſum. neque enim premia terrena ſed cæleſtia promiſſit deus ſequentibus ſe apoſtolis, cum ſederit (inquit) filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ ſedebitis, & vos ſuper ſedes 12. iudicantes 12, tribus iſrael.* * *hos abitus diſcedendi cauſas. iuxta illud ſapientis, cauſam quærit, qui vult diſcedere ab amico.* * *furta. aut clandeſtinos intellige receſſus nulla ſ. oblata ſufficienti occaſione palam recedendi, vel etiam verè furta: erat enim fur & ea quæ mittebantur portans decimabat. ſibi prouidens in futurū cum a magiſtro receſſiſſet.* * *operum nam & ipſe*

At mox cœptorum piguit, duriq; laboris
Paulatim pertæſum, animo tum voluere ſecum
Noctes atq; dies tacitis, ſi qua potis arctis
Legibus exolui, & priſcæ ſe reddere vitæ,
Indignans longum incaſſum cecidiſſe laborem.
Hos abitus, iamq; hos abitus, & furta parabat,
Impatiens operum, rebus non lætus egenis.
io. 12. Talibus vndantem curis, animoq; labantem
Iampridem nigræ reperit dux ipſe cohortis
Haud minus exultans animis, quam monte ſub alto
Cum procul aſpexit tendentem in paſcua ceruum

cum cæteris mittebatur ad prædicandum: præterea & diſpenſatoris officium gerebat, nam in illa ſocie-
tate nullus ocio marceſcenti locus erat. diſcant hinc garruli hæretici qui vana diſputatione terunt tēpus, laborandū eſſe
Chriſtum dixiſſe ſuis laborandum eſſe, quia vt ait Paulus qui non laborat non manducet. & qui fu-
ephes. 4. *rabatur iam non furetur. magis autem manibus ſuis laboret, operando quod bonum eſt, vt etiam ha-*
beat vnde tribuat neceſſitatem patienti. * *non lætus. liptote eſt .i. valde triſtis. parum attendens*
ad illa verba magiſtri. Beati pauperes. &c. item nolite timere puſillus grex. quia complacuit patri
veſtro dare vobis regnum. nec mirum nam (vt ait Gregorius) rara & non niſi excelſa virtus cōmutat
hebr. 13. *futura cum præſentibus.* * *labantem, vacilantem dubium & inſtabilem. contra quod monet Paulus* demonis inſtigatio.
optimum eſſe gratia cor ſtabilire. * *iampridem. nec enim demon prius corda inflammat humana, quam*
aditum ſibi patentem inueniat, inueſtigat autem omnium conſuetudines, nouit quis furore moueatur
ad vindictam, quis pungatur inuidia quis odio facile teneatur, quemnam ſuperbia inflet vel ambitio
anxium reddat, quemue libido inflammet, & quem decoquet auaritia, obiecta ſpecie qua quiſque
delectatur, ſenſuum fores pulſitat, & aditu patefacto illabitur ad cuiuſuis præcordia, ibique ſi po-
teſt ſedem figit & vt fortis armatus atrium ſuum cuſtodit. * *dux ipſe, nec mirum, ſi duces infe-*
rorum aduerſus electos cælorum duces arma mouent. nam ſicut Romanos ſpolia illos opima dele-
ctant. quæ videlicet. Dux duci detrahit. * *haud minus. hac comparatione oſtendit demonis ferita-* getulus leo.
tem exultationemque cum victum ſuppeditauerit quempiam iuſtorum. * *Getulus leo, aut ſpecies* getuli populi.
eſt pro genere; aut quia ferociores & maiores ibi ſint Leones quam alijs in regionibus. Getuli au-
tem africæ ſunt populi iuxta garamantas de quibus ait Saluſtius. Africam initio habuere getuli
& libyes aſperi incultique quibus erat cibus caro ferina atque humi pabulum veluti pecoribus. de
his, & maro canit hinc getulæ vrbes genus inſuperabile bello, & alibi, ſic fatus tergum getuli im-
mane Leonis, &c. * *Hiantem præ labore longi curſus & metu mortis.* * *ex longo ſ. tempore, ad*
prædam enim raro feruntur Leones niſi rabida famē cogantur arua petere. * *in faciem. hac fictione*
oſtendit poeta quibus fallacijs & falſis imaginibus inſidientur demones hominum mentibus. * *Ga-*
lilei, Iora, quiſnam hic fuerit, non inueni diuinis in ſcripturis, nec doctorum. alluſit autem ad
ioram regem Iuda, qui quoniam miſcuerat ſemen ſuum cum genere impijſſimæ Iezabelis vxoris Achab
præuaricatus eſt legem domini, & cum rege Iſrael crudeliter eſt interfectus, & omne ſemen eius Ioram.
a matre ſublatum eſt: præter paruulum lactentem, quem vix Ioſaba regis ſoror clam abſtulit, & in
4. reg. 11. *templo. ſex. annis educauit. poteſt etiam mutato nomine de illo iuda galileo intelligere: qui tempo-* iudas galileus.
actuum 5. *re profeſſionis auertit populum multum poſt ſe, vt in actibus apoſtolorum habemus, & ſcribit Ioſe-*
phus dicens ſoli deo, & non romanis ſeruiendum eſſe, ideoq; nec tributum in profeſſione dari. nec alias
offerri hoſtias debere pro ſalute Ceſaris, vel præſidum: quam eas quæ in lege iubebantur, hunc igitur a-
Lucæ 13. *uertentē populum pilatus cum his qui ei adhæſerant interfecit, quorum ſanguinem (vt ait Lucas) mi-* facinoroſi dormire nequeunt
ſcuit cum ſacrificijs eorū. * *ſanguine & moribus.* * *inſomnē vigilem, nam facinoroſa cōſcientia ſceleratū*
dormire non patitur. hinc eſt quod finxere poetæ quoſdam parricidas a diris vltricibus die noctuq; inſe-
quentibus vexari flagellis & facibus, * *tu nocte ſilenti, in genere deliberatiuo eſt hæc oratio,*
æn. 4. *nam Iuda magiſtrum vt deſerat, ac prodat, perſuadetur. nec in principio multum diſtat ab illa mer-*
curij oratione, qua æneam hortatur a didone recedere. verum fines longe diuerſi ſunt, nam is ad ho-

Getulus leo, quem ſiccis exercet hiantem
Faucibus ex longo collecta inſania edendi.
Ac prius in facinus Galilei verſus Iorae,
Ipſi qui fuerat coniunctus ſanguine Iudas
Inſomnem aggreditur verbis; Tu nocte ſilenti
Montibus in ſolis erras inſane, poteſq;
Vltro ſæuus pati ſub nudo frigora cœlo,
Atq; tibi alterius ſub nutu degitur ætas.

*nam honeſtum & vtile, ſine vlla vitio inuitatur. hic verò ad malum ſub ſpecie boni vtiliſque cum ſcelere allicitur. * ſolis. pro ſolitarijs & deſertis in quibus non habitant homines. * erras. ſignato vſus eſt verbo, q. d. putas benefacere ſed malefacis. errare namque eſt falſum pro vero putare ergo bene dixit erras, non ſolum vagaris. ſed & falſum prauumque pro bono veroque arbitraris. * inſane, inſipiens qui pro dulci voluptate, & mundi præſentibus delitijs, labores duros, anxias curas, ac turpem eligis egeſtatem, peſſima eſt hæc exhortatio qua multi merguntur in infernum. huic reſpondeatur, quid proderit ſi modico tempore hic fruamur delitijs: & mox æternis deputemur ſupplicijs? proponatur exemplum diuitis epulonis, qui induebatur purpura & byſſo: & epulabatur quottidie ſplendide, ſed quid ſequitur? mortuus eſt diues & ſepultus eſt in inferno. nec cum in flamma cruciaretur aquæ guttulam valuit obtinere, proponatur & illius diuitis exemplum, qui dicebat, anima mea habes multa bona congregata in annos plurimos, requieſce, comede, epulare, dixit autem illi deus, ſtulte hac nocte animam tuam repetunt a te, quæ autem paraſti cuius erunt. * nudo, cœlo, aere ſub diuo vel ab incomoditate dormiendi atque quieſcendi. cum feræ habeant antra, volucres cœli nidos. filius autem hominis aliquando non habeat vbi caput ſuum reclinaret, interdumq; pernoctabat in oratione diei ac noctis in montibus & deſertis: ne comprimerentur a turbis vndique concurrentibus huic tentationi reſpondeatur. vigilandum eſſe atq; orandum exempla domini & regij prophetæ dicentis. in matutinis meditabor in te quia fuiſti adiutor meus. Item media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. & alibi, anticipauerunt vigilias oculi mei; & rurſus lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Item vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. demum dicit dominus: vigilate omni tempore orantes. & ſi ſciret pater fam, q, ho, f, u, vigilaret vtique &c. & rurſus quod vni dico omnibus dico vigilate. nam ſi ſerui patris fam, boni ſeminis ſatoris vigilaſſent, inimicus homo Zizania non ſuper ſeminaſſet; vigilemus ergo & oremus: quia longa quieſcendi tempora fata dabunt. * ſub nutu alterius. ecce indignatio ſuperborum qui nolunt humiliter ſuperioribus parere, illud comicum in ore ſemper habentes. ſine me meo interea viuere modo, quam fœlix humilis ſubiectio quæ proprijs affectibus abiectis in omnibus & per omnia prepoſito obediens te Chriſto ſimilem fratremq; & coheredem facit nonne Chriſtus æqualis deo exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis? nonne in agone poſitus orationem ſuam concluſit dicens. pater non quod ego volo ſed quod tu, & non mea fiat voluntas ſed tua. nonne rediens in nazareth erat ſubditus illis? quibus? vtique paupercule matri, & fabro carpentario, non patri, ſed alumno, attende ſapientum monitis, quanto maior es humilia te in omnibus. omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſuddita ſit. non eſt enim poteſtas niſi a deo & qui poteſtati reſiſtit dei ordinationi reſiſtit. & ad titum Paulus, admone (inquit) illos principibus & poteſtatibus ſudditos eſſe, dico obedire: ad omne opus bonum paratos eſſe, & in lege veteri qui non obedierit ſacerdoti morte moriatur. * tantus furor. cœleſtis vtiq; quo & antiqui patres prophetæq; aflati non ſolum ventura predixerunt, ſed acceptiſſimi deo fuerunt. noniq; aflati hoc furore facti doctiſſimi gentilium prudentiam grecamq; maxime ſapientiã & confuderunt & ſtultitiã eſſe demonſtrarunt, nos quoq; o domine Ieſu hoc tuo furore ſemp aflatos teneas oro. * iſtum elatumq; animis, planè mentiris o demon, quodq; propriũ tui muneris eſt, Chriſto imputas. quis ſuperbus? an chriſtus qui vt ſupra dixi humiliauit ſemetipſum vſq; ad mortem crucis, qui non venit miniſtrari ſed miniſtrare, qui diſcipulorum pedes lauit, qui proditori oſculum non negauit, qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur, tradebat autem iudicanti ſe iniuſte; an tu qui dixiſti, aſcendam in cœlum & ponam ad aquilonem ſedem meam & ero ſimilis altiſſimo? an neſcis mendacem oportere eſſe memorem? ſupra in oratione tua quid locutus es? & quomodo? nonne ſuperbiſſime? Tartarei proceres cœlo gens orta ſereno, Quos ol, h, ſ, m, in, r, Aeth, d, ſl, ſ, ad, Dum re, c, ac ſceptris mihi inuidus ille permetuit, refugitque parem, &c. par deo volebas eſſe tu? vel tibi omnibus inferior eris. * euerſoremq;

errare.

delitijs preſentibus dura uita preponenda eſt

nocturne quieti vigiliæ preponende ſunt.

libertati humilis ſubiectio preponeada eſt.

furor cæleſtis.

ſuperbus nõ eſt Chriſtus ſed demon.

Lucæ 16.

Lucæ 12.

Philip. 2.

eccleſiaſtici 3. Titum 3. deut. 17.

1. petri 2.

in lib. primo chriſt.

Dum ſequeris (quis te tantus furor incitat ?) iſtum
Elatumq; animis euerſoremq; ſacrorum.
Quem tantum illuuies adeunt teterrima gentis
Fœminei cœtus,& ſemiuiri comitatus.

*foremq; ſacrorum. at tibi placebant illa ſacra. non quia carnem tauorum manducabas, aut hircorum ſanguinem potabas,cum nec eſurias, vel ſitias niſi perditas miſerorum animas. ſed quia ſacerdotum auaritia & doloſis eorum tecnis delectabaris. & vt populus illorum carnibus ſacrorum impinguatus incraſſatus dilatatus tibi ſimilis deo recalcitraret ? annon dixerat domino Dauid ? ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtiq;, ſed holocauſtis non delectaberis. Sacrificium deo acceptum eſt ſpiritus contribulatus. cor contritum & humiliatum tibi ſuperbiſſimo contrarium. & alibi nonne dicit. Sacrificium & oblationem noluiſti : aures autem perfeciſti mihi. holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti : tunc dixi ecce venio. lege pſalmum incipientẽ Deus deorum & inuenies horum ſacrorum reprobationem a deo ipſo factam. lege & Eſaiam dicentẽ, Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum dicit dominus ? plenus ſum, holocauſta & arietum & adipem pinguium,& ſanguinem vitulorum & agnorum et hircorum nolui &c. quæ ibi ſequuntur multa. & ſi dicas ſi noluit,quare ergo præcepit offerri ? reſpondet Chriſoſtomus. non eſt mirum ſi placatus retractauit quod iratus præcepit. ſibi autem ideo præcepit offerri,ne idolis offerrent : ad quæ proni erant. ſimul & propter figuram immolationis Chriſti & martyrum,quam ſignificabant. * Illuuies teterrima,pauperculos piſcatores appellat Illuuiem teterrimam ſuperbiſſimus. eſto ſint infimi genere. nobiliſſimi tamen fuerunt virtute,quæ eſt vera nobilitas. an non a Patriarchis Abraam Iſaac & Iacob ipſi quoq; deſcenderunt ? an non pauperes & diuites vna terra ſupportat ? omnibus nudis idem introitus eſt in mundum & par exitus. diſcerne ſi potes cadauerum regum puluim,a cinere ſeruorum in piſtrino molentium ? eſt autem Illuuies vt ait Marcellus. Sordes hominum. idem ſeruius ſuper illo verſu. reſpicimus : dira Illuuies promiſſaq; Barba. dicitur ab alluo is. quòd eſt rem omnem a ſordibus aqua lauando purgare & mundare. verè tamen quo ad ſignificatum fuere Apoſtoli reliquiq; Diſcipuli. nam & a ſordibus peccatorum quin & pedum a domino fuere mundati. ipſi quoque baptiſmalibus vndis ſordes iniquitatum a multis populis abſterſerunt. * fœminei cœtus,appoſitio eſt. tangitur hic quod habetur in Euangelio quia Maria Magdalene de qua.vij.demonia eiecerat,& Ioanna vxor Chuze procuratoris Herodis,& Suſanna & aliæ multæ quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis ſequebantur eũ. * ſemiuiri, non plenè uiri, non quia nõ eſſent viri,ſed quia caſti erant lumbos continentia reſtringentes & voluntarie Eunuchi propter regnum cœlorum. ideo ſemiuiros appellat demon quaſi imbelles, puſilanimes,quæ virorum ſunt non exercentes. * primi,vrbis ſcilicet a quibus non poteris euadere:ſed tandem eum illo ad eorum manus traheris. incutit autem illi metum demon. & hæc eſt nocentiſſima tentatio,quę etiam iuſtos quandoq; aprehendit & a vero facit deuiare & muſitare. dum potentum inimicitias metuunt ſubire. * ſacrilego,ah peſſime ſathan non expaues dominum tuum blaſphemare & ſacrilegum appellare. ſacrilegus eſtu,qui ſacrum honorem diuinum quottidie rapere conaris : & impia ſacra tibi fieri ab idolatris exquiris. qum & proprios filios a parentibus tibi ſacris immolari in idolo Moloch. * fur,veſanum expe,i. iam dabit pœnas veſani furoris ſui. porro, veſanus, ſignificat crudelẽ vecordem,& quaſi maleſanum mente. * mentitur. mentiris tu mendaciorum pater & author. * nib prod,obten,con, den, nubila. alludit ad id quod dicuntur facere magi : qui faciunt quandoq; corpus ex nube apparere. vt oculos hominum deludant. occurit autem hic ei quòd poſſet obijci. tu dicis primos vrbis velle eum capere,quomodo id poterunt ? nonne quando Nazarei ciues duxerunt eum in ſupercilium montis vt præcipitarent,ipſe tranſiens per medium illorum ibat inuiſus ? & quando iudei in templo volebant illum lapidare, factus inuiſibilis abſcondit ſe & euanuit ab oculis eorum ? hæc propter dicit illum magum & contra iuſtitiæ miniſtros nil valiturum. nam vt ſepe audiui. contra iuſtitiæ ſatellites ars magia nihil poteſt intentare : ſed omnes magorum & ſortilegorum conatus euaneſcunt cum ad iuſtitiam ventum eſt. * accingi,ſeſe præparare. * ſolitas artis magicas intelligit. Tu,o, demon fuiſti author huius artis peſſimæ & docuiſti eam zoroaſten primum bragmanarum regem, deinc Iannem & Mambrem ægyptios qui Moyſi reſti-*

Margin: pſal. 50. — pſal. 39. — pſal. 49. — Eſaiæ. 1. — æneid. 3. — Lucæ. 8. — Hierem. 32

Margin: ſacrorum antiquorũ celebratione quia delectabatur demõ. — ſacrificiorũ repro atio antiquo um ab ipſo deo — quare ſacra præcepit & retractauit deus. — infimum genus nihil obſtat ueræ nobilitati. — ſemiuiri. — metus. — ſacrilegus demõ. — veſanus. — magia nihil poteſt contra iuſtitiam. — magiæ author & qui principales magi. — Zoroaſtes. — Iannes & Mambræ.

Primi omnes infenſi odijs concordibus ardent,
Sacrilegoq; necem intentant : iamq; ille furorem
Veſanum expendet,cedet fiducia tanta.
Non illi auxilio magnarum gloria rerum,
Quas mentitur, erit : nil contra obtendere denſa
Nubila,nil ſolitas accingi proderit arteis.
Rumpe moras : eia inſtanti te ſurripe cladi.

Sic ait, ardentemq; odijs inſtigat acerbis.
Tum mutata acri percuſſit pectora thyrſo,
Et ſubito nocti ablatus ſe immiſcuit atræ.

Simon. Barieu. *terunt. Simonem quoq; Samaritheum qui Petro, & Barieu ſeu Elimam qui Paulo obſtabat, excæcatus ab eo & ille ab aere in quem volebat aſcendere præcipitatus impietatis propriæ debitas luerunt pœnas. eſt autem ars* ars magia. *magia quæ & præſtigia dicitur. fallaciſſima ars, oculos deludens, & hominum perſtringens mentes, rerum veritatem ſemper ementita. a legibus etiam ſaeculi damnata. hanc & Plinius artem inteſtabilem* lib. 28. c. 2. *ſeu deteſtabilem irritam & inanem appellat. de qua vide orationem apulei huius criminis accuſati atque damnati. item & opus de aſino aureo. Virg. quoq; & Lucanum. mihi ſat ſit referre aureum dictum Auguſtini, numquàm (inquit) vidi archimiſtam diuitem, aut magum bene mori, vide eundem in libro de ciuitate dei. vbi oſtendit magiæ authores & ſpecies illius multiplices nec non & in decretis. cauſa. xxvi. q. v. cap. Epiſcopi & cap. fin. & plene inſtrueris ad diſcooperiendam magorum fallaciam.* 26. q. 5. per totam. ** rumpe moras. quia ſemper nocuit differre paratis.* eia, hortantis eſt aduerbium.* inſtanti cladi. imminenti ruinæ.* ardentem iam ex ſe.* inſtigat. oleum adde camino o ſathan. tale eſt illud Maronis. his dictis animum incenſum inflammauit amore.* mutata pectora iamdudum ab auaritia peruerſa.* acri thyrſo. acerbo furoris ſceptro quo & bacchæ mulieres in orgijs bacchi vtebantur. eſt autem* Thyrſus. *Thyrſus (vt ait Macrobius) telum latens cuius mucro hedera labente protegitur. quo liberum patrem vſum ferunt. vnde Thyrſigerus dictus eſt. ſignificat etiam thyrſus furorem ipſum vt hic. & lucretius. percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor. eſt etiam thyrſus virga & caulis cuiuſlibet herbæ & maxime lactucæ. vt ait Plinius.* nocti atra, vt congrua habitationi. nam poteſtas eius poteſtas tenebrarum eſt. & omnis qui odit lucem ambulat in tenebris.* inuadens eo modo quo dicitur in Euan* Math. 12. demon redit in ocioſos. *gelio cum ſpiritus immundus qui exijt ab homine iterum redit. & inueniens domum vacantem, ideſt. conſcientiam a ſpiritu ſancto non inhabitatam, ocioſamq; a bonis operibus tunc vadit & aſſumit ſecum vij. ſpiritus nequiores ſe. i. vniuerſa vitia ſeptenario quippe numero vniuerſitas deſignatur (vt docet* in hom. peccatricis. *Gregorius) & reuerſi habitant ibi & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. quam rem licet in iuda conſpicere, exijt namq; demon ab eo quando fuit vocatus ad Apoſtolatum, per peccatorum di-* Lucæ. 22. *miſſionem, rediens autem vt teſtatur Lucas prope Paſcha iudeorum, intrauit ſathanas in iudam qui cognominabatur ſcarioth. &c.* ſeſe ingerit. i. ingreditur. quia (vt ait Titus) intrauit in iudam ſathanas, non impellens; ſed patulum inueniens hoſtium, nam oblitus omnium quæ viderat ad ſolam auaritiam* cupiditas. *dirrigebat intuitum.* dirum ignem cupiditatis quæ radix eſt omnium malorum.* olim, ſi referas ad veniunt. tempus præſens ſignificat. & ponitur pro, tunc. ſin, ad verbum tulit, præteritum ſignificat. & ſic ordinanda eſt littera. etiam in mentem veniunt quæcunq; dura ab illo iuſſus olim tulit.* exhauſta perpeſſa & defuncta pericla.* & piget. ſ. incepti.* polluto amore quo prius tamquàm diſcipulus proſequabatur magiſtrum. ſed modo in odium verſo.* nephas, proditionis ſcelus quo maius vix poteſt vllum reperiri.* immeritum, qui iudam numquàm leſerat. quin potius ad culmen Apoſtolicum exaltauerat. impletum enim eſt illud prophetæ vaticinium, qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplantationem. & in alio pſalmo dulci querella alloquitur eum in perſona domini. Quoniam ſi* pſal. 40. *inimicus meus maledixiſſet mihi ſuſtinuiſſem vtiq; Et ſi is qui oderat me: ſuper me magna locutus fuiſ-* pſal. 54. *ſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo. Tu verò homo vnanimis: dux meus & notus meus. Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum conſenſu. & ſubaudi, prodis me. quod præ dolore ſubticuit.* ſedet animo.* ſedet animo.

Hinc miſerum inuadens præcordia ad intima ſeſe
Ingerit, atq; imis dirum implicat oſſibus ignem.
Olim, etiam in mentem veniunt, quæcumq; ſub illo
Iuſſus dura tulit, quæcumq; exhauſta pericla.
Et piget, atq; nefas polluto voluit amore,
Immeritumq; animo ſedet hoſti perdere regem.
Ah miſer, ah maleſane, deum non pectore ſentis?
Non oculis numen præſens, non auribus hauris?
Quis te mutauit tantus furor? aſpice quo nunc
Culmine præcipitas? qua nam trahis arce ruinam.
Nec qualis ſentis tibi menti inſederit error.
Quid ſtruis? aut quo te raptat tam dira cupido?

placet. pulcher eſt modus loquendi & à pueris notandus atq; imitandus. ah miſer. condolet poeta infelici ſtatui iudæ & per eum miſeriæ omnium illorum qui relicto dulci domini iugo, cui ſeruire regnare eſt. ſeſe per peccatum demonis ſeruituti ſubdunt. quo ſtatu nihil miſerius.* male ſane quo ad mentem & intellectum nam auaritia vulnerauerat cor eius.*

** deum*

** deum non pecc, ſeu, ſed quomodo? cum a ſe illum excuſſerat. nam vitij ingreſſus virtutis operatur ingreſſum & contra. & quæ communio poteſt eſſe Chriſti ad Belial. qui ſathanam pectore toto receperat, quonam pacto deum habitatorem habere, aut ſentire poterat qui non erat? ſic reſponde & in hoc nota maximam benignitatem dei ad tollẽdam omnem peccatoris excuſationem. Quemadmodum ſol iſte viſibilis nuſquàm retrahit radios etiam a ſterquilinio & quibuſcunque locis fœtidiſſimis. ſic nec ſol iuſtitiæ ceſſat illuſtrare vnumquemq; peccatorem. vt conuertatur. quòd ſi non facit dura ceruici ſua imputandum eſt. nonne ex Euangelio colligimus quanta benignitate vſus eſt dominus vt hunc proditorem ab errore diſtraheret & reuocaret? nonne blande monuit? nonne pedes lauit? communicauit? teſtatus eſt? pœnam comminatus? & demum oſculo non negato ſuſcepit & ad pœnitentiam inuitauit? dicat hic propheta, quid potui vltra facere & non feci? ſibi itaq; quòd impenitens perijt & ſuſpenſus crepuit medius, imputet vt dixi. * numen præſens quod horret infernus. & quod Angeli lætantur inſpicere. * hauris. plus eſt quàm ſentis vel audis, haurit quippe illà dulcia Chriſti verba. cuius vel ſaxeum pectus emolitur. ſed iudæ cor ſaxis & adamante durius erat. ideo nec emoliri potuit, oppoſuerat n. murũ ferreũ inter ſe & deum. * culmine apoſtolico, nã eccleſiaſticarũ dignitatum apoſtolica ſumma eſt. promiſſerat eis deus ꝙ eſſent ſecum in iudicio ſeſſuri ſuper ſedes xij. iudicãtes xij. tribus Iſrael. * præcip. pro præcipitaris vt ſit actiuum pro paſſiuo. vel ſubaudi te ipſum. nam præcipitauit ſeipſum in imum tartari profundum, quæ proditorum omnium atq; ingratorum ſedes eſt. * qua arce cœli ſcilicet. in quo honoratiſſima apoſtolorum ſedes eſt. * ſentis. auaritiæ cæcitas tanta eſt: vt neq; errorem cæcitatis homo cognoſcat. * quid ſtruis, magiſtri necem? domini tui excidium? ſociorum deſolationẽ? quin imo necem tuam, ruinam propriam, laqueum & ſuſpendium tibi ipſi paras. nec aduertis. ſic omnis malus cum proximo ſtruit inſidias, miſerrimus non attendit, quia animæ ſuæ inſidiatur: vitæq; propriæ laqueos tendit, quibus comprehenſus interficiatur. * tam dira cupido, vt pro viliſſimo modici argenti prêcio tam præcioſiſſimum theſaurum perdas. * ſortem æternæ hæreditatis. de qua dicit pſalmiſta. dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi. * irreparabile donum collegij Apoſtolici, nam in eius locum Mathias aſſumptus eſt. ſicut de eo vaticinatum fuerat. & retulit Petrus in prima ſua concione, conſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet a dextris eius: cum iudicatur exeat condemnatus. & oratio eius fiat in peccatum. fiant dies eius pauci, & epiſcopatum eius accipiat alter. aliaſq; per multas execrationes licet ibi videre. * ſeri nepotes. nam vt ait Paulus. Qui Epiſcopatum deſiderat: bonum opus deſiderat. oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum. i. non plurium. ſobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hoſpitalem, doctorem, non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, non littigioſum, non cupidum, ſed ſuæ domui bene præpoſitum. quis ergo hanc ſortem & hoc donum non optet * ego quidem vt verum fatear, exopto & quottidie oro, ſi quomodo exorem. vel forte carpſit author prælatorum immenſam ambitionem, qui nunquàm mentem auidiſſimam poſſunt explere, donec apices Epiſcopatuum & Cardinalatus apoſtolicæ ſortis attingant: non vt proſint, ſed vt præſint. ſed ego eas virtutes quas ſupra dixi Epiſcopos decentes deſidero. cornuaq; illa cuiuis cupienda relinquo. magis vtriuſq; teſtamenti ſcientiam, quæ cornibus figuratur quàm ipſa cornua, a deo mihi dari expoſco. * mille ſecula, propter tempora noſtra noſtriſq; vicina puto dixiſſe. nam ab initio Eccleſia non inueniebantur tot epiſcopatuum cãdidati competitores. cum ad martyrium dignitatibus ipſis coniunctum vocarentur. nunc autem ad delitias exiſtimant ſeſe vocari. ſed plurimum falluntur. nam nihil (vt ait Auguſtinus) Epiſcopatu periculoſius, vbi perſunctorie res agatur. nihil difficilius & melius ſalubriuſq; vbi digne adminiſtretur. * ſecas. tenes. vnde & ſectas dicebant antiqui eo quòd propoſitum tenerent. nos autem dicimus ſectas hereticorum non ſolum ꝙ malum propoſitum pertinaciter teneant ſed etiam ꝙ ſecẽt, ideſt diuidant ſeipſos ab Eccleſia catholica. vt modo iudas ſe ipſum a collegio apoſtolorum ſeparauit. * inani lætitia, ò quã tam amaritudinem & triſtitiã eſt paritura vana malorũ omnium lætitia. de quibus dicitur lætantur cum malefecerint: & exultant*

Margin notes: viſitat deus & malos. — apoſtolicũ culmen. — pſal. 15. — pſal. 108. — Epiſcopus qualis eſſe debeat. — cornua epiſcopi quid ſignificent. — ſecare ſectæ.

Quæ nunc te male habet, mentiſq; & lucis egentem?
Quam nunc amittis ſortem, irreparabile donum,
Optabunt ſeri poſt ſæcula mille nepotes.
Atq; adeo quæ vota foues, quam mente ſecas ſpem,
Lætitia elatos animos inflatus inani,
Omnia diſcerpent, rapientq; per aera venti.
Excute, dum licet, infandam de pectore peſtem,
Quæq; imis te nunc eſt addita cura medullis.
Iamq; ſacerdotes, totaq; ex vrbe ſenatus
prouer. 2. Secretam in templi ſedem conceſſerat omnis.

Ipſe ſacerdotum primus, cui tempora ſacra
Infula cingebat, Caiphas in ſede ſedebat.
Celſior aurata. inde alij longo ordine ciues,

exultant in rebus peſſimis.* omnia, quæ cogitas. nam cogitationes hominũ vanæ ſunt, quæ ſperas. nam ſpes impiorum peribit: omnia deniq; conſilia. nec enim eſt conſilium contra dominum.* excute per cordis contritionẽ, * dum licet. antequàm proditionis cogitatio ad effectum perducatur. priuſquàm mortuus tuus e domo conſcientiæ tuę efferatur. antequàm vinctum ſpiritum tuum demon tribus teneat cathenis. nam funibus proprijs peccator vincitur. funiculus vero triplex difficile ſoluitur. primum autem vinculum eſt mentis, cogitationibus acquieuiſſe peruerſis. ſed hoc contrario diſſenſu ſoluitur: ſecundum eſt oris, tertium operis. quòd ſi addatur quartum conſuetudinis. veh miſero. multorum lachrimis ac precibus indiget in tantorum ſolutione vinculorum.* imis medullis. in animi interioribus.* iamq; ſacerd, hic redit ad concilium ſacerdotum quòd ſupra dixerat congregari tametſi nocturno tempore. nec mirum quia ad male agendum conueniebant.* ſenatus. ſeniorum vrbem regentium cœtus.* ſacra infula mitra ſeu corona pontificia.* Cayphas hic erat gener Annę pontificis. conuenerant quippe vt alternis annis pontificatum pecunia a Romano præſide redimerent. licet eorum vota non ſemper implerentur. refert enim Ioſephus quòd Valerius Grachus, Anna a pontificatu deturbato, Iſmaelem Baphi filium pontificem deſignauit. & deinceps infra quadriennij ſpacium Grachum eundem et duos alios vnũ poſt alterum ſurrogaſſe, poſt quos iterum caypham qui & Ioſephus vocabatur. ſubieciſſe. interpretatur autem Cayphas. ſagax inueſtigator. & ore vomens. & proculdubio habuit conſonum nomen rei. nã & ſagaci inueſtigatione vſus eſt, vt eliceret ab ore Chriſti verbum quo ſibi videretur iuſte poſſe eum interficere. vt licet videre in illo inſidioſo examine. ore quoque euomuit nepharium illud conſilium de morte Chriſti. vos neſcitis quicquàm nec cogitatis, quia expedit vobis vt vnus homo pro populo moriatur: & non tota gens pereat. item & cruentam iniquiſſimamque vocem illam emiſſit. blaſfemauit. Audiſtis blaſfemiam, quid adhuc egemus teſtibus?* ſede ſedebat. ſupremus vt pontifex. notent hic pueri, quantitatis ſyllabe diſtantiam inter nomen & verbum. nam illius prima producitur. huius corripitur. vnde & quidam ſic cecinit. Si qua ſede, ſedes, & erit tibi congrua ſedes, Illa ſede, ſede, nec ab illa ſede recede. cauſa huius varietatis potuit eſſe. quia non ſedes nomen a ſedeo deriuatur. nam res eſt ante actum. nec ſedeo verbum deriuatur. a ſede nomine. ſed fit ſedeo a ſeorſum & eo. interpoſita, d, euphoniæ cauſa. vel a, ſe, præpoſitione.* ſine corpore peſtes, i. deſt demonia. ſed quare libro ſuperiore dixit bicorpora monſtra. ſi neque vnum habent? item & ſphingas corpore reddunt. & centumgeminum centimanumque centena brachia iactare. ſed ibi ſoluitur.* nec mora, nec requies, o miſeros & deſides homines. ecce aduerſarij veſtri numquàm morantur & numquàm quieſcunt. dormite iam vos & requieſcite? refert Hieronymus demonem euidam ſolitario dixiſſe. putaſne ieiunando & vigilando me ſuperare? ieiunas tu quidem ſæpe. aſt ego numquàm manduco. vigilas tu quidem mediam noctem, & ego numquàm dormio. quid ergo? ſola me vincis humilitate.* in pectora inuidia et odio hyantia.* mentem ſanam ſcilicet ſuperiorem partem varijs affectibus perturbando.* incendia furoris.* ſermone ſerebant. optime dictum, nam ſermo a ſerendis inter ſe verbis dicitur. hinc eſt q; dixit ſeruius. Sermonem eſſe conſertionem orationis & duorum pluriumve confabulationem. differt autem ſermo ab oratione, verborum ac ſententiarum elegantia arteque. qua perpoliri mandatur oratio. Sermo autem vt ſcribit Cicero.

funiculu- triplex.

E. cl 4.

infula.

cayphas.

ſedes & ſedeo.

demõ irrequietus.

humilitate demon ſuperatur.

in lib. de uitis patrũ. & gl. clem. 1. de relig domibus.

ſermo quid ſit & in quo ab oratione differat.

ad her. li. 3.

Quos omnis circunſiliunt, acuuntq; furorem
Tartareæ haud vlli viſæ ſine corpore peſtes.
Nec mora, nec requies. ſublapſæ in pectora cunctis
Eripiunt mentem, atq; animis incendia miſcent.
Multa illi inter ſe vario ſermone ſerebant
Solliciti, vaſto ſtrepit ingens murmure templum.
Sunt qui ipſum iubeant vtcumq; abſumere Chriſtum
Seu vi, ſiue dolo, iuuenemq; inuadere ferro.
Qui rurſum in lucem nuper reuocatus ab vmbris.
Venerat, & totam monſtro concuſſerat vrbem.

ſollicitudo.

Matth 5.

eſt remiſſus & quottidianæ locutioni finitimus.* ſolliciti anxij. & bene notanda eſt nominis huius ſignificatio. ne vulgarem linguam attendentes vos fallat illud dominicum præceptum. Nolite ſolliciti eſſe de craſtino. craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi. animi quippe anxietatem & ſuperfluã prohibuit excruciationẽ mentis quæ ex modica in deum fide procedit. non laborem vetuit ac prouidentiam. cum primo homini pro omnibus imperatum ſit, vt in ſudore vultus ſui ſibi victum quærat. Paulus quoque laborare iubet

gen 3.

vt etiam

ephe. 4. vt etiam ſupra diximus. Ioſephus quoq; orbis ſaluator ideo dictus eſt. quia prouidit futuræ fami. tri-
io. 51. ticum vbertatis ſeruando in annos ſterilitatis, quod & ipſum Paulus apoſtolus fecit prouidendo eccle- contra inertes vt laborent.
ſia hieroſolimis exiſtente per collationem multarum inuicem eccleſiarum tempore famis quæ facta eſt
actuum 11. ſub claudio ab Agabo propheta domini præuiſa. ſapiens quoq; nos ad formicam mittit. quæ in æſtate
prouer. 6. ſibi preparat pro hyeme. ſic & nos in iuuenta (quæ hominum eſt æſtas) debemus ſenectuti proſpicere.
& 30. ſed & ſaluator ait methaphorice. bonus pater familias profert de theſauro ſuo noua & vetera. hæc
contra inertes dicta ſint. ceterum ſi quis arctam perfectionis viam arripuerit omnibus terrenis renun-
ciando vt liberius cæleſtium contemplationi vacet. vel vt abſq; ſarcina prædicationi inſtet verbi dei,
Matth. 6. totum ſeſe in dominum iactans qui & volucres cæli paſcit quanto magis operarios ſuos. vehementer
commendamus & precipua laude dignos ducimus.* vaſto murmure. epitheto tapinoſim auxit. nam murmur.
murmur, eſt ſummiſſa locutio & quaſi inter dentes vel in aure. * ſunt qui, deſcribitur hic quænam
Io. 11. acta ſint in illo phariſeorum concilio de quo Io. Euang. collegerunt inquit pontifices & phariſei cōciliū:
& dicebant quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit? ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in
eum & venient romani, & tollent locum noſtrum & gentem. vnus autem ex ipſis Cayphas nomine
cum eſſet pontifex anni illius dixit eis. vos neſcitis quicquam nec cogitatis: quia expedit vobis, vt v-
nus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat &c. vſq; ibi ab illa ergo die cogitauerunt vt
interficerent eum.* vt cumq; ſiue iuſtæ ſiue iniuſta. quaſi liceat pro cōmuni republica innocentem per- innocentē nunquam licet perdere.
dere. quum euentus ipſe oſtenderit nefarium fuiſſe ſcelus. nam propter inſontis mortem irruit ſuper
eos ruina quam ſperabant auertere, quam & viuo illo potuiſſent euadere. nec enim regnum huius
mundi quærebat dominus, nec ab eorum obedientia populos ſubtrahebat, quinimo dixit ſuper cathe-
Matth. 23. dram moyſi ſederunt ſcribæ, & phariſei. omnia ergo quæcumque dixerint facite. ſecundum opera ve-
ro illorum nolite facere. dicunt enim & non faciunt. Cicero etiam gentilium ſapiens procul a dei veri
cultu poſitus dixit. hoc preceptum officij diligenter tenendum eſt. ne quem vnquam innocentem in
iudicio capitis acceſſas. id enim ſine ſcelere fieri nullo pacto poteſt. ſed & leges ſeculi inquiunt. ſan-
Io. 12. ctius eſt nocentem abſoluere quam innocentem condemnare.* iuuenēq; Lazarum. cogitauerunt .n. vt Lazarus
ait Io. euang. principes ſacerdotum vt & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant
ex iudeis & credebant in Ieſum. vbi Aug. exclamat. O ceca ſeuicia, quaſi dominus ſuſcitare potuit
mortuum, & non poſſit occiſum. ecce dominus vtrumque fecit, & Lazarum mortuum, & ſeipſum
ſuſcitauit occiſum.* monſtro. quicquid fit contra communem curſum naturæ, monſtrum recte dici monſtrum prodigium.
poteſt. maxime ſi aliquid in proximo futurum demonſtret. ſin poſt longum tempus prodigium dici-
tur. Quatriduani defuncti ſuſcitationem contra naturæ curſum eſſe planum eſt. nam a priuatione ad
habitum ſecundum naturam non datur regreſſus. ſignificabat etiam mortuorum proximam illorum ſu- ſurrexere multi cum xpo.
Matth. 27. ſcitationem de qua dicitur in euangelio in paſſione domini: terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt & mo-
numenta aperta ſunt. & multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt. & exeuntes de mo-
numentis poſt reſurrectionem eius venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis, & incun-
ibi. ctanter vt ait Remigius credere debemus. quia qui reſurgente domino a mortuis reſurrexerunt, aſcen-
ambr. in ſermo. mar. in terutrumq. paſca i breuiario. dente eo & ipſi pariter aſcenderunt, vt vere eſſent teſtes dominicæ reſurrectionis & aſcenſionis. quod
& Ambroſius ipſe teſtatur.* vulgiq; furorem. de quo maro. Magno in populo cum ſæpe coorta
eſt ſeditio ſæuitq; animis ignobile vulgus: iamq; faces & ſaxa volant furor arma miniſtrat.* deuinxe-

Aſt alij plebem metuunt, vulgiq; furorem,
Namq; ſibi ingentis populos deuinxerat heros,
Hos meritis, illos diuino affabilis ore.
Hic Nicodemus erat peſti impenetrabilis vnus
Primores inter gentis non vltimus ipſos,
Cui longe menti melior ſententia, ſed non
Audebat dictis contra omnes tendere ſolus.
Ille deo quondam ſeſe inſcius intulit hoſtem,
Atq; dolis fruſtra contra ſtetit, inde vbi numen.
Admonitus ſenſit, veluti de nocte profunda

rat; amicos reddiderat ac obligauerat.* hos mer, ægros curando & eſurientes paſcendo.
* illos ore diuino, verbis eloquentiis omni peromatis dulcibus & penetrabilibus ſup. gladios ancipites. eſt autē hic prolepſis plena clara & explicita.
* affabilis. eſt ille qui faciles aures loquentibus preſtat. hic autem actiua potius ponitur p eo qui blande et bene loquitur affabilis.
ſine vllo delectu audientium perſonarum.* Nicodemus. eſt is qui venit ad Ieſum nocte primum, di- Nicodemus.
cens: Rabbi ſcimus quia a deo veniſti magiſter nemo poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis niſi fuerit

deus

*deus cum eo. Ieſus autem de ſecunda & ſpirituali natiuitate remiſſit. hic Nicodemus domini factus patronus cauſam illius tuebatur apud conſocios. nam & cum alias miſiſſent principes miniſtros ad Ieſum capiendum, illiq; ſemiconuerſi abſq; illo rediſſent. increpantibus igitur illos phariſeis dixerunt. numquam homo ſic locutus eſt ſicutis loquitur reſponderunt ergo eis phariſei. Numquid & vos ſeducti eſtis? Numquid ex principibus aliquis credit in eum? aut ex phariſeis. ſed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti ſunt. Dixit Nicodemus ad eos qui & vnus erat ex ipſis. Numquid lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo & cognouerit quid faciat? reſponderunt & dixerunt ei. numquid & tu galileus es? ſcrutare ſcripturas & vide quia a galilea propheta non ſurgit. hinc tulit vates hanc contentionem Nicodemi pro Chriſto. * peſti pro a peſte, datiuus pro ablatiuo, nec enim*

nomina in bilis *veſtis, teſtis, & peſtis, per, i, mittunt ablatiuum. erit ergo antiptoſis caſus pro caſu. * impenetrabilis, minime habilis ad penetrandum, velut penetraretur. ea quippe eſt ſignificatio nominum in bilis vt magis paſſionem ſignificent. tametſi actionem quandoque inueniantur ſignificare, vt in Virg. penetrabile Telum. & penetrabile frigus adurat. martialis. Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. Liuius paſſiue, vt hic. Et in aſperis locis ſilex ſæpe impenetrabilis ferro occurrebat. non erat* lib. 45.
*mirum, ſi Nicodemus quem petra virtutum ſolidauerat, peſtis vitiorum penetrare non poterat. * vnus .i. præcipuus. nam & alij manſerunt incorrupti. * non vltimus .i. princeps. vt dicitur in euang.* Io. 3.
quare paucos nobiles elegit Chriſtus. *Io. elegit enim deus aliquos etiam nobiles & principes, ne ex ſolis ruſticis propter nimiam ruditatem eorum diceres eccleſiam Chriſti coadunatam eſſe. non multos tamen, ne ex generis nobilitate ſuperbientes infra ſe poſitos quoſq; contemnendos exiſtimarent.* longe melior. *Longe melior. valde. hoc eſt optima, nam hoc aduerbium comparatiuo adiectum ſuperlatiui habet vim abſolute prolati, ne ſit comparatio abuſiua, nam quæ poterat mala & malorum bona videri ſententia, vt ingratiſſimi creatori & redemptori ſuo necem maturarent? * non audebat. non timore proprij periculi perterritus, ſed quia ſolus, & videbat ſe nihil poſſe proficere.* fruſtra niti. *nam vt refert Hieronimus: fruſtra niti, neque aliud fatigando niſi odium quærere extrema dementia eſt. * ille, Nicodemus vt qui erat legis dei Zelator, & amicus veritatis, qualis etiam fuit Paulus apoſtolus. qui non odio inflammatus ſed zelo paternarum traditionum accenſus ab initio perſecutus eſt eccleſiam Chriſti. ſed mox vt correctus eſt errorem ſuum recognouit & veritatis cui ceſſerat ſtrenuus factus eſt defenſor. qui ſunt tales a deo illuſtrantur facile. * inſcius. ignorans vt etiam Paulus. qui de ſe ait, veniam merui quia ignorans feci, * fruſtra quia non eſt ſapientia neque malitia contra dominum, & fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. * nocte proſ, de obſcuritate ignorantiæ. * in lucem veritatis euangelicæ. * clam tamen. Nocte enim venerat ad Ieſum vt ſupra dictum eſt cupiens ſecreta collocutione myſteria fidei plenius addiſcere. cuius aperta oſtenſione ſignorum iam rudimenta perceperat. * tum verò: hic planè oſtenditur quod non metu prius tacuerat ſed potius quia nihil videbat poſſe proficere. Cirillus tamen dicit eum ideo nocte acceſſiſſe, quod adhuc iudaica detineretur infirmitate trepidans in die hoc facere. * cerni, pro decerni, apheresis eſt. * tulit late .i. non abſcondit ſe ſe diſcipulum illius eſſe, quod ſupra ſubticuerat. * non obſcuram, ex drancis oratione ſumptum eſt hoc exordium. verum hic nihil callide aut adulatoria ponitur. ſed omnia prudenter, & vera. * non obs, non luc, eg, ergo claram, captat beniuolentiam ab ipſa re. * vereor, iterum captat beniuolentiam a perſona ſua, quod non timeat veritatem dicere pro communi ſalutem quod tamen hodieque multi faciunt. quos dominus canes mutos appellat non valentes latrare. * patria quæ ex nece iuſtorum funditus erat eruenda. iuxta vaticinium d. y. & parabola, de malis agricolis qui herilem filium interfecerunt. * extra, fer, fortium virorum propria munus eſt & optimorum ciuium non ſolum pro patria pugnare ſed & occumbere* pro patria occumbendũ eſſe

in prefat. in lib. Eſaiæ.
1. Tim. c. 1
prou. 1.
rete ante oculos.
greg. ſuper Io. 12. c.
Cir. ſuper Io. c. 12.

In lucem reuocatus, ei ſe iunxit amore,
Clam tamen. inſenſæ vitans odia aſpera gentis.
Tum verò illius de vita & ſanguine cerni
Vt vidit, letumq; inſonti triſte parari,
Non tulit vlterius latebras, hæcq; edidit ore. eſa. c. 56.
In medio non obſcuram non lucis egentem
Rem ferimus, neq; enim vereor iam vera profari
Pro patria, quamuis mihi ſint extrema ferenda,
Cernitis hunc omnes manifeſto numine ferri; Math. 23.
Maioremq; homine, & noſmet niſi fallimus ipſi. Luc. 13. 19 21-23.
Vera dei patris ſoboles, verus deus, ille Math. 21.
Olim quem toties aflati numine vates & mar. 12.
Venturum cecinere, nefas quo triſte piaret
Commendans genus æterno mortale parenti.

vbi

vbi illi proſis. hac laude maxima Romani floruerunt; hæc eſt illa maior charitas de qua dicit .d. Io. pro patria occumbendũ eſt.
Io 15. *ch. maiorem charitatem nemo habet quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis, nec enim pro muris*
tantum, ſed pro conciuium ſalute moriendum eſt. ſic fecit deus pater qui vt ſcribit Ioannes in tantum
1. petri 2. *dilexit mundum, vt vnigenitum daret. ſic ipſe Chriſtus in tantum dilexit eccleſiam, vt ſemetipſum ſpon*
te tradiderit occidendum. vnde petrus ait. Chriſtus pro nobis paſſus eſt vobis relinquens exemplum vt
ſequamini veſtigia eius, hac de cauſa apoſtoli & ſancti martyres occubuerunt, vt plantatam eccle-
*ſiam in ſanguine Chriſti ſuo etiam cruore defenderent ac ſuſtinerent. * manifeſto per opera naturam* operum teſtimonium optimum.
ipſam excedentia quæ nonniſi a natura autore fieri poſſunt, ſicut & ipſe dominus dicebat, opera quæ
*ego facio ipſa teſtimonium phibent de me. & alibi ſi mihi nõ vultis credere opibus credite. * mai. hom,* Chriſtus deus & homo.
in ſymbolo athanaſij. *eſt .n. Ieſus deus & homo vna in naturis duabus perſona. nam ſicut anima & caro vnus eſt homo.*
ita deus & homo vnus eſt Chriſtus. ſecundũ hominem paſſibilis erat & mortalis: ſecundũ deum impaſ-
*ſibilis & immortalis. * vates. Eſaias, Hieremias, Dauid. & alij quos adducit Paulus in epiſtola ad*
*hebreos & paſſim. 4. Euangeliſtæ. noſq; ſepiſſime in huius operis expoſitione citamus. * nefas triſte*
eſaie 53. *piaret. vide totum caput 53. Eſaiæ prophetæ. vbi ita clara exprimitur paſſio Chriſti ac ſi fuiſſet tem*
poribus eius facta. vera (ait) langores noſtros ipſe tulit. Item ipſe vulneratus eſt propter iniqui-
tates noſtras. atritus eſt propter ſcelera noſtra. & liuore eius ſanati ſumus. & alia per multa quæ
*ibi omnino vide. * liquet manifeſtũ eſt. fatentibus id etiam ipſis inuidis. nam eorum fuerunt hæ voces*
Io. 11. *quid facimus quia hic homo multa ſigna facit. * diſcrimen, in controuerſiam. nec .n. periculum hic*
*ſignificat. * innumeri. nec enim omnia ſigna a Chriſto facta Euangeliſtæ ſcripſerunt. nam nec pote-* ſigna a .d. Ieſu facta.
Matth. 11. *rant. vt atteſtatur Ioannes vltimo capite Euangelij ſui. vide tamen. Matth. 11. vbi dicitur. euntes*
Luc. 7. *renunciate Ioanni, cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſur-*
gunt & pauperes euangelizantur, & beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me. de his diximus &
ſupra. hæc autem ideo citantur a Nicodemo, vt oſtendat vaticinium eſaiæ impletum eſſe, qui de Chri-
c. 35. *ſto talia predixerat facienda. cuius hæc ſunt verba. Deus ipſe veniet & ſaluabit nos. Tunc aperien-*
tur oculi cecorum, & aures ſurdorum patebunt. tunc ſaliet ſicut ceruus claudus: & aperta erit lin-
*gua mutorum. cætera ibi vide. * obſtructis auribus. Marcus Euang. bene ait omnia fecit & ſurdos*
Mar. 7. *audire & mutos loqui. * inſperata ſalus. idem Euang. quotquot (ait) tangebant eum ſalui fiebant*
Mar. 6. *a quacumque detinebantur infirmitate. Matth. quoq; ſanans (inquit) omnem langorem & omnem*
Matth. 4 in fine. *infirmitatem in populo. inſperata autem ideo dicis. propter eos qui longa infirmitate detenti iam ſpem*
Matth. 9. *recuperandæ ſanitatis amiſſerant. vt ea quæ 12. annis fluxum ſanguinis paſſa fuerat. & omnia ſua*
in medicos erogauerat, nec a quoquã poterat ſanari, quin in dies deterius ſeſe habebat. demũ ad tactum
fimbriæ Chriſti curata eſt. ille quoq; qui 38. annis iacuerat paraliticus ad probaticam piſcinam iam
expes fuerat omnino effectus. quando ſanatus a domino iuſſus eſt tollere grabatum & ambulare. de
*quo late dictum eſt in libro ſuperiore. * lenta lue. paraliſi. quæ lenta .i. Paulatim diuturnoq; morbo* paraliſis.
& Ioan. 5. *vitam conſumit. vt de hoc quem modo diximus. 38. annis languente. * ſubito morbo. puta febre,*
Matth. 9. *quæ ſubito & equeſtris (vt vulgo dicitur) hominem arripit: ſed lenta ac pedeſtris recedit. * tres.*
Luc. 7.
Ioan. 11.

Hoc liquet, hoc vltra non in diſcrimen agendum.
Huius ope innumeri, quos nox obſcura premebat
Luminibus captos, iucunda luce fruuntur.
in hom. dominicæ 15 poſt penth. Multi etiam voces obſtructis auribus orti.
Accipiunt, redduntq;. ægris quot reddita venit
Inſperata ſalus, qui lenta aut membra trahebant,
Victa lue, aut ſubito correpti corpora morbo?
Tris etiam (noſtis) obita iam a morte reduxit
Elatos idem in lucem. modo Lazarus omnem
Perculit, & monſtro ingenti permiſcuit vrbem,
Proh Læuas hominum mentes, proh pectora cæca.
Non hæc pæoniis ſuccis, non artibus vllis
Confieri poſſunt. maior deus intus agit rem,
Maius numen ineſt, quoties diuina loquentem

filiam. videlizet archiſinagogi in domo. viduæ filium elatũ extra vrbis portas ad ſepeliendum & Lazarum quattriduanum. plures quidẽ (vt ait Ambroſius) defunctos dominũ Ieſum ſuſcitaſſe dubium non eſt, licet, ſcriptum non legatur ſed certi gratia myſterij tres tantũ cõmemorãtur. ſignificant enim vt etiam ſupra retulimus, tria genera omniũ peccatorũ, quos aliquando viſitans dominus ſpiritualiter reſuſcitat. nam qui male cogitationi conſenſerunt, per filiam archiſynagogi adhuc mortui 3. a domino ſuſcitati. & quid ſignifĩ.
in domo iacentẽ. ſignificãtur qui vero malum q cogitauerant opere cõpleuerunt, p filium viduæ extra
portam

portam iam elatum figurantur. at qui ſæpius malum perpetrando iam conſuetudinem fecerunt, per
*Lazarum quatriduanum & fetentem deſignantur, vide Ambroſium in dicta homelia late declarantem. * Lazarus frater Magdalenæ, & Marthæ de quo idem vates in primo libro. * prob. exclamatio*
*nis colore attentionem renouat. quæ in perſuadendo magnam vim habet. * Leuas hoc eſt ſiniſtras.*
pęonia *male perſuaſas. * ceca, ex malicia & ignorantia, odio & inuidia. * pæonijs ſuccis. ſpecies eſt pro*
genere .i. non vllo medicorum remedio. eſt autem pæonia herba ab æſculapio inuenta cuius ſucco hyp-
politum ſemilacerum curauit huius herba creta ferax eſt. nam quod ait ſeruius pæoniam dictam a pæ- lib. 7. æne.
one medico deorum fabuloſum eſt. nam ſi deos credebat, quo pacto indigere poſſe medico putabat? pſal. 95.
verè autem neque dij erant. quia omnes dij gentium demonia medico non indigentia, cum corpore ca-
reant. malum autem eorum irremediabilis ſuperbia eſt. & in extinguibilis inuidia. odiumq; immortale
*" Confieri, proſteſis eſt. * maior deus. homine ſcilicet. minor eſt .n. Chriſtus deo patre in eo quod*
eſt homo. ſecundum diuinitatem verò eſt illi æqualis, vt in ſymbolo Athanaſij. hoc dicimus ne in he-
reſim arij incidamus. qui patrem deum deo etiam filio maiorem prædicabat. vnde & inmerito ana-
*thematizatus inteſtina egerendo exhalauit turpiter. * agit rem. hoc eſt quod ipſe dominus Ieſus. in* Io. 14.
*euangelio alijs verbis dicit. pater autem in me manens ipſe facit opera. * maius numen. quam exte-*
*rius videatur. * quoties. quia inuidorum pertinatia poteſt bene aliquando confundi, ſed non in totum*
*auerti. * verbiſque. vt quando dicebant. quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum.* Matth. 15.
clauus clauo. *quibus, contra reſpondit clauum clauo retundens. quare & vos tranſgredimini mandatum dei? item*
quando dixerunt quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magiſter veſter? quibus Lucæ 5.
ait. non indigent qui ſani ſunt medico, ſed qui male habent. & rurſus interrogantibus illis, ſi licet ſab Matth. 12
batis curare? quis veſtrum ait hypocritæ ſabbato non ſoluit iumentum ſuum & ducit adaquare? &
ſi bos aut aſinus inciderit in foueam non continuo extrahit illum etiam die ſabbati? quanto melius eſt
ergo homini ſuccurrere? vide & Ioannem euang. qui multas contentiones eorū ponit & inſidias qui- max c. 8.
*bus tamen pateſactis ſemper ſteterunt inferiores. * doliſq;. vt de cenſu cæſari dando an non? de adul*
*tera lapidanda? an non? & de magno legis mandato. * quoties. vt quando voluerunt eum precipi-*
*tare. Item lapidare. Item bis miſſerunt miniſtros. qui re infecta redierunt. * inermi .ſ. Chriſto. nec*
.n. lorica ibat armatus, galea vel clipeo protectus, neq; ferro accinctus. ſed diuina tantum virtute in-
*ſtructus. qua ſeipſum tutatus eſt quamdiu voluit. * ſaxis. vide Ioannem. multa bona opera oſtendi*
*vobis propter quod horum vultis me lapidare? * nube caua. Ieſus autem abſcondit ſe ab eis, & exi-* c 8. & 10. Io.
uit de templo. vbi Auguſtinus non autem abſcondit ſe in angulo templi, quaſi timens aut in domun-
culam fugiens. vel poſt murum aut columnam diuertens. ſed cælica poteſtate inuiſibilem inſidianti-
*bus ſe conſtituens, per medium illorum exiuit. * aligerum angelorum & eſt ſyncopa. * ſepſit ſed qua*
re potentiam diuinitatis ſuæ in illos noluit tunc exercere ſubita morte eos obruendo? reſpondet Grego-
rius qui pati venerat, exercere tunc iudicium nolebat. ſimul & vt nobis daret exemplum patientiæ.

Incaſſum contra ſtetimus verbiſq;, doliſq;
Inſtructi? quoties auſi vim tendere inermi
Aut ferro, aut duris nequicquam perdere ſaxis.
Nube caua eripuit caput, ex oculiſq; recedens
Aligerum ſe cœleſti ſubito agmine ſepſit.
Et quiſquam illius certum non numen adoret?
Quid molimur adhuc? quid nobis deinde relictum?
Quin potius, quando nobis demiſſus olympo
Auxilio venit, vna omnes adeamus, ab ipſo
Suppliciter pacem oremus commiſſa fatentes.
Talia perſtabat repetens. violentia cunctis
Gliſcit, & accenſus ſemper per viſcera ſenſus
Conflatur magis, & ſæuos furor aggerat æſtus,
Paulatimq; animi turgeſcunt triſtibus iris.

*" adoret. vtique adorandum erat. ſed Iudeorum corda ſaxis ipſi quos ſuſtulerant duriora. noluerunt ad pœnitentiā emoliri. noluerunt intelligere vt bene agerent. * molimur adhuc. q. d. fruſtra. * deinde poſt illas fraudes, & vim (de qua ſupra) intentatā. * quin potius. ecce perſuaſio intenta poſt longam inſinuationem. & ſanum quidem conſilium. ſed mentes execcatæ capere nequiuerunt. * quando pro ſiquidem, coniunctio eſt non aduerbium. * miſſus olympo. a pa-*
tre, iuxta illud quem miſſit pater in mundum. Item qui me miſſit verax eſt. & rurſus. ad patrem ait,
*vt cognoſcat mūdus quia tu me miſſiſti. * auxilio, ad eruendos nos de captiuitate demonis & ſerui-* in Io. euāg
*tute legis. * vna. ratione charitatis. * pacem .i. offenſſarum veniam. * commiſſa in eum mala. * fa-*
tentes.

*tentes. aliter enim delinquentibus non eſt ſalus, niſi per peccatorum confeſſionem. * preſtabat .i. conſtanter orabat. * repetens quæ forte alias etiam eos admonuerat, vel. extrema hæc verba vult innuere eum repetijſſe, tanquam valde neceſſaria. * violentia, quia rationabiliter eius dicta vt potè veriſſima confutare non poterant. & hic mos eſt omnium malorum & maxime pertinacium hereticorum, vt quando ratione conuincuntur ad violentiam ſi poſſint confugiant, ſin minus ad conuicia. * gliſcit, creſcit vel ſuccenditur, quale eſt etiam illud maronis. Turni violentia gliſcit. ſignificat & pingueſcere, vt colum. paleis quæ pene omnibus regionibus abundant gliſcit aſinus. ſignificat & ardenter eupere. vt in hymno Nam gliſcit animus promere cantibus victorum genus optimum. * aggerat, accumulat, ab aggere ſumpta, tranſlatio. * turgeſcunt, tument. vt Horatius væ meum bili tumet iecur, * triſtibus iris, quæ triſtes animos reddunt preſertim vbi non datur vleiſcendi facultas. * exarſere, vehementer irati ſunt. * peſtis. demonum furor, qui & peſtis & erynnis dicitur. alias morbum ſeu peſtilentiam ſignificat. * lucem, interiorem animi, hoc eſt intellectum. * veneno peſtifero odij, & inuidiæ. * tum demum poſt aliquantulum moræ ab oratione Nicodemi. * infremuere tanquã irrationabiles feræ, * contra recta conſulentem Nicodemum. * Qualiter ære cauo. ornatus a comparatione. in qua miſcetur ecbaſis figura. eſt autem hic ſenſus tanto ſtrepentes ac furentes iudei impetu in Nicodemum irruerunt, ac extra templum extruderunt, quanto pila ferrea, ab ærea Machina, diro tormenti genere, eijcitur quod vulgo bombarda dicitur a bombi maximo boatu ſic appellata, vel a greco βομβεῖν. quod eſt reſono, nec aliud nomen adhuc huic tormento atributum reperi. peryphraſi vtuntur omnes vbi mentio illius inciderit. ego bombardam ſatis apte poſſe appellari per ὀνοματοποιίαν, cenſeo, vt ſit nomen factitium de ſonitu tractum ſicut & pleraque alia. * ſulfura atra, dum comburuntur alioquin ſubalba ſunt, hic tamen ponantur pro atro puluere bumbardarum. qui conficitur ex ſulphure, Nitro, ſiue ſalnitro, quod & murorum exudans humor, vel ſalſugo dici poteſt; acrique aceto, & alijs quibuſdam fomentis. naſcitur autem ſulphur in inſulis æolijs. ſed nobiliſſimum in Melo, (vt ſcribit Plinius) hinc fit ſulphureus & ſulphuratus, quicquid ex ſulphure linitur qualia ſunt ea quibus noctu lucernæ accenduntur de his Martialis. Qui pallentia ſulphurata fractis permutat vitreis. * capit intus, nec ſe continere poteſt, nam. flamma ſemper altum petit æthera. vbi propria ſedes eſt ad quem omnino conſcenderet niſi ab humido aere & potentiore reflecteretur, potentiorem dicimus aerem non ipſo ætheris elemento. ſed exigua illa flamma quæ hic in terris excitatur, quaſi in alienis ſedibus. * Anguſtis foribus, tenui atque arcto foramine. * materiam omnem pulueris illius, de quo diximus. * glans ferrea, non quia modo pila, ea quæ emittitur ex hoc diro tormento ſit glandi ſimilis cum ſit rotunda, & ſatis magna pro tormentorum magnitudine. ſed quia olim fundis plumbeæ glandes eminus iaciebantur. vnde & Saluſtius, pars eminus glande aut lapidibus pugnare. ideo per quandam ſatis longæ ſumptam ſimilitudinem hæ pile ferreæ quia eminus iaculantur glandes appellantur. * crepitus, tonitru perſimilis. * illa glans ſeu pila ferrea. quem modum iaculandi ſi ſalmoneus æoli filius vel coſdroa rex perſarum ſuperbiſſimi excogitaſſent minus eſſet mirum ſi pro dijs haberi & coli voluiſſent. dijq; a gente illa rudi fuiſſent exiſtimati. * corpora, & arma poteſt eſſe endiadis .i. armatorum cuſtodum corpora. * Late, propter interfectorum multitudinem, * haud illi Iudei. * meliora monentem. comparatio abuſiua. nec enim ipſi bona monebant ſed iuſti necem modis omnibus moliebantur. poteſt autem hoc ex Ioannis euangelio partim ſumptum eſſe vt ſupra dictum eſt, & partim ex hyſtoria inuentionis S. Stephani. vbi ex relatione gamalielis*

[Margin: col. lib. 2. rem lib. 8. Hym. ſanctorum me ritis in cõi. piis mar. — gliſcit. — bombarda. — ſulphur. ſal nitrum. puluis bombarde. — Plin. lib. 25. — ſulphurata. — glans. — ſal. iugur. — ſalmoneus. coſdroe]

Exarſere omnes. peſtis latet intus, & omnem
Eripuit miſeris lucem, victiſq; veneno
Peſtifero nebulas offudit mentibus atras.
Tum demum erumpit quæ cunctos ira coquebat.
Infremuere omnes contra, gemitumq; dedere.
Qualiter ære cauo dum ſulphura paſcitur atra
Incluſus magis, atq; magis fugit acrior ignis,
Moliturq; fugam, nec ſe capit intus anhelans,
Nulla ſed anguſtis foribus via, nec potis extra
Rumpere, materiam donec comprenderit omnem,
Tum piceo diſcluſa volat glans ferrea fumo.
Fit crepitus, credas rupto ruere æthere cœlum,
Iamq; illa & turres procul ecce ſtrauit, & arces.
Io. 7. Corpora, & arma iacent, late & via facta per hoſtes,
Haud illi ſecus accenſi meliora monentem
vide in breuiario 3. no. aug. Excludunt adytis, atq; extra mœnia trudunt.
Tum vero caiphas, vbi facta ſilentia linguis,
Sic orſus, ſibi quæ ſedeat ſententia, pandit,

lielis magiſtri Pauli apoſtoli . habetur . quod principes ſacerdotum ſubtracto ei principatus honore conati fuerant illum morti tradere ſed gamalielis gratia (cuius erat nepos) repreſſi ſunt . expulſo tamē eo foras vrbem dirripuerunt ſupellectilem omnem . multiſque afficientes plagis ſeminiuum reliquerunt . quem gamaliel collegit curamque adhiberi precepit . ſed Paulopoſt defunctum exhibitis funeris exequijs ad Stephani prothomartiris. pedes quem & ipſe condiderat, iuſſit tradi ſepulturæ . excludūt adytis templi ,* atque extra mænia vrbis non ſolum extra ſynagogam, & templum,ſed etiam plagis impoſitis eiecerunt extra vrbem vt ſupra dixi . * tum verò Caiphas . hic refertur illud peſſimum Cayphæ conſilium de quo Ioannis xi. peſſimum dico,quo ad peruerſam iudeorum intentionem,qui nitebantur Chriſtum inſontem interficere & nomen eius extinguere . ſed illud fuit vtile toti humano generi:fuit autem hoc . vos neſcitis quicquam nec cogitatis, quia expedit vobis vt moriatur vnus homo pro populo & non tota gens pereat . ſubiungitq; Ioannes euang. hoc autem à ſemetipſo non dixit,ſed cum eſſet pontifex anni illius prophetauit , quia Ieſus moriturus erat pro gente : & non tantum pro gente,ſed vt filios dei qui erant diſperſi congregaret in vnum .* linguis .ſ. tacentibus .* ſic orſus , cepit loqui .* quæ ſedeat, placeat . haud equidem moror,o, ciues.quamuis in genere deliberatiuo ſit hæc oratio , multa tamen ex iudiciali mutuatur . nam & varia colligit crimina quibus accuſatio quodammodo ſtruatur . per quam ſequens condemnatio iuſta videatur . habet etiam confutationem, qua ea que poſſent obijci diluantur .* verſus , non prapoſitio eſt , ſed participium a vertor , teris .* iſte etiā Nicodemus quem auditum expulimus .* captus , pro deceptus .* aſtu , aſtucia .* ſumma pro re . pro republica . ſic & Verg. Quo res ſumma loco Panthu . &c.* olim . hoc ex euang. non colligitur potuit tamen contingere . nam & ſuperior oracio qua inſontem nitebatur defendere proprio capitis periculo ad reipublicæ conſeruationem ſpectabat . videbat .n. ex iniuſta illius nece ruinam vrbis futuram mox imminere & maturari .* ipſum Chriſtum , quem tanquam exoſum non vult nominare .* obnitens contra . potuit hoc fieri ſed bono legis dei zelo. ſicut fecit etiam Paulus . antequam conuerteretur . artificis.Chriſti.quem artificem, quaſi magiſtrum ac inuenrorem ſcelerum & fallaciarum appellat . ſic & Sinon argolicus de ulyxe.multi crudele canebant artificis ſcelus .* pellacia . callida & blanda decipientis aſtutia . pellicere enim eſt blandiendo elicere ac in vota trahere .* vis ea fandi , hoc eſt regnum & gloria eloquentia ,* quoſcunq; velit vertat . quare non & ipſum caipham & qui ſecū conuenerantur ? quia auribus grauiter audierunt (vt ait Eſaias) & more aſpidis ſurdæ obturauerunt aures ſuas , & malitia obcecauerat inſipientia eorum corda .* ſcilicet . ironicæ loquitur . & hic incipit prima eius confutatio ad ea quæ dixerat Nicodemus . Quin potiusquando nobis demiſſus olympo auxilio venit &c.* qui impius , impius es tu o caipha, qui dei filium in lege & prophetis pro miſſum maledica laceras lingua . ſic & ipſe dominus Ieſus ait ad iudeos . ego honorifico patrem meum, vos autem in honoraſtis me.* patre deo canit. in illis verbis . pater quod dedit mihi maius omnibus eſt. & ego & pater vnum ſumus.& iterum . Quem pater ſanctificauit & miſit in mūdum & vos dicitis quia blaſfemas quia dixi , quia filius dei ſum . & alijs quam plurimis max. in euang. Ioannis,qui diuinitatem eius verbis & operibus maniſeſtatam curauit exprimere , cæteris circa humanitatem eius plurimum verſantibus .* leges abolere parentum , ſi de lege Moyſi intelligit mentitur.non.n.venit Ieſus legem ſoluere,ſed adimplere . quod qualiter intelligendum ſit alibi diximus. ſi de paternis traditionibus intelligit quæ legi dei aduerſabantur . vt de illo , corban:& de crebra manuum lotione , & de baptiſmatibus calicum & vrceorum ſimiliumq; inutiliū, verum dicit . de his & apoſtolus ait : teſtimonium perhibeo illis,quod emulationem dei habent , ſed non ſecundum ſcientiam , ignorantes. n. iuſtitiam dei , & ſuam volentes ſtatuere,iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti.finis .n. legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti .* nouos ritus, vinum nouum in vtres nouos nouo modo ponendum erat ſunt autem hi ritus noui .7. ſacramenta eccleſiæ . in quibus nouo ritu nouiſq; vtimur cerimonijs . lege tamen*

artifex, — pellacia,

Io.xi. — ad rom.7. 1.tim.c.1. & actuum 9 — ſeruius ane id.2. — eſa.6. pſal.57. — Io. 8.

Haud equidem moror o ciues, quod verſus ad hoſtes
Iſte etiam infando captus perfugerit aſtu, — marci 7. Matth. 15.
Qui toties ſumma pro re, pro legibus olim — mar.7.lucæ 11.
Obiecit patrijs caput vltro, ipſumq; premebat
Obnitens contra nuper ſermonibus hoſtem. — ad rom. 10
Tanta ex artificis pellacia, vis ea fandi,
Vt quoſcunq; velit vertat, ſuperetq; venenis,
Scilicet hunc credam cœlo diuinitus actum
Nobis veniſſe auxilio, qui ſe impius ortum
Patre deo canit, ac leges abolere parentum
Antiquas cupit, atq; nouos inducere ritus.

veteri

Seq; vltro excidio templi veniſſe fatetur,
Quod noſtri monitis olim cœleſtibus acti
Impenſis tantorum operum ſtruxere parentes.

*veteri ſub figuris quibusdam latentibus, & quæ a profetis fuerunt predicta. * veniſſe fatetur. vt vbi? quando dixit*
ſoluite templum hoc & in triduo excitabo illud? at de templo corporis ſui intelligebat. nõ de veſtro
manuſacto. at vos veniſtis excidio qui feceratis illud ſpeluncam latronum. immemores eſtis quid di-
Reg 3.c.9. *xerit dominus Salomoni conditoris templi. exaudiui orationem tuam ſanctificaui domum hanc &c.*
vſque ibi. ſi autem auerſi fueritis vos & filij veſtri, non ſequentes me nec cuſtodientes mandata mea
&c. vſque ibi templum quod ſanctificaui nomini meo proijciam a conſpectu meo &c. mementote me-
Hierem 7. *mentote verborum Hieremiæ. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes Templum domini: Tem-*
plum domini templum domini eſt: quoniam ſi benedixeritis vias veſtras, & ſtudia veſtra & ſi feceri-
tis iudicium inter virum & proximum eius: aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam
nec ſanguinem inocentem effuderitis in loco iſto habitabo vobiſcum &c. non propter loca eligit homi-
nes deus ſed loca propter homines. nec enim loca ſanctos faciunt homines. ſed ſancti loca ſancti
reddunt. ſicuti nec cathedra Magiſtrum. ſed Magiſter cathedram facit. Ecce iam venit tempus. quan
Io. 4. *do nec Hieroſolimis nec in monte adorabimus patrem ſed in ſpiritu. nam & pater tales quærit adorato*
*res. * noſtri maiores. Zorobabel Dux Yeſus ſacerdos magnus, Eſdra legis doctor, & Neemias ca-* templi conditores.
Eſdre 1. vſq· *terique qui redierant ex Babilioniaca captiuitate. nam de ſecunda templi edificatione hic agitur quæ*
ad caput 7. *cepta eſt ſub Cyro rege Perſarum & completa ſub dario. annis xlvi. propter multa impedimenta a*
*Samaritanis & circumadiacentibus inimicis Iudeorum interpoſita. lege Eſdram. * montis cæleſtibus*
aggeo & Zacharia prophetantibus. & populo in nomine domini exortantibus ad templi ædificatio-
*nem. * Impenſis. quæ tanto precioſiores videbantur, quanto rege ditiſſimos Salomone ſecundi con-*
*ditores ex captiuitate redeuntes fuere pauperiores. * quæ nouitas, doctrinæ ſilicet vtique ea quam*
Eſa.43. *prædixere prophetæ veteres. Ecce noua facio omnia, Nouum faciet dominus, ſuper terram fœmina*
Hier.31. ibidem. *circundabit virum &c. Ecce dies venient dicit dominus & feriam domui Iſrael & domui Iudæ fœdus*
Iacobi .1. *nouum. Non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus veſtris in die, qua apprehendi manum*
eorum: vt educerem eos de terra ægipti: pactum quod irritum fecerunt: & ego dominatus ſum eo-
rum dicit dominus: ſed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael. dabo legem meam in viſceribus
eorum. & in corde eorum ſcribam eam poſt dies illos dicit dominus & ero eis in deum: & ipſi erunt
mihi in populum: & non docebit vltra vir proximum ſuum. & vir fratrem ſuum dicens cognoſce do-
minum omnes enim me cognoſcent a minimo vſque ad maximum. ait dominus: quia propiciabor ini-
*quitati eorum: & peccati eorum non memorabor amplius &c. * relligio, ſpiritualis, abiecta car-*
nali, Sancta & monda vt ait Iacobus translato ſacerdotio veteri in nouum ſacerdotem Chriſtum Ieſum
pſal. 109. *de quo Dauid propheta. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem melchiſedech, qui panem &*
gen.14. *vinum obtulerat. ſic & Chriſtus, qui eſt panis viuus de cœlo deſcendens, & vitis vera, obtulit ſe-*
Io 6 10. 15 *ipſum, tranſubſtantiando panem in corpus, & vinum in ſanguinem ſuum. ſicq; inſtituit, & docuit no*
Matth. 26. Mar. 14. *nos noui teſtamenti miniſtros nouum hoc ſacrificiũ offerre. quod tamen in veteribus diutiſſime latuit, ſub*
Lucæ 22. 1 cor. 11. *quibuſdam figuris & velaminibus? * qui mores? optimi. quibus animi, & nõ corpora tantum lauentur*
*ac mundentur. quales erant veſtri. * quid ſceleris. quid blaſphemas ſcelerate Tu, & Homicida ſimo-*
Ioan.8. *niaceq; Pontifex. ſi quid ſceleris in eo erat. quare nõ criminatus es? quãdo dixit vobis in templo. quis*
Luce.23. et io.18. & 19 *arguet me de peccato & quare Pilatus index dixit. ego nullam cauſam inuenio. quid enim mali fecit?*
*lauitq; manus ſuper inocentia eius? * inauſum. quod facere non audeat. * Sacrilegus, quidnam ſub-* ſacrilegium.
17. q. 4. c. quiſquis. *legit Chriſtus Ieſus? num calicem aut aliud vas ſacro vſui deputatum? nunquid ſacrum de non ſa-*
cro? vel non ſacrum de ſacro, aut certe ſacrum de ſacro? his quippe modis committitur ſacrilegium.
At diuinum ſacrumque nomen ſibi vſurpauit, & homo cum eſſet fecit ſeipſum deum: quod ſummum
io p. *eſt ſacrilegium. & hoc verum ſi mentitus eſſet. At ſi in principio erat verbum, & deus erat*
ad Philip.2 hebre. c. p. *verbum, & verbum caro factum eſt. quonam pacto rapinam arbitratus eſt ſe æqualem Deo.*
cum ſit ſplendor & gloria virtutis eius, ac lux de luce, lumen de lumine, deus verus de deo
vero vt habetur in ſymbolo niceno, lege vates tuos, ſcrutare ſcripturas, & ille docebunt te
teſtimonium perhibebunt te Domino Noſtro Ieſu Chriſto qualiter eſt filius Dei. vide epiſtolam
in ſymbolo niceno. *ad hebreos, & ibi inuenies hæc vatum teſtimonia, & ſcripturarum. * Sontes id eſt peccato-*
res proſequitur venia, ex hoc poteras colligere miſſum a Deo. nonne Deus per prophetas dixit.
Hierem. 3 *in quacumque hora ingemuerit peccatum ſuum peccator, ei parcam? nonne Synagogæ tuæ dixit,*

Quæ nouitas, aut relligio, qui deniq; mores? Zacch. 18
Ille etiam ne quid ſceleris ſibi reſtet inauſum,
Sacrilegus ſontes, & quorum crimina nota,
Proſequitur venia, haud veritus ſcelerata ſubire
Limina, nec feſtis parcit demore diebus.
Ergo agite, atq; illi inſidias, letumq; merenti
Maturate viri: creſcentem extinguite flammam,
Ne mox ſubſiliat victrix ad tecta domorum, greg in ho. peccatricis
Deguſtetq; trabes, perq; ardua culmina regnet.

*tu fornicata es cum amatoribus plurimis tamen reuertere ad me & ego te ſuſcipiã. et ſi impius dereliquerit, viam ſuam malam omniũ iniquitatum eius non recordabor amplius, vita viuet, & non morietur. * ab ſuperbe pharisææ ac cece Hyppocrita recordare, quia vera iuſtitia compaſſionẽ habet ſed falſa indignationem. * ſcelerata limina, pro ſceleratorum domibus. Matthei 13. & Zachei publicanorum. quos ad viam rectam conuertit & ex publicanis Sanctos ac iuſtos fecit, remurmurantibus iudeis quod ad peccatorem diuertiſſet, & quod publicanorum eſſet amicus, quod peccatores & publicanos reciperet, manducaret ac bibereret cum illis. * feſtis diebus. ſed quid fecit in illis? arauit colnit vineas? aut ligna collegit? vt ille quem lapidarunt in deſerto patres veſtri? ſanitates dedit, cæcum illuminauit, annon licet ſabbatis benefacere? opus ſeruile, quod eſt peccatum, maxime in diebus feſtis fugiendum eſt. nam qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, & efficitur mancipium diaboli. * Ergo agite, concluſio eſt. quæ in ſapientiæ libro fuerat olim prædicta, quia contrarius eſt operibus noſtris, & inutilis nobis, ac improperat nobis peccata noſtra: ergo morte turpiſſima condemnemus eum. nam ex falſis argumentationibus ſequitur iniquiſſima concluſio, & hæc iniuſtiſſima condemnatio. * letumq; merenti. apud ingratiſſimos. qui pro eo vt diligeretis odio habuiſtis eum gratis, & a quibus maxima beneficia non niſi maleficijs compenſantur. * creſcentem flammam. vtitur methaphora, ſic Iacobus apoſtolus Ecce quantus ignis quam magnam ſyluam incendit. * ne mox ſic & poeta ſecularium. principijs obſta, ſero medicina paratur, cum mala per longas conualuere moras. hinc & ſapientis dicit autoritas. Quod tibi ſuſpectum eſt confeſtim diſcute quid ſit. Namque ſolent, primo quæ ſunt neglecta nocere. ne mireris lector ſi ſententijs in ſe veris, & bonis vtuntur mali conſultores ad propoſitum ſuum vt poſſint applicantes eas. quia ſimilantur pictoribus quorum imagines & figuras nemo miraretur, nemo commendaret. niſi varijs & bene diſpoſitis eſſent ornate coloribus. ſic iſti ſcelerum artifices niſi talibus ſententijs mendatia ſua tegerent & quaſi quibuſdam floſculis exornarent, nemini perſuaderent. * ſubuertet. hic applicat methaphoram, flammas dolis, vrbem domui combuſta comparando. * prodigijs fallacibus. hic planẽ mentiris Caypha, cuius eſt illa vox. de bono opere non lapidamus te, & illa? quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit? nonne ſubtiliſſime diſcuſiſtis cæci nati illuminationem? & veram reperiſtis? none coram vobis quatriduanum ſuſcitauit? quem & exire inuolutum atque ligatum vidiſtis, quẽ prius defunctum tumulari videratis et fetentem odorando probaſtis. * ſolui conſpexiſtis, ambulare & manducare ac loqui vidiſtis audiuiſtiſque. legite hyſtoriam veſtri Ioſephi. qui de domino Ieſu ſcripſit in hunc modum. eodem tempore fuit Ieſus vir ſapiens. ſi tamen virum eum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operum; & doctor eorum qui libenter vera ſuſcipiunt plurimos quoque tam de Iudeis quam de gentibus ſui habuit ſectatores: credebatur eſſe Chriſtus. cumque inuidia noſtrorum principum cruci eum Pilatus addixiſſet: nihilominus qui eum primum dilexerant: perſeuerauerunt in fide. Apparuit enim eis tertia die viuens. Multa & hæc & alia mirabilia, carminibus prophetarum de eo vaticinantibus: & vſq; hodie Chriſtianorum gens ad hoc ſortita vocabulum non defecit. hæc ille. cui ſaltem o Iudei veſtro conciui & egregio ſcriptori ac illuſtri viro fidem adhibete ſi noſtris euangeliſtis non vultis credere. * oram, regionem hanc noſtram Iudeorum. * tam proſpera, ex lucbris templi quod latronum ſpeluncæ inſtar erat. * euerſis aris holocauſtorũ & incenſi. * actutum omnino ceſſabit. * tum metuo, vel illic trepidauerunt vbi non erat timor. vel potius fictitius erat iſte metus. quam enim ſuſpitionem tyrranidis demonſtrabat

Margin notes, in page order:
Matth. 9. & xi. (beside "conuertit")
numeri 15. (beside "uertiſſet")
Io 8. (beside "ille quem lapidarunt")
ſeruile opus. (beside "benefacere")
ſapien. 2. (beside "benefacere")
ſententijs veris vtitur mali cõſultores. (beside "tibi ſuſpectum")
Ioſephus hyſtor. quidnã de Ieſu ſcripſerit. (beside "ſpexiſtis" to "de domino Ieſu")
18. lib. antiquitatum. (beside "oportet dicere")

Subuertet ſolitis aliter totam artibus vrbem
Seditione potens, populos captabit, & omnem
Subijciet ſibi prodigijs fallacibus oram.
Hinc quæ tot nobis annos tam proſpera ceſſit
Relligio, euerſis actutum deſinet aris.
Tum metuo ne Romulidæ non talia paſſi,
Quicquid adhuc iuris ſupereſt, a gente repoſcant,
Et profugos patria iubeant decedere terra.

Vnum pro multiſ detur caput, vnius omnes
Expiet: ac tutos mors tanto in turbine præſtet.
Hoc habet: hæc melior ſuperet ſententia ciues.
Hæc illi ob numen dona, hunc reddamus honorem.
Talia fatus erat. furijs ſtimulantibus intus
Experti, paſſiq; ſenes eadem ore fremebant.
Omnibus idem animus. ſed qua ratione, quibuſue
Id fieri occultæ queat artibus, exquirebant,

*monſtrabat. armigeros ne circumferebat? equitaturas trahebat? ſemel tantum humili vectus aſello implendi vaticinij gratia hieroſolymā ingreſſus eſt. comitantibus turbis cum oliuarum & palmarum ramis. duodecim eius diſcipuli duos tantum gladios habebant agni ſcindendi cauſa, & certi gratia myſterij. * & profugos. procul expulſos effugent. tranſmigrationem significat qualis fuit babilonica. * patria tarra, ecce (vt ait Auguſtinus) temporalia perdere, timuerunt, & vitam æternam non cogitauerunt. & vtraque iuremerito amiſſerunt.*
super Ioan. c. xi.
*nam & romani poſt domini paſſionem, & glorificationem tulerunt eis & locum, & gentem expugnando ac traſferendo. exuſto templo cum ſacerdotibus qui intus erant. * vnum pro m, d, c, hoc & ſi ex Virgilio ſumptum eſt. tamen exprimit optime quod in euangelio refertur eum concluſiſſe, expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo. quod quidem ipſe praua dixit intentione, tamen ſpiritusſancti gratia ore eius, vſa eſt ad futuri praſagium. quare ſubiunxit euangeliſta. hoc autem a ſemetipſo non dixit ſed cum eſſet pontifex anni illius prophetauit quia Ieſus moriturus erat pro gente &c. * vnius ſilicet mors. eclipſis eſt figura. * expiet. omnes, ſilicet a peccatis noſtris, & hoc fuit vaticinium. nam moriens dominus Ieſus. vulneratus eſt propter iniquitates noſtras & attritus eſt, propter ſcelera noſtra. * tanto turbine rerum omnium quod ipſi ſimulabant. re autem vera nullum vrbis aderat periculum: nec enim venerat Ieſus animas perdere ſed ſaluas facere. nec regnum huius mundi quærebat. nam & cum ſaciate turba ex panum multiplicatione, rapere eum vellent, vt facerent regem: ſolus in montem refugit. * hoc habet ſuple veritas. & hoc habet remedium malis imminentibus conſilium meum. * hæc ſilicet mea ſententia melior. quam nicodemi. * hæc dona, ironice loquitur. * reddamus ingratorum more. qui reddunt mala pro bonis. * ob numen quod ſilicet temere ſibi vſurpauit. * furijs inferni. * intus ideſt intra conſcientiam mentemque vitiatam. * experti iamdudum. * paſſique ex nouo furentium aduentu demonum. * idem animus qui & Caiphæ pontifici, dominum Ieſum morti tradere. * qua ratione, qua via, quouè modo & qua pretenſa culpa cum nulla ſubeſſet. * occulte cum eſſet ſemotus a turbis, ne forte tumultus fieret in populo, quia tanquam prophetam illum habebant. * artibus ideſt dolis. * cum ſubito. hic deſcribitur Iudæ proditoris nequitia. qui dominum & magiſtrum ſuum de ſe optime meritum nullis laceſſitus iniurijs, ſola, inflammatus auaritia triginta argenteis vti vile mancipium iudeis impijs ac ſui ſimilibus vendidit. ab pecuniæ fames rabida atque execrabilis quid non cogis pectora mortalium intentare? * clam ſe furatus. vnde, & Rabanus dicit non coactus, non inuitatus. ſed ſponte ſceleratum inijt conſilium proditionis. * improuiſus adeſt. ſic legimus in euangelio. Tunc abijt vnus de duodecim qui dicebatur Iudas Scarioth ad principes ſacerdotum & ait illis. Quid vultis mihi dare & ego vobis eum tradam. At illi conſtituerunt ei triginta argenteos, ſed author hic longiuſcule proſequitur illius orationem. nec enim videtur ab hac re abſonum vt ſimili proditor fuerit vſus oratione. quam euangeliſtæ breuitati ſtudentes pretermiſſerunt. * trepidi, non pauidi, ſed feſtini. * ſpir, immane ſcelus. * inter primos. delinitio hæc eſt, principibus ferè omnibus communis. * & ardent deſiderant. * quid pro ad quid veniat. * torquens. ab auaritiæ ſtimulis hinc quidem torquebatur. ſed nec minus a ſynderesi, cupiditati repugnante ratione & tantum ſcelus abhorrente, * flammea lumina, hoc a demone qui iam in illum intrauerat cauſabatur. * Galilei. hoc nomine appellabatur Chriſtus ab inimicis ex nomine arguentibus ipſum non eſſe. Chriſtum qui non à Galilea venit ſed ex ſemine Dauid, & ex Bethleem caſtello iuxta Michea vaticinium. hinc & irati Nicodemo obiecerunt. Nunquid & tu galileus es, ſcrutare ſcripturas: & vide quia propheta a galilea non ſurgit. verum & dominus noſter Ieſus Ch. de domo, & familia Dauid (vt teſtatur Mattheus) & in Bethleem natus eſt, inde in ægiptum delatus, vt alia prophetia impleretur, rediensque in Nazareth eſt nutritus vt etiam adimpleretur quod dictum eſt per prophetas quoniam Nazerenus vocabitur. * furentis. at quæ ſigna furoris erant? * legibus*

lib. 5. xn. in fine. Io. xi. Io. 6. Michee c. 5. Matth. c. 2 Luc. 2. ol. c. 2. Matth. c. 2

iuda Chriſtum prodit.

Cum ſubito ecce ſuis clam ſe furatus Iudas
Improuiſus adeſt cunctis mirantibus, illum
Excipiunt trepidi ſpirantem inmane, locantq;

Sede inter primos, fariq; hortantur, & ardent,
Quid veniat dubijs animis audire, ſilentq; :
Ille autem torquens huc flammea lumina, & illuc.
Sic fatur. ſcio vos Galilæi facta furentis
Formidare patres, patriæ qui legibus affert
Exitium: moliri ideo vos plurima cerno,
Si mihi quæ poſco, promittitis, omnia ſolus,
Quæ nunc vos fruſtra exercent, diſpendia tollam,
Ille manus faciam in veſtras hodie incidat vltro.
Dixerat argenti læti pepigere talenta.
Terdena, egregij precium memorabile facti,
Dimittuntq; alacres atq; extra limina ducunt,

exitium, his reſponſum eſt Paulo ſupra in oratione pontificis * *quæ poſco. hec verba a Niſo verg. prius dicta fuere. ſedis in remerito premia debita depoſcebat, eſt huic proditori quæ nam debebantur præmia cum potius ſupplicio eſſet afficiendus? nam ſecundum varonem proprie eſt poſcere quoties aliquid pro noſtro depoſcimus merito. petere vero eſt cum aliquid humiliter, & precibus poſtulamus. & omnia diſpendia damna & pericula quæ metuebant ſi tumultus ex eius captione oriretur in populo,* * *hodie ideſt breui tempore vt ſit quidam loquendi modus, vel ſic cogitabat fieri poſſe. quod tamen ea die nequiuit implere.* * *argenti, terdena talenta ideſt triginta denarios. loquitur hic de minimis talentis. nam et talentum eſſe Paululum quiddam docemur ex homero. qui in ludis funebribus patrocli vltima præmia ponit eſſe duo Talenta quod nos cogit aliquid minimum intelligere, cum prior victor bouem tantummodo acceperit,* * *pepigere. promiſſere. ſicut ait Mattheus. at illi conſtituerunt ei triginta argenteos, totidem argenteis & Ioſeph a fratribus teſte hieronima fuerat ante venditus. ecce quam vili precio magiſtrum eſtimauit. hinc bene & eleganter, Leo Papa, amore (inquit) pecuniæ. vilis eſt omnis affectio, & anima Lucbri. cupida pro exiguo perire non metuit. nullumq; eſt iuſtitiæ in illo corde veſtigium, in quo ſibi auaritia facit habitaculum.* * *egregij facti. ironice loquitur, vt illud Vergilij. egregiam verò laudem &c.* * *alacres inuento facinoris opportuno mediatore, quod ſummæ exoptabant.* * *ex, lim, ducunt, quaſi honoris gratia. hæc eſt precipua magnatorum ſimulatio, vt viliſſimum quemque honorent, cum eius opera indiguerint, poſt exhibitam, nec agnoſcere dignentur. Mihi quoque quidam maximus princeps & exercitus ductor genuflectere non erubuit, manibuſque iunctis ſupplicare, vt turpe miniſterium exhiberem, & multis allicere pollicitis, cui enim ego deo inſpirante reſpondiſſem. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur. indignabundus dimiſſit, nec deinceps rectis oculis me intueri dignatus eſt. deus illi parcat.* * *ſolennis, quod ſolum ſemel in anno fieri ſolita eſſet, vocabatur ſolennis.* * *feſta dies Paſchæ ſilicet de quo Lucas Euangeliſtas. Appropinquabat autem dies feſtus azimorum qui dicitur Paſcha. greca. Phaſe Hebraice. & tranſitus latine. quia nocte illa ante exitum Populi ab ægipto tranſijt Angelus domini per medium ægiptum primogenitos omnes ægiptiorum interficiendo, a primogenito regis vſque ad primogenitum ancillæ molentis in mola, nec fuit domus in qua non iaceret mortuus. hebreis vero fuerat præceptum, vt agni immolati ſanguine vtrunque poſtem & ſuperliminare domus iſopo intincto aſpergerent: faciendo ſignum Thau, cuius hæc eſt figura ✝ parum diſtans a cruce noſtra. & hoc pacto angeli exterminatoris gladium fugerent. nam in quamcumque domum agni ſanguine non ſignatam iuſſus fuerat introire. in memoriam huius mirabilis exitus ab hoſtili terra. lex agni comedendi quotannis data fuit illi populo. quam uide in exodo, ne ſim nimis prolixus in referendo: cuius myſticam interpretationem ſuperiore libro breuiter attigimus. plene Gregorius in Homelia proſequitur.* * *ſeptem ſoles. tot dies iuſſi erant hanc ſolennitatem celebrare his verbis. habebitis hunc diem in monumentum, & celebrabitis eam ſolennem Domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno: ſeptem diebus azima comedetis &c.* * *ouium fœtus, agnos. ſ. immaculatos maſculos & anniculos.* * *& acri, ferm, par, iuſſi. dicitur ibidem, non erit fermentum in domibus veſtris. Quicumq; comederit fermentum peribit anima illa de Iſrael, a primo die vſque ad diem ſeptimum: quam rem ſpiritualiter intellectam noſquoque chriſtiani ſeruare tenemur. monente nos apoſtolo. fratres expurgate vetus fermentū, vt ſitis noua conſperſio ſicut eſtis azimi. Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in azimis ſinceritatis, & veritatis. eſt autem hoc fermentum vetus, peccatum, quo primi parentes carnem ſuam mundam, & adhuc azimam corruperunt. quod quidem modicum fermenti totam maſſam generis humani corrumpit. eſt etiam fermentum phariſeorum de quo dominus in euang. cauete a fermento phariſeorum quod*

Marginal notes: depoſcere & petere. — æn. lib. 9. — ſeruius ibi. — Talentum — contra auaritiā — in ſermo. de paſſ. — æn. lib. 4. — ſolennis Paſcha. — Luc. c. 22. — exodi. 12. — fo. 41. — greg. in ho. ſabbati ſ. al bis. — 1. corinth. 5

eſt

Ille petit montes iterum, ſocioſq; reuiſit,
Forte propinquabat genti ſolennis, & ora.
Feſta dies, veterum cum relligione parentum
Immunes operum ducunt ſeptem ocia ſoles,
Perq; domos ouium fœtus epulantur, & acri
Fermento parcunt iuſſi, properataq; liba
Expediunt, menſaſq; onerant agreſtibus herbis,
Lætitiæ veteris memores: hac luce ferebant
AEgiptum priſcos olim cœleſtibus actos
Prodigijs magna cum præda exiſſe parentes:
Ingreſſos pede inter ſalſas impune per vndas.

eſt Hypocriſis. & iſtud eſt quod Apoſtolus vocat nequitia & malitiæ. dicitur autem fermentum: quod feruendo creſcit, & farinam aſperſam cui admiſcetur creſcere faciat. properataque liba, azimos panes: porrò grecum eſt ἄζυμος. ουό. i. infermentatus properata. verò dixit alludens ad preceptũ eſus agni dicitur enim, & comedetis feſtinãter. ſimulq; ad egreſſum populi ex egipto. legitur quippe ibi. coxeruntq; farinam quam dudum de egipto conſperſam. tulerant. & fecerũt ſubcinericeos panes azimos. neque enim poterat fermentari, cogentibus exire egiptijs, & nullam facere ſinentibus moram. libum hic ſignificat placentulas ſubcinericeas. alias apud gentiles quoddam genus cibi dulciarij erat, ex farre, melle, & oleo confecta. ſic dictum quod libandi cauſa fieret maxime libero patri. aliud eſt etiam libum quod in epulis fieri conſueuerat vt docet cato in lib. de agric. ex caſeo bene in mortario diſtrito, addita farinæ ſiligineæ libra, ſimilaginis ſelibra, & ouo vno: quibus omnibus bene permixtis fiebat panis. & ſuppoſitis folijs, puta caulium in foco calido & ſuperpoſita teſta leniter coquebatur.* agreſtibus herbis: Lactucis .ſ. vel quibuſcumque herbis amaris aut earũ ſucco. nam in hebreo. dicitur in amaritudinibus. per quas amaritudo pœnitentiæ, & dolor peccatorum quæ ſunt perpetrata, ſignificatur. (vt docet Gregorius.)* letitiæ veteris. quam ſenſerunt a ſeruitute liberati & ſpoliatis egiptijs egreſſi.* prodigijs. decem illis plagis notiſſimis. aquis in ſanguinem conuerſis. ranarum nimia ebullitione ita vt etiam in ſtratum regis aſcenderent & in vaſa cibaria. puluere deinde in cynifes conuerſo. quod cum facere non poſſent magi dixerunt digitus dei eſt hic. immiſſo ſubinde omni genere muſcarum. peſte animalium ſubſecuta: & vlceribus atque veſicis peſſimis. grandine item multa nimis & horrida: locuſtarum denſis & aculeatis agminibus, tenebris, adeo denſis vt palpari poſſent: & poſtremo primogenitorum interfectione*. magna cum præda: nam diſcedentes hebrei fecerunt ſicut preceperat dominus, poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier a vicina ſua vaſa argentea, & aurea, & veſtem, deditque dominus gratiam populo coram egiptijs, vt commodarent eis & ſpoliarent egiptios pro labore quo illis ſeruierant in conficiendis lateribus nulla conſtituta nec reddita mercede. non ergo mirentur nobiles auari noſtri temporis, qui famulos & pauperes agricolas debita mercede defraudant: ſi clandeſtinis furtis permittente domino ſibi ipſi ſatiſfaciant. quando in ius propter eorum potentiam vocare non poſſunt. nam potentioribus (vt etiam ipſa iura teſtantur) in inditio pares eſſe non poſſumus. myſtice a nobis egiptij tunc dicuntur expoliari, cum argentum eloquentiæ, & aurum ſapientiæ, precioſaſque ſententiarum Margaritas ex gentiliũ profeſſoribus & poetarum ſecularium libris decerpimus, & in vſum Chriſtianæ religionis adaptamus. quam rem vates hic Chriſtianus optima fecit: vt in prohemio expoſitionis noſtræ diximus, noſquoque veſtigia tanti viri imitati multa ſublegimus quæ ad vſum interpretationis huius tranſtulimus. ſed iam ad rem redeamus.* pede ſicco:* impunè abſque ſummerſionis periculo *. per vndas maris rubri i. eritrei. nam cum nunciatum eſſet regi egiptiorum quod fugiſſet populus iſraeliticus perſecutus eſt cum ſexcentis curribus, & electis equitibus & omni populo. extenditque Moyſes manus ſuper mare & abſtulit illud dominus flante vento vehementi ac vrente tota nocte & vertit in ſiccum. diuiſaque eſt aqua: & ingreſſi ſunt filij Iſrael per medium ſicci maris. & erat eis aqua quaſi murus a dextris, & a ſiniſtris. cumque perſequentes egiptij ingreſſi eſſent poſt eos: per columnam nubis & ignis interfecit dominus exercitum eorum: ſubuertit rotas curruum & ferebantur in profundum. dicentibus ergo egiptijs fugiamus iſraelem: dominus pugnat pro eis contra nos. extendit iterum moyſes manum contra mare, reuerſumque eſt ad priorem locum. Tunc fugientibus AEgiptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus, & ſummerſi ſunt omnes, nec vnus quidem euaſit. filij verò Iſrael perexerunt per medium ſicci maris vſque ad terram, & viderunt egiptios mortuos ſuper littus maris, & laudauerunt dominum qui magna manu eduxerat ex AEgipto, & liberauerat eos de ferrea ſeruitute*

In predicta hom.

plagæ egiptiæ.

furtum.

ſpoliatio egiptiorũ Myſtice quid ſignificat

exodi 14.

Myſticæ exitus ægipti quid ſignificat. *quæ fuerant oppreſſi a Pharaone; in cuius liberationis, & mirabilis exitus memoriam, ſingulis annis eam feſtiuitatem celebrabant. Nos quoque a diaboli ſeruitute per Chriſtum liberati, & ex peccatorum tenebris (ſic enim interpretatur ægiptus), per lumen diuinæ gratiæ erutí, mare huius ſeculi Chriſti ſanguine rubricatum ſiccis affectibus terrenarum rerum tranſeuntes, ad terram viuentium veniemus: & ad portum ſalutis aplicabimus. ipſum demonem cum reliquis perſecutoribus noſtris, in die Iudicij ſummerſos & in infernum, perpetuis mortis cruciatibus addictos cernemus.* * Ergo memores tanti beneficij, ingens erat concurſus cauſa celebrandæ ſolemnitatis huius. * *ad vrbem ſceptriferam.* Hieruſalem, in qua olim ſederant reges iudeorum, regni ſceptra tenentes. * *effuſa turba.* cum tamen alias turba ideo ſic dicatur, quia turbata ruit abſque lege & diſcretione. * *Sine more*, ſine

Ergo ingens tum ſceptriferam concurſus ad vrbem
Vndiq; erat, populiq; omnes ad ſacra fluebant:
Non effuſa tamen turba huc ſine more ruebat,
Verum quiſq; ducemq; ſuum, gentemq; tribumq;
Vnà ibant comitati. etenim licet omnibus idem
Sanguis, cognataq; orti ſint ſtirpe nepotes,
Omnes Iſacidæ, paribus ſub legibus omnes,
Scindit ſe tamen in bis ſenas vna tribus gens,
Atq; paleſtinam late eſt diducta per omnem.

delectu, & perſonarum nulla habita ratione. hoc ideo dicit, vt oſtendat eos cum deuotione ire
ordo vbi nõ eſt *ad ſolennia & ſacrificia celebranda debito ordine ſeruato. quia vbi non eſt ordo ibi confuſio. & ſimul vnum hoc innuens: aliud tamen tacite intendit. nam ex hoc captat occaſionem deſcriptionis vrbium, & locorum terræ ſanctæ, ſicut & Vergilius in aſſignandis turno ac æneæ auxiliaribus populis, Italiæ deſcriptionem ſuccinctæ enarrat, & hic eſt mos frequens poetarum, vt ſub pretextu vnius aliud latenter intendant: ſed quandoque hoc ſuum propoſitum adeo obnubilant, vt vix, &*
12. tribus. *non niſi a perſpicacibus ingenijs poſſit deprehendi. Eſt igitur ſciendum quod populus Hebreorum erat diuiſus in duodecim tribus. quæ denominabantur a duodecim filijs Iacob. Rubenitæ a Ruben primo genito Iacob. Simeonidæ, a Simeone. Iudei a Iuda. Iſchariote ab Iſachar. Zabulonidæ, a Zabulon. Efraimite & Manaſſeidæ ab Efraim & manaſſe filijs Ioſeph, cuius tribus in duas eſt ſecta vtroque nepote ab auo Iacob in filium adoptato. eo quia videbat in ſpiritu tribum leuitarum in miniſterium templi domini aplicandam & exſortem fore; Beniamini de Beniamin. Daninantæ, ex Dan. Aſerini ex Aſer. Gadite ex Gad, & extrem Neptalimini ex Neptalim. Leuitæ verò (vt dixi) qui ex leui ſimiliter filio Iacob: non ſunt computati in hoc duodecim numero quia illis nulla eſt data ſors, nec hereditatis portio in terra promiſſionis: eo quia electi, ſunt a Domino vt ſacerdotio fungerentur & cultui diuino vacarent: ſed dominus ipſe dicebatur eſſe eorum pars & hereditas. nam & decimæ & primiciæ & cuncta quæ offerebantur domino eorum erant, pro victu veſtitu tam ſua quam familiæ.* * *vna ibant.* vt refert Beda in homelia euangeli cum eſſet puer Ieſus annorum duodecim ſed & viri itinere diei ſeorſum ibant a mulieribus. veſperi verò conueniebant omnes cum domeſticis, & familiaribus. idemque hoſpitium ſubibant, ad quod viri & patres familias precedentes diuerterant, & preparauerant. * *idem ſanguis* quia omnes ex Iacob, Iſaac, & Abraam. * *paribus ſub legibus*. ab Angelo per Moyſen datis in monte Synai vt etiam ſupra dictum eſt. * *Bis ſenas.* duodecim tribus ſupra dictas. * *per omnem Paleſtinam.* hoc fuit tempore Ioſuè, & deinde Salomonis Regis, quando longe lateque dominabantur Iudei oram illam. nam & Iudea ipſa quondam erat Syriæ paleſtinæ pars. vt etiam docet Plinius. * libera gens, quæ ſoli deo ſeruiebat & ducibus ac magnis ſacerdotibus ab eo electis parebat: Sicut Moyſi & Ioſue, Aaron & filijs eius. & iſtud verum erat donec ad idolatriam non declinabat. alioquin ſæpe tradebatur a domino in manus hoſtium circumadiacentium. vt licet videre in librum iudicum, regnum, ac paralipomenon. * *multa virum vi*, nam in ingreſſu terræ illius fuit ſumma virorum a viginti annis & ſupra qui poterant ad bella procedere. pluſquam ſexcenta milliaq;, & in diebus Dauid regis facta eſt deſcriptio populi per Ioab ducem militiæ. & inuenta ſunt de Iſrael octingenta milia virorum fortium, qui educerent gladium. & de Iuda quingenta milia pugnatorum.* * *populis de quibus infra*
traſmigrati iudei. * *tunc autem; paſſionis Chriſti tempore, comparatione illius temporis quando erant ſub Dauid & Salomone eius filio. finibus exturbati. in tranſmigrationem ducti primo per Theglatphalaſſar regem Aſſur. qui cepit Abion, & Abel, domum Maacha; & Ianoe, cenes, & Aſor, Galaad, & Galileã vniuerſamque terram Neptalim. & tranſtulit habitatores in earum aſſyrios. ſecundo tranſlati*

(Right margin notes: lib. 5. 12. — in lib. num. — 2. reg. c. pen. — 4. reg. 15. — 4. reg. 17.)

 fuerunt

fuerunt qui remanſerant ex Iſrael. & qui non ſequebantur iudam per ſalmanaſſar regem aſſyriorum. qui cum triennio obſediſſet Samariam vrbem regiam, tandem capta vrbe tranſtulit reliquum Iſraelis in aſsyrios. poſuitque eos in baylam & in abor iuxta fluuium Gozar in ciuitatibus medorum. & hi tranſlati numquam redierunt in patriam extranſmigratione. tertio Iudei per Nabuchodonoſſor regem Babilonis ducti fuerunt in captiuitatem in Babilonem. ſed poſt ſeptuaginta annos remiſſi ſunt in patriam per Cyrum perſarum regem, qui cum dario Medorum Rege Babiloniam deuaſtarunt imperio in medos primo deinde in perſas.trāſlato* caſpia ſaxa. in prædictas vrbes medorum quæ ſunt vltra caſpias portas. nam interrupta anguſto tranſitu ab aſsyrijs in medos ita vt vix ſingula meent plauſtra longitudine. octo. Miliū paſ. toto opere manufacto dextra leuaque ambuſtis pendentibus ſcopulis. arctus ille, & difficilis aditus πυλαις. ideſt portis capsijs nomen dedit.

4. reg. pen & vltim. o. — eſdr e prim. — caſpie portæ. — pl. lib. 6. c. 14.

Libera gens olim multa munita virum vi,
Florenteſq; vrbes populis, opibuſq; vigentes.
Tunc autem patrijs definibus èxturbati
Penè omnes aberant, & caſpia ſaxa colebant.
Vix de biſſenis tribus vna intacta manebat,
Alteraq;. & patria ſeſe tellure tenebant,
Beniamidum gens, a quo ipſo domus inclyta Iuda,
Ambæ tunc etiam populis, opibuſq; vigentes.
Tantum autem imperio adiectam, ceu cætera paſsim
Contuderat bello, & victricibus hauſerat armis,
Hanc quoq; ſeruitio partem Roma alta premebat,

* Vna intacta .i. integra non tranſlata in terram hoſtilem. & hæc erat tribus Iudæ, quæ licet fuerit tranſmigrata redijt tamen tota. de ceteris vero non niſi modici. & reliquiæ quædam. * alteraque. vna & altera duæ ſunt. nam & tribus Beniamin regno Iudæ remanſit annexa ea tempeſtate, qua; propter fatuam & ſuperbam reſponſionem regis Roboam filij Salomonis decem tribus defecerunt; & Hyeroboam filium Nabath ſibi regem conſtituerunt. deincepsque regnum Iſraelis a regno Iudæ reſtitit ſeiunctum vſque ad tranſmigrationes prædictas. redeuntes verò ſub principatu Iudæ permanſerunt vſque ad Herodem Regem impoſitum a Romanis. Omnesque Iudei vocati ſunt quacunque eſſent ex tribu. * aque ipſo Iuda, durà præpoſitionis adiectio nec imitanda. * Domus inclyta, propter Principes Reges, & Duces ex ea tribu progenitos pace belloque clariſſimos. * tantum autem, cacoſynteton eſt. ordo confuſus. quem ſic collige. autem pro ſed hanc quoque partem, orbis ſilicet adiectam tantum imperio Roma alta premebat, ſeruicio; ceu cetera, orbis regna ſilicet contuderat, bel. & hauſerat pro abſorpſerat. vict. ar.. Romani ſiquidem Pompeio magno duce regnum Iudeorum ſuo ſubiecerunt imperio temporibus hircani regis, quo occiſo antipatrum aſcalonitam. ſuffecit ei, quo etiam interfecto, herodes filius eius ſub Antonio, vel vt alij volunt aug. iubente Iudeis regnare præceptus eſt. vt refert Ambroſius ſuper Luc. vide etiam Ioſephi hyſtoriam. * ſceptra ideſt ragiam poteſtatem. hoc factum fuit circa finem imperij Auguſti, qui poſt mortem primi herodis, Iudeorum regnum, quo minus validum fieret per tetrarchias diuiſit. partemque illam quæ ſpecialiter Iudea dicebatur Archelao dedit. quo apud ſe a Iudeis accuſato, & in exilium Viennam galliæ vrbem relegato. iudeæ procuratorem Auguſtalem preſecit, & hoc pacto duodecimo imperij Tyberij anno Pylatus in Iudeam miſſus gentis huius procurationem decem annis adminiſtrauit. * Sublataque ade, or, hoc eſt armandi exercitus facultatem ne rebellarent. * victor Populus Romanus. * nunc, aut a deuaſtatione vrbis hyeroſolimorum citra, quæ Tito, & Veſpeſiano Imperatore facta eſt. aut etiam ſorte melius nunc dicit tempore noſtro. nam & Chriſti fideles a temporibus magni Conſtantini citra tellurem illam, & vrbem reparatam coluerunt maximoque in honore propter Chriſti ſepulchrum habuere. & maxime diui Hyeronimi ætate. qui relicta vrbe Roma Bethleem coluit: monaſteriumque ibi condidit. quin & infiniti peregrini ex noſtris partibus quotannis loca Sancta Viſebant. nunc vero (vt ait vates) deſerta, & a Iudeis, & a Chriſtianis tanquam ignobilis ſub manu infidelium iacet. quod certę dolendum, & ſummum nominis Chriſtiano obprobrium eſt. * clara mœnia de quibus infra. * viribus aui, quo omnia conſumuntur. vide triumphum temporis a Franciſco Petrarca elegantiſſimè deſcriptum. * ſeuas iras. poetica loquitur. nec enim deus iraſcitur aut crudelis eſt. qui mitiſſime, & æquiſſime iudicat. vnde, & Propheta, Iuſtus (inquit) es domine & rectum iudicium tuum. & Moyſes in cantico. dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iudicia. Deus fidelis & abſque vlla iniquitate. iuſtus, & rectus. peccauerunt ei &c. & in libro ſap. tu autem domine cum omni tranquilitate iudicas,

herodis regnū. — bed. ſuper luc. c. 3. — tetrarche iudeæ — pylatus. — iraſcatur an deus.

Sceptra vrbi tantum, ſublataq; ademerat arma,
Linquens ſacra viris, ac leges victor auitas.
Nunc tellus deſerta iacet, tot clara fuere
Mœnia, tot populi, pariter cum fortibus vrbes,
Hæ bello, hæ validis quaſſatæ viribus æui.
Vſq; adeo ſæuas ſuperum pater arſit in iras,
Nimbipotens, natiq; necem non paſſus inultam eſt.
Non tamen indecorem tantæ ſolatia cladis.
Ipſe ſinam antiquam (ſuperent modo carmina) terram Matth. 23.
Ne penitus ſeclis obliuiſcentibus ætas luc. 17.
Deleat extinctam pariter cum nomine gentem.
Regem illis ſuperum proſit regionibus ortum Lucæ. 23.
Vagiſſe, & cœlo primum reptaſſe ſub illo,

** nati necem iud. etenim vt ſcribunt doctores catholici, hyeruſalem a romanis exciſa eſt in vindictā mortis Christi, & ſanguinis prophetarum apoſtolorum atq; martyrum quos deinde interfecerunt. quam rem etiam d. Ieſus fuerat teſtatus, illis verbis, hieruſalem hier, qu, oc, pr, & lap, il qui ad te miſſi ſunt &c. & alibi videns Ieſus ciui, fle, ſu, il, &c. & rurſus filiæ hieruſalem nolite flere ſup me &c. * indecorem terram, vilem nullius egregij poetæ carmine celebratam. appoſitiuæ ſolatia tantæ cladis, eſt enim aliquod ſolatium etiam vrbi exciſæ ſi carmine celebrata voluatur adhuc per ora virorum, & in memoria hominum quodammodo reparata ſeruetur. quare & Auguſtus Ceſar de troia a marone decantata & comburi iuſſa indignabundus dixit. ergo ibit in ignes, iterum ſentire ruinas Troia ſuas, iterum cogetur reddere voces. Item ſulp. Cart. Infœlix gemino cecidit prope pergamon igni. Et pene eſt alio Troia Cremata rogo. ſic & Corn. gallus, Atque iterum troiam ſed maior flamma cremabit. &c. * ſuperent modo carmina, ſuperabunt, O Chriſti vates tua carmina quam diu regnum Chriſti durabit. * ſeclis obliuiſcentibus ideſt obliuionem inducentibus ex temporum diuturnitate. vnde & Salomon ait. Non eſt priorum memoria, ſed nec eorum quidem, quæ poſtea futura ſunt, erit recordatio apud eos qui futuri ſunt in nouiſſimo. * Regem ſuperum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: eſt* Ecleſia 1.
*autem antipophora. * proſit. hoc eſt quod alijs verbis refertur ab apoſtolo. quid ergo amplius* ad rom. 3.
Iudeo eſt? aut quæ vtilitas Circumſionis? Multum per omnem modum. primum quidem quia credita ſunt illis eloquia dei. Item alibi, quorum adoptio eſt filiorum: & gloria: & teſtamentum, ad rom. 9.
& legiſlatio, & obſequium, & promiſſa, quorum patres ex quibus Chriſtus eſt ſecundum car-
fleuit Ieſus. *nem. qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſæcula Amen. * ortum, vt habetur. Primo. * vagiſſe. in ſignum futuræ miſeriæ præſentis vitæ. ſic & eccleſia canit. Vagit infans inte arcta conditus præſepia. ſic & ſapiens, primam (inquit) vocem ſimilem omnibus emiſſi plorans. quater legimus*
dominum Ieſum fleuiſſe; dum eſſet infans, in morte Lazari. & videns Ciuitatem fleuit ſuper illam Io. xi. Luc. 19.
riſit nunquam. inuocatio. *extremo, in morte. nunquam vero legimus eum riſiſſe. nec mirum. dixerat enim. væ vobis qui ride-* ad hebr. 5.
tis, quoniam flebitis. contra Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. & alibi. Beati qui nunc luc. 6.
*fletis, quoniam ridebitis. * vos ideo, renouat inuocationem. & quemadmodum maro gentes italicas* Matth. 5. luc. 6.
decantaturus, poeticas inuocat muſas. ſic iſte terræ ſanctæ populos æternæ memoriæ mandaturus,
angelorum hierarchie & ordines. *cœleſtes angelos duces aſciſcit. * aligeri cœtus, angeli. quorum tres ſunt hierarchiæ, ſuprema, media, & poſtrema. & quelibet hierarchia tres habet ordines. Angelos, Archangelos, & virtutes, tres choros aſcendendo conſtituunt. poteſtates, principatus & dominationes alios tres, Throni, cherubini, atque ſeraphini, ſupremæ ſunt ordines hierarchiæ. quorum officia & nominum* dominice 3
*interpretationes Gregorius in homelia quæ incipit, Aeſtiuum tempus. declarat & Dioniſius ariopagita Pauli diſcipulus in libro de celeſti hierarchia. * leuibus pedibus. poetica hoc intellige. nec enim angeli cum ſint ſpiritus pedes corporeos habent. * miſſi. quia ſunt angeli adminiſtratorij ſpiritus in* poſt pentħ.
miniſterium miſſi, propter eos qui capiunt hereditatem ſalutis, vt refert apoſtolus, hinc & Daniel. ad hebr. 1.
hoſpitio. angeli ſuſcepti. *Millia (inquit) millium miniſtrabant ei. & decies millies centena millia aſſiſtebant ei. * hoſpitio, abraæ quando tres vidit & vnum adorauit. Item Loth nepotis eius. qui cum ſuſcepiſſet eos hoſ-* Dan. 7. gen. 18. gen. 19.
pitio ſub habitu peregrinorum, liberatus eſt ab illis ab vrbis ruina. de qua dicemus infra eodem
libro. Thobiam quoque angelus Raphael duxit, & reduxit incolumem in forma iuuenis ſuccincti. Thob. 5. & deinceps.
** quæ cecidere. pro varietate habitantium mutantur, & nomina locorum. maxime cum diruuntur oppida & reparantur. * deleta a bellorum turbine & vetuſtate conſumpta. * antiqui nominis, a patribus antiquis impoſiti. * veſtra penna contemplationis ſcilicet (vt docet Gregorius.) * relin-*
*quam. hoc facit in quarto libro, vbi introducit Ioannem euang. loquentem de Chriſti diuinitate. * auia* in hom ſup ezech. de
non peruia multis. quia pauci ſunt qui terrenis rebus contemptis cœleſtia velint mente complecti. euāgeliſtis.

alite

** alite curru, veloci & quodammodo alato vel ab alatis animalibus vecto, vt ſit alluſio ad viſionem Ezechielis. qui vidit rotas a quattuor alatis animalibus in altum eleuari. per quas vtrunq; ſignificatur teſtamentum, vetus & nouum a quattuor Euangeliſtis exaratum & expoſitum. vt docet Gregorius & Hieronymus. * Aurea, poetarum more ludit hic diuinus vates. per aurea ſidera poſſumus tamen intelligere ſanctos doctores. quorum mentes quandoq; ex terrenorum conuerſatione & cogitatione obnubilantur. & ſpiritualium rerum cantu ſerenantur. triſteſq; a caeleſtis dulcedine carminis mulcentur. hoc eſt igitur quod promittit ſe facturum vates. nec enim ſydera cum ſenſu careant mulceri carmine poſſint vllo.*

vbi ſupra Hieronymus in prologo ...

ſydera quo pacto mulceantur.

Vos ideo aligeri cœtus, gens ætheris alti,
Qui leuibus magnum pedibus pulſatis olympum,
Nam vos ſæpe polo miſſi peragraſtis & oram,
Et gentis crebri hoſpitio indulſiſtis amicæ,
Eſte duces mihi, dum tota regione vagantem
Raptat amor: longum vos mecum ferre per æuum
Nomina, quæ cecidere, iuuet, deletaq; gentis
Oppida, & antiquas antiqui nominis arces.
Poſt autem veſtra ſublatus ad æthera penna
Carmine mortales oras, viſuſq; relinquam.
Vos me ſublimi ſiſtetis tramite vectum
Auia per ſuperum loca: me iuuet alite curru
Aurea nubifugo mulcentem ſydera cantu,
Intactas primum ire vias mortalibus ægris:
Et petere inſolitam cœli alta e rupe coronam,
Hæc olim audentem, ni deſerat ætheris aura.

** intactas vias, olim ante aduentum Chriſti. * mortalibus ægris, cauſa pendet ex cauſa, quare, intactæ viæ? quia æternæ ſunt vitæ, et hi mortales. et quare ſunt mortales? quia ægri continuo laborant humanæ infirmitatis morbo quo trahuntur ad mortem. * inſolitam poetis ſeculi, quibus hedera vel laurus terrena & corruptibilis premium eſt. * coronam, immortalitatis quæ aureola dicitur, nec niſi doctoribus ſacriſq; vatibus datur, & in fidei agone legitime certantibus. * hæc olim ſimple canemus futuri temporis tractum ſpectat olim, hoc in loco. aliâs præteritum, aliâs præſens pro dicentis arbitrio. * ni deſerat ath, au, latenter mortem ſignificat quæ actiones humanas plerunq; diſturbat. * nunc mecum, redit ad narrationem paulo ante propoſitam vnde modicum ſub inuocationis tipo fuerat digreſſus. * petentes templa ratione paſchalis ſolemnitatis. * aliâs a transmigratione Babilonis citra. ne ſit contrarium illis ſolemnitatibus quæ factæ ſunt tempore Salomonis & aliorum Regum. quando ſine comparatione maior erat populi multitudo, nec dum bellis vaſtati vel ſeditione diuiſi. * tantum, hæc eſt cauſa quare, aliâs tanto ſtudio nec numero illa ſacra petiuerant. deſiderabant enim videre Lazarum quatriduanum ſuſcitatum & ſimul Chriſtum qui eum ſuſcitauerat, ſperantes eum Meſſiam diu expectatum. * Chriſti viſendi. ornatior modus loquendi, quàm ſi dixeris Chriſtum viſendi. * a magno Iuda filio Iacob. ad quem ius primogenituræ quo ad principatum tranſiit. ex quo rubem primogenitus patris thorum violauit. & maxime poſtquàm in tranſitu maris rubri cunctantibus cæteris præ timore tribus hæc prima auſa eſt ad mandatum domini per Moyſen, intrare ſtantibus aquis a dextris pro muro & a ſiniſtris. * per multos Reges a Dauid vſque ad Regem Chriſtum, qui de hac Tribu per virginem Mariam exortus eſt. iuxta benedictionem Iacob, vaticinium Iſaiæ ac promiſſionem factam ipſi Dauid. hinc eſt quòd in Euangelio, ſæpe dicebatur filius Dauid. D. N. I. Ch. * ſuper extulit, verbo appoſita eſt præpoſitio quæ caſui debebatur, ideſt extulit caput ſuper omnes tribus. & numero virorum & virtute belli. * leo, apta comparatio. nam & de domino. N. I. Ch. ſcribitur. vicit leo de Tribu Iudæ, radix Dauid aperire librum & ſoluere ſignacula eius. de leonis fortitudine & natura vide Plin. lib. viij. * inex, ani, generoſiſſimus quippe eſt. a deo vt cũ videri poteſt nunquàm fugiat. proſtratiſq; ac veniam petentibus non noceat. * viribus anteit. quare & animalium Rex dicitur quadrupedantium. quin & Elephantem maximã belluarum audet aggredi. * littorea innumeri, hic incipit catalogus oppidorum ſortis Iudæ. quæ pro maiori parte poſita ſunt in libro Ioſue vbi deſcribitur terra promiſſionis diuiſio cuiq; tribui per ſortem aſſignata. * Gaza vrbs paleſtinæ, vna ex. v. principalibus philiſteorum maritima in terminis ſortis Iudæ torrentem ægipti reſpiciens. quam eadem tribus poſt Ioſue cepit eodem belli impetu cum Aſcalone & Accarone. quare non videtur verum eſſe, quòd Cambiſes Rex Perſarum dederit id nomen Gazæ, quòd in eã, regiam pecuniam (quæ perſarum lingua Gaza dicitur) intuliſſet. vt aſſerunt nonnulli. cum Cambiſes non regnauerit inde ad multa ſæcula, ſcilicet poſt tranſmigrationem Iudeorum in Babiloniam. hanc vrbem iterum philiſtei qui & philiſtimi & paleſtini, receperunt cum ad idola declinaſſet populus Iudeorum.*

aureola quibus datur.

olim.

Iudæ tribus laus.

leonis magnanimitas.

apoc. 5. cap. 16.

cap. 15. Plinius.

gaza.

pomp. mela lib. 1. ſyria.

Sanſon auſert portas. *rum. quam cum intraſſet Sanſon ille fortiſſimus & ab inimicis obſideretur vt in exitu vrbis caperent eum, media nocte conſurgens apprehendit ambas portæ fores cum poſtibus & ſera, impoſitaſq; humeris portauit aduerticem montis reſpicientis hebron. in figura reſſurrectionis. D. N. I. Ch. qui portas mortis reſurgens abſtulit. vt docet Gregorius. quem videto. Gaza a Pharaone depopulata primo, deinde a Caldeis exciſa eſt: vocaturq; deſerta in actibus Apoſtolorum. ſed rurſus reparata eſt alio tamen in ſolo. hanc etiam Plinius numerat inter vrbes paleſtinæ.* Iud. 16. in hom reſ ſurr. hiere. 47. ſoph. 2. zach. 9. Actuum 8.

ſabæque. ** ſabæq; ablatiuus eſt, vel nominatiuus. hæc vrbs non eſt ea ſaba quam ciuitatem regiã ſcribit Ioſephus eſſe in æthiopia, & acambiſſe Perſarum Rege Meroem de nomine ſororis appellatam, a Nilo circundatam & inexpugnabilem. ſed eſt in*

Nunc mecum populos percurrite templa petentes:
Non alias illuc aditum eſt maioribus vnquam
Et numero, & ſtudijs. nec tantum ſacra petebant,
Quantum auidos Chriſti viſendi traxerat ardor.
Orti autem a magno primi ingrediuntur Iuda,
Per multos ductum reges genus: hæc tribus vſq;
Et numero, & virtute caput ſuper extulit omnes,
Tantum alias ſuperans, quantum leo cuncta ferarum
Semina inexhauſtis animis, & virtutibus anteit.
Littorea innumeri Gazæ uenere, ſabæq;
Engada deferuere, racemiferoſq; receſſus,
Vrbis Adulex ſedes, humilemq; Raphean:
Hic lyde, atq; ſelis, ventoſaq; Iamnia. & Hippa.

confinibus Arabum intra tamen terminos terræ promiſſionis. ſic dicta a ſabeis vicinis, vnde thus & aromata; quibus thimiama ſuauiſſimi odoris conficiebatur a pigmentarijs, Iudeorum in templo offerendum.

Engada. balſami vineæ. ** Engada nomen eſt, agri, montis, & vici pregandis (vt ait Hieronymus) in deſerto Iudeæ iuxta mare mortuum. vbi ſunt vineæ balſami, de quibus in canticis canticorum Salomon cecinit. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis engaddi.* Cant. 1. ** racemiferos rec, non vuarum vnde vinum exprimatur, ſed balſami ſuccus.*

Adulea. ** Adulæa. hæc adula in ſortis Iudæ deſcriptione vocatur.*

Raphea. ** humilemq; Raphæam. hæc vrbs à valle Raphaim .i. gigantum in qua ſita eſt, nomen accepit. in ea diffuſum exercitum Philiſteorum Dauid nuper coronatus profligauit.* 2. Reg. 5. *eamq; arbitror eſſe quam Plinius Raphaceu appellat.* lib. 5. c. 13.

Raphidim. *non tamen eſt ille locus Raphidim vltra deſertum Synai, vbi filij Iſrael venientes de ægipto poſt multas manſiones fixere tentoria, nec habentibus aquã vnde biberent percuſſa petra oreb. egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ. ibidemq; orante Moyſe, Ioſue, victum fugauit Amalech.* Exod. 17.

lyda. toparchias. x. ** lyde. hæc eſt tertia toparchia Iudeæ. de qua Plinius ſic ſcribit. reliqua iudea diuiditur in toparchias. x. quo dicemus ordine. hiericontem palmetis conſitam, fontibus irriguam. Emmaum, (emaus in Euangelio dicitur) lyddam, Ioppicam, Acrabatenam & Zophaniticam. Thamiticã: Bethole: & Tephene: Norine. in qua fuere hieroſolymæ longe clariſſima vrbium Orientis: nomen Iudeæ modo herodium cum oppido Illuſtri eiuſdem nominis.*

herodium. cariathbaal cariathiarim. Iope. *porro Lidda ſuit vna ex vrbibus gabaonitarum, prius dicta cariathbaal, deinde Cariathiarim .i. vrbs ſiluarum dicata Idolo baal.* Ioſue. 15. *in lidda curauit Petrus Aenean paraliticum, indeq; vocatus in Iopen defunctam ſuſcitauit Tabitam Chriſti diſcipulã, quæ interpretata dicitur Dorcas. cum circunſtetiſſent eum viduæ flentes & oſtendentes ei tunicas & veſtes quas fecerat illis Dorcas.* act. 9.

Iamnia. Azotus. Aſcalon. ** Iamnia, portus eſt maris. * Aſcalo Azotiq; arces. de quibus Plinius in paleſtinæ idumeæ deſcriptione ſic ait, oppidum: Aſcalo liberum, Azotus, ſamnes duæ &c.* lib. 5. c. 13. *Aegeſyppus Aſcalon (ait) ampliſſima quondam & validis connixa muris. meminit eius etiam Ioſephus lib. v. antiq. ab hac Aſcalonitæ dicti ſunt. ſed & pomponius mella, cum ingentem in paleſtina & munitam admodum Gazam eſſe dixiſſet, ſubiunxit eſt & non minor Aſcalon.* lib. 3.

Acharon. v. vrbes philiſtinorum. archa dei capta. ** Acharon de qua Plinius. Ameridie. Acharon ſecunda quondam arx Iudèæ ab hieroſolymis. quinque erant vt diximus vrbes magnæ philiſteorum. Azotus, Gaza, Aſcalon, Geth, atq; Acharon. quorum ſatrapæ cum ſugaſſent Iſraelitas tulerunt archam dei in azotum ſtatuentes eam iuxta Idolum dagon. verum altera die intrãtes in templum inuenerunt primo iacentem Dagonem ante archam: cumq; iterum repoſuiſſent in locũ priſtinum, ſubſequenti die inuenerunt truncum dagonis iacentem in terra, caput autem & palmas manuum abſciſas ſuper limine. agrauataq; eſt manus domini ſuper azotios. getheos, gazarenos Aſcalonitas & Accaronitas & interfecit multa millia, reliquos percuſſit vlcere peſſimo in ſecretiori parte natium.* 1. reg. 5. & 6.

emorrois: *ita vt computreſcerent prominentes extales eorum. hinc primum diuaſſole, morbus ille natus eſt, qui latinæ ſanguinis fluxus dicitur. cum intra ſedem ani, venit tuberculum quoddam rubens immaturi mori ſpeciem tenens ex cuius ſciſſuris ferè continue ſanguis effluit. hi populi in remiſſione archæ perſoluerunt domino quinq; anos aureos in plagæ huius teſtimonium. vrbes prædictæ ſæpe dirutę fue-*

runt

Ioſue. 15. hier 25. Am. 1. zach. 9. ſoph 2. — *runt & reparata.a Iudeis primo deinde a Babilonijs iuxta vaticinium hieremie, Amos. Zacharie &*
Sophonie.qui dixerunt.Gaza,deſtructa erit,& Aſcalon in deſertum.Azotum in meridie eijcient.&
Acharon eradicabitur.item ab Rege Dauid,necnon à Machabeis. Sochon. in campeſtribus inter A-* — ſochon.
Ioſue. 15. gen. 33 — *dulam & Azecham eſt Socho.prius dicebatur Sochot, quia ibi Iacob reuerſus de meſopotamia poſt-*

Aſcalo,Azotiq; arces,Acharonq;,Sochonq;,
Quæq; fluentiſonis Iope perfunditur vndis,
Proiectæ rupes,pontoq; minantia ſaxa.

quàm Eſau quem timuerat ſa-
lutauit eum pacifice & dona-
tus receſſit in ſeyr. edificauit
domum & fixit tentoria. quā-
obrem appellauit nomen loci il
Iudicum. 8. — *lius Sochoth.i.tabernacula.huius vrbis.lxxvij.viri ex principibus & ſenioribus inter ſpinas deſerti &*
tribulos fuere contriti à Gedeone virorum fortiſſimo redeunte à cede Madianitarum,Oreb & Zeb,Ze- — gedeon.
bee & Salmana,quia eunti populo fame ſitiq; & iteneris longi labore confecto rogati panes dare no
1. Reg. 17. — *luerant.inter Sochoth & Azecha caſtremetati fuerant Philiſtei quando Dauid interfecit Goliath ge-* — Azecha. goliath.
theum gigantem.eſt & alius locus in exitu egipti dictus Sochoth vbi de Rameſſe profecti Hebrei caſtra — Sochoth.
*metati ſunt,vnde venerunt in etham que eſt in extremis finibus ſolitudinis. * fluentiſonis. ex littorū*
percuſſione, nam ibi portus eſt maris in quem ligna cedrina & alia edificationi templi neceſſaria de li
2. paral. 2. 1. hiſdre. 3. — *bano per mare applicita fuere.& nunc peregrini loca ſancta petentes naue illuc applicant. * Ioppe.* — Ioppe.
quarta toparchia eſt Iudee,olim paleſtine vrbs regia atq; munitiſſima.cuius ſit ūnemo fidelius Aege-
lib. belli. iud. 3 lib. 5. cap. 13. ſolinus. ca. 35. — *ſyppo deſcribit quem vide. de hac Plinius.ſic ſcribit. Altera intus Ioppe phœnicum antiquior terrarū*
inundatione (vt ferunt) inſidet colli preiacente ſaxo,in quo vinculorum Andromade veſtigia oſten- — Andromade uincula.
dunt, colitur illic fabuloſa ceto.& Pomp.Mella.Eſt Iope (inquit) ante diluuium (vt ferunt) condita. — cepheus.
vbi Cephea regnaſſe eo ſigno accole affirmant,quòd titulum eius fratriſq; phinei veteres quadam ara
cum religione plurima retinent.quin etiam rei celebrate carminibus ac fabulis ſeruateq; a Perſeo An
dromade clarum veſtigium bellue marine oſſa immania oſtentant.hactenus ille.hec oſſa.Romam appor — oſſa immania coeto.
tata ex hoc oppido Iudee Iope,oſtendit inter reliqua miracula edilitate ſua Marcus Scaurus longitudi
lib. 9. c. 5. num. 21. Ione. 1. 1. Mach. x. & 14. actuum 9. — *ne pedum.xl.altitudine coſtarum indicos Elephantos excedente,ſpina craſſitudine ſeſquipedali autho-*
*re Plinius de hac vrbe crebra fit mentio in ſacris litteris. * proiecte rupes. hinc & hinc,quibus portus*
*a flatu ventorum tutus redditur. * minan.ſaxa.quibus fabuloſa vincula oſtendebantur alligata. reue*
ra nanum fuere vincula.neq; enim tenera virguncula ferreis ac tantis cathenis indiguiſſet ligari. nec
à parentibus vincta fuiſſet. adde quòd fabularum parens Ouidius non in Iope Iudee ſeu paleſtine.ſed — Andromeda.
Met. lib 4. — *in Ethiopia Andromeden obiectam ceto narrat.quin & alibi canit. Andromeden nigris Perſeus por-* — damaſcus.
*tauit ab indis. * parte alia.nec enim in paleſtina ſed in ſyria & caput ſyrie eſt Damaſcus vrbs inclyta* — dam. pruna.
Eſaie. 7. Plin lib. 15 cap. 13. papias & lyra. — *virorumq; fortium parens.inde nos Itali damaſcena habuimus & cognominauimus pruna. * Dama-* — damaſcus.
ſcum. erronea hec eſt interpretatio. nam de alia author intellexit que fuit in ſorte tribus Iude, vt
in tabula terre ſancte poteris videre.nam hac Damaſcus ſyrie vltra ſortem Dani que extrema tribuū
*eſt montem libanum verſus. * Damaſcum,hanc vrbium ſyrie clariſſimam non procul a libano monte,*
conditam perhibent a Damaſco Eliezeri filio magni abrae procuratoris, que olim totius ſyrie tenuit
principatum,& diutiſſime pugnauit aduerſus Iſraelem. campi damaſceni alluuntur ab Abana & far
fare fluuijs fœrtilibus fœlicem limum trahentibus. interpretatur autem Damaſcus ſanguinem bibens,
eo ꝙ terra ibi ſit rubra & ſanguinem Abel de manu Caim potauerit. multumq; ſanguinem Iſraelita- — Abel ubi ceſus.
rum fuderint damaſceni,poſtquàm defecerunt à Iudeis: quibus non ſolum in diebus Ioſue magni Du-
cis paruerunt: ſed & Dauid ac Salomonis filij eius.quamobrem creberrima huius vrbis mentio in diui
*na habetur ſcriptura. clarificauit eam & diui Pauli conuerſio ibi facta. * Primus homo. & vt ait* — homo primus Adam.
Apoſtolus de terra terrenus.qualis terrenus tales & terreni propterea dictus eſt Adam, ideſt homo
ex humo,terrenus de terra,interpretatur & terra rubra.quid ergo ſuperbis puluis & cinis? quin po
*tius reminiſceris quia puluis es & in puluerem reuerteris? * vt perhibent, Nicolaus Lyra ſuper Ge-* — Adam ubi pl ſmatus.
neſi tulit (inquit) Deus hominem de loco in quo formauerat eum extra Paradiſum & dicunt aliqui
quòd formatus fuit in agro damaſceno.hac ille.ex nominis interpretatione & cognominatione & ha-
bitatione poſtquam expulſus eſt ex paradiſo,potuit fieri hac coniectura. vnde in Geneſi dicitur. Eie-
cit eum dominus de paradiſo voluptatis vt operaretur terram de qua ſumptus eſt. etiam ſciendum ꝙ
Auguſtinus talem ethymologiam dat huic nomini. Adam.vt per A intelligatur. ανατολη.i.oriens. δυ- — ade ethimologia.
Aug. ſuper Io. cap. 2. — *ſις.quod eſt occidens arctos.quòd eſt ſeptentrio. μεσημβρια.i.meridies qua etiam quattuor littere. α,*
δ, α, μ, xlvi. ſignificant qui numerus quattuor minus habet a. 50. remiſſioni dedicato.vt oſtendatur
indigere

Emaus. *indigere Chriſto qui.iiij.Euangelijs legem pœnitentiæ & remiſſionis ac gratię dedit. * Emaus. Emmath Plinius dixit duplici,m,m,ſed metri cauſa littera poteſt eſſe detracta Ptolomæus vero Emmausta vocat,eſt illud caſtellum quod erat in ſpacio ſtadiorum.lx.nomine Emaus,vbi dominus in habitu peregrini à duobus diſcipulis poſt reſſurrectionem in fractione panis eſt cognitus. deinde poſt expugnationem Iudeæ ſub Marco Aurelio,Antonio Principe vrbis formam & nouum nomen accepit. Nicopolis enim dicta eſt, vel ſiquidem eſt inſignis paleſtinę ſyria. eſt etiam Emath terminus allophylorum in regione damaſci. antiochiam nunc dicunt appellari. hancq; forſitan author intendit quia non multum diſtat a damaſco de qua proxime dixit *. Nepſeq; exhauſta exciſa,nec enim eſt amplius,de hac vrbe dicit Hieronymus. Nepſa eſt in Tribu Iuda. * ſuos,contribules. * Anthedon. vltra gazæreon portum ponitur à Ptolomæo ægiptum verſus. huius vrbis nulla (vt puto) mentio in diuinis habetur ſcripturis, nec in libello diui Hieronymi. de locis* Luc. 24. Beda ſuper Luc. Hieronymus. lib. de locis hebr.

Nepſe. Anthedon.

*Hebraicis.vnde multa excerpimus in expoſitione vocabulorum horum. * Bethlæ. hac in ſacris litteris Bethleem dicitur. ciuitas Dauid notiſſima. in qua dominus Deus noſter atq; ſaluator. D. Ieſus natus eſt. in ſex-*

Bethleem.

Parte alia antiquam ciues liquere Damaſcum,
Primus vbi (vt perhibent) limo felice creatus
Natus homo eſt,cœliq; nouas erupit in auras.
Deſeriturq; Emaus,Nepſeq; exhauſta ſileſcit,
Quæſiuitq; ſuos Aegypti proxima regnis
Anthedon,natiq; dei cunabula Bethle.

Hier. Math. 2. Luc 2 Ioſ. 19. Hier. Mich. 5.

to miliario ab Helia (hæc eſt Hieruſalem) contra meridianam plagam iuxta viam quæ ducit Chebron. vide Euangelium. eſt & alia Bethleem in ſorte filiorum Zabulon in Galgalis ſita. hæc vero Bethlæ, de qua hic agitur prius vocata eſt effrata. iuxta Michea vaticinium. Tu Bethleem effrata paruulus es in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael. Et egreſſus eius ab initio a diebus æternitatis. de hac,Euſt. & Pau. ſeu potius Hieronymus.ad Marcellam ſcribens ait. verum vt ad villulam Chriſti & Mariæ diuerſorium veniamus: quo ſermone,qua voce,ſpeluncam tibi poſſumus ſaluatoris exponere. Et illud præſepe in quo infantulus vagijt: ſilentio magis quàm infirmo ſermone honorandum eſt. vbi ſunt latæ porticus? vbi aurata laquearia? vbi domus miſerorum pœnis & damnatorum labore veſtitæ? & poſt pauca. Ecce in hoc paruo terræ foramine cælorum conditor natus eſt. hic inuolutus pannis: hic viſus à paſtoribus: hic demonſtratus à ſtella: hic adoratus à magis: & hic puto locus ſanctior eſt Tarpeia rupe. quæ de cælo ſæpius fulminata oſtenditur quòd domino diſpliceret. dicit & alia multa in eius loci præconium quæ ibi licet videre. * *deſerta galgala. vbi filij Iſrael poſt tranſitum Iordanis caſtrametati ſunt cōtra Orientalem plagam vrbis Hierico. vbi & ſecundo circuncidit populum Ieſus: & Paſcha celebrauit: & deficiente manna triticeis panibus vſus eſt Iſrael. in ipſo loco lapides quoq; quos de alueolo Iordanis tranſtulerunt, ſtatuere. ibi & Tabernaculum teſtimonij fixum multo tempore fuit. & oſtenditur vſque hodie locus deſertus, in ſecundo a Hiericunte miliario.* * *Beſſura,olim Bethſur dicebatur. & eſt hodie Bethſura vicus euntibus nobis ab Helia Chebron in viceſimo lapide. iuxta quam fons ad radices montis ebuliens ab eadem in qua gignitur, ſorbetur humo. & Apoſtolorum acta referunt Eunuchum cādacis reginæ in hoc eſſe baptizatum. hanc & Bethſamen eam puto dici in deſcriptione ſortis Iudæ. & in libro regum, ad quam archa teſtamenti quæ fuerat capta a philiſteis,dimiſſa ſponte ſua applicuit. non tamē ea eſt Bethſais ciuitas Petri & Andreæ Apoſtolorum. quæ eſt in Galilea prope ſtagnum Genezareth. author tamen hic mutauit. 9. in. r. gratia Euphoniæ.* * *Marethon. hæc, Mareth, in deſcriptione. ſortis Iudæ. a Ptolomeo & Plinio dicitur Marathus. a diuo Hieronymo Maroth. in Tribu Iuda. ponit & Mathatim vrbem ammoreorum iuxta montem Ermon: qui ab authore noſtro Erme appellatur. tametſi Erma vrbs in prædicta deſcriptione numeretur. de qua Hieronymus Erma & hanc Ieſus cepit rege illius interfecto. quæ fuit in ſorte Symeonis ſiue Iudæ. vnde mirum eſt quod dicit hic. quæ proxima nubibus Erme. cum iſte mons Ermon qui eſt prope Iordanem & vrbem ſegor. quàm ſigorim appellat, dicatur eſſe mons paruus etiam in Pſal. propterea memor ero tui de terra Iordanis & Ermonij a monte mondico. vbi, lyra ſic dicit. mons Ermon eſt modicus reſpectu montium in terra illa exiſtentium. idem repetit in Pſal. Ecce quàm bonum & quàm iocundum, ſuper verſ. ſicut ros Ermon qui deſcendit in montem Syon. poſſumus tamen dicere vatem alluſiſſe ad naturam vrbium in ſummo montium ſitarum: quæ ſolent eſſe altæ. veruntamen in deſcriptione & pictura terræ ſanctæ quæ vulgo circumfertur, mons hermon citra Iordanem hieroſolimam verſus non multum procul diſtas a Monte Oliuarum. ſed vrbs hermon in ripa Iordanis vltra flumen eſt. inter iabes & hay. at hæc vrbs & mons ſcribitur aſpiratione præpoſita. ille vero de quo ſupra non aſpiratur.*

Bethleem laudes. galgala. beſſura. bethſais. marethon marathus. Erma. Ermon.

act. 8. Ioſue. 15. 1. reg. 6. Pſal. 41. Pſ. 132.

*uatur. quare poſſunt eſſe diuerſa. vtcunq; ſit. Hieronymus nec montem nec vrbis nomen poſuit ſub littera. H. ſed vtrunq; ſub littera. E. in libro de Hebraicis nominibus ſæpe citato & citando. in libro autem interpretationum quid latinæ ſignificent nomina hebraica. poſuit hermon & herman ſub vtraque littera H. & E. in eadem interpretationem, videlicet pro anathema mœroris. * ſigoris. ipſa eſt ſegor, vrbs parua ex illis quinq; cœleſti igne cum alijs conſumenda. niſi precibus Loth. ad eam ex ſodoma confugientis reſeruata fuiſſet. dicta eſt etiam teſte Hieronymo Sora, Zora, Bala. & Azoara. *nurum. vxorem Loth. non quòd vrbis nurus eſſet. ſed mos eſt poetarum nobiles matres nurus appellare. ſicut & illud nuribus geſtanda latinis. * verſa retro ſubaudi contra monita Angeli. nam cum clamor ſodomorum et gomorreorum & circumadiacentium vrbium vſque in cœlũ aſcendiſſet miſit dominus Angelos: qui Abraæ primum apparuerunt indicantes ei peccantium fœdam inuerecundiam et pœnam mox inferendam.* figoris. ſegor, ora, zora, bala, azoara. nurus. ſodomorum ex teruitium.

Tum deſerta ſilent & Galgala, Beſſuraq; omnis,
Aruaq;, qua Marethon, qua proxima nubibus Erme,
Qua Sigoris mirata nurum, dum incendia verſa
gen. 18. & 19. Reſpicit humanos ſeruaſſe in marmore vultus,
Concretiq; ſalis ſubitum traxiſſe rigorem.

deinde ſub iuuenum pulcherrimorum forma ſodomam petierunt. vbi cum a Loth nepote Abraæ hoſpitio benigniſſime ſuſcepti fuiſſent. ecce priuſquam irent cubitum viri ciuitatis illius vallarunt domum Loth a puero vſq; ad ſenem omnis populus ſimul: & vocantes Loth cogebant eum vt educeret pueros qui veſperi introierant ad illum vt abuterentur eis. Loth vero nitebatur a turpiſſimo facinore eos auertere, precibus primo deinde etiam trium filiarum virginum promiſſa eductione, quibus ad libitum abuterentur. ſed cum nihil proficeret vehementiſſimeq; vrgerent volentes fores infringere, ab Angelis percuſſi ſunt acriſia, ideſt cecitate ita vt introducto, Loth, hoſtium amplius non poſſent inuenire. maneq; educentes Loth vxoremq; eius & tres filias extra ciuitatem mandarunt ei dicẽtes. Salua animam tuam noli reſpicere poſt tergum: nec ſtes in omni circa regione ſed in montem fugito, ne & tu ſimul pereas. cumq; metueret Loth, ne priuſquam montem conſcendiſſet, aprehenderet eum malum, rogauit vt ad vicinam ciuitatem ſegor liceret confugere, quo impetrato cum iam ſole exorto Loth ingreſſus eſſet ſegor. pluit dominus ſuper ſodomam & gomorram ſulphur & ignem: ſubuertitq; ciuitates illas & omnem circa regionem cum habitatoribus vniuerſis. factumq; eſt ibi mare mortuum. de quo infra. porro vxor Loth dum fugeret, retro aſpexit: moxq; in ſtatuam ſalis eſt conuerſa. Loth liberatio

** ſalis rigorem hoc ideo factum eſt, vt quia per ſalem ſapientiam intelligimus. ſic pœna huius, ſapientię documentum* vxor Loth in ſtatuam ſalis.

Luc. 17. *eſt pœnitentibus, ne rurſus ad vomitũ redeant. vnde & dominus ait. mementote vxoris Loth. * aſphaltis vnda, aqua prædicti maris mortui. quod mare ahmarum vocat Hieronymus, ideſt mortuũ ſiue aſphalti, ideſt Bituminis, inter hiertco & ioaram. aſphaltiten lacum natura dirum appellat hunc Plinius: a* aſphaltites lacus mare mortuum.

lib. 5. ca. 15 & 16. *quo Iordanis ebibitur, aquaſq; laudatas perdit peſtilentibus mixtas, nihilq; præter bitumen hic lacus gignit. vnde & nomen habet. nullum corpus animalium recipit. Tauri camelliq; fluitant. inde fama ni*

Solinus. ca. 36. *hil in eo mergi. longitudine excedit C. M. P. latitudine maxima. xxv. implet. minima. ſex. eadem de hoc lacu dicit & ſolinus. * flammis infamibus, ideſt infamium virorum ac mulierum vltricibus. * palus. pro lacu, poſuit paludem. de hoc aſphaltite lacu, ſeu mari mortuo. dicit gl. Ioan. teuton. in decretis. hæ fuere*

depen. diſt. 1. ca. ſed & contra. *ciuitates, quas dextruxit dominus iuxta Iordanem. Sodoma, Gomorra, adama, ſeboim & ſegor. vbi eſt effectus lacus aſphaltites: qui mare mortuum dicitur. & aqua illa nec eſt natabilis, neq; potabilis. ibi ferrum natat: & pluma mergitur; ibi ſunt poma pulcherrima exterius, interius autem plena fauilla & cinere. his verbis deſcribitur luxuria. hactenus ille. * graue olenti. fetentis vitij indicium hoc eſt. * quondam, antequàm ſulphureo igne de cœlo tacta fuiſſent loca illa. * riguiſq; roſ. cam, quare & in* ſodoma gomorra, dama, ſeboim, & ſegor. poma ſodomitica.

gen. 13. *Geneſi dicitur ꝙ volẽs Loth ab Abraum recedere: eleuatis oculis, vidit omnẽ circa regionem Iordanis, quę vniuerſa irrigabatur: antequàm ſubuerteret dominus Sodomam, & Gomorram. ſicut paradiſus*

Verg. in. x. æneid. *domini: & ſicut ægiptus venientibus in ſegor. * amor male ſuade, apoſtrophe, ad amorem. ferè quale eſt illud Verg. crimen amor veſtrum. formaq; inſigne paternæ. non tamen verè, eſt amor. ſed tur-*

ad rom. 1. *piſſimus ardor, de quo Apoſtolus. traditi ſunt in paſſiones ignominiæ. nam fœminę eorum immutauerunt naturalem vſum, in eum vſum qui eſt contra naturam. ſimiliter autem & maſculi relicto na-*

ex: de uita & honeſt. cler. c. vt clericorum mores. 32. q. 7 c. adulterij. *turali vſu fœminæ, exarſerunt in deſiderijs ſuis inuicem: maſculi in maſculos turpitudinem operantes. eſt autem hoc grauiſſimum & nephandiſſimum ſcelus. propter quod dicit idem Apoſtolus venire iram dei in filios diffidentiæ; vt refert Innocen. in Concilio generali. & Auguſtinus. Adulterij malum (inquit) vincit fornicationem. vincitur autem ab inceſtu. ſed omnium horum eſt peſſimũ quod*

fit

*ſit contra naturam, & in lib. confeſſionum iij. ſic ait flagitia quæ ſunt contra naturam, vbique & ſemper repudianda, atq; punienda ſunt: qualia ſodomitarum fuerunt. quæ ſi omnes gentes facerent, eodem criminis reatu diuina lege tenerentur. & alia multa. ibi vide ad deteſtationem huius nefandi criminis. quod depoſitionem, & deiectionem a clero, & in monaſterijs detruſionem, ad agendam pœnitentiam inducit in clericis. in laicis vero excommunicationem, & a cætu fidelium omnimodam alienationem. quo ad canones. quo ad leges verò capite plectuntur. iure verò municipali Papiæ igni comburi mandantur. * vim ten, adorti. agreſſi violare. * indigenæ. ipſi Sodomitæ. * fuga. nollem poetam hoc pacto ludere in derrogationem poteſtatis angelorũ. quæ nam enim eſt mortalium virtus? vt cœleſti poſſit vim inferre? cum legamus ſolum angelum interemiſſe centũ octoginta quinque milia in caſtris aſſyriorum exercitus ſennacherib? quare paulo nimis poeticæ intelligas hoc dictum, ad exprimendum furentem libidinis horum ardorem. nec enim verè fugerunt angeli, ſed acriſia (hoc eſt cecitatis cuiuſdam ſpecie) percuſſerunt eos: vt hoſtium inuenire non poſſent vt etiam ſupra dictum eſt.*

c. clerici. de exceſ. prelatorũ. in autem vt non lux contra naturá col. 6 circa hné. & leg. cum vir nubit. eod ad l. iul. d adul. æſaie. 36.

Qua calet Aſphaltis flammis infamibus vnda,
Ingentesq; palus ad cœlum exæſtuat æſtus,
Aera contriſtans graue olenti ſulphuris aura.
Quondam hic læta ſeges, riguiſq; roſaria campis,
Nunc ſtat ager dumis, obductaq; ſentibus arua,
Crimen amor maleſuade tuum, vim tendere adorti
Infandam indigenæ pueris cœleſtibus olim
Diuina capti facie. & florentibus annis,
Feciſſentq;, fuga niſi ſe illi ad ſydera lapſi
Remigio nixos rapuiſſent præpetis alæ.
Non tulit altitonans pater, atq; vltricibus omnem
Inuoluit flammis tractum, immerſitq; profundo.

aeris & maris vocabula inuicem ſibi ſeruiunt.

gen 19.

** remigio, adiutorio. nam tanta eſt cognatio maris, & aeris vt Vocabula inuicem mutuentur. ſic, & Virgilius remigio alarum, & præpetibus pennis, dixit dedalum volaſſe per aera. vel potius nauigaſſe per Mare, vt exponit ſeruius interpres honoratus. * rapuiſſent, pro eripuiſſent. apherefis eſt. alioquin turpis ſignificantiæ hoc verbum eſt. ſicut docet ſeruius ſuper illo verſu. & rapti ganimedis honores.*

æn. 6.

rapio.

æneid. p.

pentapolis

** tractum, regionem illam pentapoleos ideſt quinque vrbium: quas ſupra memorauimus. * profundo, mari mortuo, ſeu lacui Aſphaltiti: de quo ſupra. * cinere & putri fauilla, hoc ex Solino. qui ait. longo ab Hieroſolimis receſſu, ſinus panditur triſtis, quem de cælo tactum teſtatur humus nigra, & cinere ſoluta. Duo ibi oppida Sodomum alterum, alterum Gommorum. apud quæ pomum quod gignitur, habeat licet ſpecimen maturitatis, mandi tamen non poteſt. Nam fuliginem intrinſecus fauillatiam ambitio tantum extimæ cutis cohibet. quæ vel leui preſſa tactu, fumum exhalat: & fatiſcit in vagum puluerem. * inacceſſi. pro inacceſſibiles. vel quo nemo deberet accedere. aut difficiles ad accedendum. * ſeceſus, ſecretiores quidam ſinus, & ab hominum habitatione ſeorſum poſiti. * vt fama eſt. quinimo veritas eſt. ſi ſolino credimus. * apta, quia neque mandi poſſunt, neque ſeruari. * immaturas meſſes. hoc interdum forte euenit regionibus circum adiacentibus. alioquin fatui nimis eſſent, qui terram illam colerent. maxime cum difficiles ſupra dixerit acceſſus: & inacceſſos ſeceſſus. niſi potius dicamus diuino hoc fieri miraculo, vt quotannis talis ſeges naſcatur, quæ immatura tollatur. hæc tamen omnia, de pomis, terra infrugifera, & ſegete immatura, ad turpitudinem vitij ſodomitici ſunt referenda. nam ex tali concubitu, nihil naſci certum eſt. adeoque fœde exercetur. vt inde iratus deus grandinem de cælo pluere dicatur qua ſata conſumentur. multaque aeris ac terræ mala in labores hominum prouenire, in huius ſceleris pœnam, & deteſtationem. hinc etiam imperator dicit. propter talia delicta fames & terremotus ac peſtem fieri, totalemq; vrbium ruinam. * protinus, hucuſque ſors Iudæ decantata eſt. quam centum & quindecim vrbes habuiſſe, diuina refert hyſtoria. ſed principaliores tantum hic autor adduxit, & quæ aliquo apud veteres nomine fuerunt. cetere videantur in libro Ioſue. nunc ad ſortem Symeonis faciamus tranſitum; quæ adeo ſorti Iudæ fuit coniuncta. vt hereditas eorum in medio dicatur fuiſſe poſſeſſionis filiorum Iuda. * Saroen, de hac & ſequentibus vide in libro Ioſue, capite decimonono. vbi deſcribitur ſorſs Symeonis: quæ vix viginti vrbes poſſedit: & has in funiculo hereditatis Iudæ. hæc autem Saroes, a diuo Hyeronimo Saraim nuncupatur, & in tribu Iuda ratione iam dicta. * Molodam. & hanc Moladah dicit appellari in tribu Iudæ, vel Symeonis. * Sicelechida, hæc eſt Sicelech, quam Achis rex alienigenarum Getheus dedit Dauid ad habitandum, quamq; Amalechitæ ſuccenderunt igni, & captiuas duxerunt etiam vxores Dauid, cum ceteris mulieribus, & paruulis: ea tempeſtate qua perexerat Dauid ad caſtra Philiſticorum*

ſolinus c. 36.

poma ſodomorum.

inacceſſus. ſeceſſus

contra peccatum ſodomiticum.

in autẽ vt non luxur. cõtra. nat.

ſarcen

c. 15. Ioſue c. 19.

ſaraim Molada ſicelech.

1. regum. 27. & 30.

liſteorum,cum Rege Achis Getheo: militiaq; illa miſſus,quia ſatrapis non placebat,cum rediiſſet ad ci
uitatem,& inueniſſet eam ſuccenſam igni,vxoreſq; & paruulos ductos eſſe captiuos: poſt eiulatum
multum,de conſilio domini perſecutus eſt latrunculos illos: quos & improuiſus deprehendit, percuſ-
ſitque, & omnem prędam redemit. reuerſuſq; Sicilech eam reparauit, quę deinceps facta eſt regum
Iuda. licet ſortis tempore tribui Symeonis fuiſſet aſſignata. declinatur autem hac ſiceleches. ebidos.
* latos: fertiles & feraces.* vligine,pingui telluris humore,ſuapte ſcaturiente.* ſipabota. hanc exi- vligo. ſipabotis.
1.Reg.c.30 ſtimo eſſe,quam Sephamoth liber Regum primus appellat, ad quam Dauid reuerſus a cæde Amalechi Bethl pibotis.
tarum,miſſit munera de hoſtili præda,vt etiam teſtatur diuus Hieronymus aut Bethlepaboth. mutato Aſanes.
Ioſue. 19. propter aſperitatem dictionis,initio.quæ quidem eſt propria tribus Symeonis.* Aſanes, hæc Aſan in
ibidem. deſcriptione ſortis dicitur. de hac Hieronymus ait. Aſan in tribu iudæ eſt: vſq; hodie vicus nomine Be
ibidem. thaſan,ad Aeliam pertinens,in.xv.ab vrbe miliario.* Atharin. hęc vocatur Athar in prædicta de- Bethaſan, Athatis.
ibidem. ſcriptione.Atherithq; a Hieronymo appellatur. & ad eam prædæ ſupraſcriptæ partem miſſam fuiſſe
ſcribit.* remmona de qua.Hieronymus reminon in Tribu Symeonis vel Iuda;hodieq; eſt vicus remi- Remmon.
non iuxta Aeliam,contra Aquilonem,in.xv.eius miliario. item paulo poſt ait,Remon in Tribu Symeo
nis vel Zabulon.verum hanc alteram eſſe arbitror,non de qua hic author ſenſit.* Ain. quæ & in he Ain, Agai.
breo ſcribitur per elementum,quod apud eos dicitur Ain. alio nomine vocatur Agai vt teſtatur Hie-
ronymus eſtque ad occidentalem plagam Bethelis, non multum ab ea diſtans. cuius vix paruę ruinæ
reſident.ſita eſt autem Bethel,euntibus Heliam,de Neapoli,leua parte viæ.xij.circiter miliario ab He Bethel.
lia.ibiq; ædificata eſt Eccleſia: vbi Iacob pergens Meſopotamiam vidit ſcalam: cuius cacumen cælum
gen. 28. tangebat: Angeloſq; aſcendentes,& deſcendentes: dominumq; innixum ſcalæ, dixitq; Iacob, verè
non eſt hic aliud,niſi domus dei,& porta cæli. vnde & ipſi loco Bethel.i.domus dei, nomen impoſuit.
* idumes. hæc eſt Idumea regio Eſau fratris Iacob,quę ex eo,quòd ille etiam Edom vocabatur, hoc no Idumea.Edom.
men accepit. eſt autem circa vrbem petram:quæ dicitur nunc Gabalene: eſt autem hac regio Iudeę cō gabelene.
lib. 5. iuncta (vt ait Ptolomeus) ab occaſu Iordanis fluuij: ab hieroſolimis: vt ſcribit Hieronymus ad Dar
danum.vix.xxv.mill.p.ſeparata:& Plinius ſcribit,a meridie Arabiam habere, a ſeptentrione pheni-
ciam,in qua eſt vrbs iduma pal-
mis abundans. hinc lucanus ce-
cinit. Gazaq; & arbuſto pal-
marum diues iduma. & Virgi-
lius primus idumeas referam
tibi Mantua palmas. porrò,Re-
ges ac Duces multos de ſtirpe
Eſau dicti Edom habuit idu-
mea: priuſquàm filij Iſraël ſuo
Imperio eam ſubijcerent. qui
longa ſerie in libro geneſeos e-
numerantur. frequenſq; huius
regionis mentio paſſim in diui-
na ſcriptura habetur:quòd in-
ſenſi populo dei ſemper fuerit,
& bellis inteſtinis vſq; ad in-
ternitionē,hi duo populi a duo
bus fratribus venientes inuicē

lucanus li.3 Squalet adhuc cinere, & putri latè ora fauilla.
verg. lib.3. Infœcunda ideo terra,& ſine frugibus agri,
geor. Difficileſq; aditus,& inacceſſi receſſus.
Illic (vt fama eſt) nitidum florem educat arbos,
Quem cupiunt iuuenes,cupiunt decerpſe puellæ.
At ſimulatq; graui perflante euanuit auſtro,
gen.c. 36. Succedunt poma hirſutis aſperrima barbis,
Quæ nulli iuuenes,nullæ cupiere puellæ.
Hæc tamen aſpectu ſolida,& ſyncera putares,
Fœda ſed illuuies intus, ſubitoq; fatiſcunt
Ad tactum cinefacta,hominum nihil vſibus apta.
Pallida item flauis cum vix ſeges albet ariſtis,
Dira immaturas meſſes interficit aura.
Protinus hic ſubeunt populi Symeone creati,
Qui Saroen,Molodanq; viri, ſicelechidaq; oram
Felicem frugum,lætoſq; vligine campos,

2.Reg.8.& decertarint.ſed tandem facta eſt vniuerſa idumea ſeruiens Dauid. vnde & ipſe in pſ. Quis deducet me
1. par.18. in ciuitatem munitam? quis deducet me vſq; in idumeam? item in idumeam extendam calciamentum
pſal. 107. meum;mihi alienigenæ ſubditi facti ſunt.* Thurilegam verò dixit: quia confinis eſt arabiæ, in qua &
Thus & cetera naſcantur aromata. nec eſſet mirum, ſi etiam in ipſa idumea circa limites Thura lege-
rentur.* centum oppida numerus finitus pro infinito. vel eſt hyperbole: nam quinq; tantummodo me-
gen. 36. morat Ptolomeus.Berzamma,caparoſam,Gemmaruris,Eluſam.& Mapſam.& in Geneſi alias quin
que reperi.ſeyr.Denaba.Boſra.Auith.Maſerecha & Phou.quinq; autem ideo dixi. quia ſeyr. potius
nomen eſt montis,quàm vrbis.* vergentia.nam illi prouinciæ coniuncta eſt vt ſupra diximus.* Arabū. arabum tellus.
de quorum ſitu,& vrbibus,vide Ptolomeum & Plinium, Solinum,Strabonem, ac Pomponium Mel-
lam.nec enim terræ promiſſionis iudeorum hęc vlla portio eſt.odoriferas oras ideo dicit: quia inde non
ſolum

Iſachar. *ſolum thus. ſed & myrha & cinnama,cæteraq; odora aromata ad nos proueniunt.* Iſachari. huius*
in diuiſione ſors quarta fuit. magno clamore. nam ruſtica progenies neſcit habere modum. erant e-* Ioſue. 19.
nim iſti agriculturæ dediti ſicut & pater eorum Iacob moriens vaticinatus fuerat. Iſachar (inquit) a- gen. 49.
ſinus fortis, accubans inter terminos: vidit requiem,quòd eſſet bona:& terram quòd optima:& ſup-
victu parco cõtentantur agricole. *poſuit humerum ſuum ad portandum: factuſq; eſt tributis ſeruiens.* victu facilis.qui modicis,exiguoq; partis cibis contenti degunt. nec enim coquorum arte indigent ruricolæ,ſola fame pro obſonijs vtentes.leguminibus,pomis, & oleribus vacuam ſarcientes aluum.*finibus arctis.a Mare Mediterraneo,ad MareGalileæ.Ciuitates ſedecim cum viculis ſuis.*hermonius hic eſt, de quo ſupra multa dixi. cuius nulla fit mentio in ſorte Iſachari. aſt in pictura terræ ſanctę, Paulo ſu-*

Qui Sipabota colunt,Aſaneſq; biuertices arces,
Quiq; Atharin quondam generoſos palmite colles,
Remmona qui,cultiſq; erectam in collibus Ain,
Et quos thurilegæ paſcunt centum oppida Idumes,
Ruraq; odoriferas Arabum vergentia ad oras.
Ecce autem Iſachari magno clamore nepotes
Ingreſſi,delubra petunt,aramq; ſalutant:
Gens victu facilis,contentaq; finibus arctis.
Hic adſunt quos Hermonius ſubuertice paſcit,
Hermonius generator apum,generator equorum.
Qui Taburi capita alta tenent, quibus ardua rupes — Ioſue. 19.
Carmeli domus: hæc rapido gens turbine quondam
Sublatum vatem cœli per aperta repente
Vidit flammifero ferri ſuper æthera curru.

Tabor mons. *pra montem Tabor,habetur hic.mons Hermonius.cuius aſpectum author eſt ſecutus.* Hermonius ge-*
anadiploſis. *nerator ap.ge,eq,per anadiploſim.i.geminationem vocabuli,alluſit ad ſitum huius montis: qui cum ſit*
inter torrentem ciſor,& quendam fluuium egredientem ex mari Tiberiadis,apprime herboſus eſt. Ta*
Carmelus mõs *buri.hic eſt mons Tabor.vbi transfiguratus eſt. D. Ieſus.de quo diximus ſupra lib. I. *Carmeli, huius* fo. 42.
montis meminit Ptolomæus in phenicia ſitu.nõ in hoc monte ſed in altero qui eſt in ſorte Iude latuit Da
nabal carmelus. *uid cum fugeret Saul Regem.vnde dictus eſt ille Nabal Carmelus.cuius mortui duxit vxorem Dauid,* 1.Reg.25.
Abigail. *nomine Abigail,prudentẽ ac eloquentẽ fœminam.in quo monte dicit Hieronymus.villam eſſe Carmeliã,*
in deſerto,lapide oppidi chebron,vergentem ad orientalem plagam.vbi & romanum ponebatur preſi-
dium.in hoc autem Carmelo monte,qui eſt inter Iſachar & Ephraim.Helias contendit cũ Pſeudo Pro- 3.Reg 18.
phetis Baal & lucorum octingentis quinquaginta:de ſequendo veri Dei cultu: quos omnes in falſitate
deprehenſos,deductos ad torrentem ciſor, de quo ſupra,interfecit.Heliſeus quoq; Heliæ diſcipulus, &
ſucceſſor,in Carmelo ſæpe morabatur.nam & ibi erat,quando ſunamis illa (cui filium à domino impe- 4.Reg.4.
trauerat) de eius morte dolẽs,pedes prophetæ amplexa,dixit.viuit dominus tuus,& viuit anima tua,
quia non dimittam te.qui conſurgens ſecutus eſt eã,& ſuſcitauit filium eius. ab hoc mõte Carmelo Car
Carmelitarum fratrum origo. *melitæ fratres nomen & originem traxerunt.vtinam & prædictorum prophetarum mores, ac ſanctita*
tem ſeruaſſent.lege Mantuanum vatem Carmelitam in libro de faſtis,in vita Cyrilli. vbi & montẽ hũc Bap.Mant.
deſcribit,& Carmelitas Heliæ genus appellat.Cæſareæ mõs eſt in finibus æquora propter,vertice ſubli Carm.i lib.
mi,ſurgens in ſydera,ſiluis vndiq; crinitus,ſtatio placidiſſima ſemper,Nam cum friget hyems,& ſolis de faſtis in
& æquoris æſtum Accipit:æſtatem frigenti temperat aura.Heliæ magni quondam domus, illius inquã 1.die menſis marcij.
Helias. *Heliæ,qui viuit adhuc vbi naſcitur eurus.Sanctificat locus hic homines &c.* ſublatum vatem Heliã,*
ſenſena. *ſcilicet de cuius tranſlatione per igneum currum in Paradiſum tereſtrem. etiam lib. I. diximus.hanc hi* li.1.fo.47.
ſtoriã vide in libro Regũ quarto cap.2. Senſena,Seſenna hæc dicitur in deſcriptione ſortis Iſachar.&*
Siaſima vocatur a diuo Hieronymo quã dicit eſſe terminũ Iſachar.quæ verba conueniunt cum verbis ip
hennada. *ſius deſcriptionis.videlicet & perueuit terminus eius vſq; tabor,& ſeſenna,& bethſemes.* hennada*
N. littera addita eſt propter metrum.nam & in ſorte dicitur henada. & boncida nuncupatur a diuo
Hieronymo ꝙ ait boncida in tribu Iſachar.Eſt autem vſq; bodie villa quædam nomine enadab,per gen
Afra. *tibus de Eleutheropoli Æliã,quaſi in decimo miliario.* Affra.in ſorte dicitur Affrai.& Hieronymus*
Affrai (inquit) ciuitas tribus Iſachar eſt.hodieq; villa Affarea nomine,in ſexto miliario legionis con-
ſenum. *tra ſeptentrionem Alimelech.* ſenum.hæc in ſorte ſenon appellatur.ſed hanc arbitror eſſe, quam ſeon*
vel ſulem (niſi mendoſus ſit codex) Hieronymus appellat.is n. ait. Sulem in tribu Iſachar: et vſq; bodie
ſule. ſeon. *mons oſtenditur noĩe ſule,in quinto miliario Tabor montis,contra auſtralem plagam. itẽ ſeon ſiue ſoen*
Rebothes *in tribu Iſachar,hodieq; oſtenditur villa iuxta montem Tabor.Item Siaſima terminus Iſachar.* Rebo-*
Raboth. *ten.Raboth in ſorte nuncupatur.de qua Hieronymus Rabooth in tribu Iſachar.eſt vſq; bodie alia villa*

Rebbo in finibus Eleutheropoleos, ad ſolis ortum, item Rethem (ait) in tribu Iſachar. * *Remethia, poſſeſſiuum ab vrbe Rameth. vt in ſorte.* * *gens Dani. fuit huius ſors ſeptima, prope viginti habens vrbes. exigui nominis omnes, præter Eſtaol, in qua mortuus eſt Sanſon. & Leſendan ad radices Libani, vbi Iordanis oritur. & habet duos fontes, vnum nomine Ior, & alterum, Dan, qui ſimul iuncti, Iordanis nomen efficiunt. & eſt ille locus qui Ceſarea Philippi dicitur in Euangelio. vbi dominus Ieſus interrogauit diſcipulos ſuos: Quem dicunt homines eſſe filium hominis? nunc autem hęc vrbs dicitur paneas. Item Ioppen dicit Hieronymus portum maritimum eſſe in tribu Dan. licet propter vicinitatem poeta ſupra poſuerit in tribu Iuda.*

Remethia Rameth.
Danus.
Iord n s Ior. Dan.
Hieron. in hom. Apoſtolorũ Petri & Pauli.
Panea. Ioppes.

Senſena quos miſit, quos Hennada quos alit Afra
Nobilis, in ſummis ſitientes rupibus vrbes,
Qui Senum & Reboten liquere, Remethiaq; arua,
Vitibus, & varijs interſita littora pomis.
At taciti incedunt gens Dani è ſanguine creti,
Deiectiq; oculos, deiectiq; ora per vrbem,
Templaq; petunt; qualis, cum frigora prima laceſſunt
Autumnum, nec dum ramis decuſſit honorem
Bruma ſuum, coluber latebras meditatur, iterq;.

Antichriſtus.
anni partes. 4

* *Deiectique ocu, habentes oculos in humum deiectos. præ pudore, quòd Antichriſtus dicatur eorum ex genere oriturus. vt infra vates aperit.* * *qualis coluber latebras meditatur, quæ ſunt infra. nam cætera per parentheſim dicta ſunt.* * *laceſſunt, fatigant. extrema hęc eſt autumni ruentis pars. nam licet quattuor ſint anni partes. ver, æſtas, autumnus, & hyems. qualibet harum tamen trifariam (teſte ſeruio) ſubdiuiditur. in nouum, adultum, & præceps, ſeu ruens.* * *honorem ſuum, frondium, & aliquorum pomorum eſt periphraſis. quæ vſque ad brumam durare ſolent.*

fol. 27.
Bruma.

* *Bruma ſuum, de bruma ſupra dictum eſt libro primo hic pro hyeme ponitur. nam eſt alluſio ad illud maronis. Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat.* * *meditatur. quærit vbi lateat hyeme proxima.* * *iter tacitum, pro, ipſe tacitus.* * *lapſu quieto. nec enim audet (vt in æſtate) colla tollere, ſibilantia ora voluere, ſaltu huc, & illuc ſeſe repente conijcere.* * *ſibilaque ora. id eſt ſibilantia, nomen pro participio.* * *ſurrigit. ſurſum erigit. ſed humum extenſa verrit cauda. quòd in Serpente ſignum torporis & timoris eſt.* * *credas. credere poſſet aliquis.* * *ducem, impiorum, ſcilicet Antichriſtum.* * *vates. pater eorum primus Iacob, benedicens duodecim filijs. conuentum eſſet ad Dan, ſic ait. Dan iudicabit populum ſuum. ſicut & alia tribus Iſrael, hucuſque de Sanſone. qui fuit de tribu Dan, iudicauit Iſrael: quem & de Philiſteis liberauit, ac vltus eſt. quod autem ſequitur, de Antichriſto vaticinium eſt. ait enim. Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi. vt cadat aſcenſor eius retro. Salutare tuum expectabo domine. diuus Gregorius in moralibus. dicit ad tempus Antichriſti hoc vaticinium referendum eſſe: qui (vt communiter fertur) deſcenſurus eſt ex Tribu Dan. Item ſubijcit. Iudea erroris ſui laqueo capta, pro Chriſto Antichriſtum expectat. vnde Iacob in electorum voce, in eodem loco repente conuerſus ad Deum, dicit. Salutare tuum expectabo domine, id eſt non ſicut infideles Antichriſtum. qui ſcilicet venturus eſt de tribu Dan. ſed eum qui venturus eſt in redemptionem noſtram, fideliter expecto verum Chriſtum. de vero enim Chriſto ſupra dixerat. Donec veniat qui mittendus eſt. Item Hieremias dicit. ab Aquilone pandetur malum ſuper habitatores terræ. quòd de Antichriſto intelligendum eſt venturo ex tribu Dan: quę circa tabernaculum teſtimonij, ab Aquilone caſtrametabatur. vt ibidem exponit Gregorius. gloſſa etiam ordinaria ſuper Epiſtola Pauli ad Theſalonicenſes, vbi loquitur de Antichriſto. refert Haimonem Catholicum & Sanctum Doctorem ſic dixiſſe. Naſcetur Antichriſtus in Babilonia, de tribu Dan, iuxta quòd Iacob ait, fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita &c. & cum venerit hieroſolimam, circuncidet ſe: dicens Iudeis, ego ſum Chriſtus vobis promiſſus. Tunc confluent ad eum omnes Iudæi, & reedificabunt templum a Romanis deſtructum, ſedebitque ibi, dicens, ſe eſſe Deum. hæc Haimo. ſub imagine falſa. vnde & ipſe dominus Ieſus nos admonet. videte, ne quis vos ſeducat, multi enim venient in nomine meo, dicentes, ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent.* * *terreat ſignis & prodigijs mendacibus, ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt etiam electi. de Antichriſto dicit Apoſtolus. niſi venerit diſceſſio primum: & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis: qui aduerſatur. & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus: aut quod colitur: ita vt in templo dei ſedeat: oſtendens ſe, tanquàm ſit Deus: nonne retinetis, quòd cum adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat, ſcitis: vt reueletur in tempore ſuo. Nam myſterium iam*

gen. 49.
lib. 3.
ibidem.
Antichriſti prenunciatio.
in benedictione Iude gen. 49.
Hiere. ca. 1.
numeri. 2.
2. Theſ. c. 2
Math. 24.
ibidem.
2. ad Theſal. 2.

*operatur iniquitatis tantum: vt qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus: quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & deſtruet illuſtratione aduentus ſui eum, cuius eſt aduentus ſecundum operationem Sathanæ, in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis, his qui pereunt. eo quòd charitatem veritatis non receperunt. vt ſalui fierent, Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati: ſed conſenſerunt iniquitati. * vitas, idest vitę vniuſcuiuſque conſuetudinem & pronitatem ad malum. * & crimina quærat, non ad puniendum, ſed ad magis ac magis accendendum. nam ad auaritiam pronos, auro, quo abundabit, ad luxuriam inclinatos delitijs (quibus afluet) inflammabit. quos vero timidos nouerit, terroribus & pœnarum minis concutiet. erit enim plenus omni dolo, & fallacia. videte etiam quæ refert Beatus Ioannes Apoſtolus in Apocalypſi de Antichriſto, ſub nomine draconis, beſtiæ, & Pſeudo Prophetæ. vbi inter alia* Apoc. 13. *dicit. quòd draco, ideſt diabolus dabit ei virtutem ſuam, & poteſtatem magnam. & quia vnum de capitibus beſtiæ, quaſi occidetur, & curabitur. quaſi mortuus fuerit, ac mox reſſurrexerit, omnes admiraturos, & adoraturos, atque dicturos. quis ſimilis beſtiæ? & quis poterit pugnare cum ea? & paulo poſt, ait. & fecit beſtia ſigna magna, vt etiam ignem faceret de cœlo deſcendere in terram, in conſpectu hominum: Et ſeduxit habitantes in terra, propter ſigna quæ data ſunt illi facere, in conſpectu beſtiæ: dicens habitantibus in terra. vt faciant imaginem beſtię, quę habet plagam gladij, & vixit. Et datum eſt illi, vt daret ſpiritum imagini beſtiæ: & vt loquatur imago beſtiæ &c. ibi omnino vide. * deterior ætas. hoc eſt quod dicit dominus. & quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. * fas atque nefas vbi verterit, ideſt quando dicetur bonum malum.*

Fert tacitum lapſu repens per ſaxa quieto,
Sibilaq; ora premit, neq; caudæ ſurrigit orbes.
Iamq; viros triſtes credas, quę ſanguine ab illo
Prædixere ducem fore pleni numine vates,
Qui genus humanum Chriſti ſub imagine falſa
Terreat, atq; hominum vitas, & crimina quærat,
Deterior, fas, atq; nefas vbi verterit ætas;
Et rebus feret exitium mortalibus ignis.
Protinus at multis aderit cum millibus vltor,
Vera dei ſoboles, verus datus arbiter orbi.

& malum bonum. quando inceſtus rapinæ, & ſacrilegium laudabuntur, ac ſi virtutes eſſent, religioſa vero continentia, contra hereticos modernos rerum ac mundi contemptus, vigiliæ, & ſacra ieiunia vitio dabuntur. tamquàm pernicioſa mala. at, at, quàm vereor: ne Antichriſtus ſit in ianuis. nonne inſurrexere viri impij? qui non modo clam hortari, ſed & publice audent prædicare. bonum eſſe reſilire ab obedientia ſedis Apoſtolicæ, ſacroſancta quadrageſimæ ieiunia ſoluere, vigiliarum ac veneris die carnibus veſci licere. apoſtatare a religione, ad pœnitentiam, & maxime ad confeſſionem homines non teneri. poſſe fratres, ac presbyteros vxorem ducere, & proh nephas? deodicatas virgines domini noſtri Ieſu Chriſti ſponſas, poſſe nubere. quibus, (vt ait Hieronymus) ſolum id velle, magni ſceleris inſtar eſt. & adeo fatui ſunt quorundam prelatorum mimi, & ſeculares principes, vt talium diſputationibus aures præbeant. vt quid (vt olim lex Iulea) modo Iuſtiniani lex dormit? Is enim Chriſtianæ religionis amore, piæ ſanctaque conſtituit, ac ſanxit. Si quis non dicam rapere, ſed attentare tantum matrimonij iungendi cauſa ſacratiſſimas virgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur. O iudices nolite eſſe cuſtodes cartarum? ſed executores legum. nonne ſunt hi ſcelerati, de quibus vaticinatus eſt Paulus Apoſtolus? hoc autem ſcito, quòd in nouiſſimis diebus, inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes: cupidi: elati: ſuperbi: blaſfemi: parentibus non obedientes: ingrati: ſceleſti: ſine affectione: ſine pace: criminatores: incontinentes: immites: ſine benignitate: proditores: proterui: tumidi: cæci: voluptatum amatores, magis quàm dei habentes ſpeciem quidem pietatis: virtutem autem eius abnegantes: & hos deuita: ex his enim ſunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis: quæ ducuntur varijs deſiderijs: ſemper diſcentes, & numquàm ad ſcientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi: & hi reſiſtunt veritati: homines corrupti: mente reprobi circa fidem: ſed vltra non proficient. Inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus. ſicut & illorum fuit. hactenus ille. Ecce quàm bene hereticos modernos effinxit Paulus. quid ergo reſtat? niſi vt nouiſſimos eſſe hos dies cognoſcamus, & Antichriſti reuelationem, in dies timeamus. quànquàm etiam ipſi (vt ait Ioannes) ſint Antichriſti. ſed iam ad expoſitionem

C. de Epiſcopis & cleric. de pen. diſt. 1. c. ſi quis. 2. Timoth. cap. 3.

1. epiſt. Io. c. 2. cũ gloſſa ord.

tionem redeamus. tametſi ab ea non receſſerimus. nam hæc Paulo diffuſius dicta ſunt, vt oſtenderemus, (2. cap. 3.) *deteriorem eſſe hanc ætatem noſtram, quæ fas atque nefas verterit. * ignis. vnde & Pſalm.* (Cœli exurētur) *ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida. & Beatus Petrus ſcribit. cœli qui nunc ſunt, & terra eodem verbo repoſiti ſunt igni, reſeruati in diem iudicij, & perditionis impiorum hominum. & paulo poſt. Adueniet autem dies domini, ſicut fur. in quo cœli magno impetu tranſibunt. elementa verò, calore ſoluentur, terra autem, & omnia quæ in ipſa ſunt, exurentur.* (c. 20. & 21.) *vide & Apocalypſin Beati Ioan. prope finem. vbi dicit ſe cœlum nouum, & terram nouam vidiſſe: quia primum cœlum, & prima terra ſugerunt a conſpectu ſedentis in throno magno, & candido.* (Math. 25.) ** multis cum millibus. hoc eſt quòd habetur in Euangelio cùm venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo: tunc ſedebit ſuper ſede maieſtatis ſuæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes; bonoſque a dextris ſtatuet, malos verò a ſiniſtris. quibus operum miſericordiæ vacuis dicet: ite maledicti in ignem æternum. bonis verò pietatis actionum plenis, dicet: venite benedicti patris mei, poſſidete vobis paratum regnum à conſtitutione mundi. * vltor. hoc eſt quod* (2. ad Theſ. 2.) *ſupra retulimus ex Paulo. quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, ideſt præcepto ac virtute. & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. * verus arbiter orbi. nam pater omne iudicium dedit filio. * nequicquam pugnantem. neque enim eſt fortitudo vlla, aut prudentia, vel conſilium contra deum. * vana. nam ſi (vt ait Propheta) omnis homo vanitas: quanto magis erunt vani, peſſimi hominis huius conatus omnes. * turbine, corripiens, dum forte volet (vt dominus) aſcendere in cœlum.* (ibidem.) *gl. ord. ſuper verbis Apoſtoli Paulo ſupra citatis: occidetur (inquit) Antichriſtus ſiue à domino* (Antichriſti mors.) *Ieſu, ſiue iuſſu eius per Michaelem, vt doctores tradunt in monte Oliueti in papilione & ſolio ſuo:* (Apoc. 19.) *in illo loco contra quem dominus aſcendit in cœlos. * ima in uiſce, tru, in profundum inferni. vt dicitur in Apocaly. & vidi beſtiam, ideſt Antichriſtum, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui ſedebat in equo (qui eſt Chriſtus) & cum exercitu eius. & apprehenſa eſt beſtia, & cum illa Pſeudo Propheta: Et qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos, qui acceperunt characterem beſtiæ. & qui adorauerunt imaginem eius: viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis, & ſulphuris: & cæteri occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper equum qui proce-*(Ioſue. 19.)*dit de ore ipſius. Et omnes aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum. * genus Aſere ductum, huius ſors* (Aſer.)

Illum nequicquàm pugnantem, & vana mouentem
Turbine corripiens terræ ima in viſcera trudet.
Inſequitur iuuenum nimbus, genus Aſere ductum,
Spicea queis capita obnubit de more corona
(geneſis. 49) Omnibus, & nexæ ludunt per tempora ariſtæ.
Hi Betagumq; Hormamq; ferunt: his Aphega ſedes:
Illos Ama dedit: illos miſere Robœæ:
Non numero Arctipus Labanæ, non Aziba ceſſit,
Hos iuxta, feram in noctem ſoliti vrere myrtos

*quinta exijt. & xxij. ciuitates illi obtigerunt, in fertili terra vbi & præcox meſſis erat. vnde & ſubiungit. * ſpiceaq; c, obn, alluſit etiam ad benedictionem Aſeri a patre datam, quæ eſt hæc. Aſer pinguis panis eius & præbebit delitias regibus. * Bethagum, hæc in* (Bethagum.) *ſortis deſcriptione Bethdagon nuncupatur. ſed & Hieronymus in Tribu Iuda eſſe dicit: quia forte fuit in confiuibus vtriuſque tribus. dicit enim. Bethdagon in Tribu Iuda. ſed & vſque hodie grandis vicus Caſodago inter diaſpolim & Iamniam demonſtratur. Item Paulo poſt. (ait) Bethagon locus in quo duæ tribus, Zabulon & Iſachar habent confinia. * Hormam. non eſt ille locus aradij Cananei, cuius vrbes deleuit populus Iſrael poſt mor-* (Horman.) (Num. 21.) *tem Aaron magni Sacerdotis: quem appellauit horma, ideſt anathema. ſed fuit vrbs non multum* (Horma.) *diſtans ab vrbe munitiſſima Tiro parente Carthaginis. * Aphega ſedes: Afeg. vocatur in ſorte in-* (Aphega.) *ter Amma & Roob. in Aphega, dicit Hieronymus priſtinos habitatores Cananeos remanſiſſe. nec a filijs Aſer deletos eſſe. * Archtipus labanæ, ideſt exemplar vel antiqua figura vrbis labanæ.* (Labanæ.) *hæc in ſorte & apud Hieronymum dicitur Labanath. eſt autem arctipus quaſi ἀρχέτυπος. per ſyn-* (Archtipus.) *copam.* (Aziba.) ** Aziba. in ſorte vocatur Aeziba: littoreamque eſſe puto. * hos iuxta. nam & ſi ter-* (Zabulon.) *tia fuerit ſors eius, præcedenti tamen contermina eſt duodecim tantum ciuitates numerantur in hac* (Ioſue. 19.) *ſorte. quæ penè tota littorea eſt. de qua in Euangelio dicitur, relicta Ieſus Ciuitate Nazareth* (Math. 4.) *venit & habitauit in Ciuitate Capharnaum Maritima in finibus Zabulon & Neptalim. vt adimple-* (Eſaie. 6.) *retur quòd dictum eſt. per Eſaiam Prophetam. Terra Zabulon, & terra Neptalim, via maris trans Iordanem Galileæ Gentium, populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, & cætera*

ſedentibus in regione vmbra mortis, Lux eis eſt orta in duc terra Zabulon. cepit dominus Ieſus prædicare, & dicere. pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. * myrtos quæ in litoribus naſcuntur. alluſit ad illud circeum, nocturnam vocem edidit. * Littoreas. ſic & pater eius Iacob fuerat vaticinatus de ſortis eius ſitu, dum Zabulonem ipſum benediceret. dixerat namque. Zabulon in littore maris habitabit, & in ſtatione nauium pertingens vſque ad ſidonem. * ponti accola. iuxta pontum habitans Mediterraneum, videlicet Mare, circa Tirum & Sidonem, ac regiones adiacentes.

Littoreas ponti gens accola Zabulones
Dona ferunt: pars Ieptaphiles ab ſede profecti:
Pars Iedaba venere: Canan hi liquere modo atra
Miratam puras in vina rubeſcere lymphas.
Hos Nazara tulit, tulit illos ardua ſembros,
Quæq; modo aerias iterum veniſſe ſub auras
Vidit morte obita puerum Galileia Naiſ;
Millia multa tulit, totidemq; vberrima Dotha,
Aq; ſuis Nalole, Cathetiaq; alta relicta eſt.
At quis Nephthalidum numerauerit oppida, & arces

Ieptaphiles. * Ieptaphiles. Ieptael vallis, dicitur in ſorte. & Ieſtael in libro Hieronymi. vbi & Iaſthiam quandam dicit eſſe in tribu Zabulon, quæ nunc vſque Ioppe vocatur. & aſcenſus Iapho. ſed oppidum. Sicaminum nomine, de Cæſarea Ptolemaiden pergentibus prope mare ſuper montem Carmelum. quæ & epha dicitur.

Iedaba. * Iedaba. ſic etiam nominatur in ſorte. ſed a Hieronymo dicitur Ieldella. niſi libri mei littera ſit corrupta, quod in multis alijs dictionibus comperi, ob incuriam impreſſoris. ac hebreorum nominum aſperitatem.

Cana. * canam. hęc in ſortium deſcriptione ponitur in tribu Aſer. & a diuo Hieronymo qui ſic ſcribit. fuit autem cana in tribu Aſer. vbi dominus noſter Saluator aquam conuertit in vinum. vnde & Nathanael vir Iſraelita Saluatoris teſtimonio comprobatur. & eſt hodie oppidum in Galilea gentium. Ioſue.19.

aqua in uinum conuerſa. * vina rubeſcere. nota eſt hiſtoria conuerſionis aquæ in vinum: quod initium fuerit ſignorum Ieſu. cuius elegantem myſticam interpretationem ponit Beda Venerabilis presbyter in Homelia, quam vide omnino, ſi & tu vino domini, quo lætificantur animæ, cupis inebriari. Io.c.2. Beda in hom. dominicæ. ij. poſt epiphan.

Nazara. * Nazara. hęc eſt Nazareth. in qua conceptus eſt, & poſt ſeptennium nutritus dominus noſter Ieſus Chriſtus, vſq; ad id tempus, quo cœpit prædicare. de quo & ſupra diximus, quando relicta vrbe Nazareth. deſcendit in Capharnaum. de hac habetur in Euangelio Lucę. Miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo in Ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth. de hac & Hieronymus. Nazareth, vnde & dominus noſter Saluator Nazareus vocatus eſt. Sed & nos apud veteres quaſi pro probro Nazarei dicebamur, quos nunc Chriſtianos vocant. Eſt autem vſque hodie in Galilea, viculus contra regionem, in quintodecimo eius miliario ad orientalem plagam iuxta montem Tabor, nomine Lazora.

Sembros. * ſembros, montana hæc eſt. & in ſorte vocatur Semron. inter Naalol & Iedaba. ac prope Bethleem. ſed non illam in qua natus eſt Saluator: de qua ſupra dictum eſt in ſorte tribus Iudæ.

Nais. * Galileia Nais. eſt illa de qua in Euangelio dicitur. Ibat Ieſus in Ciuitatem quæ vocatur Naim: & ibant cum eo Diſcipuli eius, & turba copioſa. cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuę: & hęc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa: quam cum vidiſſet dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi: Noli flere. Et acceſſit, & tetigit loculum: hi autem qui portabant ſteterunt. Et ait: adoleſcens tibi dico ſurge. Et reſedit, qui erat mortuus, & cepit loqui: & dedit illum matri ſuæ. accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum. De hac vrbe ſic ait Hieronymus. Naim oppidum in quo filium viduæ a mortuis dominus ſuſcitauit: & vſque hodie in ſecundo miliario Tabor montis oſtenditur, contra meridiem iuxta Endor. Lucæ.7.

filii uiduæ ſuſcitatio.

Dotha. * Dotha. eſt ille locus qui in Geneſi dicitur Dothaim, vbi inuenit Ioſeph fratres ſuos pecora paſcentes. qui & vſque hodie cum ciſterna illa in qua proiectus eſt a fratribus, oſtenditur in. xij. a Sebaſte miliario. contra Aquilonis plagam.

Nalole. * Aque ſuis, ideſt a ſuis ciuibus relicta eſt Nalole. eſt enim, A, præpoſitio nec ſatis probe coheret ei encletica coniunctio q;. nec obſeruandam puto talem adherentiam. Naalol hæc vrbs in ſorte dicitur. & Naalon in libello Hieronymi. ciuitas ſeparata leuitis & data eſt filijs merari inferioris gradus. cum Iecnal, cartha (quam cathetiam vates vocat) & Damna. vrbes quattuor. nam & ſi leuitis nulla data eſt poſſeſſio, quia dominus eſt eorum portio, ſors, atque hereditas. vrbes tamen cum ſuburbanis ad habitandum datæ ſunt eis, in ſingulis tribubus.

Cathetia. * Cathetia alta. quia ſuper monte condita eſt.

Nephtalim. * at quis Neptalidum. horum ſors ſexta egreſſa eſt. decem & nouem ciuitates habens, multaſque villas. * innumeras, non faciles ad numerandum. nam poſteaquàm decem tribus ſeparauerunt ſe Ioſue.c.19.

a regno

*a regno Iudæ, tempore Roboam filij Salomonis: reges & principes Iſrael Caſtella multa, & arces mu-
nitas condiderunt ſuper collibus, & montibus Samariæ. quæ erat regio vrbſque regalis, in hac Ne-
ptalim ſorte. vt infra dicetur. * Cedar. ſecundum Hieronymum, regio eſt in Heremo Sarraceno-* Cedar.
rum, a filio Iſmaelis Cedar ita cognominata. eſt etiam nomen vrbis in eadem regione, vt in pictura Cedes.
*terræ ſanctæ licet videre. quare de hac non puto intelligendum, quæ longo ſatis interuallo diſtat a ſor-
te Neptalim. ſed potius de vrbe, cedes, quæ eſt in ſortis eius deſcriptione, quam & Hieronymus
commemorat, dicens. Cedes ſortis Neptalim, ciuitas ſacerdotalis, ac fugitiuorum in Galilea. ſuper*
lib.5.c.20. *Montem Neptalim. videtur tamen hic author potius montem intelligere, quam vrbem. * Libanus* Libanus. Antilibanus.
3.reg 5. *mons phenicis altiſſimus. & contra illum Antilibanus: de quibus vide Plinium. ſacer vero dicitur,
propter ligna Cedrina, inde ad Salomonem per Iram Tyri Regem tranſmiſſa, ad ornatum templi illius
toto orbe terrarum famoſiſſimi. Item quia vituli tenerrimi ibi alebantur, quos in ſacris offerebant.*
Pſ.28. *ſicut habetur in Pſalmo. Et comminuet eos tamquam vitulum libani. * qui celſam Naſona, hab,qui* Naſon.
Tob.c.1. *Nephthalis vrbem. de his duabus ſic legitur. in libro Tobiæ. Tobias ex tribu & ciuitate Neptalim,* Neptalis.
vide.& ibi. *quæ eſt in ſuperioribus Galileæ, ſupra Naaſon, poſt viam quæ ducit ad occidentem, in ſiniſtro habens*
lyram. *ciuitatem Sephet. vtraque eſt in montibus. * fandique potens. alludit ad eius benedictionem. quæ ta-
lis eſt. Neptalim ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis. ſeu quia viri tribus eius facun-
di erant, & veridici. ſiue quòd fructus terræ illius præcoces cum eſſent, maturius offerebantur in
templo, tamquàm primitiæ. in quarum oblatione diuinæ reſonabant laudes. ſiue quòd auxilio deci-
mum milium virorum tribus Neptalim, cum delbora & Barach viciſſent Syſaram Principem militiæ
Regis Iabin. cecinerunt canticum pulchrum, in quo diuinæ laudis eloquia facunda ſunt deſcripta: quod*
Iudicum 4. & 5. *& filij Neptalim diſcentes, ſæpe decantabant. huius belli hiſtoriam ac canticum in libro iudicum po-*

Innumeras; quas & Cedar, quas & ſacer altis
Fert humeris Libanus cœli confinibus æquus,
Qui celſam Naſona habitant. qui Nephthalis vrbem,
Gens oris, fandiq; potens, fœcundaq; veri
Naſcentem gemino Iordanem fonte ſalutat:
Omnis ijt Galilæa: omnis Samarea penates

*teris videre. * naſcentem Ior-* Iordanis ortus.
*danem, naſcitur autem Iorda-
nis fluuius (vt etiam ſupra di-
ctum eſt) e fonte peneade, ſe-
cundum Plinium: & iuxta
Hieronymum, ad radices liba-
ni montis ex duobus fontibus,
Ior. & Dan. quorum riui poſt
aliquem curſum ſimul iunguntur, & Iordanis nomen efficiunt, diuiditque Iudeam, Arabiam, &
Aulonem, ideſt vallem per grandem, in immenſam longitudinem ſeſe extendentem: a libano vſque ad
Mare mortuum, montibus hiucinde ſibi inuicem coherentibus, & quodammodo ſuccedentibus. in qua
ſunt vrbes nobiles, ſcytopolis. Tiberias, ſtagnumque propter eam. & hierico. per mediam hanc val-
lem Iordanis fluens poſt multos circuitus vſque ad mare mortuum, iuxta hierico, diro huic mari im-
mixtus, nomen & aquas laudatas amittit. fluminis huius creberrima habetur mentio, tam in vete-
ri, quàm in nouo teſtamento propter diuina miracula apud eum, & in eo geſta. de quibus locis oppor-
tunis dictum eſt: & dicetur. * ſalutat, non quia numen ſit in eo. ſed quia ſiccis cum pedibus patres
eorum tranſierunt. Helias quoque, & Heliſeus. ibi etiam ſacramentum baptiſmi (vnde ſalutis ori-
go) à Ioanne primum, deinde a domino noſtro Ieſu Chriſto miniſtratum eſt. * omnis Galilea, hyper-* galilea.
bolicus ſermo. vel omnes Galileæ partes vult notare. eſt item ſuperior, ac inferior Galilea. hac regio
lib.5.c.15. *magna Iudeæ pars eſt, Syriæ iuncta (vt ait Plinius) Samariaq; adiacet. in Galilea refert Ptolomæus
has vrbes eſſe. Aphuram, caparcotiam, Iuliam. Tiberiademq;, & lacum iuxta illam. tetrarchia fuit*
Luc.3. Hierony. *Herodis Galilea. ſic dicta (vt arbitror) a monte Galaad. qui eſt ad terga phenicis, & Arabiæ, colli-* galaad.
*bus libani copulatus. in monte Galaad fuit olim vrbs eiuſdem nominis: quam Galaad filius machir fi-
lij manaſſe cepit de manu ammorreorum. dicebatur etiam ſuperior Galilea gentium: in qua erant vi-*
3.reg.c.9. *ginta oppida, quæ donauit Salomon Hyram Regi Tirio. inferior verò quæ iuxta Tiberiadem La-
cum. * Omnis Samaræa, & qui in ciuitate, & qui in regione circumadiacente. eſt enim Samaria* ſamarea.
Ioan.ca.4. *non tantum nomen vrbis, ſed & regionis mediæ inter Galileam & Iudæam: ſicut edocemur ab
Euangelio Ioannis. qui ait, Ieſus reliquit Iudeam, & abijt iterum in Galileam: oportebat autem
eum tranſire per mediam Samariam, & venit in Ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar. Sama-* ſamaria.
*ria (inquit Beda) eſt inſignis Prouinciæ Paleſtinæ Ciuitas: adeo vt tota regio ei ſociata, Samaria di-
catur. Sic, & Hieronymus. Samaria Ciuitas Regalis in Iſrael: quæ nunc Sebaſte dicitur. in qua condi-* ſebaſte.
tus eſt B. Io. Bap. ſed & omnis regio, quæ fuit circa eam, à ciuitate quondam nomẽ acceperat. fuit in die

bus Ioſue vrbs ibi nomine Semeron: quam Ioſue (qui & Ieſus dictus eſt) cepit, rege illius interfecto,
Ioan. Baptiſtæ reliquiæ. dicunt autem nunc, pro ea ſebaſte vocari oppidum paleſtinæ, vbi S. Ioannis Baptiſtæ reliquiæ conditæ
ſunt. legimus in regnorum libris: quod Amri Rex Iſrael emerit montem Someron a quodam Semora: & 3.reg.16.
ædificauerit in vertice eius ciuitatem, quam ex nomine domini montis appellauit Semeron. inde ex pro-
Samaritani qui nam eſſent. cinctu temporis Samaria dicta eſt. * Studio g, t, ac, videndi. neque enim tunc temporis erant Sama- 4.reg.17.
ritani Iſraelitæ, vel Iudei, ſed cum anno nono Oſeæ Regis Iſrael, Salmanaſar Aſſyriorum Rex capta
Samaria, quam tribus annis obſederat, tranſtuliſſet omnes Iſraelitas in aſſyrios, in baylam, & in A-
bor ciuitates Medorum: iuxta fluuium Gozam. miſit ex Babilone, & alijs locis, gentiles, in Samariam
deducta colonia, cumq; & hi noui coloni varijs impietatibus, & cultu idolorum, deum offenderent: im-
miſit Leones in eos: a quibus vaſtabantur. qua re nunciata Regi, miſit Sacerdotem vnum ex his, quos
captiuos abduxerant. qui legitima dei terræ eos doceret; ne diſperderentur a Leonibus. ſed tamen non
diſceſſerunt ex toto, ab impietatibus priſtinis, & deorum cultura. quinimo ſimul & ſemel colebant do
minum deum Iſrael, partem legis eius ſeruantes: idolis quoq; priſtino more famulatum præbebant. qua
re mirum in modum Iudeis erant exoſi. nec eis coutebantur. * moratus, dum iret ac rediret ex gali-
lea in iudeam. * ſponte d, ſ, det, vltro deum & Chriſtum Regem ſe eſſe manifeſtauit, verbis ac ſi-
gnis. ſicut patet ex multis locis Euangelij. * miracula rerum, vt. x leproſorum mundationem. * Aſ- Luc. 17.
Aſſeda. caperna quæ & capharnaum. ſeda. hæc aſſedim in ſorte nuncupatur. * caperna, ex greco per apocopen decerptum eſt hoc nomen, Ioan. 4.
καπερναοὺμ, quippe dicunt greci. quam nos capharnaum vocamus. eſt autem hæc vrbs iuxta ſta-
gnum geneſareth, vſq; hodie oppidum in Galilea gentium, ſitum in finibus Zabulon & neptalim. in Hierony.
capharnaum Dominus Ieſus curauit ſeruum Centurionis Paraliticum. qui dixerat ei: domine non ſum Math 8.
dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus. ſuſcitauit & ibi ſi- Ioan 4.

Deſeruit, ſtudio gens tantum accita videndi,
Sæpe hac rege ſatus ſuperum tellure moratus,
Sponte deum ſe detexit, miracula rerum
Aſſeda nunc etiam meminit, meminere caperna,
Et vetus amiſit quæ nomen graia ſebaſte.
It Bethole, eductaq; ad ſydera Beſſais arce,
Et quos piſcoſis Genneſera proluit vndis.

lium reguli. multaq; alia ſigna ſe ibi feciſſe demonſtrat Dominus Ieſus in illa exprobatione, qua dixit, Et tu capharnaum nunquid vſque in cælum exaltaberis? vſque in infernum deſcendes. quia ſi in ſodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te: forte manſiſſent vſ-
que in hanc diem, nec aliam ob cauſam tam duris verbis exprobrauit hanc vrbem. niſi quia ipſe re-
licta Nazareth, & habitans in Capharnaum, multa docuit: & ibi plurima fecit ſigna, quibus con-
Sebaſtæ. uerti debuerant ab iniquitatibus ſuis: & ſequi viam veritatis. * Sebaſte. quæ olim Samaria voca-
batur, regia ciuitas (vt etiam paulo ſupra relatum eſt) dicta verò eſt graia ſebaſte. quia in ea ſum-
Sebome. mo cum honore Sancti Ioannis Baptiſtæ conditæ reliquiæ coluntur. σεβαστὴ namq; grecæ adorabilis &
Betholæ. Bethanath. venerabilis eſt latinę. deriuaturque a verbo σέβομαι. quod colo, veneror, & adoro ſignificat. ſita
eſt in monte altiore Gamala ſupra Idumeam & Samariam. * Bethole. non eſt hæc Bethanath vt in
ſorte Neptalim ſcribitur, neque Bethleem ſortis Iudæ, in qua natus eſt Chriſtus. ſed potius Beth-
leem quę eſt in ſorte Zabulon, ad cuius diſtinctionem, in Euangelio Matthei dictum eſt. cum natus Plin. lib. 5. cap. 13.
eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ. annumeratur autem hic ab authore, quia ſors hæc contra meridiem tran
ſibat vſque in ſortem Zabulonis. quæ res etiam probatur ex verbis Euangelij ſupra accitis. Terra Za-
bulon & terra Neptalim. Item habitauit in Ciuitate Capharnaum maritima. in finibus Zabulon &
Beſſais. Bethſemes. Neptalim. nam ratione confinium vrbs vnius ſortis, ſæpe alij contermine attribuitur. * Beſſais.
Bethſais. Bethſemes hæc dicitur in ſorte. ſed in Euangelio Bethſais vocatur, ſiue Bethſaida; Ciuitas Andreæ,
Bethſaida. Petri, & Philippi Apoſtolorum: prope ſtagnum Genezareth. * Genneſara. Cenereth in ſortis de- Plin. lib. 5.
geneſara cenereth. ſcriptione vocatur, & iuxta ſtagnum prędictum eſt. quod & lacus, & mare Tiberiadis, ab vrbe pro- cap. 15.
xima nuncupatur. quin & lacum ipſum, geneſaram appellari ſcribit Plinius. qui de fluuio Iordane
loquens ait, Ergo vbi prima conuallium fuit occaſio, in lacum ſe fundit; quem plures Geneſaram vo-
cant. xvi. mil. paſ. longitudinis. vi. mil. latitudinis: amœnis circumſeptus oppidis. ab oriente Iu-
liade, & hippo. a meridie Taritię. quo & nomine aliqui etiam lacum appellant. ab occidente Tibe-
tiberias. riade aquis calidis ſalubri. ab hac vrbe Ptolomaus Tiberiadem lacum dicit. * piſcoſis vndis. hoc ideo
dicit: quia propter dulcedinem aquarum piſcibus abundat. & a piſcatoribus frequentatur inter quos
fuere Apoſtolorum primi: quos Dominus Ieſus hominum piſcatores fecit. Eccleſiæ principes, & claui-

geros

geros cœli, nunc ſuperba generis nobilitas? altus eſt enim dominus, & humilia reſpicit: alta verò nobilitatem contra.
a longe cognoſcit. tunc adimpletum eſt Virginis Mariæ Cantici vaticinium. Depoſuit potentes
(principes, ſcilicet illos populi Iudeorum) a regimine Eccleſiæ, & exaltauit humiles (iſtos ſcilicet pi
ſcatores) quorum retibus impliciti, vtinam ad littus terræ viuentium trahamur. * *leuigenæ verò. hi* Leuigenæ Leuitæ.
ſunt Leuitæ: ex leui deſcendentes filio Iacob. quos ideo diſperſit dominus per omnes tribus: vt doce-
rent vbique populum legem dei, & cerimonias eius, & vt commodius ab omnibus alerentur. quorũ Leuitarum officium.
& ſalutem procurabant. ipſis verò leuitis nullam voluit dominus poſſeſſionem aſſignari: ne terrenis
negocijs implicarentur: quo magis rerum vacui, eruditioni populi vacarent: & in lege dei, die no- ſacerdotes contra.
ctuq; meditarentur. quod & ſacerdotes noſtri temporis facere deberent, cum reditus icirco Eccleſiæ
Deut. 32. *aſſignatos percipiant. At in multis verificatur illud Moyſi vaticinium. Incraſſatus eſt dilectus, & re-*
calcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus recalcitrauit. & cetera quæ ibi ſcribuntur. * *ſacrum ge.*
nus. vt qui diuino cultui mancipati, ſacerdotio fungebantur; & miniſterio in ſacrificijs peragendis. de
Exod 28. Leuit. 8. *quorum ſeparatione, & applicatione, vnctione, & officio, ac miniſterio, in Exodo. & leuitico, ſequenti-*
buſq; libris multa dicuntur: quæ & breuitatis gratia omitto: & quia in deſuetudinem carnale illud
ſacerdotium abiuit. cui noſtrum longe melius ſpirituale ſucceſſit. * *colenda. exercenda, tanquàm colo*
nis & agricolis: vel et poſſidenda, tanquàm dominis, nam ad habitandum. vrbes quadraginta octo cũ
ſuburbanis ſuis, per ſingulas familias leuitarum diſtributæ ſunt. quarum nomina, diſtributionemq; ſe-
Iosue. 21. *riatim poſitam in libro Ioſue poteris videre.* * *dux legifer. Moyſes qui primus hebræis legem dedit ad* Legifer Moiſes.
num. 35. *montem Synai.* * *partitus eſt, ideſt partiri præcepit de mandato domini, vt dicitur in numerorum li-*
bro. locutus eſt dominus ad Moyſen dicens. præcipe filijs Iſrael, vt dent leuitis de poſſeſſionibus ſuis
Iosue. 21. *vrbes ad habitandum, & ſuburbana, eorum &c. quam rẽ executus eſt Ioſue, mortuo Moyſe, antequàm*
Deut. vlt. *tranſiret populus Iordanẽ ad terram promiſſionis obtinendam.* * *proq; hub. gl. ideſt loco frugum ac fru*

Leuigenæ vero ſacrum genus omnibus ibant
Immixti, neq; enim propria his regio vlla colenda
Sorte data eſt, ſed diuerſas dux legifer olim
Huc illuc oras æquè eſt partitus in omnes,
cap. 1. cum multiſequẽ. Præfecitq; ſacros aris, proq; vbere glebæ
Et iugulare dedit pecudes, atq; exta cremare.
At non contentus regnis, ſceptriſq; Manaſſeus,
Sortitus quæ trans fluuium ſibi iunxerat ampla,

ctuum, qui ex hubertate terræ proueniunt. * *iugulare, d, pec, paulò minus macelarij fuiſſent.* * *atque exta cremare, ritus ho rum multiplices vide in princi pio libri leuitici.* * *at non contentus. hic agreditur ſortem Manaſſei qui manaſſes dicitur in ſacris litteris. & eſt ſciendũ nomina hebræorum ſicut apud*

manaſſeus manaſſes.
nomina hebreorum.

eos, ſit & apud nos inflexibilia eſſe, niſi pauca, quę ſimilem noſtris habent deſinentiam. quæ licet
poeta, addendo, minuendo, vel mutando, declinabilia reddiderit: ego tamen raro inflecto, ne a
more interpretum diuinæ ſcripturæ videar receſſiſſe. hic Manaſſeus, Manaſſes vt dixi vocatur in di-
gen. 48. *uina ſcriptura. nec fuit genitus a Iacob. ſed a Ioſeph filio eius, deinde ab auo adoptatus cum fratre*
Efraim. cum ceteris filijs Iacob annumerati ſunt in tribubus. xij. in portione hereditatis. & hoc fa-
ctum eſt. vt numerus duodecimus filiorum Iacob in diuiſione terræ promiſſionis in duodecim partes
diſtribuendæ, integer remaneret, amoto licet inde leui, & diuino cultui deputato. & ſimul vt co- magna fratris merces inopiã ſuplentes alterius fratris.
gnoſcamus, quanta ſit merces futura eorum, qui fratrum inopiam proprijs ſubleuant facultatibus:
quæ non ſolum eis augentur in hoc ſeculo: ſed & in futuro duplicatur æternæ hereditatis portio. cu-
ius vmbra & figura quædam fuit illa promiſſionis terra. * *trans fluuium. Iordanem ſcilicet vt me-*
lius intelligantur quæ dicuntur hic eſt aduertendum, quòd terminus terræ promiſſæ a deo filijs Iſrael,
num. 34. *ex vna parte Orientali, ſcilicet vſque ad mare mortuum. erat fluuius Iordanis. verum quia Reges*
trans fluuium habitantes ſeſe illis oppoſuerunt cum exercitibus ſuis, ne tranſirent per eorum fines;
ſimul & cupientes populum delere, eiuſque prædam ducere. fuerunt a Moyſe & Ioſue cum dei a-
diutorio debellati, deletique. & vrbes eorum incenſæ, cunctis habitatoribus interfectis. quamob-
num. 32. *rem cernentes Ruben, Gad, & dimidia tribus Manaſſe (qui habebant pecora multa) regionem de-*
bellatorum Regum herboſam valde, aptiſſimamque pecoribus alendis: obtinuerunt a Moyſe & prin-
cipibus, ſibi in poſſeſſionem dari: promittentes, quòd armati præcederent fratres ſuos: nec diſcede-
rent ab eis, donec & ipſi terram ſibi debitam obtinuiſſent. hinc factum eſt: quòd dimidia tribus
Manaſſe cum prędictis duabus Ruben, & Gad, trans fluuium ſortita eſt hereditatem, altera ve-
rò dimidia cis flumen, cum reliquis nouem tribubus. nomina vrbium vltra Iordanem duabus di-

*ctis tribubus, & dimidiæ tribui manaſſe aſſignatarum partim in libro numerorum, & partim hoc. inter in libro Ioſue & de his dicetur infra. *. Nephecca in ſorte. vocatur Naphet, & a Hieronymo Naphet * Berſa. hæc dicitur in ſorte Berſan, & à Hieronymo Bethſan: ex qua dicit tribũ manaſſe priſtinos accolas non potuiſſe expellere. nunc vero appellari Scytopolim nobilem vrbem paleſtinæ. huius vrbis meminit & Ptolomæus, in phenicia deſcriptione, ſub tetrarchia Abilæ & Lyſaniæ. de qua in Euangelio Lucæ. * venatrix. ſyluis. ſ. abundat, quæ ſunt ferarum domus. poſſumus & altiori interpretatione hoc diſcutere. venator in diuina ſcriptura ſignificat hominum oppreſſorem ſicut legimus in Geneſi. cepit eſſe Nembroth robuſtus venator coram deo. i. hominum oppreſſor, & extinctor, vt declarat S. Iſidorus. venatricem itaq; dicamus hanc vrbem. ſ. vicinos oprimentem. ad hoc facit quod ſubiũxit Hieronymus. hanc vrbem interdum cognominari a ſcriptura domumſan. q in noſtra lingua interpretatur. iniquus.* pecorũq; al, & dora ferarum. paſcuiſq; abundat, & ſaltubus. hæc Dora in ſorte dicitur. Dor eſt oppidis. Dora & dornafeth in libello Hier. quin & doram maritimam appellauit hanc ſymmacus. eſt autem hæc vrbs in nono miliario Cæſareæ paleſtinæ, per gentibus Tyrum. quæ cum cecidiſſet in tribu Manaſſe, eam poſſidere non potuit, quia in ea habitatores priſtini permanſerunt.* Tenachos. Tenach dicitur in ſorte. hãc expugnauit Ieſus, rege illius interfecto. erat in tribu Manaſſe vrbs ſeparata leuitis. & nunc in quarto miliario oppidi legionis huius vrbis nõie oſtẽditur vicus. *nemoroſaq; Iebla. ſed neq; de hac alienigenas valuerũt expellere. quare benedixit, parent nã ſeruierunt ei aliquandiu ſub tributo: dicitur. n. in libro Iudicũ. Manaſſes quoq; non deleuit. Bethſan. Tenach cum viculis ſuis, & habitatores Dor. Ieblaam & Mageddo cum viculis ſuis. cepitq; chananeus habitare cum eis: poſtquàm autem confortatus eſt Iſrael, fecit eos tributarios: & delere noluit. * Et Magedos, hanc quoque vrbem cepit Ieſus rege illius interfecto, in Magedo mortuus eſt

Vbi ſupra. Ioſue. 13.

Ne phecca. Nophec. Naphet. Berſa, Berſan. Bethſan, Scythopolis.

Luce. 3.

venator.

diſt. 6. c. ſi.

Domunſan. Dora, Dor.

Iud. 1. Ioſue. 12.

Tenachos Tẽnach.

Iud. 1.

Iebla.

Magedos.

4 Reg 9.

Protulit Imperium, qua Nephecca, Berſaq; ſurgunt
Venatrix, pecorumq; altrix & Dora ferarum.
Oli etiam parent Tenachos, nemoroſaq; Iebla,
Et Magedos nulli populis opibusq; ſecunda.
Quasq; rigat Taphua claris argenteus vndis.
Ver vbi perpetuum, ſcatebrisq; recentia prata.
Succedunt qui trans Iordanis flumen opima
Arua ſerunt, tribus ipſo etiam deducta Manaſſeo.
Nec non Gade ſati, nec non Rubene creati
Belligero, fratrum cunctorum maximus æuo
Qui fuit vnà omnes vrbem ingrediuntur, vt olim
Vnà etiam ſedem optarunt trans flumen eandem;

Taphua fons. Taphut. Bethaphit.

Ioſue. 15.

*Ochozias Rex Iuda percuſſus à Iehu prope Ieblaam. * Taphua argenteus. nomen fontis, & parui fluuij iuxta vrbem Taphut (ſic enim appellatur à Hieronymo) vrbs vero Taphua eſt in tribu Iudæ: quam & expugnauit Ieſus, rege illius interfecto. & alio nomine dicitur Bethaphut. trans raphin, mil. xiiij. euntibus ægiptum, in termino paleſtinæ. de hoc fonte ſic ſcribitur in libro Ioſue. fuit terminus Manaſſe, ab Aſermachmatà, quæ reſpicit ſychem, & egreditur ad dexteram, iuxta habitatores fontis Taphuę. Etenim in ſorte manaſſe ceciderat terra taphuę, quæ eſt iuxta terminos manaſſe, & filiorum Ephraim. deſcenditq; terminus vallis arundineti, in meridiem torrentis ciuitatum Ephraim, quę in medio ſunt vrbium Manaſſe.* ver vbi perpetuum. eſt enim ibi vallis illuſtris, quæ & arundineti dicitur: propter arundinum copiam. loca ſunt amena, haud abſimilia tempe: quę ſunt in Theſſalia. * ſcatebris. aquarum ebulitionibus. * ſuccedunt qui trans Iordanis flumen op, ar, ſe, bu, euſq; de his vrbibus dictum eſt. quæ. ix. tribubus & dimidie tribui Manaſſe ſorte fuerunt diſtributa, citra Iordanem hieroſolimam verſus. nunc verò de his quę vltra Iordanem, alteri dimidię tribui manaſſe, & duabus tribubus Ruben & Gad data ſunt, dicendum eſt. * Belligero. hoc ideo dicit. quia relictis mulieribus, paruulis; & pecoribus in ſorte ſibi aſſignata, armata manu ſemper praceſſit exercitum Iſrael: donec terra quieuit a pralijs. aſſignatis etiam debitis portionibus reliquis tribubus, militia miſſi fuerunt à Ioſue duce. * maximus æuo, ideſt primogenitus. ſed amiſſit iura primogenituræ: quia nepharium ſcelus perpetrauit; nam patris cubile polluit inceſtu. dormiendo cum bala vxore patris ſui. Etenim dupla portio, quæ illi debebatur, hereditatis paternæ: data eſt Ioſeph. principatus, & regia dignitas in Iudam, & ſacerdotium, (quæ tria primogenito debebantur) in leui tranſlatum eſt. vide lamentationem patris de hac rem circa finem geneſeos. * vnà. iſti tres. ruben, gad, & dimidia tribus manaſſe. * vrbem. hieroſolimam per excellentiam. ad feſta paſchalia. quę nullibi poterant celebrari, niſi in dicta vrbe. vbi templum erat, & quo omnes hebrei ſemper conueniebant. * eandem ſedem. regna videlicet ſeon ammorrei, & og Baſanitidis, ab Aroer, quæ eſt ſuper ripa torrẽtis arnõ, ad ſtagnũ Genes*

Ioſue. 17.

vallis illuſtris & arundineti. ſcatebræ.

Bellige ruben.

primogeniti iura.

Ioſue. 22.

gen. c. pen.

num 32.

deut. 2. & 3. Ioſue 13. zareth vſque. quorum fines, ac vrbes præcipuæ deſcribuntur tam in libro num. deuter. quam in lib. gigantū
Ioſue. * gigantibus nam cuncta Baſan vocabatur terra gigantum. * argobiæ. in ſorte vocatur argob. argobi e argob
& eſt nomen regionis, og, regis Baſan, ſuper Iordanem: quæ data eſt manaſſe. & eſt vſque hodie
vicus circa Ieraſam vrbem arabiæ quindecim ab ea diſtans milibus contra occidentem. qui alio nomine arta
deut. 3. arta, appellatur. * Baſanidæ, Baſan hæc ibi vocatur eiuſdem regis, og, principalis regio: ſic dicta Baſanida
ab vrbe regia eiuſdem nominis. quam & Beſchaiam appellat Hier. in tribu manaſſe ſeparatam leuitis Baſan. Beſchaia
in regione baſanitidi. & eſt notandum, quia poſſumus declinare. baſanis baſanidis. vel. nidos. vt B. ſanis. dis.
hic autor inſ. exit. & baſanitis, nitidis, l', nitidos. qua inflexione vtitur Hieronymus. * Galadina, B. ſanitis dis.
Ioſue 20. & 21. hæc galaad appellatur a Hieronymo eo quod ſit condita ſuper monte Galaad: de quo infra. * ogi. ſolus galadina
geneſ. 14. hic, og, Rex Baſan reſtiterat de ſtirpe gigantum, quos interfecerat chodorlaomor, vt in geneſi legi- og rex & gigas.
deut. 3. tur. & ita monſtrabatur lectus eius ferreus, qui erat in Rabath filiorum Ammon nouem cubitos
habens longitudinis, & quattuor latitudinis, ad menſuram cubiti virilis manus, hac fortitudine, &
num. 21. magnitudine corporis fretus, cum exercitu miræ virtutis, occurrit populo Iſraeli: poſtquam debellaue-
rat ammoreorum Regem Seon, pugnaturus in Edrai. dixit itaque dominus Moyſi. ne timeas eum:
quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum, ac terram eius. facieſque illi, ſicut feciſti Seon
Regi Ammoreorum habitatori Eſebon. percuſſerunt igitur & hunc filij Iſrael. cum filijs eius vniuer-
ſumque populum eius, vſque ad internitionem, & poſſederunt terram illius. quæ data fuit dimidiæ
tribui Manaſſe, vt etiam ſupra dictum eſt, non refero hic: quandam Iudaicam fabellam ſatis ridicu-
lyra. vbi ſupra. lam, de magnitudine & ſede gigantis huius: quia mihi anilis viſa eſt, & indigna relatu. nam & refert
eam atque deridet Nicol. Lyra, ſuper lib. num. * Sexaginta vrbes. quæ omnes erant munitæ muris al- lx. vrbes baſanitidis.
tiſſimis, portiſq; & vectibus, abſq; oppidis innumeris, quæ non habebant muros. quas omnes vrbes
nu. 32. eodem impetu deleuerunt filij Iſrael. deinde Iair filius manaſſe reedificauit, appellauitq; de nomi-

num. 22. deut. 3.

Indigenis quondam regnata gigantibus arua,
Argobiæ qui rura colunt, Baſanidaq; oram,
Qui ſaltus Galadina tuos, Ogiq; ſubactas
Sexaginta vrbes, Galaticaq; oppida, Iabin,
Et ſebaman, Balmenq; Ramotha, Golamq;, Nabenq;,
Edrenq;, Selcanq; & Semirutam Cariathen,

ne ſuo Anothiair id eſt villas anothiair.
Iair. * galaticaq; oppida. a galaticha. oppida
monte Galaad ſic appellata galaad mons.
quem Moyſes dederat Machir
filio Manaſſe. qui interfectis
habitatoribus ammorreis, vr-
bium nomina mutauit. de hoc
monte ſic ſcribit Hier. Galaad
mons eſt, ad quem vij. die profectionis a Socero laban venit Iacob. eſt autem ad terga Phœnicis &
arabiæ collibus libani copulatus (quem Ptol. antilibanum vocat) extenditurque per deſertum, vſq;
ad eum locum, vbi trans Iordanem habitauit olim Seon rex ammorreorum. cecidit ſupradictus mons
hier. 22. in ſortem filiorum ruben. gad. & dimidiæ tribus Manaſſe. ſed & Hieremias loquitur, Tu Galaad mi
hi initium es libani. a quo monte, Ciuitas in eo condita ſortita eſt vocabulum. quam & cepit de am-
1. regū 11. morreorum manu Galaad filius Machir filij manaſſe. * Iabin. hanc puto eſſe, quam liber Regum appel- galaad viri nomen.
lat Iabes Galaad: quam Naas ammonites obſedit, rogatusq; vt deditos acciperet ſub tributo. reſpon- labis que & iabes galaad.
dit in hoc feriam vobiſcum fœdus. vt eruam omnium veſtrum oculos dextros: ponamque vos in op- Naas rex ammonitarum.
probrium vniuerſo Iſraeli. at ſuperueniens Saul cum exercitu, percuſſit ammonitas: fugauitq; &
adeo diſperſi ſunt, vt non inuenirentur duo ſimul et liberati ſunt obſeſſi a cōminato opprobrio. hanc vr
bem cum reliquis ante expugnauerant filij Iſrael, & deletis habitatoribus reparauerant eam, nunc
autem vicus eſt trans Iordanem, in ſexto miliario Ciuitatis pellæ, ſuper montem euntibus Geraſam. pella geraſa
* Sebaman. fuerat olim hæc ciuitas Moabitarum, in terra Galaad, quæ cecidit in ſortem tribus Rubem ſebama
& huius meminit Eſaias in viſione contra Moabitas. * Balmenq;. ſic dicta eſt. a Baalemone monte, balmen. baalemon
circa libanum in finibus Allophylorum. * Ramotaq;. Ramoth appellatur hæc vrbs. eſtq; in tribu Ramoth.
Ioſue 21. gad, Ciuitas aſſignata ſacerdotibus, & fugitiuis, in terra Galaditide. hanc vrbem rex Syriæ longo
3. reg. 22. poſt tempore occupauit. quam cum achab rex Iſrael, adiuncto ſibi Ioſaphat rege Iuda, voluiſſet re- gola.
cuperare: in prælio iuxta illam commiſſo fuit interfectus. * Golamque. Gol dicitur a Hieronymo hæc gol.
vrbs in terra Galaditide vbi commiſſum eſt prælium inter David & Abſalon, in campo qui dicitur ad
ſaltum Ephraim: quia erat e regione ſortis eius Iordane intermedio. * Nabenq;. vocabatur hæc Na- Naben. naboth.
both Ciuitas filiorum Rubem in regione galaad. cuius & meminit Eſaias in viſione contra Moab. for- Nebo mons.
te ſic appellata, a monte Nebo. vbi & Moyſes mortuus eſt, qui & vſq; hodie oſtenditur in ſexto mi- eſbus. edren
deut. 3. Ioſ. 12. liario vrbis Eſbus, contra orientalem plagam. * Edrenq; ſelcanq;. polyſyntheton eſt. i. multa nimis ſelcan. edrai.

copula,

Adara copulæ. Edrai dicitur hæc, vbi interfectus eſt, Og, Rex Baſan Gigas Potens, omniſq; illius cæſus
eſt exercitus. nunc autem vocatur Adara inſignis ciuitas arabie in vigeſimoquarto lapide ab oſtia.
ſelca ſalcca. * ſelcamque. ſic & Hier. eam appellat, ciuitatem regionis baſanitidis. ſed in libro Ioſue dicitur Sale- ibidem.
cariathes. cariathaim cha. * Cariathen: cariathan dicitur. in lib. ſupraſcripto fuit filiorum ruben. nunc autem vicus eſt
Chriſtianis omnibus florens, iuxta mediabam vrbem arabia, & appellatur coraiatha. in decimo mi-
mediaba que & me taba coraſtha liario ſupradictæ vrbis, contra occidentalem plagam: vicinus eius loci qui appellatur. Baia. * alio no-
mine terræ. nam frequenter in mutationibus regnorum, & reparationibus vrbium, ipſarum mutan-
Baie. tur & nomina, pro regum ac inhabitãtium voluntate. * cedriferæ Arimnes. hæc & Ar, & Areo-
veruti. dolonei polis dicta quondam Regis amorreorum ſeon. * terga veruti. i. armati dolonibus ſicut & volſci po-
puli dicebantur veruti. qui dolonibus. i. (pilis clam veru prefixis) in bello vterentur vnde Virgi- georg. 2.
boſoris & boſor. lius Aſſuetumque malo ligurem, volſcoſque verutos. * Boſorim. quæ, & boſor in ſolitudine ſita in
terra campeſtri de tribu rubenitarum ciuitas confugij. ac ſacerdotalis aſſignata leuitis. hanc vrbem deut. 4. ioſue 21.
poſt modum occupatam a gentilibus prehendidit Iudas Machabeus & ſuccendit eam igni, alienigena- 1. Mach. 5.
rum maſculis omnibus interfectis. hebreos veros ibi repertos & in tota hac regione galaditidi tran-
Rabates rabbath & rabba. ſtulit in iudeam. * Rabathenq;. Rabbath. & rabba vocatur. & erat regni ammonitarum: quorum
dimidiam partem poſſederunt filij Iſrael vſque ad, aroer, quæ eſt contra. Rabba. vt in lib. Ioſue. ioſue 13.
hanc vrbem iterum ab ammonitis interceptam, obſedit Ioab Princeps militiæ David longo tempore; 2 reg. 13.
erat .n. munita valde, vt pote vrbs regis regnique caput; ſed tandem ſuperueniens Dauid cum reli-
quo populo expugnauit eam. tulitq; diadema regis eorum de capite eius pondo auri, habens gem-
maſq; precioſiſſimas. & impoſuit capiti ſuo. nunc autem eſt ciuitas illuſtris Arabia quæ Philadephia

Hæc tunc nomina, nunc alio ſunt nomine terræ.
Tum qui cedriferæ paſcunt aſperrima Arimnos,
Omnes fronde caput tecti, omnes terga veruti.
Qui Boſorim, Rabathenq; tenent, qui Gaulida,
Fortibus exercent tauris Bataltidos oram,
Et quos humectat præceps de montibus Arnos,
Nec vos tranſierim, qui prata feracis Abillæ,
Quiq; Eleale viri metitis, virideinq; Aſerota,
Seoniamq; Eſebon ſaxis horrentia regna,
Deſertaſq; Cades, quas Phaſga habet arduus, & quas

philadelphia dicitur. gaulida. gaulon ſa-
gaulis gaulon. cræ litteræ hanc appellant ciui-
Bathaltis. tatem ſacerdotalem, ac fugiti-
uorum, in regione baſanitidi.
tribus manaſſe * Bathaltidos
oram. nec in ſortium deſcriptio
ne, nec in libello Hieronymi
potui inuenire vocabulum hoc
neq; vnde excerpſerit aliquod
confine. niſi forte ab aliquo iſto
rum facta magna mutatione.
literarum. Abamothbaal, Ba-
almaon. Bethphagor, Bethaiſmoth quæ vrbes fuerunt in regione Seon Regis Eſebon. Item Bethanim
arnos. in valle quoque Betharam, Bethnemra. quæ diſtributæ ſunt cum multis alijs duabus predictis tri-
bubus & dimidiæ tribui Manaſſe. * Arnos. torrens eſt aquo incipiebat regnum Seon regis eſebon. de
quo ſupra diximus. At Aroer quæ eſt ſuper ripam torrentis arnon &c. de ſuper ripa torrentis huius
Ar. arnoe. eſt Ar locus, & oppidum. Arnoe. eſt etiam ibi vallis quædam interrupta, ſatis horribilis & peri-
culoſa, non procul ab areopoli (que & moab antiquitus dicebatur) latronum ſtatio gratiſſima,
quare & militum præſidia ex omni parte erant diſtributa, arnoas hæc quoque vocabatur ab arnoe tor
Abilla Abel. rente. * feracis Abillæ. Abel vinearum, vbi dimicauit iepſe. eſt hodieq; villa in ſeptimo lapide Phi
laldelphiæ, nomine Abilla, vinetis conſita. aliaquoq; eſt ciuitas nomine Abilla vini fertilis in 12. aga
daris miliario contra orientalem plagam. nec non & tertia in phenice Abilla, inter damaſcum &
Eleale. paneaden. ſed de prima loquitur hic. Eleale, ciuitas hæc fuit ammoreorum in galaad, quæ cecidit in
ſortem tribus Ruben, meminit huius Et Eſaias in viſione contra Moab, & Hieremias ſed & vſque eſaiæ 16.
hodie villa grandis oſtenditur. in primo ab Esbus miliario. ipſa eſt Eſebon, de qua nunc dicemus. hierem. 48
Aſerothis. aſtaroth. * Aſerota. Aſtaroth alias. Aſeroth hanc puto eſſe antiquam ciuitatem, og, regis Baſan in qua habita Vbi ſupra.
uerunt gigantes. & poſtea cecidit in ſortem tribus manaſſe. regionis betpaneæ & ſex milibus ab Ada
eſebon. ra vrbe ſeparata eſt. * Seoniamq; Eſebon ſic & in ſacris litteris dicitur fuit ciuitas regia, Seon regis
Ammoreorum in terra Galaad. quæ cum fuiſſet ante moabitarum, ab ammoreis belli iure poſſeſſa eſt
esbus. meminit huius Hieremias, ac Eſaias in viſione contra Moab. porrò nunc vocatur Eſbus: vrbs inſi- deut. p.
cades 3. gnis arabiæ, in montibus qui ſunt contra Ierico xx. a iordane milibus diſtans. fuit autem in tribu Ru-
ben vrbs ſeparata leuitis. * deſertaſq; Cades. tres fuerunt huius nominis vrbes. Cades vbi fons exti- eccleſiaſti-
petra. tit indítij. & Cades Barnem deſerto quæ coniungitur ciuitati petra in arabia. vbi occubuit Maria ſo- ci. 24.

ror

ror Aron. & Moyſes rupe percuſſa aquam ſitienti populo dedit. & monſtratur ibi vſq; in preſen-
tem diem Mariæ ſepulchrum. de hac videtur ſenſiſſe ex quo dixit Deſertaſq; cades. ſunt quippe in de-
deut. c. 1. *ſerto ſyn. ad hoc facit id quod ſcribitur in principio Deuteronomij vndecim diebus populum veniſſe de*
oreb, per viam montis ſeir vſq; cades barne moxq; dicitur, Moyſen locutum fuiſſe quæ præcepit domi-
nus ad filios Iſrael poſtquam percuſſit ſeon regem ammorreorum, & og, regem Baſan: qui manſit in
Aſeroth, & Edrai, trans iordanem, in terra Moab, ex quo poſſumus conijcere. cades. potuiſſe in
regnis eſſe prediĉtorum regum: quos iam ante debellauerat. ſed contra hoc videtur facere quod in li-
num. c. 33. *bro numerorum. poſtquam venerunt filij Iſrael in cades Barne, numerantur prope xi. manſiones, vſq;*
ad Belſathim in planioribus locis moabitarum: vbi locutus eſt dominus ad Moyſen verba trium capi-
tum eiuſdem libri, que reſidua ſunt. & vt ait Nicoalus lyra, que habentur in deuteronomio, quod
procul dubio ſcriptum eſt a Moyſe in diĉtis campeſtribus moab, vt apparet ex vltimo capite diĉti libri
quo circa ad euitandam difficultatem hanc, fortaſſe non inepte intelligemus hanc eſſe cademoth, quæ cademoth.
& cades dicitur. quæ etiam teſte Hieronymo eſt in deſerto. vnde Moyſes miſit legatos ad Seon regem
Ammorreorum, verbis pacificis, pro tranſitu obtinendo, quem cum negaſſet, obuiusq; veniſſet ar-
matus in Iaſa deletus eſt cum toto populo. niſi quis contenderit hanc vrbem, & ſuperiorem eandem
eſſe diſputationi ſequentium hanc relinquo. * *phaſga arduus, vertex eſt montis nebo, ſicut dicitur in* phaſga Nebo.
fine deuteronomij. Aſcendens Moyſes de campeſtribus Moab ſuper montem, nebo, in verticem phaſ-
ga, contra Hierico: vidit inde promiſſionis terram ſed non intrauit in eam mortuuſq; ſepultus eſt moiſi mors.
ab angelo in valle terræ Moab contra Thogor. nemo cognouit ſepulchrum eius vſq; in preſentem diem
Iudæ c. p. *ne a Iudeis ad idolatriam pronis corpus eius adoraretur. hinc & dicit Iudas apoſtolus, cum Diabo-*
lo de corpore Moyſi angelum altercatum fuiſſe. ſcribit autem & Hier. phaſgam, ciuitatem Ammor-

Hinc atq; hinc Heſmus præruptas ſuſtinet vrbes,
Quas Abaris cuius nimboſo è vertice quondam
Paſtores, admirati videre morantem
Iordanem ingenti ſubſidere mole coacta
Vndarum, & curſu cedentia flumina retro,
Dum domus Iſacidum promiſſa capeſceret arua.

reorum eſſe. Item & montem
contra orientalem plagam vr-
bis hierico. * *Hermus. de quo* hermus.
ſic dicitur. in deuter. Tulimus
terram duorum regum Am-
morreorum, qui erãt trans Ior-
danem, a torrente arnon, vſq;
ad montem hermon: quem ſi-
donij, ſarion, vocant: & ammorrei ſanir. Hier. ſcribit montem Hermon paneadi imminere. quem
quondam tenuere Aeuei, & Ammorrei, de quo nunc æſtiuæ niues Tyrum ob delitias deferuntur.
Ioſue c. 13. * *vrbes. quas vide in libro Ioſue in deſcriptione ſortis, Rubenitarum, gaditarum, & dimidiæ*
num. 27. *tribus manaſſe.* * *Abaris. legimus in libro numerorum dominum Moyſi dixiſſe. Aſcende ſuper mon-* Abaris.
tem iſtum Abarim, & contemplare inde terram quam daturus ſum filijs Iſrael. cumq; videris eam,
ibis, & tu ad populum tuum, ſicut frater tuus Aaron. & in deut. (ut Paulo ſupradiximus) le-
deut. i fin. *gitur moyſen aſcendiſſe montem Nebo, in verticem phaſga contra hiericho. quare dixerunt expoſito-*
res. Abarim montem eſſe magnum & præcipuum totius regionis, Nebo, vero vnum de multis colli-
bus eius, in cuius verticem appellatum phaſga Moyſes conſcendit ad videndam promiſſionis terram.
Hier. autem dicit. Abarim montem eſſe, in quo mortuus eſt Moyſes. qui, & dicitur Nebo in terra
Moab, contra hierico ſupra iordanem: in ſuper aliophaga. oſtenditurq; aſcendentibus de libiade in,
Ioſue c. 3. *Eſbin, antiquo hodieq; vocabulo, iuxta montem phagor (qui & phogor dicitur in deut.) nomen*
priſtinum retineate. a quo contra eum regio vſq; nunc appellatur phaſga. * *nimboſo vertice. dicitur in* iordanis conuerſio.
libro Ioſue. quod ingreſſus ſacerdotibus Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinĉtis. ſteterunt
aquæ deſcendentes in loco vno, inſtar montis intumeſcentes, apparebantq; procul ab vrbe quæ vo-
catur Edon. vſq; ad locum Sarthan. quæ autem infra erant, deſcenderunt in mare mortuum: donec
omnino deficerent. & ſacerdotes ſteterunt ſuper ſiccam humum in medio Iordanis, quouſq; populus
totus per alueum tranſiuit ſiccis pedibus. porrhò locus ille Sarthan. eſt ad radices Iezrael, quæ fuit
in tribu Manaſſe, in campo maximo inter Scytopolim & legionem. quare non eſt mirum, ſi etiam
de ſummo vertice montis huius Abaris, potuerint aquæ videri. * *cedentia flu. retro. id etiam cecinit*
Dauid. In exitu Iſrael de egipto &c. vſq; ibi Mare vidit & fugit, Et Iordanis conuerſus eſt retror-
pſal. 113. *ſum. Quid eſt tibi mare quod fugiſti? & tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum?* * *capeſſeret. ad ca-* capeſſo.
lau. val. *piendum iret. hic optime probatur laur. vale ſententia de verbis in ſſo. vt ſig. gerundij vim principa-* de verbis i ſſo regula.
lis, adieĉto verbo, eo. vt viſo, ad videndum, eo, faceſſo ad faciendum eo, ſic & capeſſo (vt eſt hic)

ad

deſideratiua verba.

*ad expiendum eo. addiderim ego ſemper, quodam cum magno deſiderio. quare non redarguerim eos, a quibus deſideratiua appellari digna viſa ſunt. cum inſe proculdubio deſiderium & affectionem includant, vt probat hic locus. nam quo deſiderio tenebatur populus Iſraeliticus accedendi ad terram, in qua requieſcerent, pro qua egreſſi de egipto, per deſertum xl. annis vagis diſperſiq; fuerunt. interrogentur omnes peregrini procul a patria. interrogentur & troiani quo deſiderio faceſſebant. iuſſa ducis æneæ, vt ad Italiam ſibi promiſſam tenderent. Item quæratur a Priamo an eum max. deſiderio ibat ad videndam ſororem prius captam ab hoſtibus deinde ſatis in digne victori ipſi licet raptori matrimonio locatam. ſed iam ad ceptam expoſitionem redeamus. * promiſſa arua. a domino deo. qui pollicitus fuerat ſe introducturum eos in terram fluentem lacte & melle .i. vberrimam * poſtremi ſubeunt Beniamidæ.* Iosue 18.

Beniamidæ.

*fecit autor id quod habetur in euangelio & erunt primi nouiſſimi, & qui erant nouiſſimi, primi. de his enim legimus in libro Ioſue. & aſcendit ſors prima filiorum Beniamin per familias ſuas, vt poſſiderent terram, inter filios Iuda, & filios Ioſeph &c. eſt autem Beniamides patronimicum formatum ab eo quod eſt Beniamus, niami, addita, des. factum eſt Beniamides. quadriſſyllaba dictio. nam facile litera i. fit conſonaante aliam vocalem poſita. * e ſede propinqua. mos eſt agrimenſoris, vt ex vna parte egrediens, tandem omnibus ambitis finibus ad eandem, licet, altera reuertatur via. hunc morem ſeruauit etiam vates noſter. nam egreſſus de terra Iuda ab auſtrali plaga,* Iosue 18. num 34. *redit ad eandem ab orientali, & aquilonari. ſiquidem ſors Beniamin habuit terminos a Iordane contra aquilonem, vſq; ad latus Hiericuntis, quod vergit ad orientem terræ Iudæ. * lætiſſima tellus .i. fertiliſſima.*

Solimæ que & Hieruſalem.

** maxima ſolyme, vt pote clariſſima vrbium orientis, & totius regni caput. etenim pars illa Hieruſalem. in qua diutius habitarunt hiebuſei, ſortis erat Beniamin, altera vero Iudæ. vnde vocata eſt etiam Iebus quæ, (vt ait Hieronimus) fuit in tribu Beniamin. **

Iarephile ierphel.

*Iarephile. Iaraphel in ſorte vocatur. & Ierphel a Hieronymo. * Luzæ binominis. nam eam poſtea cognominauit Iacob. Bethel* gen. 28.

Luza Bethel.

id eſt domum dei. quia viderat ibi ſcalam aſcendentem ad cælum, Angeloſq; aſcendentes, & deſcendentes: & dominum innixum ſcalæ ſibiq; dicentem. Ego ſum Deus Abraam patris tui. & Deus Iſaac; Terram in qua dormis, tibi dabo; & ſemini tuo, eritq; ſemen tuum quaſi puluis terræ. dilataberis ad orientem, & occidentem, ſeptentrionem & meridiem, & benedicentur in te, & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ. &c. Eſt autem vſq; hodie villa, in ſiniſtra parte Iudæ a Neapoli pergentibus Aeliam.

Poſtremi ſubeunt aduecti e ſede propinqua
Beniamidæ, data ſorte quibus lætiſſima tellus
Maxima vbi & ſolymæ totius regia gentis,
Altaq; Iarephile, Luzæq; binominis arces,
Quæq; modò quartá regem iam luce ſepultum
Bethane obſtupuit reuocari ad munera vitæ,

Aelia que & hieruſalem.

hæc eſt Hieruſalem, ab Aelio adriano reparata, & cognominata. ſed non in toto ſitu vbi fuerat prima. nam & locus ſepulchri d. n. Ieſu ch. modo introcluſus eſt. qui prius foris extiterat. hæc icciro adſcripſi: quia crebram in his commentarijs huius vrbis Aeliæ mentionem fecimus nec in toto veteri, vel nouo teſtamento, id vocabulum reperitur, quod diui Hieronymi temporibus in ore omnium vbiq; verſabatur.

capitolia que & hieruſalem. herodium.

ſed & capitoliam vocari dixit Ptolomeus tempore ſuo, & Plinius. nomen (ait) iudeæ modo herodium, cum oppido illuſtri eiuſdem nominis. eſt etiam altera Luza, quæ cecidit in ſortem filiorum Ioſeph. iuxta Sichem, in tertio lapide Neapoleos. In deſcr. iudeæ. *" quarta, i.am, r,l,s, quatriduanum Lazarum, in ſepulchro iam* lib. 5. s. 14. *quattuor dies habentem, quiq; iam fetebat, a domino ſuſcitatum. nota eſt hyſtoria, & quam ſupra* Io. 11. lib. 1. fo. 15

Bethanæ que & Bethania.

ad longum eum poeta retulimus. Bethane. Bethania dicitur in euangelio villa eſt in ſecundo ab Aeliæ miliario; in latere montis olineti, vbi ſaluator noſter Lazarum ſuſcitauit. cuius & monumentum in

Bethana que & bethanea.

eccleſia ibidem extructa demonſtratur. eſt altera Bethana, quæ & Bethanea, in tribu neptalim xv. a cæſarea lapide. in qua dicuntur lauacra eſſe ſalubria. quod autem in euangelio. Io. legitur. hæc in Bethania facta ſunt trans iordanem, vbi erat Ioannes Baptizans. Io. c. p. *& ſi gloſa ibi volens literam excuſare, dicat, vel duas eſſe Bethanias. illam trans iordanem, & alteram citra non longè ab Hieruſalem.*

bethabora.

vera tamen littera eſt. Bethabora. vt cirillus teſtatur. ſic .n. ait. Quædam exemplaria certius habent in Bethabora. Bethania .n. non vltra Iordanem, neque in deſerto erat. ſed prope Hyeroſolimam. idem aſſerit & origenes. qui (ait) Bethabora interpretatur domus preparationis. & conuenit cum baptiſmo Ioannis preparantis domino plebem perfectam. Hier. quoq; ſic ſcribit. Bethabora trans iordanem, vbi Ioannes in pænitentiam baptizabat. vnde & vſq; hodie plurimi de fratribus; hoc eſt de numero credentium, ibi renaſci cupientes, vitali gurgite baptizantur. hæc autem quæ dixi, quamquam

vera

vera ſunt, non tamen auſim reprehendere eos, qui propter aſperitatem vocabuli, potius Bethaniam, quam Bethaboram legendum putant. cum & diuturnus longi temporis vſus, teſte horatio, vocabula
in arte poetica. *poſſit ad libitum mutare.* Et tarela. idem nomen habet etiam in ſorte. * Samare. ſamaraim ſors eam* tarela
appellat, nec eſt illa ſamaria vrbs & regio de qua ſupra, omnis iſt galilea, omnis ſamarea penatet, Deſeruit ſtudio tantum accita videndi. puto autem eſſe quam Hier. ſames appellat. & dicit eſſe in tri Samare que & Samaraim Sames.
*bu Beniamin. fontemq; ſolis interpretari ab Aquila Iudeo interprete. * lentiſcifera Gabaotæ. ex Ga* Lentiſcifere.
Plin lib 24 c 6 & 7 *baa vrbe beniamin de qua in libro Iudicum. dicuntur autem lentiſcifera. propter arborem lentiſcum,* gabaota
cuius ibi magna eſt copia, uis medica huius arboris, ac liquida reſina ex ea fluente, multiplex a Pli- lentiſcus.
Iudicum 19 ac 20. *nio eſſe dicitur. quem vide libro 24. * gens infeſta feris. peſſimi erant homines iſti Gabaotæ, ſodomitis ac Gomnorreis haud abſimiles. nam propter inauditum ſcelus, indignumq; relatu, ab his nefarijs patratum. penè tota tribus Beniamin a reliquis tribubus deleta eſt, in tanti ſceleris vltionem. euaſereq; tantummodo ſexcenti viri. vrbibus eorum vltrice flamma conſumptis. * luporum. quorum &*
aeneid li. 7. *mores traxere. * ſepire plagis. caſſibus ambire. * mane recentes c, h, p, quamuis morum ac vitæ qualitatem huius gentis preduram deſcribat ſimilem æquicolæ maronianæ: aliud tamen intendit. refert* Beniamin benedictio.
gen. 49. *.n. benedictionis paterna verba ad Beniamin habita. Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia. quod vaticinium non de venatu ferarum, vt videtur hic interpretari vates. ſed potius de oppreſſione hominum intelligendum eſt. nam cum eſſet tribus bellicoſa, freta virorum* Beniamin pene extinguur.
fortium multitudine, ceteras tribus xi. ſpernebat, opprimebatq; oblata oportunitate. cum quibus &
Iud. c. 20. *auſa eſt bellum gerere. biſq; ſola, ceteras pugnando fugauit. tertio deinde congreſſu penè extincta eſt, ceſis 25 millibus ad bella promptiſſimis. & hoc pacto nefandorum ſcelerum temerariæq; audaciæ pœnas luit. aliter (& verius vt puto) illud vaticinium de Saulo (& poſt, Paulo) dictum interpretatur Auguſtinus. cuius verba Paulo infra citabimus. cum de Saulo ipſo erit agendum. * veſper olympum*

Et Tarela, & Samare, & lentiſcifere Gabaotæ,
Gens infeſta feris, ideo exuuiaſq; luporum
Induti incedunt iuuenes, canibuſq; fatigant,
Quas ſepire plagis iuuat vſq;, & frangere ſyluas.
Atq; adeo aſſiduo venatu mane recentes
Conuectant humeris prædas, quas, veſper olympum.
Claudit vbi, gaudent partiri, epuliſq; fruuntur,
Atq; inter ſeſe per agros conuiuia curant.
Hic adſunt queis Maſpha domus. quibus arduus Hemē,
Difficiles colles, ac ſcabra crepidine terga,
Qui liquere Recen, celſaſq; Berothidos arces,
Atq; Sylum quondam gaudentem paupere templo,

claudit, ſecundum poetas, qui dicunt. veſpere. i. ſtella illa ſatis nota. per noctis aduentum claudi cœlum. mane verò, exorta eadem ſtella quæ tunc lucifer appellatur, aperiri, propter aduentum diei. reuera autem neq; clauditur neq; aperitur cœlum, ſed illuceſcente ſole fit dies. recedente vero ab hemiſperio noſtro, noctis tenebre cœlum inumbrent, neceſſe eſt. conuiuia curant. poteſt eſſe hypallage. i. corpora
*conuiuijs curant. * queis, pro quibus Maſpha domus. huic vrbi in ſorte nomen eſt Meſphæ. nec vide-* Maſpha que & meſphæ.
Iud. 20. *tur illa vrbs Maſpha, in qua congregati ſunt omnes filij Iſrael de Dan vſq; Berſabeæ, quaſi vir vnus,*
Hierem. 40 *aduerſus tribum Beniamin. quæ potius ad tribum Iudæ pertinebat, iuxta verba Hieremiæ dicentis. venerunt in terram Iuda ad Godoliam in maſfat. niſi dicamus eādem vrbem fuiſſe in confinibus Beniā* ſaul
1. Reg. 10. *min & Iudæ. nam & Samuel congregauit populum in hac vrbe, pro electione, & vnctione publica*
1. Reg. 9. Ioſue 18. *Saulis in regem, qui fuit ex tribu Beniamin, filius Cis Gabaotæ. * Emen. nomen montis, ad cuius radices fuit villa Hemona. propter quandam vallem appellatam Emath raphaim. i. vallis raphaim, quæ* Hemen mons Hemona Hemath raphaim.
*eſt in tribu Beniamin, vt ſcribit Hieronymus. * difficiles colles. quo ad culturam intellige. quia ſerui pei ac ſaxoſi. * ſcabra terga, aſpera montis dorſa. * crepidine, abruptarum rupium ac ſaxorum al-* crepido.
*titudine. vel etiam exeſa a frequenti torrentis aqua ablutione. id etenim etiam ſignificat crepido. quia ibi aqua alluens currendo crepitat. ponitur & pro ore putei, & pro acuta aſperaq; extremitate cuiuſq; loci, vel rei. * Recen, idem nomen habet in ſorte. * Berothida. in ſortis deſcriptione, & in li-* Recen Berothis que & Beroth.
bello Hieronymi huic Beroth nomen eſt. Berith vero nomen eſt idoli vrbis ſichem, de quo in libro Iu- Berith idolum
Iud. 9. *dicum dicitur. ingreſſi ſunt in phanum dei ſui Berith. * ſylum. non eſt hæc vrbs ſela, quæ in tribu*
Ioſue. 18. *Beniamin eſt. ſed ſylo. quæ fuit in tribu Efraim de qua extitit Ioſue. vbi poſt multas victorias congregati filij Iſrael fixerunt tabernaculum teſtimonij: in quo erat archa domini. & in hac vrbe manſit, vſq; ad tempora Samuelis. quando ſylo a phyliſteis irruentibus deſtructa eſt. & arcam ipſam* Sylum Sylo

duxerunt

*duxerunt captiuam. quam deinde remiſſam tranſtulerunt in Nobe. verum hæc vrbs poſita eſt hic inter ciuitates Beniamin, quia erat in confinibus vtriuſq; ſortis, * paupere templo cõparatione permagnifici illius templi, quod condidit Salomon rex. de quo in primo libro multa dicta ſunt. * helephon,* fo.21. & 3. reg.c.6.

Helephon. heleph. *in ſorte vocatur. heleph. * Auin, Am. Sel, eiſdem vocabulis appellantur inter 26. vrbes ſortis Beniamin, nec in ipſis quicquam notabile geſtum eſſe legimus. * vlulata Rhamæ. tangitur. hic quod habetur in euangelio Mathei herodes videns q̃ illuſus eſſet a magis, iratus eſt valde: & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius, a bimatu, & infra. ſecundum tempus quod exquiſierat a magis. tunc adimpletum eſt, quod dictum eſt per Hieremiam prophetam. vox in rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus. Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt. dicit tamen Hieronimus ſuper Math. quod autem dicitur in Rama, non putemus nomen loci eſſe, quod eſt iuxta Gabaa. ſed rhama excelſum interpretatur. vt ſit ſenſus. vox in excelſo audita eſt .i. longe lateq; diſperſa. verum hic autor ſecutus eſt quod in ſepe citato libro ſcribit idem Hieronymus Rhama (inquit) eſt alius locus in tribu Beniamin iuxta Bethleem pro quo dicitur vox in rama audita eſt &c. de hoc in libris hebraicarum queſtionum plenius dicitur. nolo tamen o lector putes Hieronymum ſibi ipſi contrarium. nam libelli huius de hebraicis nominibus, non fuit autor ſed tantum interpres. ſicut in prologo teſtatur dicitq; circa medium eius libelli: lectorem agnoſcere debere, non omnia que transfert probare. quia de his: in libris hebraicarum queſtionum plenius diſputauit.*

Amoſa Sela. Rhamæ. Math.2. Rachel. hier.3. Rhama.

** Rachellidos arua. nam de Rachelle natus eſt Beniamin, in cuius ſorte erat hæc vrbs Rhama. & licet Bethleemitæ pueri fuerint ab Herode interfecti, quia tamen Iudæ tribus (cuius erat Bethleem) tribui Beniamin adhærebat, multi etiam ex ſorte Beniamin cæſi fuere. * Gabeone domo. Gabaon hæc dicitur in ſorte. vrbs magna ciuitatumq; regalium vna, & maior oppido hay inde Gabaonitæ dicti ſunt. qui ſupplices venerunt ad Ieſum, callideq; ſimulantes ex longinqua terra venire, pacem, ac fœdus a filijs Iſrael extorſerunt. nec fuere conſumpti, vt cæteri terræ illius incolæ cananei. ſed reſeruati ſunt ad ligna cædenda, & ad aquam comportandam, in miniſterio domus dei, & populi. quin etiam defenſi ſunt a duce Ieſu ab Adoniſedech rege Hieruſalem, eos, quia transfugerant ad hebreos oppugnante, tuncq; prælio commiſſo, facta eſt ea longa ſolis mora, de qua ſubiungit poeta. porrò etiam nunc oſtenditur villa nomine gabaon, in quarto miliario Bethelis, contra occidentalem plagam. iuxta Rhama, & Remon. vbi & Salomon hoſtijs immolatis diuinum meruit oraculum. fuit & hæc ipſa vrbs Gabaon ſeparata leuitis. * Hierichunte prof, de hac vrbe ſupra diximus. eſt .n. ea prima quam iordane transgreſſo ſubuertit Ieſus. cuius ſeptemplices muri ſolo tubarum clangore, & clamore populi corruerunt. probibitaq; eſt ſub maledictione eius reedificatio, in quam incurrit Ozam: qui & Abiel de Bethel, iterum extructa Hiericho. quam tamen dominus noſter Ieſus Chriſtus ſua preſentia illuſtrare dignatus eſt, Zachei ſuſceptus hoſpitio. ſed & hæc eo tempore quo Hieruſalem oppugnabatur a Romanis, propter perfidiam ciuium, capta atq; deſtructa eſt. pro qua tertia rurſus ædificata eſt. quæ hodie permanet. & oſtenduntur vtriuſq; vrbis veſtigia vſq; in preſentem diem. * indigenas. ordo eſt. fama eſt indig, vidis, ſol, obl, via aſſ, me, diu conſid, imp, ducis &c. * indigenas non ad Hiericuntinos tantum hoc referas. ſed potius ad Gabaonitas, apud quos commiſſum eſt illud prelium, in quo (vt dixi) factum eſt iſtud miraculum. nam cum fugerent hoſtes, qui prius obſidebant gabaon. percuſſi ab irruente ſuper eos Ioſue, & eſſent in deſcenſu Betheron, pluitq;, dominus ſuper eos lapides magnos de cælo, vſq; ad Azecha, multoq; plures mortui ſunt lapidibus grandinis, quam gladijs filiorum Iſrael. tunc locutus eſt Ioſue domino. Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem baylon. ſteteruntq; Sol & Luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis. nonne ſcriptum eſt hoc in libro iuſtorum? ſtetit itaq; Sol in medio cæli, & non feſtinauit occumbere ſpacio vnius diei, non fuit ante & poſtea tam longa dies, obediente domino voci hominis, & pugnante pro Iſrael. * hos inter, Beniamidas .ſ. & eſt anaſtrophe. * puer. adoleſcentiæ tamen proximus. alioquin quo pacto infra Biennium, vel ad ſummum quadriennium, preſeciſſent eum adhuc puerum magiſtratus inquiſitioni, & punitioni Chriſti fidelium? cum hoc officium apud Iudeos ſit inſtar*

gabeon & gabaon. Hier. ſuper Math. Ioſuæ 18. Ioſu.10. Ioſuæ 9.

Qui longumq; Helephon, Auinq;, Amoſamq;, Selãq;
Atq; vlulata Rhamæ paſſim Rachellidos arua.
Qui Gabeone domo, quiq; Hiericunte profecti.
Indigenas eſt fama viæ, aſſiduiq; meatus
Oblitum vidiſſe diu conſidere ſolem
Imperio ducis, atq; diem decedere ſerum,
Hos inter facie egregia puer altior ibat,

Solis mora longa. Ioſuæ 10. Hierico. 3 Reg. 3. Ioſ.21. Ioſue 6. 3.Reg.16. Lucæ 19. Hier.

ſtar inquiſitionis heretica prauitatis apud nos. preterea adoleſcentem eum fuiſſe, cum lapidaretur Stephanus acta teſtantur apoſtolica. in quibus dicitur teſtes depoſuiſſe veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui dicebatur Saulus. quæ res ex greco etiam codice clariori modo comprehenditur nec. n. dicit παρὰ τοὺς πόδας νεανισκου .i. adoleſcentuli. ſed νεανιου .i. audacis adoleſcentis. poſſumus etiam dicere, eum puerum, quo ad maliciam, qua tunc carebat, iuxta ipſius Pauli ſententiam. Malitia

1.cor. 14. pueri eſtote: & nolite pueri effici ſenſibus. * altior ceteris indolæ egregia .i. ſpe futuræ virtutis. vel altior etiam ſtatura coetaneis ſuis. * Priſco Saulo .i. a Saule primo rege Iſraelitarum. qui fuit ex tribu Beniamin, vt ſupra monſtratum eſt. hanc tamen coniecturam magis ex nomine puto tractam,

Hier in li. de viris Ill. quam vlla ex genealogia aſſumptam. nam ex ſacris literis haberi non potuit in quibus nulla huius rei ſit mentio. ſed neq; Hieronymus, qui Sauli vitam & genus deſcribit in libro de viris Illuſtribus. id tacuiſſet. ſicubi comperiſſet. ſic enim vitam eius Hier. in libro de viris Illuſtribus. id tacuiſſet. ſicubi Pauli vita.

comperiſſet. ſic enim vitam eius exorſus eſt, Paulus apoſtolus, qui ante Saulus; extra numerum xij. apoſtolorum de tribu Beniamin, & oppida Iudeæ Giſcalis fuit. quo a Romanis capto, cum parentibus ſuis Tharſum Ciliciæ commigrauit. a quibus ob ſtudia legis miſſus Hieroſolymam, à Gamaliele viro doctiſſimo (cuius lucas meminit) eruditus eſt. cum autem interfuiſſet neci prothomartyris Stephani, & acceptis a Pontifice templi epiſtolis, ad perſequendos eos qui Chriſto crediderant. Damaſcum pergeret: reuelatione compulſus ad fidem vt in actibus apoſtolorum ſcribitur: in vas electionis de perſecutore tranſlatus eſt &c. * præſtanti eloquio. non artificioſo, vt Demoſtenis & Ciceronis: ſed valde perſuaſiuo, vt pote a ſpiritu ſancto ſibi ſuggeſto. ſicut ipſe Paulus ad corinthios ſcribens teſta-

1.cor.2. tur. ego cum veniſſem ad vos fratres, veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ annuncians vobis teſtimonium Ieſu Chriſti. et Paulopoſt. predicatio (inquit) mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis: ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis. vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute dei

Qui priſco genus a Saulo, nomenq; trahebat.
Iam tum illum vates vno omnes ore canebant
Preſtanti clarum eloquio, factiſq; futurum.
Quantis ille tamen mentem caligine preſſus
In noſtros odijs primum, furijſq; feretur?

Item in eadem, quæ & loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus. quare o lector cui hęc noſtra commentaria parum emuncta, & parum ciceronem olere videbuntur, te rogatum velim: vt poſito ſupercilio, veniam mihi dones; tantum ac talem ducem potius imitari cupienti quam Quintilianum. ſed iam ad rem vnde ſumus digreſſi redeamus. * factiſq;. o lutterani qui verba fidei fictæ tantummodo tenetis, attendite apoſtolum, non modo verbis, ſed etiam factis Chriſto militaſſe. nonne de vobis vaticinium contexuit. confitentur ſe noſſe deum: factis autem negant. cum ſint abhominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi. legite ouos qui ſpeciem quidem pietatis habetis, veritatem verò eius virtutis abnegaſtis, caput .ij. ad Timo. & inuenietis vos ibi eſſe premiſſos, & deſcriptos. erroremq; veſtrum recognoſcentes, iam tandem ad gremium ſanctæ Matris Eccleſiæ redite. ne per deuia quæq; vagantes, in præcipitium inferni corruatis. ſiquis velit facta apo- Contra Luteranos. Factis & non verbis ſolis ſeruiendum eſt deo

1.cor. 15. ſtoli videre: qui abundantius omnibus laborauit, non autem ipſe ſolus, ſed gratia dei ſecum. legat

2.cor. xi. acta apoſtolorum, & cathalogum paſſionum eius in epiſtola ad corinth .ij. & reperiet, nequaquam ſufficere ſolis verbis bonum eſſe. etenim arbor infructuoſa, tametſi folijs exuberet, excidetur. ac in ignē

Matth. 3. 7. & 21. mittetur. * quantis odijs. non tamen ex inuidia, vel malignitate procedentibus, ſed ex indiſcreto Zelo legis diuinæ, & paternarum traditionum. vt ipſe fatetur in epiſtola ad galathas. Audiſtis. n. (ait) Pauli odium in eccleſiam.

gal. 1. conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo; quoniam ſupra modum perſequebar eccleſiam dei. & expugnabam illam. & proficiebam in iudaiſmo, ſupra multos coetaneos meos, in genere meo abun-

1. Tim p. dantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum. * caligine ignorantia vnde ad Timoth. de ſe ſcribens, ſic ait. Qui prius fui blaſphemus, & perſecutor, & contumelioſus: ſed miſericordiam dei

act. 9. conſecutus ſum, quia ignorans feci, in incredulitate. * furijſq; feretur. vnde Lucas in actis apoſtolorū de ijs Sauli furijs, ſic ſcripſit. Saulus adhuc ſpirans minarum & cedis in diſcipulos domini: acceſſit ad principem Sacerdotū. Et petijt ab eo epiſtolas in damaſcū, ad Synagogas: vt ſi quos inueniret huius vita viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Hieruſalem. Itē ex oratione eius ad agripam regem, ac feſtū proconſulem. quibus furijs in chriſtianos prius inſaniret, licet videre. vbi ſic inter cetera. ſcriptum habe-

act. 29. tur. Ego quidem exiſtimaueram, me aduerſus nomen Ieſu nazareni, debere multa contraria agere, quod & feci Hieroſolimis. & multos ſanctorum ego in carceribus incluſi, a principibus ſacerdotum

poteſtate

poteſtate accepta. Et cum occiderentur detuli ſententiam. & per omnes ſynagogas frequenter puniens eos, compellebam blaſphemare, & ampli us inſaniens in eos, perſequebar vſq; in exteras Ciuitates. * aderit pater, mittendo filium ſuum dominum Ieſum ad conuerſionem eius, vt in dictis oratio-
Pauli cõuerſio.
ne teſtatur ipſe, ijs verbis. dum irem damaſcum, cum poteſtate & permiſſu principum & ſacerdotum: die media, vidi in via de cœlo ſupra ſplendorem ſolis circumfulſiſſe me lumen: & eos qui mecum erant, omneſque nos cum decidiſſemus in terram; audiui vocem loquentem mihi, hebraica lingua. Saule, Saule, quid me perſequeris? durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. ego autem dixi: Quis es domine? Dominus autem dixit. ego ſum Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris. ſed exurge & ſta ſupra pedes tuos. ad hoc enim apparui tibi: vt conſtituam te miniſtrum, & teſtem eorum quæ vidiſti, & eorum quibus apparebo tibi, eripiens te de populis, & gentibus: in quas ego nunc mitto te, aperire oculos eorum vt conuertantur de tenebris ad lucem: & de poteſtate Sathanæ ad Deum. pluribus verbis conuerſionem eius deſcriptam videat qui velit act. cap. ix. quod & legitur pro epiſtola diei eius. in Eccleſia, * monitis, verbo & ſcripto. * latumq; per orbem, cuius itinerarium,

Omnipotens aderit pater, & ſe pectore toto
Altius infundet iuueni, excutietq; furorem.
Protinus afflatus diuinitus æteris aura
Implebit terras monitis, latumq; per orbem
Mortales Meliora docens, ad ſacra vocabit,
Nec letum horreſcet pro relligione cruentum.
Iam duodena tribus magnæ ſucceſſerat vrbi:
Ipſe etiam templo, vt ſolitos inferret honores,
Munere nec tali tam læta luce careret,
Affatur ſocios Chriſtus: Lux ſacra propinquat,
Omnis ſe dapibus feſta domus apparat vrbe,
Ecquis erit veſtrum, primus qui ad mœnia tendat?
Si quis forte opibus feſſos inuitet abundans;

Extra de baptiſmo & ſacram. & de conſecr. 5. diſt. in decreus.

ſuccincte deſcripſit Lucas in actis apoſtolorum. & ex multis epiſtolis eius ad diuerſas gentes licet colligere. * meliora
Sacramenta eccleſiæ 7.
ſacra. illis .ſ. quæ victimarum ſanguine celebrabantur de quibus alibi ſupra diximus. porrò ſacramenta noui teſtamenti de quibus hic loquitur. ſunt vij. Baptiſmus: Confirmatio. Euchariſtia, Pænitentia. Ordo; Matrimonium. & Extrema Vnctio, quæ ſparſim in libris Pontificij iuris habentur, exponuntur, diligenterque, & ad
Mortẽ nõ horruit Paulus.
amuſim declarantur. vnde aſſumpta, etiam inſerta ſunt in lib. ſententiarum. * horreſcet. quin potius optauit. cupio (ſiquidem inquit) diſſolui, & eſſe cum Chriſto. & alibi exclamat. Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius, & dicente Agabo propheta. Paulum in Hieruſalem alligandum, & in manus gentium à iudeis tradendum eſſe. rogantibus fratribus, ne aſcenderet Hie-
Pauli mors.
roſolymam. quid facitis (inquit) flentes & affligentes cor meum? ego autem non ſolum alligari, ſed & mori in Hieruſalem paratus ſum propter nomen domini Ieſu. * letum cruentum. quod & paſſus eſt. nam xiiij. Neronis anno, eodem die quo Petus crucifixus eſt, roma pro Chriſto capite truncatus eſt. lacte tamen ante ſanguinem effuſo. ſepultuſq; eſt in via hoſtienſi. anno poſt paſſionem domini xxxvij. quas autem ſcripſerit epiſtolas, & cetera quæ ad vitam eius pertinent. vide Hieronymum in virorum Illuſtrium Libro. Leonemq; in ſermone diei feſtiuitatis eius. nec non Auguſtinum & maximum epiſcopum. * duodena tribus. i. xij. tribuum homines. * Magnæ vrbi, hieroſolymæ. * ipſe Chriſtus. quod eſt infra habet emphaſim ipſe, cui debebantur honores vt domino, voluit præbere vt ſeruus, quam pro nobis acceperat formam, obediens patri, vſq; ad mortem. vt & nobis humilitatis
Socij Chriſti quare apoſtoli.
obedientiæq; normam ſuggereret. * tam læta Luce, Paſchali & feſtiua. vel potius læta ob redemptionem hominum, quam in ea facturus erat. * affatur ſocios. alloquitur xij. apoſtolos. qui & ſecum laborauerunt in verbi ſemine, & in tentationibus eius, ſecum permanſerunt. * Lux ſacra propinquat hoc eſt, quod alijs verbis refert Matth. euang. ſcitis quia poſt biduum paſcha fiet. &c. vſq; ibi ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei, magiſter dicit: tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis. * ecquis erit veſtrum? Petrus & Ioannes forte, ſeſe obtulerunt. nam & in euangelio Lucæ dicitur. venit autem dies azimorum. in qua neceſſe erat occidi paſcha, & miſit Petrum, & Ioannem dicens. Euntes parate nobis Paſcha. At illi dixerunt vbi vis paremus? Et dixit ad eos. Ecce intro euntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans: ſequimini eum in domum in quam intrat. & dicite patrifamilias domus. dicit tibi magiſter: vbi nam eſt diuerſorium: vbi paſcha cum diſcipulis meis manducem? & ipſe oſtendet vobis cenaculum magnũ ſtratum, & ibi parate. Euntes autem inuenerunt ſicut dixit illis: & parauerunt paſcha. * opibus feſſos.

Philip. 1. Rom. 7. In li. homil. Luc. 22. Matth. 26. Luc. 22.

elegãter. ꝑ egenis. ante meos obitus.vnde & in ipſa cœna paſchali legitur dixiſſe.deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiscũ,antequã patiar.* Solennes epulas.agni paſchalis.* annua ſacra, tũc terminanda:* nec longe quærendus.ſuple.hoſpes.* vrnam.lagena.& amphora,hoc vas aquarium dicitur in euang.deducitq; a verbo greco οὐρέω. ꝙ eſt vrinam facio.vnde & τὸ οὖρος ους .i.vrina, & orion ſignum illud cæleſte.nam ꝑ quandã ſimilitudinem dum hauritur aqua,vas ipſum vrinat in puteũ.* lymphas recentes.aquas recenter hauſtas.* acie,modo,toto intuitu.alias armatos militũ cuneos ſignificat. interdum etiã ponitur pro acuitatate vel melius ore gladij,et ingenij ſubtilitate.* ſacris epulis agni .ſ. * tectum auratum.pro cænaculo aurato,quo ad laquearia tabulati ſuperioris,* ingens,longum ac latũ hoc eſt multorũ capax.* inſigne,ornatũ & ſtratũ.* pictis tapetis.ſecundam inflexionem in hoc loco ſecutus eſt.* ſtructas ponite menſas.ſi iam inſtructæ ſunt: vt quid ponendas dicit? hoc eſt ponendo inſtructas reddit.* Et mœſti,ſed quare ad epulas tendunt mæſti,quia dixerat ſe tradendum iudeis,& ab illis, gentilibus,qui eũ illuſuri cæſuri ac demũ erant crucifixuri.* incerti,apud quē hoſpitarētur neſcij.* oĩa .i.vias oĩs & quotquot obuios habebant.* obibãt,circuibant.luminibus perluſtrabãt.vt viderent eum de quo dixerat dñs aquæ baiulatorē.* puer.modo ſeruus.nec .n.hic ætatis eſt nomē,ſed miniſterij.* vicino de fonte.qui (vt puto) dicebatur Rogel & erat in parte Beniamin.quia in hieruſalem,vt pote vrbe montana,putei non ſunt.neceſſe eſt foras exire ad fontes ꝑ haurīda aqua. apud hunc fontem rogelis*
2.Regũ 17 *ſtabãt Ionathas & Achimaas nõ longe ab vrbis porta expectantes ancillam Sadoch ſacerdotis nunciã conſiliorũ achithophelis & chuſi,qui erant conſiliarij abſalonis patrem ꝑ ſequentis.* hęc ad hanc domũ in qua erat illud cænaculum grande ſtratũ.* atauis clarus.i.ex nobiliſſimo genere natus, ab antiquiſſimis vſq; anteceſſoribus deducto.porrò aſcendentiũ maiorũ in arbore cognationis hic graduum eſt ordo pater.ſup hunc Auus.ſupra quē eſt proauus,cui Abauus prepoſitus eſt.huic Atauus,de quo hic deĩde Tritauus deinceps non datur ſpeciale nomen,ſed generali vocabulo maiores appellãtur & anteceſſores. * Simon,an fuerit ille leproſus cognomine.qui fortè & bethaniæ & hieroſolymis latas ædes habuit, in quibus ſæpe dñm Ieſum recipere ſolitus erat.an ille cireneus pater alexãdri & ruffi:quem in die paſſionis dñi venientē de villa angariauerunt milites vt ferret crucem domini,ſiue quiuis alius.mihi incertũ eſt.nã ideo dicit Ambroſius a domino hunc nominatũ non fuiſſe tamquã ignobilem & pauperē.vt ex hoc intueamur dignationē .d.Ieſu , qui perſonã potentis aut diuitis nõ elegit:ſed potius tectũ pauperis anguſtum.Theophilus autem ſcribit ideò miſſos eſſe diſcipulos ad hominē ignotum vt oſtenderetur eis*

vrna. acies. puer rogel fons. Simon. gradus cognationis.

Nos quoq; vt ante meos obitus,ac funus acerbum
Solennes epulas celebremus, & annua ſacra?
Nec longè quærendus: erit puer obuius vltro
Vrnam humero,Lymphasq́; ferens de fonte recentes.
Quo tendat greſſus, aut quò ſe ſe ille receptet,
Obſeruate,locumq́; acie capite vſq; ſequendo:
Limina vos eadem accipiant, tectumq́; ſubite.
Tum dominum affari coram,hoſpitiumq́; rogantes
Exiguam ſacris ſedem,noſtrum edite nomen.
Tectum auratum,ingens,pictisq́; inſigne tapetis
Protinus oſtendet:ſtructas ibi ponite menſas:
Ipſe adero,atq; eadem ſocios ad limina dũcam.
Dixit:Ioannes mandata,Petrusq́; faceſſunt.
Et mœſti magnæ ſuccedunt mœnibus vrbis.
Ibant incerti, atq; oculis procul omnia obibant,
Cum puer vrnam humero geſtans,Lymphãq; recentē
georg.li.2. Vicino veniens de fonte occurrit: cum vſq;
Off.lib.1. Seruantes greſſum ferret quacumq; ſequuntur,
prope fin. Quaq; ſubit,ſubeunt ipſi quoq; protinus, ædes.
Huc atauis clarusq; Simon,& Prole beatus
Septena ſeſe ſemper referebat ab agris,

*ꝙ volũtariæ paſſionē ſubijt.nã qui mentem huius ignoti viri ſubegit, vt eos ſuſciperet: poterat etiam quodcumque cum iudeis voluiſſet tractare. refert etiam quosdam dicere, quod ideo non dixit nomen hominis. ne proditor cognito nomine panderet domum phariſeis. qui venientes cepiſſent eum priusquam cena fieret, ac ſpiritalia myſteria diſcipulis traderet. * prole ſeptena ideſt ſeptem filijs qui nam fuerint iſti adhuc non reperi.* ſemper in ſolemnibus his diebus. * rurique iuuabat. nam (vt ait Maro.) fœlices nimium agricolæ ſua ſi bona norint. Tullius quoq; in officiorũ lib. miris agriculturam effert preconijs. omnium autem rerum (inquit) ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. de qua etiam in Catone maiore ſe multa dixiſſe teſtatus eſt. huic Simoni pater meus perſimi-*

agriculturæ laus.

lis eſt. qui nec multis precibus meis a rure poteſt auelli. aſſerens ſibi agriculturam vrbanis delitijs multo ſuauiorem. quæ autem ſint hæc dulcia ruricolarum bona: vide .ij. lib. Georg. finem. & ſi non muſarum me ſuper omnia dulcis amor teneret, iamdudum relicta vrbe ad has ruris delitias me contuliſſem. aſt ingraueſcente ætate, ſitamdiu vixero, puto me illas amplexurum. vmbra nemorū æſtatis tempore. ſed in his, nonne etiam ego ſenex d. meo Ieſu Chriſto canam dulcia cantica dragmatis.* ſecantes .i. ſecando irrigantes.* centum aratris numerus finitus pro infinito. talis fuit & ſenior ille galeſſus latinorum iuſtiſſimus ab improbis troianis interfectus: dum ſe ſe medium paci offerret.* argutas fides, canoras citharæ cordulas.* carmina, diuinæ laudis: non ioculatoria vt hyſtrionum, vel amatoria vt lenonum & ſecularium poetarum. habet enim & dominus deus cithared os ſuos ac vates optimos.* propter .i. iuxta.* cœli numeros, ordinatam cœli armoniam quam & rithmum appellant.* menſus, pro emenſus participium eſt a Metior: ordo eſt. hic ſenior emenſus vias cœli norat & numeros. Aſtrologiæ vult eum fuiſſe pitum.* deo plenus. p hoc profetam indicat.* porrò ventura .i. multo ante futura puidebat. vel ex numine ſpiritusſancti quo plenus erat. vel ex aſtrorū aſpectu: ſeu q a vates oēs & poetæ pleni deo dicuntur. vnde & Ouidius ſic cecinit. Eſt deus in nobis agitante caleſcimus illo.* quid Sol. ſuple oriens & occidēs. nam mane & veſpere ſigna quedā ſerenitatis & pluuiæ ac tēpeſtatis circa ſolem orientē occidentēq; dephendi poſſe indicat Verg. in Georg. quem vide. quā rem do minus Ieſus ēt innuit his verbis. facto veſpere dicitis ſerenū erit. rubicundū eſt n. cœlū. & mane, hodie tēpeſtas, rutilat. n. triſte cœlū. faciē ergo cœli diiudicare noſtis: ſigna autē tēporū nō poteſtis? ſup qbus verbis Hier. ait ſenſus autē manifeſtus eſt q ex elemētorū ordine & cōſonātia poſſunt & ſereni et pluuioſi dies pnoſci.* menſtrua Luna, quæ ſingulo quoq; menſe creſcit & decreſcit. vnde & mene dicitur. ſic & Verg. ipſe pater ſtatuit quid mēſtrua luna pararet quæ autē ſint hæc ſigna vnde futurorū temporum cognoſcuntur qualitates ex Lunæ & Solis aſpectu. lege finē lib. primi Georg. Verg. ab illo verſu ſi verò ſolē ad rapidū, Lunasq; ſequentes ordine reſpicies, nūquam te craſtina fallet hora: neq; inſidijs noctis capiere ſerenæ. Luna reuertētes &c. ibi omnino vide.* Sudi, quaſi ſemiudi adhuc aeris. i. ſereni poſt pluuiam. hic autē ponitur p ſerenitate quia ſequitur, pluuiæq; d, p, Signa.* tum, paſcali tempore. quo & ipſe d. Ieſus veniens hyeroſolymam premiſerat Petrum & Ioannem vt pararent paſcha.* famuli menſas. τον πρωτον. ſeruat. quid .n. magis decet famulos quam menſam preparare?* veterum auorum hic mos ēt priſcorum fuit Romanorū. vt in conuiuijs, maiorū laudes carminibus proſequerētur. vt iuniorum animos ad virtutē exemplo anteceſſorum, & laudis amore prouocarent.* leuibus digitis. ad tactus varios celeri motu ſe ſe ferentibus. ſic & Verg. de Orpheo. Iamq; eadem digitis iam pectine pulſat eburno.* vocalia fila, cordarū expreſſit laudē, quaſi voce humana loquerentur.* a prima origine. quæ fuit cædes primogenitorum ægipti: nam (vt ēt ſupra dictum eſt) cum nolent egiptij ad mandatū dūi dimittere filios Iſrael, mādauit vt agno mactato tingerent poſtes domorū ſanguine illius. & mox nocte ſequenti angelus dūi malus (vt ait ppheta) percuſſit omne primogenitum in terra ægipti. et primitias omnis laboris eorū, & eduxit ſicut oues populū ſuū & pduxit eos tanquā gregē in deſertū &c. hebrei itaq; in memoriā huius maximi beneficij quotannis in paſchate agnū mactabant. erat tamen, & figura imolationis agni imaculati domini noſtri Ieſus Chriſti per cuius ſanguinem redempti ſumus a Pharaone diabolo, de tenebris inferni peccatorum, & ignorantia. indeque educimur per deſertum huius ſeculi in veram promiſſionis terram viuentium: quæ cœleſtis eſt patria.* has epulas. agni ad*

Si quando caris cum gnatis viſeret vrbem, exodi 12.
Namq; illum potius campis, ruriq; iuuabat
Degere, ciuilesq; procul contemnere honores.
Vmbre illi nemorum, cordi, riuiq; ſecantes
Prædia, quæ centum diues vertebat aratris.
Iam grauis argutasq; fides, & carmina amabat
Fluminis in ripis, aut fontem propter amenum. pſal. 77.
Norat enim cœli numeros, menſusq; viasq;,
Sæpe deo plenus porrò ventura canebat
Agricolis, quid ſol, quid menſtrua Luna pararet:
Sudiq;, pluuiæq; docens prænuncia ſigna.
Tum ſacris intentam igitur conceſſerat vrbem,
Vt de more dies feſtos celebraret auito.
Dumq; alia famuli menſas, & dona pararent
Parte domus, veterum facta ipſe canebat auorum
Nunc citharæ leuibus digitis, nunc pectine eburno
Percurrens molli attactu vocalia fila.
Præcipue à prima reuocabat origine, quænam

Margin notes: æn. 7. — Fides. — Solis Signa — Matth. 16. — Menſtrua Luna. — greg. p. — Sudum. — Laudes Maiorū canendæ. — æneid. 6. — agnis paſcalis Origo. — Agni myſtica Interpretatio.

A

Veſperam

*Veſperam imolati. cuius carnes aſſis tantum igni cum azimis panibus & lactucis edebant agreſtibus. & certo quodam ritu: quem vide in exodo. cuius myſticam ſignificationem ſupra poſuimus. * rumpit. pro interrumpit. nec enim in templo hic Simon pſalmos decantabat, offerens deo ſacrificiũ laudis; quod nefas eſſet interrumpere. ſed priuatim in domo ſua, dum pararetur cœna carmine ſacro ſeipſum in Laudibus diuinis exercebat: atq; oblectabatur. * iuſtior. qui et monet iuſtitiã diſcipulorũ magisquã phariſeorum ac ſcribarum abundare debere, ſi velint in regnum cœlorum introire. qui & ſeipſum innocentem morti obtulit pro nobis peccatoribus, vt diuinæ ſatisfieret iuſtitiæ. * pietate prior. nam & peccatoribus pœnitentiam agentibus veniam pollicetur. & hoc ſi pietas capiatur hic pro miſericordia, quam dictionem verſus exameter non capit. ſiu autem propria teneatur pietas pro debito in Deum cultu, & dulci charitate in patriam ac parentes. pijſſime coluit deum patrem d.n. Ch. Ieſus. nam eius gloriam & honorem ſemper queſiuit, & obediens illi fuit vſq; ad mortem, mortẽq; crucis. patriã autẽ cæleſtem adeo dulci charitate dilexit, vt precioſiſſimã animã poſuerit pro eius reparatione. ſponſam verò ecleſiã quæ noſtra communis eſt Patria, ſic vehementer amauit, vt proprio ſanguine non dubitauerit illam de manu hoſtili redimere. vnde & dixit Ambroſius. ſi ſponſæ a viris adeo eſſent diligendæ, ſicut Chriſtus ecleſiã dilexit. non inueniretur qui duceret vxorẽ. quis. n. vellet ſponſæ ſuæ propriũ ſanguinẽ offerre? * Chriſtum. i. meſſiam diutiſſime expectatum, in lege promiſſum, & a prophetis preuiſum. * omnes. qui tamẽ illi crediderant. alioquin pontifices, Phariſei & ſcribæ non conſtituiſſent: vt extra ſynagogam fieret: qui confiteretur illum eſſe Chriſtum. ſi & ipſi nominaſſent Chriſtum, & credidiſſent. * ſupplex. nimia ſubmiſſio & ꝓfundiſſima humilitas. vt creator creaturæ, & homini deus ſupplex accedat. & tu homo vermis, puluis, & cinis quare ſuperbis. & de dignaris interdum non modo homini compari tuo: ſed ipſi Deo, velis nolis conditori ac iudici tuo, ſupplicare? * exiguam ſedem, cænaculum vnum ex multis, quæ in illo grandi palatio erant. * haud hærens animo. i. non dubitans. nec intra ſe cogitans. petita concederet, an non. ſed mox & cor, & domum totam iuſſit illis aperiri. nouerat. n. ꝗ hylarem datorem diligit deus. * hilares ignes, epiteton ab effectu. nam quos frigus triſtes reddit, hos ignis exhilarat. vel antiquorum morem expreſſit, qui rogales ignes mæſtos appellabant, ſacrorum autem & epularum lætos. * ſuffire. ſuffumigare. hoc eſt thuris aliorumq; aromatum odore reſpergere. * arabum ſilua, quæ arbuſculis thuris, mirrhæ, & cinnami, ac huius generis odoriferarũ plantarum conſita eſt. ob hanc cauſam, ſacram arabiam Solinus appellat. vocatur etiam panchaia, & ſabea. * aulæis pictis, i. tapetibus ſeu velis picturatis, & verſicoloribus, quibus parietis aularum etiam apud nos in ſolemni apparatu teguntur. dicta ſunt Aulea. ab aula regis Aſiæ Atali, in qua primum inuenta ſunt a Romanis. & Romam adducta.*

Has ex more epulas, atq; hæc ſolennia priſcæ
Relligio intulerit genti. verum ecce canenti
Improuiſus adeſt Petrus, & ſacra carmina rumpit:
Rex ait eſt nobis, quo nuſquam iuſtior alter,
Aut pietate prior, Chriſtum omnes nomine dicunt.
Is tua nos vltro ſupplex ad limina mittit.
Exiguam ſacris ſedem, menſiſq; rogamus.
His ille auditis gauiſus nomine tanto,
Imperat haud hærens animo tectum omne recludi.
Hinc hilares totis adolere penatibus ignes,
Et pingui ſuffire arabum iubet atria ſylua,
Interiusq; viros media in penetralia ducit.
Inde locum oſtendit mira teſtudine pictis
Auleis circum velatum, oſtroq; rubenti
Luxuriant ſola ſtrata, nitent argentea eburnis
Fulcra toriſq;, ſcyphiq; auroq: e ſimplice lances,

** oſtroq; rubẽti .i. purpure intertexta. nam ὄστρεος. ου. grecæ. latinæ, piſcis eſt teſteam cutem habens, vnde & oſtreon a noſtris vocatur. cuius ſanguine tingitur purpura quare & ſæpe oſtrum ponitur pro ipſo panno biſtincto: qui grecæ δίβαφος. latine purpura dicitur. * luxuriant, affluunt & regium luxum demonſtrant. nam regij apparatus vocabulum eſt. * argentea fulcra nitent eburnis toris .i. ſponda lectorum argenteis & eburneis laminis veſtiebantur nam ſuper iſtis lectorum ſpondis antiqui ſedebant ad menſam poſiti. vnde Suet. in Claudio. adhibebant omni cœnæ & liberos ſuos cum pueris pnellisque nobilibus: qui more veteri ad fulcra lectorum ſedentes veſcerentur. * hinc & Vergilius dixit. fulgent genialibus altis Aurea fulcra toris. dicta ſunt autem fulcra, quod eis fulciamur .i. ſuſtineamur. quarè & pedes tripodum, menſarum, ſediumque, quarum cumq; fulcra dici poſſunt. * ſcyphiq;. pocula & calices cuiuscumq; generis. nec enim de poculo herculis (quem iudei non norant) poſſumus intelli-*

Margin notes: exodi 12. lib. p. fo. 41 — Math. 5. — In homelia — æn. 4. — pietas — Chriſtus fuit pius. — humilitatis gradus profundiſſimus. — Suffire — Arabia. — Aulæa. — Oſtrum. — Luxuriant — Fulcra. — Scyphi.

gere. de quo vide ſeruium & landinum ſuper illo verſu Verg. & Sacer imp leuit dextram ſcyphus æn. 8.
** auroque. e ſimplice .i. puro ſine vlla argenti vel æris mixtura. item & bene purgato, omnique*
*ſcoria exuto. * Lances. vaſa eſcaria panda, lata, ac rotunda, quibus carnes ad menſam feruntur.* Hor. in ſer.
Lances. *vnde Horatius? Ilignа nutritus glande rotundas curuat aper Lances, & Iuuenalis. Aſpice quam*
magno diſtentat pectore lancem. ſunt etiam vaſa quibus olim in ſacris vtebantur, dum redderent
*exta. de his etiam ſupra dictum eſt. * renidet, ſplendeſcit ac relucet, * argentoq; auroq; .i. vaſis*
renidet *argenteis atque aureis. * refert .ſ. Simon hoſpes Chriſti futurus. * fas fuit, non licuit, aliqua de ex-* Hebr. c. 1.
*uſa quam ſubticet. * vocem diuinam hauſiſſe loquentis, endiadis eſt .i. non mihi licuit audire vocem*
loquentis diui. hoc eſt quod ait Paulus. Multifariam multiſq; modis olim deus loquens in prophetis,
*nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. * vos diſcipuli. * hic expectate. tanquam ad feſſos*
*longo ex itinere loquitur. * viros. familiares meos. * longum .ſ. tempus, ad multos annos. * olli pro*
*illi modo pronomen eſt non aduerbium. * Hoſpitij. nota puer hos verſus pro commendanda hoſpitalita* Hebr. 13.
Hoſpitalitatis commendatio. *te, quæ ſuperis omnibus adeo grata eſt. vt interdum pauperum hoſpites viſere dignentur, vt refert*
apoſtolus. charitas fraternitatis maneat in vobis. & hoſpitalitatem nolite obliuiſci, per hanc .n. placue- greg. in ho.
runt quidam angelis hoſpicio receptis. diuus quoq; Greg. refert. quendam patrem familias ſolitum hoſ-
pitari pauperes peregrinos. quadam vice meruiſſe ipſum d. I. Ch. ſub habitu peregrini recipere. cui dum
vellet aquam dare, continuo diſparuit. ſed nocte ſequenti ad illum rediens per viſionē talibus verbis eſt
allocutus. iamdudum me in membris meis ſæpe recepas, heri verò me ipſum es hoſpitatus. ego quoq; te
ipſum in cælo non ſolū hoſpitabor, ſed & cæleſtis Hyeruſalem te perpetuū ciuem efficiam, regniq; mei
*cohæredem. * intermiſſa, interrupta, * nigra nox. obſcura. namq; ideo dicta eſt nox, ꝙ oculis noceat: ne*
Nox *more ſolito videant. * neruis, fidibus ſeu cordulis cytharæ ex neruo valde diſtento factis. * concordibus.*
inter alia muſicalia inſtrumenta, cytharæ ſonus vocem humanā maxime concordē amat. nec abſq; car-
nerui. *minibus inter pulſandum decantatis multum iuuat. ac ſi ad id tantum fuerit inuenta. * obloquitur nu-*
Cytharæ ſonus obloquitur. *meris dicendo obloquitur. chor*
darumque expreſſit laudem.
quas dicit verbis loqutas. hoc
autem de Orpheo (vt ſupra
diximus) optimo vate & cy-
viſus auditus certior. *tharedo tractum eſt, * ordi-*
ne. picta. maxima laus canto
ris eſt, vt rem ante oculos quaſi
videndam ponat. nam & cer-
tior ſenſus eſt auditu, viſus. &
quæ videmus melius percipi-
mus, quam quæ audimus.
hinc dicitur. occulata fides.
oculata fides. ** textilibus figuris. quæ inter*
texendum lana ac filio verſico
lori pannis impinguntur. quā
rem in tapetibus, & in auleis
*licet inſpicere. * paretonijs oris*
paretoniæ. *ægiptiacis regionibus. nam pa-*
retonijum ægipti oppidū eſt, et
*portus. * arrepta virga, qua iam*
multa fecerat ſigna coram po-
pulo Iſraelis & duro Pharao-
profugi *ne. * vt profugum dux, Moyſes*
ductor Iſraelitarum porrò ab
ægipto fugientium, quaſi procul fugatorū nam & ſi ſua ſponte recederēt. cōpulſi tamen ſūt ſunt. ab ipſis
ægiptijs media nocte decedere, metuentibus ne cum primogenitis extinctis, & ipſi ſimul omnes eadem
Exitus Iſraelis de ægipto. *hora necarentur. * findat. findat in duodecim diuiſiones, & ſi referatur hic hyſtoria. Exitus Iſrae-*
lis de ægipto, tranſitus maris rubri, & aliquorum mirabilium, quæ facta ſunt dum iter agerent
per deſertum, non tamen eam ſubdemus de verbo ad verbū, vt eſt in exodo, ne prolixa nimis fiant com-
mentaria

Et paſſim domus argentoq;, auroq; renidet:
Atq; hæc deinde refert: Non hoc mihi nomē ad aures
Nunc primum venit: illius ſed cognita fama
Iampridem virtus, neq; enim mihi cernere coram
Fas fuit, aut vocem diuinam hauſiſſe loquentis.
Adueniat; placidus tectis aſſueſcat amicis, æneid. 6.
Vos hic expectate: viros, qui exacta reportent
Omnia, dimittam, meàq; illum ad limina ducant.
Atq; vtinam libeat longum his in ſedibus olli
Degere, & hoſpitij dignetur nomine tectum,
Quod noſtros iuuet interdum memorare nepotes,
Hoſpitibusq; locum fœlicem oſtendere ſeris.
Interea aduentu veſtro intermiſſa ſequamur
Carmina, & antiquos patrum repetamus honores,
Dum nigra roriferis nox terras obruat vmbris;
Sic ait, ac neruis ſocians concordibus ora,
Obloquitur numeris: quæ concinit, ordine picta
Cuncta putes, aut textilibus ſimulata figuris, Strabo lib. vltimo.
Nempe Paretonijs cantu deducit ab oris
Iſacidum genus, arrepta maris æquora virga,
Vt profugum dux findat, aquaſq; impune per altas
Vt ſine nauigijs ierint, pelagiq; profunda
Sicco calcarint pede namq; induruit humor

max 2c.14 vſq· ad finē *mentaria.ſed potius,referemus verba pſalmi.72.cuius initium eſt.Attendite popule meus.vnde potuit etiam noſter vates hæc ſumpſiſſe.* induruit humor Aridus,ſubaudi ſactus miraculoſe cōtra liquidæ ac fluidæ naturam aquæ. nam pro muro tranſeuntibus erant a dextris, & a ſiniſtris. ſic ait & Dauid. interrupit mare, & per duxit eos:& ſtatuit aquas quaſi in vtre. ſic & Moyſes in cantico. ſtetit vnda fluens,congregatæ ſunt abyſſi in medio mari.* curribus, ſexcentis perſecutus eſt pharao fugientē Iſraelem.* inſtabant hoſtes ægiptij,vt captiuum reducerent populum. quod & Moyſes cecinit his verbis. Dixit inimicus:perſequar,& comprehendam:diuidam ſpolia: implebitur anima mea. Euaginabo gladium meum,interficiet eos manus mea &c.* pios,veri dei cultores hebreos.* emenſo pelago,tranſuadato mari rubro.* metu ſe con,ſil,poeticę hoc dictum intellige,vel de modicis & meticuloſis.nam & ſi populus ante trāſitū maris inſequētes extimuerit ægiptios,adeo vt dixerit ad Moyſen.forſitan nō erāt ſepulchra in ægipto? ideoq; tuliſti nos vt moreremur in ſolitudine?& paulo poſt.melius erat nobis ſeruire ægiptijs,quā mori in ſolitudine.poſt tranſitū tamen exhilarati cecinerūt domino canticum.& dixerunt. cantemus dño glorioſe .n.magnificatus eſt.equum & aſcenſorē deiecit in mare &c.* telo tellure recuſſa.i.iterū virga repcuſſa.* quæ media.maris.ſ.accuſatur:eaſ:* ruere. ſubaudi cæperunt. ruere .p ruebant,& cadētes ſummergebantur.hoc idem dicitur in cantico.flauit ſpiritus tuus,et opuit eos mare, ſubmerſi ſunt quaſi plumbū in aquis vehementibus.& Paulo ſupra.Dñs quaſi uir pugnator.omnipotēs nomē eius:currus Pharaonis,& exercitū eius proiecit ī mare.Electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari rubro.abyſſi operuuerunt eos,deſcenderūt in ꝓfundum quaſi lapis.* armaq; πολυσυνδετον. quadrupedeſq; & corpora.ſic & in principio cantici.cantemus dño.glorioſe .n.magnificatus eſt.equum et aſſeſſorē deiecit in mare.* euaneſcere,in nihilū abire,& diſparere.* addit.hic deſcribit quo cibo pauerit eos deus,poſtquam tranſierūt măre rubrū.quadraginta annis in deſerto illius vaſtæ ſolitudinis,quæ eſt* Maris rubri tranſitus.

Exod. 14.

Exod. 15.

Exod. 15.

Manna

Aridus, & liquidas latè eſt via ſecta per vndas.
Pſal 77. A tergo tota ex Aegipto curribus hoſtes
Quadriiugis vecti inſtabant fulgentibus armis.
Iamq; pios canit emenſo pelago alta tenere
Littora, littoreiſq; metu ſe condere ſyluis.
Nulla mora eſt: iterum telo tellure recuſſa
Diuino, redeunt in ſe Maria ecce refuſa,
Quæ media ingenti dirimebat ſemita tractu.
Inde hoſtes ruere, & ſalſis in fluctibus arma,
Armaq;, quadrupedeſq;, & corpora merſa virorum.
Aſpiceres magis, atq; magis ſubſiſtere in vndis,
Semper, & abſumptos velut euaneſcere currus,
Io. 6. Qui medij extabant, medios ſalis hauſerat æſtus.
Addit, vt omnipotens rerum ſator æthere ab ipſo
Pauerit in vaſta gentem regione locorum.
Errantem dape cœleſti, miſeratus egenos.
Cernere ibiq; putes epulas niuis inſtar ab æthra,
Defluere ad terram ſubitas, cœtuſq; paratis
Accinctos dapibus, lætis epularier aruis.
Proinde etiam duras cautes pulſabat eadem
Dux cœlum aſpectans virga, cum protinus amnis.
Proſilit, & dulcem ſaxa erupere liquorem,

inter ægiptū & ꝑmiſſionis terrā. æthere ab ipſo. ſic & cecinit pſaltes dñi Dauid.Mādauit nubibus deſup,Ianuas cæli aperuit.Et pluit illis māna ad manducandū.et panē cæli dedit eis. panē angelorū manducauit homo.* dape cœleſti.i. aerea. nec .n.credas angelos vitales ſpiritus tali cibo indiguiſſe. aut vſos fuiſſe.ſed eorū miniſterio deſcendebat ex aere,qui & cœlū dicitur(vt ait Lucretius.)hinc et dñs dixit ī euang.nō Moyſes dedit vobis panē de celo.ſed pater meus dat vobis panē de cælo verum.panis.n.verus eſt qui de cęlo deſcendit,& dat vitam mundo. Cyrillus quoq; ſup illis verbis dixit.Annon ex cælo erat manna? qualiter igitur ex cælo.dicitur?ſicut & volucres cœli dicūtur:& ſicut dicitur intonuit de cælo dñs.* niuis īſtar erat.n.Manna quaſi ſemen coriādri albū:guſtuſq; eius quaſi ſimilæ.i.floris farinæ cū melle.* ab æthra.ꝑ aere.dictionē hanc ſupra docuimus.quomodo deriuetur,& vnde.* defluere ad ter,ſub,de hoc in exodo ſic legimus.Mane quoq; ros iacuit ꝑ circuitū caſtrorū.cūq; operuiſſet ſupficiē terræ.apparuit in ſolitudine minutū & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinē pruinæ.q̄ cū vidiſſēt filij Iſrael dixerūt ad inuicē Man hu? quod ſignificat, quid eſt hoc? ignorabant.n. quid eſſet.hinc cibus ille Manna dictum eſt.* proinde, dyſſyllaba eſt dictio.per ſynereſim.* duras cautes montis oreb.* amnis proſilit,egreſſus eſt. Dauid quoque ſic cecinit. interrupit petram in heremo: & adaquauit eos velut in abyſſe multa. Et eduxit aquam de petram, & duxit tanquam flumina aquas. *. Saxa erupere. bis hoc ſignum fecit*

Cœlum.

Io. 6.

Io. 46.

Proinde

Aqua de pena.

Aqua de petra myſticè quid ſignificat.
Petra Chriſtus
Melchiſedech. ſacrificium.

Domine per Moyſen prima ante datam legem in Raphidim.de quo vide exo.c.27.& ſecundo data lege, in cades vbi, mortua eſt Maria ſoror Moyſi & Aaron . ad aquas contradictionis: vbi vexatus Moyſes propter eos.de hoc autem vide.num.xx.& xxvij. quid autem ſignificaret Myſtice,petra percuſſio vnde aqua efluxit,docet apoſtolus ſcribens ad corinth.omnes eandem (inquit) eſcam ſpiritualem manducauerunt:& omnes eundem potum ſpiritualem biberunt.bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus. biantes.ora pre nimia ſiti aperientes . * primus conditor.Melchiſedech.tangitur autem hic quod habetur in geneſi. de Abraam redeunte a cede codorlaomor & regum qui cum eo erant . ſicut venerit ei obuiam Melchiſedech rex ſalem,qui cum eſſet Sacerdos dei altiſſimi, obtulit in ſacrificium domino panem & vinum.benedixitq; Abrae dicens.benedictus Abraam deo excelſo,qui creauit cælum & terrã &c.de hoc Melchiſedech,qui fuit figura.d.n.i.ch.a quo ſacrificium altaris inſtitutum eſt ſub ſpeciebus panis & vini.vide epiſtolam ad Hebreos.de quo & Dauid rex ſic cecinit. Tu es ſacerdos in æternũ,ſecundum ordinẽ Melchiſedech.* laboratæ frugis.i.panis qui ante multo labore conficitur.eſt autem tale illud maronis.Dona laborata ceteris &c. * recensq; . pro recenter reperti vini.a Noe.ſ.vitiſatore.* cãpeſtribus aris.ſub diuo,nec enim vllum legimus in honorem domini dei templum fuiſſe conditum , ante illud Salomonis. priores namq; hebrei ſuper excelſis montibus victimas offerebant:quod etiam euangelica illa Samaritana dixit , domine patres noſtri in monte hoc adorauerunt , vos autem dicitis , quia Hieroſolymis oportet adorare &c.* ſecta orno . in ligna ſacrificij conciſa , & eſt ſpecies pro genere . vel forte quia magna eſt arbor ingenti tronco, in tabulas ferra reſecta . vnde tripodes aut menſæ ſacrificiorum tunc fiebant .* atq; ea , cantica, agni paſchalis,maris rubri tranſitus , mannæ de cælo . & ſequentium figurarum . * hauribant . * omnes . illius familiares cum Petro & Ioanne. * haud rerum ignarus futurarum .ſ. iuxta illud Ioannis , ſciens autem Ieſus quæ ventura erant ſuper eum* gen. 14. Hebr. c. 7. In pſal. dixit dominus c.ÿ. Io. 4.

Atque hauſere nouis populi de fontibus vndam,
Quos ſitis ex longo collecta vrebat hiantes.
Tum canit, vt primus ſolymorum conditor arcis
Dona laboratæ frugisq; , & recensq; reperti
Pocula plena meri obtulerit campeſtribus aris,
Ceſpite quas viridi , ſectaq; extruxerat orno.
Atq; ea dum intentis hauribant auribus omnes,
Haud rerum ignarus Chriſtus de montibus altis
Ceſſerat infenſæq; iterum ſucceſſerat vrbi:
Et iam decliui cum ſol properaret olympo,
Hoſpitis intrauit ſocijs comitantibus ædes.
Regifico inſtruſtas luxu , dapibusq; paratis.
Diſcubuere omnes . vna inter dirus Iudas
Diſſimulans ſedet, & vultu mentitur amorem.
Iamq; heros puras fruges , properataq; liba
Accipiens frangensq; manu partitur in omnes.
Inde merò impleuit pateram, lymphasq; recenti,

Infenſus.
Hoſpes.
Cœna vltima domini.

&c. montibus altis . hinc & montana Iudea dicitur pars illa . * infenſæ vrbi, quæ illum capitali odio perſequebatur. * decliui . deſcendentis ad occaſum. * hoſpitis ſimonis ſupra dicti . nam hoſpes & qui recipit & qui recipitur eſt . * regifico luxu . abundanter. ac ſi apparatu regio . * Diſcubuere omnes . hæc eſt illa vltima cœna.quã dominus.n.i. ch.egit cum diſcipulis antequam pateretur in qua peracta paſchalis agni figura.& lotis diſcipulorum pedibus , nouum corporis & ſanguinis ſui ſacramentum inſtituit , huiusq; memorabilis cœna omnes euangeliſtæ meminerunt . & Paulus ipſe doctor gentium . * dirus Iudas proditor. de quo in pſal.Qui manducat mecũ,leuabit cõtra me calcaneũ.* diſſimulans.malum abſcundens animũ,& amicum ſe fingẽs.* vultu,bene (ait) vultu non facie.nam proprie vultus eſt illa oris ſpecies quæ pro voluntate mutatur.modo lenis & blanda,modo grauis ac ſeuera . nunc torua ac minax.nunc verò hylaris & ridẽs,quandoq; mæſta atq; triſtis.facies autẽ eſt immutabilis cuiusq; ingenita figura:qua vnusquisq; ab alio ſecernitur.* puras fruges,absq; fermento.* properataq; liba.placentularum azimarum periphraſis eſt.nam cum carnibus agni paſchalis preceptũ erat vt azimis panibus veſcerentur.* frangensq; manu,mos erat d.n.i.ch.vt absq; cultello manu ſola panẽ frangeret.hinc eſt ꝙ in euang.dicitur & cognouerunt eum in fractione panis.* partitur in oẽs.etenim cænãtibus eis,accepit Ieſu panẽ,& benedixit,ac fregit.deditq; diſcipulis ſuis,& ait accipite et comedite,hoc eſt corpus meũ.et accipiẽs calicẽ gratias egit.et dedit illis dicẽs.bibite ex hoc oẽs.hic eſt .n.ſanguis meus noui teſtamẽti:q pro multis effundetur I remiſſionẽ peccatorũ.* lymphasq; rec.& laticis.i.vini;hinc eſt ꝙ in calice ſacrificaturi miſcemus aqua vinũ cum exẽplo Chr.& tum myſterij gratia.nam ꝑ vinum Xpi ſanguinẽ,& ꝑ aquã populũ ſignificamus*

vultus & facies differunt.
Liba
Euchariſtiæ inſtitutio.
Aqua vino quare miſceatur.

Math. 26. Marc. 14. Luc. 22. Io. 13. i.corint. 11 Io. 13. & pſ. xl.
Vbi ſup. Innoc. 3. extra de celeb. miſſ. c. cum Martha §. verũ

*ſignificamus, iuxta illud apocaly. aquæ multæ populi multi ſunt. aqua ergo inmixta vino, eſt eccleſia Chriſto coniuncta. item & hoc facimus, quia de Chriſti latere exiuit ſanguis & aqua. * vera imago bene addidit vera. etenim, verè ſanguis eſt Chriſti, non imago ſola. tranſubſtantiatur quippe panis in corpus eius, & vinum in ſanguinem poteſtate diuina, vt ad perficiendum myſterium vnitatis, accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro. ſed ne in hoc tali ac tanto ſacramento erretur per indeuotionem, & impietatem quorundam: videatur illa ſequentia Thomæ aquinatis pulcherrima. cuius initium eſt. Lauda ſyon ſaluatorem. Lauda ducem & paſtorem, in hymnis & canticis et cetera, in qua ſub breui compendio rythmici carminis, miranda tanti ſacramenti natura verè & dilucidè decantatur. quam, quia in promptu poteſt haberi, non interſero. qui verò pleniorem huius rei doctrinam deſiderant, poterunt legere totam diſtinctionem ſecundam de conſecratione in decretis. & titulum de celeb. miſſ. in decretalibus cum gloſ. & doctoribus ſuper eis. * pro cunctis, quo ad ſufficientiam, non quo ad effectum. nec enim ſaluantur omnes. ſed illi tantum, qui corporis myſtici eius fuerint membra. * antiqua noxa, peccati primi parentis. * contagia, hic eſt ille fomes peccati originalis, ex radice ſemel infecta in omnem deſcendens propaginem. * quoties, iſtud eſt huius ſacroſancti ſacrificij preceptum, a Luca, & ab apoſtolo Paulo Memoria traditum, dixit enim dominus. hoc facite in meam commemorationem. quotienſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis. præceptum hoc poſt aſcenſionem domini primus apoſtolorum Iacobus Hyeroſolymorum epiſcopus executus eſt. cui in hoc cæteri detulerunt. ob ſpectatam ſanctitatem, cordis & corporis mundiciam. ſiquidem vinum, & ſyceram numquam bibit, pannis non laneis ſed lineis vtebatur, centies in die flectebat genua, huic ſolo concedebatur intrare ſancta ſanctorum: &*

Idem c. p. de ſūma trin. §. vna verò.

In miſſali. feſto corpus Chr.

Verus eſt ſanguis Chriſti & corpus verum

Et laticis mixti dium ſacrauit honorem,
Spumantemq; dedit ſocijs. mox talia fatur:
Corporis hæc noſtri, hæc eſt vera cruoris imago,
Vnus pro cunctis, quem, fundam; ſacra parenti
Hoſtia, vt antiquæ noxæ contagia tollam.
Vos ideo quoties poſitas accedere menſas
Contigerit, ſacraſq; dapes libamina iuſſa,
Funeris his noſtri mœſtum referetis honorem,
Et numquam iſtius aboleſcet gloria facti.
Nec plura: ex illo mox ſeruauere minores
Hunc ſemper ritum memores, ariſq; ſacramus
Synceram cererem, & dulcem de vite liquorem.
Pro veterum tauris, pecudum pro pinguibus extis.

Egeſipp. 5. Euſt. lib. & Hier. lib. de viris illuſt.

Miſſam quis primus dixerit

Iacobi apoſtoli Sanctitas.

*orare pro populo, ob cuius ſanctiſſimi viri violentam necem ab impio ſacerdotum principe procuratam: ſcribit Ioſephus Hyſtoricus maturatum fuiſſe illius vrbis excidium. hac idcirco adſcripſi: vt animaduertant domini ſacerdotes: qua ſanctitate pollere, & quanta vtriuſque hominis mundicia ad tam venerabile ſacramentū accedere deberent. at proh dolor, non verētur quidam peſſimi inceſtiſſimis etiā Sacrarū Virginū nuptijs polluti, manibus & corde inquinatiſſimo, puriſſimū & mundiſſimum ſanctiſſimūq; d. n. I. Ch. corpus & ſanguinē tractare, recordentur illud apoſtoli, probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: qui. n. mãducat & bibit indigne, iuditiū ſibi mãducat & bibit, nõ dijudicãs corpus domini. hinc. n. ꝓcedunt infirmitates variæ, incognitæ, & incurabiles. hinc imbecillitates, & mala ac ſubita multorū dormitiones. * aboleſcet, ambilabitur. * iſtius facti, mirabilis & pluſquã humanæ condeſcenſionis. vnde ſic canit eccleſia. ſe naſcens dedit ſocium; conueſcens in edulīū: ſe moriens in præcium: ſe regnans dat in premium. * nec plura, ſubaudi ad illud ſacramentum pertinentia. nam alia multa dixit, quæ a Ioanne referuntur tribus longis capitibus. * minores, ſacerdotes conſecrando & ſumendo. Laici verò tantum communicando. vt docet innocentius Papa iij. in Concilio generali. ait. n. Et hoc vtiq; ſacramentū nemo poteſt conficere, niſi fuerit ſacerdos rite ordinatus ſecundū claues eccleſiæ, quas ipſe conceſſit apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus. & in dicta ſequētia diui aquinatis Thomæ ſic canitur, ſic ſacrificium iſtud inſtituit, cuius officium committi voluit, ſolis presbiteris, quibus ſic congruit, vt ſumant, & dent ceteris. * ſacramus. nam hic ipſe vates ſanctus eſt ſacerdos, & probatiſſimus epiſcopus Albæ. * Sinceram cererem abſq; fermento, vt ſupra dictum eſt, per quod malicia ſignificatur, iuxta illud apoſtoli. itaq; epulemur non in fermento veteri, neq; in fermento maliciæ, ſed in azimis ſinceritatis, & veritatis. * de vite, non ſiceram, vel ceruiſiam, neque de pomis, aut aliundeexpreſſum, ſed de ſola ex vita vino. * pro veterum tauris, per quos (vt ait Gregorius ſuper illo Euangelij dicto. Tauri mei & altilia occiſa ſunt.) patres veteris teſtamenti intellige-*

In ſacerdotes immundos.

1. cor. xi.

In hymno.

Eucharistia nõ poteſt conficia non ſacerdotibus.

Io. 14. & vltra. De ſum. tri. & fid. c. p. §. & hoc vtique.

Fermentū quid ſignificat.

Tauri quid ſignificãt & altilia.

* Summa dies paſſionis & mortis. * ſocij laborum.nam & ſecum permanſerunt in tentationibus.* to-
fo. 4. Math 20. Math 12. ties,vt etiam viſum eſt ſupra in principio primi libri Chriſtiados. Ecce aſcendimus hieroſolymam,& fi-
lius hominis tradetur ad illudendum,flagellandum,& crucifigendum. item hæc generatio ſignum pe-
tit,& ſignum non dabitur ei,niſi ſignum Ionæ Prophetæ. nam ſicut fuit Ionas in ventre ceti, ſic erit
Ioan. 3. filius hominis in corde terræ.iij.diebus & iij.noctibus.'& rurſus, ſicut exaltauit Moyſes ſerpentem in
Ioan. 12 deſerto: ſic oportet exaltari filium hominis. & adhuc. Ego ſi a terra exaltatus fuero. omnia traham
ad meipſum. * vos linquam,quo ad præſentiam corporalem.nam quo ad protectionem diuinam, dixit:
Ioan. 14 non relinquam vos orphanos: vado & venio ad vos. * genitoris iuſſa, nam ei fuit obediens vſque ad
Luc 22. mortem,mortem autẽ crucis. * capeſſam. hoc eſt ꝑ ait, deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vo
biſcum antequam patiar. * vnus.perditus Iudas Iſcariotes. * veſtrum. quo ad numerum & ordinem de Iuda proditore.
ac dignitatem Apoſtolicam. non quo ad bonitatem,atq; ſanctitatem. * vix,ò vix,indignitatem ſum-
mam oſtendit hæc geminatio,ingratitudinemq; nefandiſſimam proditoris.qui pro eo vt gratias ageret,
maluit eum tradere,ac perdere. * vltro,non læſus,non irritatus,ſed nec inuitatus aut illectus. ſed ſolis
auaritiæ flammis, furandique cupiditate incenſus. * animo auaro: vt recuperet iacturam eius furti,quod feciſſet ex. ccc. denarijs, quibus vendi potuiſſet precioſum illud vnguentũ, quod effuderat Maria Magdalena ſuper caput recumbentis domini, in domo ſimonis lepro-ſi., in Bethania. vbi Lazarum ſuſcitauerat. * id pietas, qua miſericors, parricidium & inceſtum illi indulſit. * meruere

En mihi ſumma dies ſocij;quamq; ipſe propinquam
Prædixi toties,nox illa aduenit acerba.
Ioan. 12 Vos linquam,& moriens genitoris iuſſa capeſſam,
Vnus erit veſtrum (vix ò vix credere tantum
Fas ſcelus.) inſidijs prodet qui me hoſtibus vltro.
Haud me animi fallit: furias iam perfidus ille
Concipit,inſidiasq; animo meditatur auaro.
Id pietas mea magna,mei meruere labores.
Non tamen ipſe diu pulchro lætabere facto,
Quiſquis eris: ſatius,ſi numquàm lucis amorem
Guſtaſſes,dulcis nec vitæ limen iniſſes.

lab,ironicæ intellige. * pulchro facto. & hoc per ironiam dictum cape.alioquin quam pulchritudinem
aut decorem habet domini ſui proditio turpiſſima? * diu lætabere.nam eadem die,qua dominus eſt cru- Iudæ mors turpiſſima.
cifixus,proiectis argenteis in templo,abiens laqueo ſe ſuſpendit: & (vt ait Petrus Apoſtolus) ſu-
ſpenſus crepuit medius: diffuſaq; ſunt viſcera eius. mors certe tanto proditori condigna.* lucis amo,
guſt,verba hæc ſunt ex Euangelio Matthei tranſlata. vbi ſic legitur dominum dixiſſe cenantibus Di-
Math.26. ſcipulis. Amen dico vobis,quia vnus veſtrum me traditurus eſt. Et contriſtati valde cœperunt ſinguli
dicere. nunquid ego ſum domine? at ille reſpondens ait.qui intingit mecum manum in paropſide, hic
me tradet. filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo.væ,autem homini,per quem filius ho-
Marci. 14. minis tradetur. bonum erat ei,ſi natus non fuiſſet homo ille.idem refert Marcus,& Lucas.ſuper qui- eſſe & non eſſe
Luc. 22. bus verbis (ait Hieronymus) multo melius eſſe,non ſubſiſtere:quàm male ſubſiſtere.idem ſuper Marco
ait,melius eſt,non eſſe,quàm ad tormenta eſſe. * dulcis vitæ. de ſecunda natiuitate hoc intellige. qua fleuit Petrus.
per Baptiſmum renatus Chriſto adhæſit. cuius vitæ ſocietas adeo dulcis erat Apoſtolis.vt Petrus lega-
tur poſt Aſcenſionem domini ſemper ſolitus flere.cum recordaretur temporis illius, quo cum magiſtro
dulcis vitæ ſocietate fruebatur. de hac & Auguſtinus ait. bonum erat ei vt Chriſto non naſceretur renaſci & non renaſci.
2. petri.c.2 per vocationem.nec eſſet apoſtata.hoc etiam dicit Petrus in Epiſtola. ij. facta ſunt eis poſteriora dete-
riora prioribus.melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ,quàm poſt agnitionem retrorſum cõ
uerti.&c. * eſte pij.vt colatis me & patrem meum ſimul & ſpiritum ſanctum.quia quorũ vna eſt diui- Chriſtus deus cum patre colendus.
nitas natura & coeterna Maieſtas,his vnus & idem cultus debetur.hinc & in Euangelio dicitur.cre-
ditis in Deum,& in me credite.quod (vt exponit Auguſtinus) non eſſet conſequens, niſi & ipſe deus
eſſet. * quæ exem,rel,humilitatis. vt quemadmodum is qui dominus & magiſter eſt, non venit mini- Chriſti exempla imitanda.
ſtrari ſed miniſtrare.& animam ſuam in redemptionem dare.ſic & nos inuicem miniſtremus, & inui-
cem animas ponamus.hoc eſt quòd etiam monet Petrus Apoſtolus.Chriſtus pro nobis paſſus eſt, vobis
relinquens exemplum,vt ſequamini veſtigia eius.* volentes,vt obedientia meritum habeat.nam vt do- de obedientia.
in ſermone ad præſby. hypo. cet Auguſtinus quando a noſtris ſuperioribus mundi aduerſa præcipiuntur: obedientiæ meritum ſibi
minuit,qui ad ea peragenda inuitus nolenſque deſcendit.& Paulus ait,omnis anima ſublimioribus po-
Rom. 13. teſtatibus ſubdita ſit. non eſt enim poteſtas niſi a deo.quæ autem a deo ſunt ordinata ſunt.qui ergo po-
teſtati reſiſtit,dei ordinationi reſiſtit. obediendum itaq; eſt noſtris ſuperioribus: vt idem teſtatur Au- obediendũ ſuperioribus.

guſtinus

guſtinus. Scientes quòd ſine obedientia, omnia vacua, & cum obedientia omnia plena charitate repe- — in ſupra d. ſerm.

obedientiæ laus.

riuntur. obedire igitur nobis eſt neceſſe, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. non tamen quia mali ſunt: ſed quia bona obſeruare præcipiunt. quibus obedire debemus. O venerabilis ſanctaq; obedientia, ſalus omnium fidelium: cuſtodia omnium virtutum: tu cælum aperis: tu infernum claudis: tu etiam filium dei ad terram poſuiſti: qui venit inter homines, non vt faceret voluntatem hominis, ideſt ſuam. ſed voluntatem patris qui miſit eum. alia multa de obedientia vide in eodem ſermone hæc aduerſus hereticos contumaces & rebelles ſanctæ matri Eccleſiæ dicta ſufficiant. faſtus ſuperbos. initium eſt enim omnis peccati ſuperbia. & maxime inobedientia quæ grauiſſimum ſcelus eſt, te-* — 1. Reg 15.

ſuperbia peccati initium. inobedientiæ malum.

ſte Samuele. qui cum dixiſſet, meliorem eſſe obedientiam victimis, & auſcultare, magis quàm offerre adipem arietum, ſubiunxit, quoniam quaſi peccatum eſt ariolandi repugnare. & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere. ex inobedientia, homo immortalis, factus eſt mortalis: & de Paradiſo eiectus in hãc vallem miſeriæ. quin & poſt mortem per multa ſeculorum millia in tenebroſo carcere inferni pœnas luit. inobedientia Saulem Regẽ à regno cum poſteritate abiecit. crebri diræ poteſtates demones inferni malorum ſuggeſtores.* tãto*

cardine rerum

cardine. in tanta oportunitate. ſicut & illud maronis haud tãto ceſſabit cardine rerum, nã tractum eſt de prouerbio. res eſt in cardine. hoc eſt in articulo. prauertere cor, ti, hoc eſt quòd dicitur in Euangelio Simon Sathanas expetiuit vt cribraret vos ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. & alibi, omnes*	At vos eſte pij, inq; vicem (quæ exempla reliqui) Inter vos alijs alij parete volentes, Summiſſiſq; animis faſtus abolete ſuperbos. — æneid. 1. Non Erebi in tanto ceſſabunt cardine diræ Veſtra poteſtates præuertere corda timore. Peruigiles quæſo iam cuſtodite, proculq; Conſulite. hic animos, atq; illos promite ſenſus, — Luc. 22. Quos toties mihi polliciti, ne cedite peſti. Vos ſeruate viri noctem non amplius vnam. Extemplo turbati omnes, gemitumq; dedere, Suſpenſi, quem cæcum adeò, furijſq; ſubactum Ore præmens ſignet venturi præſcius heros.

Matth. 26.

intrat in tentationem quis.

vos ſcandulum patiemini in me nocte iſta. peruigiles. in Euangelio dixit. vigilate. & orate, ne intretis in tentationem. vbi dicit Hieronymus, intrat in temptationem, quem ſuperat tentatio. nam impoſſibile eſt humanam animam non tentari.* proculq; conſulite. ante prauidete, & præparate vos ipſos, ad ſuſtinendam & vincendam tentationem. nam (ſicut ait Gregorius). Tela minus feriunt quæ præuidentur: & nos tolerabilius mundi mala ſuſcipimus. ſi contra hæc per prouidentiæ clypeum munimur. nam hæc eſt cauſa, quare dominus ac redemptor noſter perituri mundi mala præcurrentia denuntiat: vt eo minus perturbent venientia, quo fuerint præſcita.* polliciti. præcipue tamen petrus. qui dixit. & ſi omnes ſcandalizati fuerint, ſed non ego. & rurſus. & ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. & inſuper. domine ſum paratus tecum in carcerem & in mortem ire. ſimiliter & omnes diſcipuli dixerunt. Sed & filij Zebedei interrogati a domino, an poſſent bibere calicem, quem ipſe dominus erat bibiturus: reſponderunt, poſſumus. Thomas quoq; dixit ad condiſcipulos, eamus, & nos, & moriamur cum illo.* turbati omnes. vnde & contriſtati ceperunt inter ſe quærere: quiſnam eſſet hoc facturus? ſinguliq; dicebant, numquid ego ſum domine? plus enim credebant verbis domini, quàm propriæ conſcientiæ. ſimul & ſciebant ex his quæ docuerat Ieſus, quoniam ad malum vertibilis eſt humana natura. & in colluctatione aduerſus rectores huius mundi tenebrarum. & propter hanc cauſam vnuſquiſq; eorum timens interrogauit. numquid ego ſum domine? vnde & de omnibus futuris timendum eſt nobis infirmis.* quem cæcum adeò, intellectu.* furijſque, demonum tentationibus, & ſtimulis cupiditatum. quæ peſſimæ furiæ ſunt.* ore præmens. comprimens. nec proditoris nomen exprimens. nam ideo leni & tacita admonitione conuenit, vt cum intelligeret ſciri cogitationes ſuas, facilius ſeſe corrigeret pœnitendo: quem nulla deformaſſet abiectio. ſimul & vt refrenaret diſcipulos ab vltione ſui magiſtri. nam ſi petrus, qui ſuper omnes dominum diligebat, authorem huius proditionis nouiſſet, dentibus eum laceraſſet. & quia paulo ante increpitus fuerat ab ipſo domino de indiſereta locutione, cum non auderet ipſemet eum interrogare, innuit Ioanni dilecto D. Ieſu. qui & recumbebat in ſinu eius. vt peteret quis nam eſſet hic proditor? de quo dicebat. licet poetice author noſter introducat petrum interrogantem, magis affectum eius quàm verba alterius attendens. ſimile quoddã fecit & Marcus Euangeliſta. qui refert filios Zebedei domino dixiſſe, magiſter volumus vt quodcũq;*

Margin notes (left): præuidenda mala. — diſcipulorũ audax promiſſio. — prona ad malũ natura humana — Iudæ redargutio.

Margin notes (right): ſhom. plurimar. in breuario. — Matth. 26. — Luc. 22. — Orig.

petierimus

petierimus ſacias nobis. &c. cum tantum non ipſi, ſed mater eorum ab ipſis ſubornata, prædicta verba
protulerit, teſte. Mattheo Euang. & Auguſtino in lib. de Conſenſu Euang. qui enim per alium facit, qui per alium facit.
per ſe feciſſe videtur.* ſenior, petrus.* immane, peſſimum & crudele.* faxo. pro faciam. defectiuum eſt faxo.
verbum.* non adeo. proprie infirmitatis oblitus audacter loquitur Petrus. at ſpiritus quidem promptus,
caro autem infirma. nec adhuc viderat armatam cohortem.* liberat enſem, denudat gladium. vt
Matth. 26. terrorem proditori incutiat.* dux autem. Chriſtus Ieſus.* manifeſtis ſignis. quando dixit qui intingit manus in catino.
& Mar. 14. mecum manum in parapſide ſeu in catino, hic me tradet. & tunc (vt ait Beda) ceteris turbatis, & præ
triſtitia manum retrahentibus, item & dominum in hoc reuerentes, ſolus audax Iudas nulla domini &
magiſtri tactus reuerentia, cum eo manum mittebat in catinum. quia tamen ante, omnes in eodem catino
manum miſerant, non aduerterunt ad hoc ſignum. quare dedit aliud ſignum ſoli tamen dilecto Ioanni,
Ioan. 13. dicens ei. Ille eſt, cui intinctum panem porrexero. & cum intinxiſſet panem, dedit Iudæ Simonis
Scariotis. cui & dixit: quod facis, fac citius. hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium, ad quid dixerit ei.
quidam. n. putabant, quia loculos habebat Iudas: eme & quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum, aut, egenis
vt aliquid daret. cum ergo accepiſſet ille bucellam, exiuit continuo.* eripuit. ne attenderent ad prædicta
ſigna. vtpote nimia turbati atq; abſorpti mæſtitia.* latere proditorem, ne interficeretur. & noſtra
redemptio per mortem eius impediretur.* res perfec, tunc enim demum proditor ſeipſum manife-

Quem ſenior tali aggreditur ſermone præcando.
O cœli decus, in quemquam tam immane putandũ eſt
Marci. 14. Poſſe ſcelus cadere? quiſnam fœdiſſimus ille?
Faxo hodie nunquàm nobis illudat inultis.
Non adeo effugit cum ſanguine viuida virtus
Pulſa annis, nec dextra mihi tam frigida languet.
Sic ait, & pariter vagina liberat enſem.
Dux autem ſignis manifeſtis prodidit hoſtem:
Sed cunctis mentem eripuit, voluitq; latere,
Donec res perfecta: dehinc hæc edidit ore:
Immo omni ex numero mihi nemo hac nocte ſuprema
Veſtrum non infidus erit, ſoluſq; relinquar.
Tu quoq; magnanimo cui nunc ea copia fandi
Sub tecto, atq; amplis tendis ſuper æthera dictis,
Omneis irritans ventos, omneiſq; procellas,
Hinc atq; hinc circumfuſos vbi videris hoſtes,

ſtauit: oſculo, deinde proiectis argenteis in templo cum dixit peccaui, tradens ſanguinem iuſtum.* immo ex omni, verba Euang. ſunt hæc. omnes vos ſcãdalizabimini ĩ me in nocte iſta. ſcriptum eſt enim percutiã paſtorem, & diſpergentur oues gregis. poſtquàm autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæam.* ſoluſq; relinquar. & ſic paulo poſt factum eſt. nam omnes diſcipuli relicto eo fugerũt. *Tu quoq; ò petre.* ſub tecto. ſub camino. ex prouerbio tractum eſt. quo dicitur, ſub camino multi ſunt magnanimi, qui protinus viſa hoſtis facie terga vertunt.* irritans ventos, more pugilum ad pugnam ſeſe inuicem prouocantium.* pedibuſq; fuga, acer. iuxta illud.
pedibus timor addidit alas.* curriculo non paruo curru. ſed debito certi temporis ſpacio.* mediam me- curriculo.
Marci. 14. tam. hoc eſt. priuſquàm gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.* tibi notum. & hoc ſecundum petri audaciam
Luc. 22. Lucam qui ait. donec ter abneges noſſe me.* futilis, ideſt puſilanimis effectus. qui nihil huius auda- futilis.
ciæ qua nunc te plenum iactanter oſtendis. in pectore retinebis: ſed totam metu perculſus effundes. ſicut
dolium ab vrente vento aflatum, laxis rimulis vinum effundit.* magis vſq; magiſq;. hoc eſt quòd legi- petri audacia.
tur in Euangelio. At ille amplius loquebatur. Et ſi oportuerit me ſimul commori tibi, non te negabo.
in quibus verbis fides, animiq; feruor, & magnus ad dominum affectus aperitur.* turpiq; metu, qui
reddit homines turpes.* Fœda alios, ſ, ſ, verba ſunt petri. dixerat enim. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint,
ſed non ego. Talibus verbis vſus etiam fuerat Turnus in drancen. meq; timoris argue tu drance.
æneid. xi. * quo te cunq; feres. thmeſis eſt.* ſequar vltima. ſic & in Euangelio domine tecum paratus ſum &
Luc. 22. in carcerem, & in mortem ire.* abiungere ſeparare.* his exactis. de eſu agni, inſtitutione Euchariſtiæ,
lotione pedum, minis in proditorem, & obiurgatione petri. Omittit autem hic vates prolixum illum &
aureum ſermonem, quem refert Ioannes Euangeliſta: dictum a domino, pro admonitione & exhorta-
Io. 14. cum ſequen. tione diſcipulorum: & quaſi teſtamentum ipſius. ſequitur verò ordinem ceterorum Euangeliſtarum.
qui hic agrediuntur paſſionem. D. N. I. Ch. narrant enim. quòd egreſſus Ieſus cum diſcipulis ex vrbe,
venit in prædium cui nomen Gethſemani: & relictis ibi ceteris diſcipulis, aſſumpſit Petrum & Iacobum
ac Ioannem ſecum. & cepit pauere & tedere, dicens illis. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem.
Suſtinete hic & vigilate. &c. quæ hic ſequentur.* virentes in colles olea. perexit enim ſecundum

consue-

conſuetudinem in montem oliuarum. vbi ſine ſtrepitu poſſet à Iudeis detineri. in quo & à Iuda poſſet reperiri. vtpote in loco conſueto. * dieq; pro diei. genitiui caſus eſt. ſic & Vergilius dixit libra die ſomniq; pares vbi fecerit horas. Sal. in iugur. vix. x. parte die. pro diei. facit etiam dij. vt in Verg. Munera lætitiamq; dij pro diei. * hauſti. afflicti & conſumpti. * gelidi ſaxi. pro ceruicali & puluillo. * curis triſtibus. ex vicinæ mortis horrore. * velut oblitus. nec enim verè erat oblitus. ſed cum verè deus eſſet ex patre deo. ſic etiam verus homo ex homine matre. curis eſt igitur affectus vt homo, vera circundatus & paſſibili carne, triſtatus vt homo, pauefactus, detentus, ligatus, flagelatus, con ſputus, irriſus, paſſus & crucifixus mortuusq; & ſepultus vt homo. etenim humanas paſſiones noſtras omnes. præter peccatum. cum mortali induerat corpore. icci rco ſint moniti lectores duas in. D. N. I. Ch. naturas fuiſſe, diuinam, in qua impaſſibilis & immortalis. humanamq; : in qua ſimilis nobis mortalis fuit & paſſibilis. * cæleſti ſemine, deus de deo, incomprehenſibiliter, & ineffabiliter. nam & ſi teneamur credere, quod filius æternus ſit genitus ab æterno patre, nobis tamen non licet ſcire. quomodo, aut qualiter ſit genitus. ſed ſufficiat nobis dicere cum Auguſtino, filius dei eſt virtus & ſapientia patris. numquàm fuit pater ſine virtute. & ſapientia. ergo numquam fuit pater ſine filio. ergo coæternus eſt patri filius. ſed dimiſſa hac ineffabili diuina generatione, cuius incapax eſt intellectus noſter. deſcendamus ad exponendam humanæ naturæ paſſionem, in qua ſi compaſſi fuerimus, & conregnabimus.

die pro diei.

Chriſtus quare expauit.

Chriſti natura dupplex.

Chriſti ineffabilis generatio æterna.

dei filius quomodo probetur coæternus patri.

Me capto quæres latebras, iaciesq; ſalutem
Mendaci in lingua pedibusq; fugacibus acer.
Atq; vbi curriculo mediam nox humida metam
Attigerit, ter me tibi notum ille ipſe negabis
Futilis, incutietq; metus tibi fœmina inermis.
Dixerat : ille animi robur magis vſq;, magisq;
Spondebat, turpiq; metu impenetrabile pectus.
Fœda alios ſeruet fuga, nec tu me ante timoris
Argue, quàm terga vrgenti dare videris hoſti.
Quò te cumq; feres aderò : ſequiar vltima tecum :
Nulla tuis poterit me vis abiungere rebus.
His deus exactis : menſas, vrbemq; reliquit,
Et ſe cum ſocijs pura ſub nocte virentes
Tranſtulit in colles olea, & loca ſola petiuit,
Atq; omnes ſecum iuſſit vigilare : ſed illi
Aſſiduis noctisq; dieq; laboribus hauſti
Haud poterant inuictum oculis defendere ſomnum,
Et gelidi in ſummo recubantes æquore ſaxi,
Infuſum toto proflabant ore ſoporem.
Interea curis confectus triſtibus Heros
Cœleſti velut oblitus ſe ſemine cretum,

Ouidius in Epiſtolis.

* indignos euentus, quæ venit indigno. pœna dolenda venit. * labanti. ex varijs cogitationibus. quæ triſtem animum huc & illuc impellunt. * genus leti. quo tunc temporis latrones peſſimi afficiebantur. * acerbum. crucem innuit acerbiſſimam. ex cauſa, ex loco, ex tempore. ex conditione perſonæ. & ex modo patibuli. * de corpore matris. hoc eſt quòd ſupra dictum eſt. quòd ex matre paſſibili infirma & mortali, carnem ſibi aſſumpſit paſſibilem infirmam & mortalem. * quæcumque (exceptis peccatis) quia ex corruptione non eſt genitus vt cæteri, ſed ex virtute ſpiritus ſancti. ſicut dixit Angelus Gabriel de Maria. quòd in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt. & Paulo ſupra dixerat ipſi Mariæ ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. * paueret, valde timeret. & attende quia eleganter iungitur accuſatio. * mens immota. nam & ſi humanum ſit per inferiorem ſenſum mortem horrere, virtutis tamen eſt illam pro communi vtilitate minime recuſare, & patienter ferre. * iterum atq; iterum, ideſt tertio orauit. nobis orandi oſtendens perſeuerantiam. maxime vt a præteritis peccatis veniã, a præſentibus malis tutelam. & a futuris periculis cautelam oremus. & vt omnem orationem noſtrã, ad patrem, filium, & ad ſpiritum ſanctum dirrigamus. * ad cœlum palmas. vnde auxilium expectandum eſt. * omnipotens pater. verba Euangelij hæc ſunt. Et progreſſus puſillum procidit in faciem ſuã, orans & dicens. pater mi. omnia tibi poſſibilia ſunt, transfer oro calicem iſtum a me : veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. cumq; veniſſet ad diſcipulos, & inueniſſet eos dormientes. increpuit petrum: quia non potuiſſet vna hora ſecum vigilare. exhortanſq; eos ad vigilandum, & orandum, ne intrarent in tentationem. ſecundo abijt & orauit. dicens. pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum : fiat voluntas tua. & venit iterum. & inuenit eos dormientes. erant enim oculi eorum grauati. & relictis illis abijt, & orauit tertio eundem ſermonem dicens. * talin. pro taline. * aliena commiſſa, nam graue eſt pro ſeipſo mori, grauius pro amico forſitan iuſto. grauiſſimum peccati alieni pœnas dare.

Crux acerba pluribus ex cauſis.

Chriſtus quare abſque peccato

Pauco accuſatiuo.

mors & ſi horrenda ferenda tamen.

orauit Chriſtus & quare.

Rabanus.

Matth 26. Marci. 14. & Luc. 22.

mori pro quibus graue ſit.

Rom 5. *re. vnde & Apoſtolus dixit. Chriſtus ſecundum tempus pro impijs mortuus eſt. vix enim pro iuſto*
quis audeat mori. * *informi læto, crucis, quæ olim latronum erat ſupplicium.* * *ſeuera conſilia, non cru*
delia, ſed rigoroſa. * *id fixum ſedet. ſi ita omnino fieri cenſuiſti. in hoc, exemplum nobis præſtitit. pri* mors eſt fugienda & ferenda.
mum quidem nolle pati aliquid doloris, maxime vſque ad mortem ducentis, quia carnales ſumus. ſi ta-
men ſic voluerit Deus: acquieſcere; quia fideles ſumus. nam ſicut multum confidere non debemus,
ne noſtram virtutem videamur profiteri: ſic nec diffidere, ne dei adiutoris noſtri impotentiam videa-
mur pronunciare. * *morte ſequeſtra, ideſt media. hinc mediator dei & hominum dictus eſt. D. N. I.* ſequeſter.
1. Tim. 2. *Ch. ab Apoſtolo, quaſi medius arbiter ad componendam pacem. eſt enim ſequeſter, medius inter duos*
altercantes. ſic dictus (vt docet Aulus gel.) quòd vtraq; pars eius fidem ſequatur. * *non fas. nam quo*
vt in ſymb. Athan. *rum vna eſt diuinitas, non debet eſſe diuerſa voluntas. quòd ſi ad humanitatem Chriſti referas, in qua*
minor eſt patre: nefas eſſet ſuperioris patris voluntati non obtemperare. * *deeſſe, diſſyllaba eſt dictio.*
nam per ſynæreſim duæ primæ connectuntur. * *vltro, nulla vi vel fato coactus. quod temere dixerunt* de fato contra mathematicos.

greg. i hom. & Aug.
Indignos animo euentus, indigna labanti
Supplicia, atq; genus leti verſabat acerbum,
Horrebatq; id enim matris de corpore traxit,
Vt quæcunq; hominum mortalia pectora terrent,
Ipſe etiam hæc eadem mortali corde paueret.
Mens immota tamen, virtusq; inuicta manebat.
Ergo iterum, atq; iterum genitorem affatus, & ambas
Ad cœlum tendens palmas hac voce rogabat:
Omnipotens talin pater ô me funere obire?
Me ne aliena malis tantis commiſſa piare?
Eripe me informi leto, & tua flecte ſeuera
Conſilia in melius, duroſq; auerte dolores.
Rom. 5. Si tamen id fixum ſedet, atq; hæc certa tibi mens,
Nec generi humano gnati niſi morte ſequeſtra
Placaris: non fas orbis me deeſſe ſaluti.
Ibo vltro: crimen generis commune refellam.
Dixerat, atq; graues curas ſub corde premebat.
Pſal. 21. Multa agitans: toto ſimul ibat corpore ſudor
Proruptus, ſimul, & ſanguis, vel ſanguinis inſtar.

Mathematici. de quibus vide doctores ſuper Euangelio Epiphaniæ. vbi veſania erroris eorum, & priſcillianiſtarum hereticorum dogma peruerſum confutatur. * *generis, humani ſcilicet.* * *commune, excepto tamen ipſo. D. N. I. Ch qui peccatum non fecit. ſed commune quo ad alios homines. qui omnes in Adam peccauerunt. nã (vt ait Apoſtolus) per vnũ hominem peccatum in hunc mũdum intrauit. & per peccatum mors. & ita in omnes homines mors pertranſiit. in quo omnes peccauerunt. vel dic commune quo ad pœnam, quæ peccata noſtra ſua fecit. vnde & per Prophetam dixit. longe a ſalute mea, verba delictorum meorũ:* peccatores omnes. peccata Chriſti quo dicuntur.

Eſa. 53. *non quæ ipſe commiſerit. ſed quorum pœnam ſuſtinuit. hinc Eſaias dixit. verè iniquitates noſtras*
ipſe portauit. item dominus poſuit in eo omnium noſtrum iniquitates. & rurſus. eo quòd iniquita-
tem non fecerit. & rurſus ab iniquitate populi mei ductus eſt ad mortem. * *ſudor ſimul & ſanguis.*
Luc. 22. *hyſteron proteron in ſenſu. ſic enim legimus in Euangelio Lucæ. pater ſi vis transfer calicem iſtum, a*
me. verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat. Apparuit autem illi Angelus de cœlo, confortans
eum. & factus in agonia prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis
Theoph. ſuper Luc. *in terram.* * *vel ſanguinis inſtar. hoc dixit ſecundum. S. Theophilum qui ait. vel hoc prouerbialiter di* ſanguinis guttæ
ci. de eo qui vehementer ſudauit: quòd ſudauit ſanguinem. volens igitur Euangeliſta innuere, quòd
groſſis ſudorum guttis madebat. ſumit guttas ſanguinis ad exemplum. Auguſtinus tamen dixit. Orãs ſudor Chriſti ſanguineus.
Aug. in ſent. proſp. *etiam cum ſudore ſanguineo dominus ſignificabat de corpore ſuo toto. quod eſt Eccleſia, manatura eſſe*
martyria. * *puer. dei miniſter angelus.* * *ſolatia. alibi legimus angelos acceſſiſſe & ei miniſtraſſe tan* Angelus cõfortans Chriſtum & quare.
quàm domino: nunc verò & confortaſſe dicuntur. in documento vtriuſque naturæ. creator enim crea
tura ſua non eguit præſidio. ſed homo factus. ſicut propter nos triſtis eſt: ita & propter nos confor
tatur. quidam autem dicunt quoniam apparuit ei Angelus glorificans eum, & dicens. domine tua eſt
virtus. tua eſt potentia. tu namq; potes contra mortem & infernum genus humanum liberare. * *mul* Angeli confortatio qualis fuerit.
cebatq; ægrum. quidam præcones verbi dei. & iuxta illos, pictores aſſerunt Angelum illi oſtendiſſe
crucis miniſterium, omniaq; paſſionis eius inſtrumenta. acerbitatemq; doloris ſermone expreſſiſſe. ve
rum hoc non videtur mulcere ægrum, aut confortare: iuxta Euangelica verba. ſed potius exacerba-
re dolorem, maioremq; incutere terrorem. niſi dixerint, quia præuiſa minus iacula feriunt. aſt hoc ip-
ſum præuidere quæ ventura erant ſuper ſe mala, agoniam hanc & ſanguineum ſudorem eliciebat. qua
re

re potius dixerim, verè exhortationis verba Angelum retuliſſe: vt ex futuræ gloriæ magnitudine vim paſſionis & doloris extenuaret. potuit autem Angelus vti verbis Pſalmiſtæ. Expecta dominum: viriliter age: confortetur cor tuum: & ſuſtine dominum & his Eſaiæ Prophetæ. tu domine ſi poſueris Eſa. 53. *pro peccato generis humani animam tuam, videbis ſemen longeuum, & voluntas domini dei patris in te dirrigetur. pro eo quòd laborauerit anima tua, videbis & ſaturaberis, in ſcientia tua iuſtificabis tu ipſe iuſtus ſeruos domini multos. Eia domine ad magna præmia nemo poteſt peruenire niſi per magnos* greg in ho. mart. *labores: delectet igitur magnitudo præmiorum, ſed non deterreat certamen laborum. nec enim coronabitur: niſi qui legittime certauerit. porrò non ſunt condignæ paſſiones huius ſæculi, ad futuram glo*- Rom. 8. *riam quæ reuelabitur in ſanctis. tu autem qui & te ipſum exinaniuiſti, vt formam ſerui acciperes, ſi* Philip. 2. *etiam factus fueris obediens patri vſq; ad hanc mortem crucis. exaltabit te dominus deus pater. & dabit ibi nomen ſuper omne nomen, vt in nomine tuo omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, &*

Ecce autem effulgens ſubito dilapſus ab axe
Stelligero pictis iuxta puer aſtitit alis:
Dicta ferens patris, in tanto ſolatia rerum
Turbine, mulcebatq; ægrum, curaſq; leuabat. Ioan. 18.
Abſtergens toto fluidum de corpore rorem.
Hortator verò ſceleriſq; inuentor Iudas.
Compoſito interea vocat hoſtes vertice ab alto,
Seq; vltro comitem, atq; ducem venientibus offert.
Ergo adſunt improuiſi illum in vincla petentes.
Longius æra micant tremulai lumine Lunæ.
Iam clipei reſonant, iam ferri ſtridit acumen,
Pinguiaq; exuperant noctem funalia longo
Ordine, multifidæq; faces, quas unguine ſupra
Obduxit manus, & ferro inſpicauit acuto.
Fit ſtrepitus: vaſto circum mons vndiq; pulſu
Armorum ſonat, atq; virum clamoribus omnis.
Quos his nil trepidus compellans vocibus heros,

*infernorum: & omnis lingua confitebitur. quia tu dominus Ieſus es in gloria dei patris. * hortatorve, ſce, nam ſciebat (vt ait Ioan.) Iudas qui tradebat eum locum: quia frequēter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Iudas ergo cum accepiſſet cohortem & a pontificibus et pharifeis miniſtros:*

Chriſtus capitur.

*venit illuc cum laternis facibus & armis. * compoſito, id eſt ſicuti cū eis compoſuerat. eaptionem futuram in eo loco, ſine vllo tumultus turbarū periculo. & vnde non credebat poſſe euadere circumcirca ſepibus horti, vel maceriæ incluſus. * vocat, aliquo ſigno. præceſſerat enim vt videret, an ibi eſſet. * improuiſi. exiſtimatione eorum, nam ipſe dominus ſciebat omnia quæ ventura erant ſuper eum: & iam dixerat diſcipulis: Ecce appropinquat, qui me tradet: * æra.* Ioan. 18. Marc. 14. Math. 26.

tremulai diphthongus ſoluta.

*ſcuta, vel arma ærea aut ære ornata. * tremulai Lunæ, pro tremulæ. ſoluta eſt diphthongus grecè declinationis. vt aquai, pictai, & ſimilium dictionum. * pinguia funalia. quæ pingui oliuo, cæra, & reſi*-

multifide.

*na, intincta paſcebant lumen. in laternis, facibus & cæreis nocturnis. * multifidæq; faces. quæ multi*-

vnguen.

*pliciter ſcinduntur. * vnguine, axungia fortè, vel oleo, ſeuove, & pinguedine quauis. morem tangit alicuius regionis. vbi pro cæreis quadruplicatis (quibus nocturno itinere nos vtimur) facibus illitis*

Inſpicare.

*quauis pinguedine tenebras noctis expellunt. * inſpicauit. acutas & ſpicarum ſimiles reddidit: quæ ex omni parte tenues emittunt ariſtas. * his nil trepidus. quod eſt ſignum miræ fortitudinis. * com*-

Chriſtus excecat & proſternit milites. & quare.

*pellans. alloquens. * quem quęritis. verba ſunt Euangelij. quærit autem non volens ſcire. ſed eum præſens eſſet ab eis videri non poterat, vel diſcerni, quia excecauerat oculos eorum. fecit autem hoc d. Ieſus. vt oſtenderet, quoniam non ſolum comprehendere eum non poſſent inuitum: ſed nec videre in medio exiſtentem: niſi ipſe concederet. & eſt diligenter aduertendum. quia Ioan. Euangeliſta, vbicunque eſt narraturus aliquid pertinens ad infirmitatem humanæ naturæ pro nobis aſſumptæ, ſemper pręmittit vel interſerit aliquem actum, per quem appareat eum etiam eſſe deum. vt hic eaptionē eius narraturus, & paſſionem: præmittit millitum excecationem, atq; proſtrationem. ne, quæ in verum hominem facta ſunt, tantummodo attendentes, verum eſſe deum obliuiſceremur. * in vrbe. miſcet poeta verba domini, & quę dixit antequàm teneretur: & quæ poſtquàm eſt detentus. nam (vt inquit Matth.)* Matth. 26. *iniecerunt manus in Ieſum, & tenuerunt eum: deinde cum iam ſanaſſet aurem a petro illi malco ponti*- & Mar. 14. *ficis ſeruo abſiſam. dixit Ieſus hæc verba. Tanquàm ad latronem exiſtis cum gladijs & lignis comprehendere me: quottidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuiſtis. niſi dicamus eum bis hæc*

anticipatio color rethoricus.

*verba dixiſſe. aut per anticipationem hic poſita eſſe. quæ figura frequens eſt etiam apud ipſos Euangeliſtas. vt ſæpe teſtatur Auguſtinus in lib. de Conſenſu Euangeliſtarum. * cur non &c. ſtultum (di*-

cit

in hom.

*cit Hieronymus) eſt, eum cum gladijs & fuſtibus quærere ; qui vltrò veſtris ſe tradit manibus. & in nocte quaſi latitantem per proditorem inueſtigare , qui quottidie in templo doceat. ſed ideo (vt ait Cyril) in templo non tenuerint : quia non auſi erant propter turbam . quare & dominus foras exiuit . vt ex loco & tempore daret eis aptitudinem ſe capiendi , ex hoc ergo docet, quoniam niſi voluntarius permiſiſſet , nequaquàm eum capere valuiſſent . * tamen, non præmiſit quamquàm . ſed ſubauditur. licet immeritum me tali loco & tempore tenere non deberetis : ſi tamen &c. * adeo obſtat. per inuidiã . * hos ſinite illeſos . Et hoc refert Ioan. cum dixiſſe, poſtquàm proſtrati millites iterum ad interrogationem eius ſurrexerant . reſpondit enim Ieſus , dixi vobis quia ego ſum : ſi ergo me quæritis : ſinite hos abire . vt impleretur ſermo quem dixit , quia quos dediſti mihi non perdidi ex eis quemquàm. * procubuere . nam cum dixiſſet eis ; quem quæritis ? & reſpondiſſent Ieſum Nazarenum. dixit eis Ieſus : ego ſum , ſtabat autem & Iudas qui tradebat eũ cum ipſis. vt ergo dixit eis ego ſum. abierunt retrorſum & ceciderunt in terram. ſuper quibus verbis dicit Auguſtinus : vbi eſt nunc millitum cohors ? vbi terror & munimen armorum? vna vox turbam odijs ferocem, armiſq; terribilem , ſine telo vllo percuſſit, repulit ſtrauitq; deus enim latebat in carne. & ſempiternus dies ita mẽbris occultabatur humanis, vt cum laternis & facibus quæreretur occidendus a tenebris : quid indicaturus faciet ? qui indicandus hoc fecit ? * conſurgunt tandem, ad ſecundam Chriſti interrogationem ? ſicut eſt in Euangelio iterum ergo interrogauit eos Ieſus . Quem quæritis ? illi autem dixerunt Ieſum Nazarenum . * hærentq; ; hæſitant dubitant , principale pro deriuatino . * obliti , ad quid venerint & quid haberent agere . * donec Iudas . videtur hic innuere , Iudam minime ſtratum fuiſſe cum ceteris : quod vix credo . quia ſupra dicitur ſtabat autem & Iudas qui tradebat eum cum eis & cætera potuit tamen etiam hoc fieri ad maiorem Iudæ confuſionem . vt conſideraret ſuas inſidias nullum effectum habituras contra domini voluntatem. contra quem nulla eſt malitia, vel prudentia. * nuſquàm ſomno. ſcelerata quippe conſcientia non ſinit malefactores dormire. * obiecit amicum. mos erat diſcipulis domini , pro mutuæ charitatis conſeruatione, ſicunde rediſſent, ſeſe inuicem ac dominum oſcularentur . ita tamen vt ad dominum primum accederent oſculandum . hoc itaq; mutui amoris inditium vertit Iudas in proditionis ſignum . * namq; pij . in Euangelio ſic legimus . dederat autem traditor eis ſignum, quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, & ducite caute . & confeſtim acceſſit ad Ieſum dicens . Aue rabbi, & oſculatus eſt eum. dixitq; illi Ieſus . amice ad quid veniſti ? oſculo tradis filium hominis ? * compoſuit ſeſe tanquàm eſſet amicus : ne quid ſiniſtri ſuſpicaretur . * & ficto d,o,n, ſuſcepit dominus oſculum traditoris . non quòd ſimulare nos doceat : ſed ne proditionem fugere videretur. ſiquis autem quærat . cur oſculo Iudas tradidit Ieſum ? timuit ne ſi forte manifeſtum aduerſarium ſe illi præbuiſſet . ipſe ei fieret cauſa euaſionis . cum poſſet ſecundum opinionem eius effugere & facere ſe inuiſibilem . ſimul & metuens ne Iacobum minorem pro domino tenerent : qui domino facie dicitur ſimilis fuiſſe . * dolum præſenſit. quis enim dominum poteſt fallere ? qui ſcrutator eſt cordium & nouit omnia antequàm fiant ? * fidiſſime, non qui eſſet, ſed qui eſſe debuiſſet . vel ironicè loquitur improperans ſimulationem . hoc enim vocabulo in malorum increpatione vtitur ſcriptura . amice ad quid veniſti ? amice quomodo huc intraſti ? amice non facio tibi iniuriam ? * tanton pro tantone, tendis. hoc eſt quòd ait Auguſtinus ad quid veniſti ? tamquàm ſi diceret. oſcularis & inſidiaris ? noui quare veneris : amicum fingis, cum proditor ſis . * commertia, ideſt mutua amicitiæ fœdera . * quondam : quando in familiaritatem*

Chriſtus ultro captus eſt.

Heus, inquit, iam ſtate viri, quem quæritis, adſum .
Quò ferrum, flammæq; ? palam conſpectus in vrbe
Conuentu cecini magno præcepta parentis :
Cur non vna omnes vos tunc tenuiſtis inermem ?
Iſta ſub obſcurum noctis cur agmina cerno ?
Quòd ſi me tamen ad mortem depoſcitis armis
Inſontem, & vobis adeo obſtat gloria noſtra ,
Hos ſinite illeſos, nihil hi meruere, nec auſi .
Tantum dilecti comitis mandata faceſſunt,
Vnus ego veſtras explebo deditus iras .
Hæc ait, & bis ſe quærentibus obtulit vltro .
Illi autem ad vocem toties (mirabile viſu)
Procubuere, ſoloq; ingentem fuſa dedere
Arma ſonũ, atq; oculis ſubitò nox plurima oborta eſt :
Conſurgunt tandem ſomno, vinoq; grauatis
Aſſimiles, hærentq; obliti, donec Iudas,
Qui nuſquàm ſomno noctu ſe ſtrauerat illa ,
Signa dedit manifeſta, hoſtiq; obiecit amicum.

hærent.

Iudas an proſtratus ſit.

ſceleſti nequẽt dormire.

oſculabantur quare dominus & diſcipuli.

Iudas oſculatur dominus & quare.

Rabanus.

deus omnia nouit.

amice.

In ſermo. de paſſ. d.

Namq; pij ſcelus id prætexens nomine amoris,
Compoſuit ſe ſe, & ficto dedit oſcula vultu.
Ille dolum præſenſit, & hæc preſſo edidit ore:
Hæc verò meruit comitum fidiſſime noſter
Oſcula amor? tantón' ſcelere vlla ad præmia tendis?
Haud equidem hæc tecum pepigi commertia quondã.
Vix ea fatus erat, cum circumfuſa iuuentus
Cæca ruit, denſaq; omnes indagine cingunt:
Non aliter quam coniectum cum in retia rara
Ceruum, aut fulmineis metuendum dentibus aprum,
Paſtorum circum ſæuit manus: illicet haſtas
Comminus agglomerant certatim: ad ſydera voces
Vndiq; eunt: reboant montes clamore propinqui.
Sic iuuenem obſeſſum longè fulgentibus armis
Sæua cohors præmere, atq; omnes incumbere inermi,
Hi prenſare manu, hi ſtupea vincula collo
Inijcere, & nunc huc nunc illuc ducere captum.
Perfurit ante alios, & ſeſe turbidus infert,
Malcus idumeis miſſus captiuus ab oris:
Nulli ferre manum, nulli contendere ſuetus,
Non ea vis illi, non tanta in pectore virtus:
Verum, vt ſe Caiphæ præſtantem, oſtendat in armis,
Cui datus hærebat famulus: nam tutã videbat
Omnia. & audenti nullum hic obſtare periclum,
Audet, cedentemq; vltro petit improbus hoſtem,
Ventoſam nequicquam acuens iniurgia linguam,
Et vix ille ſuas tumefactus corde capit ſpes.
Non tulit hoc præceps animi petrus, arripit enſem,

omnia vo[illegible]

*liaritatem diſcipulatum & apoſtolatum eſt aſſumptus. * cæca, intellectu, nam ægroti in medicum, captiui in redemptorem, et miſeri ſerui in dominum liberatorem irruebant, item cæci. quia obliti quòd ſuerant proſtrati, credebant ſuis viribus eum inuitum tenere. ſed modo tenuerunt, quia ipſe voluit. frequenter enim alias & voluerunt eum tenere, ſed non potuerunt. ſic & Eſaias vaticinatus fuerat. oblatus eſt, quia ipſe voluit. vide & in Euangelio. cum dixiſſet eis. Tanquam ad latronem, ex, c, g, & f, cum, &c. quot, ap, u, ſed, do, in templo, & non me tenuiſtis: ſubiunxit, hoc autem totum factum eſt, vt adimplerentur ſcripturæ prophetarum. * indagine circuitu militari. * retia rara, plagas dicit. * fulmineis dentibus aprum, quos aper acutiſſimos & eminentes in capite ac venatores more fulminis iactat. * paſtorum manus agmen denſum & magna multitudo. * ilicet ſtatim, vt in Vergilio ilicet ignis edax ſummo ad faſtigia tecti voluitur. * comminus. prope & quaſi manu ad manum: e minus autem a longe, quaſi e manu ſignificet emiſſa tacula. * reboant reſonant propter Echo. * præmere pro præmebat. ſic & incumbere pro incumbebat. * ſtupea vincula. cordas dicit. eleganter ante oculos & rem geſtam, & ſatellitum quæſtoris maleficiorum audatiam exprimit. vbi aliquem agrediuntur inermem, vt aprehendant eũ. nihil enim tunc violentius & audentius illis eſt: quòd ſi ad armatum & ſeſe defendentem acceſſerint, videas illos tamquàm mulierculas metu trepidare. * Malcus. de hoc ſic habetur in Euangelio Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſeruum, & abſcidit auriculam eius dextram: erat autem nomen ſeruo Malchus. ſcribendaque eſt dictio per. l. non per. r. ſignificat autem Malchus, Regem, vel regnaturum. * idumeis oris, a perpetuis hoſtibus Iudeorum ab Eſau fratre Iacob deſcendentium, qui & Edom dictus eſt, id eſt ruffus & ſanguinens quia & ſanguinem fratris ſitiuit. & multos Iſraelitici populi, progenies ab eo interfecit. * ferre manum, aduerſus neminem digladiari militum more quando ebrij ſunt aut ex ludo, Zeloue alienius concubinæ irati. * virtus fortitudinis quæ non modo in corporis robore, ſed potius in animi magnitudine conſiſtit. * Caipha ſacerdotum principi. qualis princeps, talis & famulus. * audet. ſic & phrigius philoſophus dixit. Audet in audacem timidus, fortique minatur Debilis: audendi dum videt eſſe locum. * ventoſam vani loquam. * non tulit hoc præceps animi Petrus, eodem mentis ardore fecit hoc Petrus, quo & cætera faciebat. Sciebat enim quomodo phinees puniendo ſacrilegos, mercedem iuſtitiæ, & ſacerdotij perennis acceperit. ſed qualiter qui iuſſus erat maxillam ad alapam dare homicida fit? quia non ſe vlciſci iuſſus eſt. hic autem non ſe vlciſcebatur, ſed magiſtrum. Demum nondum perfecti erant diſcipuli. videbis enim poſtea Petrum verberatum & humiliter ferentem. * arripit enſem. at quomodo qui iuſſus erat non peram habere, neque duo veſtimenta gladium habet? formidans præparauerat illum, cum dominus ſupra dixiſſet. quando miſi vos ſine ſaculo pera & calciamentis numquid aliquid defuit vobis? at illi dixerunt nihil. dixit ergo eis: ſed nunc qui habet ſacculum tollat ſimiliter

Eſa. 53.
Marc. 14.
ilicet.
comminus & eminus.
In ſtatores præ ebrium.
Malci auris abſcinditur & curatur.
Edom a quo idumea.
Ioan. 18.
fortitudo.
Eſopus i fabula mulc & muſch.
Cyrillus.
Petrus vnde habuit gladium.
Luc. 22.

*militer & peram. Et qui non habet, vendat tunicam ſuam & emat gladium. * inhoneſto vulnere, quo facies dehoneſtatur. Etenim pro leui furto, vel deſertione caſtrorum, aut etiam fuga a conflictu ex puſillanimitate. ſolent aures abſcindi, vel nares. * tempus, modo capitis partem. vt & illud. ite triumphales circum mea tempora lauri. quare vana & futilis eſt ea differentia: quòd timpus per, i, ſignificet partem capitis: tempus vero per, e, ſolis motum. * patulam aurem. quæ ſemper patet. vt docet Seruius. ſuper illo verſu. Tityre tu patulæ rec, ſub teg, fagi. hinc datur verſiculus. Aures dic patulas, oculos appello patentes. * amputat. non quòd aurem manu apprehenderit, vt eam ſolam amputaret. ſed caput appetijt, vt amputaret illud. verum ictus affectum non eſt ſecutus,*

vultus ex amputatione auris dehoneſtatur. tempus.

in 1. Eglo. Verg.

patulus & patens.

Amb. Aug. & Beda.

Et ſuper incumbens inhoneſto vulnere tempus
Occupat, ac patulam dicto ocyus amputat aurem.
Quod deus aſpiciens ſubitò dextramq; tetendit,
Deciſamq; ab humo madido cum puluere partem
Suſtulit applicuitq; manu medica, vnde reſecta eſt,
Affixitq; loco: nullo exit fixa dolore,
Vlla nec apparent veſtigia vulneris vſquam.
Mox ſocium increpitans vim dextra arcere volentem
Condere tela iubet, vetito neq; fidere ferro.
Ni faciat, ſenior nequicquam magna locuto
Strictum ardens illi per coſtas exigat enſem.
Non iſtis opibus, non iſtis nitimur (inquit)
Viribus. eſt genitor, qui me ſi funere acerbo
Eripere, & fuſo nati ſine ſanguine vellet
Placari generi humano, centum agmina poſſet
Cœlicolum, mihi centum acies ſummittere ab arce
Sydera, infenſum qui cœtum hunc enſe trucident.
Militiamne adeo ſuperum, pugnataq; bella,
Atq; poteſtates varias, & nomina neſcis?

auris abſciſſa quid ſignificat.

*forte ex capitis retractione. myſtice auris Malchi abſciſio dexteræ. ſignificat interioris auditus ſpiritalem legis intelligentiam populi Iudeorum olim late regnantis, at modo principibus ſacerdotum, ideſt hypocritarum ſeruientis Petri gladio abſciſſam eſſe. hoc eſt verbo dei quod tamquàm gladius ex vtraq; parte acutus ex ore Petri procedebat. quòd autem dominus eandem aurem ei reſtituit. notat rectam legis intelligentiam in his qui de eodem populo credituri erant per Euangelicam doctrinam, reformandam iri. * quod deus aſpiciens. nota quia miraculum facturus, recte deus dicitur; * ſuſtulit ab humo partem deciſam ſuple aure reliquâ. nec enim ſola carthilago exterior quæ auricula ſolet appellari, ſed etiam & multo magis foramina ipſa, per quæ ſonus ingreditur & in quibus auditus ineſt. aures vocantur. vnde & Lucanus dixit: Triſte ſupercilium, furioſus vultus & acer. Sollicitæ porrò plenæque ſonoribus aures, * madido puluere, quo ſanguine tincta fuerat cadendo aſperſa. * manu medica bonum pro malo reddens. numquàm enim pietatis ſuæ obliuiſcitur dominus. Illi iuſto mortem inferunt, ipſe perſequentium vulnera ſanat. * nec appareat veſtigia hoc eſt cicatrix nulla remanſit; ficut in aliorum medicorum ſanatione contingit: ſed nil mirum, qui totam, cum non eſſet fecerat, ipſe idem deciſam facilius abſque cicatrice repoſuit. * ſocium, Petrum dicit. nam ſecum laborauerat, & in tentationibus adhuc permanebat. * condere tela iubet. ſic & in Euangelio dicitur. Tunc ait illi Ieſus. conuerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas? quia non poſſum rogare patrem meum: & exhibebit mihi modo plusquàm duodecim legiones Angelorum? quomoo ergo implebuntur ſcripturæ? quia ſic oportet fieri. * ni faciat, ideſt niſi prohibuiſſet vti gladio. * magna locuto, illi Malcho pontificis ſeruo. * ardens iracundia plenus. * opibus, ideſt auxilijs. * viribus humanis. q. d. non indigeo duodecim Apoſtolorum auxilio: etiam ſi omnes me defenderent: qui poſſum habere xij. legiones Angelici exercitus. * centum agmina, & centum acies. numerus finitus pro infinito. * militiam ſuperam, cœleſtis exercitus. de quorum numero dicit Daniel. Millia millium miniſtrabant ei. & decies millies centena millia aſſiſtebant ei. * pugnataque bella. contra exercitum Pharaonis, quem per Angelum dominus in mare rubrum ſummerſit. contra amalechitas, quos orante moyſe per Angelum in fugam conuertit. & ne ſim prolixus numerando bella, quæ Angeli domini geſſerunt pugnantes pro populo Iſraele in terræ promiſſionis introitu. de quo vide lib. Ioſue. ſufficiat adduxiſſe cædem illam horrendam, & vaſtiſſimam Angeli vnius, qui in diebus Ezechiæ regis Iuda, de exercitu ſuperbi & blaſphemi Sennacherib aſſyriorum regis, interfecit centum octoginta quinq; millia nocte vna. * poteſtates va, et nom, neſcis. tres namq; ſunt cœleſtium ſpirituum hierarchiæ, infima media & ſuprema, terniq; ſunt ordines earũ, infimæ quidem Angeli, Archangeli & virtuts.*

Lucanus lib. 6.

auris & auricula.

Chriſtus malũ pro bono reddit.

Angelorum numerus.

Iſaie. 37.

Dion. libr. de cœleſti. hier.

Sennacherib.

Angelorũ hierarchiæ & ordines ac nomina

media vero. poteſtates, principatus, & dominationes. at ſuppremę: throni, Cherubin, atque ſeraphin. pauca admodum Angelorum nomina in diuinis ſcripturis habentur quæ & ipſa non propria, ſed magis ex operatione, ad quam miſſi ſunt impoſita eſſe dicit Gregorius. nec vni tantum conuenientia, ſed omnibus, qui ad ſimile opus diuerſis mittuntur temporibus. de Michaele, cui commiſſa eſt Eccleſia dei, & qui diabolum de cælo effugauit: qui & dicitur princeps militię cæleſtis exercitus. habemus in Daniele & in Apocalypſi. de Raphaele qui dicitur medicus cæleſtis, & comes fidiſſimus: in Tobia. de Gabriele forti nuncio, in Euangelio Lucæ. & in Daniele Propheta.

greg. I ho. Eſtiuum tẽpus dominicę 3. poſt Penth. ibidem. Dan. 10. & 12. Apoc 12. Tobie. 3. Dan. 8. Luc. 1.

Nunc ſine me imperijs magni parere parentis,
Quæ me ſola premunt: hominum nil demoror arma:
Talibus auditis ſenior vix deſinit iræ
Inuitus: veluti aſpexit ſi forte Magiſtri
Aſſuetum imperijs ceruum media vrbe Moloſſus,
Syluestrem ratus inſequitur. vix voce coercet
Venator rabido inſtantem ceruicibus ore.
Ergo ſua victum, nec viribus vſum
Corripiunt cuncti (heu ſpecies indigna) trahuntq;
Inualidum, & dictis lapſantem immitibus vrgent,
Hæc pater omnipotens ſuperum regnator olympo
Tam lentus cernis? nec cœlo tartara miſces?
Ecquando horrificum dextra iaculabere fulmen?
Si nunc immoto facies innubila mundo eſt?
Fœdere iam rupto rerum confuſa laborent,
Atq; repente Elementa ruant, ruat arduus æther.
Cur tua dextra vacat? cur non face terra triſulca
Iam fumat? quos flamma vorax ſeruatur in vſus?
Non genus humanum, non tanti regia cœli
Alitibus ſupplenda choris, non aurea gens, quæ

lib 1. Met.

geor. lib. 3.

Moloſſus.

* quæ me ſola præ, noſque homines ſola præmere deberent. ſed nos rebelles magis hominum ſæpe, mandata cu ramus. * moloſſus venaticus canis, & epiroticus. a Moloſſa parte Epyri. nam teſte Theopompo, xiiij. fuerunt Epyrotarum gentes, quarum celeberrimi Chaones & Moloſſi. de quibus Ouid. Nec contentus eo, miſſi de gente moloſſa obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit. hinc & Moloſſi canes dicti ſunt. vnde & Virgilius. Nec tibi cura canum fuerit poſtrema, ſed vna velocis ſpartæ catulos, acremque Moloſſum, paſce ſero pingui. * Syluestrem ratus. cum tamen eſſet domeſticus, ac manſuefactus. nec enim nouerunt canes tale diſcrimen. ſed quo naturalis impetus eos ducit, illo feruntur. * ſponte ſua victum. vt propria nos morte redimeret, & ſanguine ſuo noſtra lauaret crimina. * nec viribus, diuinis quibus poterat (ſi voluiſſet) vt ſupra oſtenſum eſt.

Ieſu ligati exclamatio.

* heu ſpecies indigna, viſu, ſcilicet quis enim ferret? & a lachrimis temperaret? videre regem regum, & dominum totius orbis, per quem omnia vincula noſtra ſoluta ſunt: manibus poſt terga ligatis trahi a gente deſpecta & viliſſima? faciem illam in quam delectantur Angeli proſpicere, conſpui? cedi? & immundo puluere fœdari. * inualidum propter infirmitatem carnis humanæ, noſtraq; natura, pro nobis aſſumptæ. * lapſantem, ceſpitantem in ſaxorum crepidine, & propterea lapſum facientem, cadentemque. * dictis immittibus, hoc eſt blaſphemis. nam impingentem trahebant dicentes. ſurge Galilæe, Samaritane, ſeductor, falſe Propheta, dæmonium habens, malefice. tuæ artes magicæ tibi nunc nihil profuerunt. talibus opprobrijs dominus Ieſus (vt ait Propheta) ſaturatus eſt.

obprobria in Chriſtum.

Pſal. 21. trenorũ. 3.

querella pro Chriſto ad patrem.

* hæc Pater omnipotens, plena commiſeratione quærella, elegantiſſimeque deſcripta. & quæ erudimur. quantum dilexerit nos deus pater. patiendo vnigenitum filium & dilectiſſimum tot mala tamque acerba pati, pro malorum ac rebellium ſeruorum redemptione. * olympo, pro ex olympo, deeſt præpoſitio. perinde eſt ac ſi diceret, ex lucidiſſima ſpecula, vnde cuncta quę hic geruntur clariſſime videntur. * tam lentus, modo tarditatem ſignificat. * nec cælo tartara miſces, ideſt nec omnia confundis: pro liberatione & vltione gnati ab hominibus tam malehabiti. * Ecquando. pro Ecce quando ſi non nunc? * horrificum fulmen, in punitionem malorum ſeruorum, qui herilem dominum tamquàm latronem trahunt ad ludibria, & ad mortem crucis. * facies innubila, ideſt ſerena abſque nubibus, ex quarum colliſione fulmina creari creduntur, & in mortales peccatores iaculari. * confuſa, ita quòd in chaos iterum redeant. * fœdere quo inuicem connectuntur, de quo diximus in primo libro. * elementa, pro tribus inferioribus tantum cape, aere aqua & tellure, quia ſequitur, ruat arduus æther. * face triſulca. fulminis & fulguris. dicitur autem triſulcum, quia aflat vnum, alterum ſcindit. tertium & exurit. * Non genus humanum, tanti ſit ponderis apud te, vt pro illius redemptione patiaris gnatum tot indigna ſuſtinere obprobria. * Supplenda

triſulcũ fulmẽ.

vide greg. in hom. dominica iij. poſtPenth.

da ex hominum ſalute, pro Angelis reprobis, qui ceciderunt. nam vt dicunt ſancti doctores, homines icτirco a deo creati ſunt, & redempti a D. N. I. Ch. vt impleantur ſedes cœli, Angelorum euacuata ruina. ſicut etiam vaticinatus eſt Dauid in Pſalm. Dixit dominus domino meo. in illo verſ. iudicabit in nationibus: implebit ruinas. conquaſſabit capita in terra multorum. * aurea gens Chriſtiana ſcilicet maxime de qua ſcriptum eſt. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna: & cætera quæ ibi ſequuntur. eſt enim illa: de qua cecinit Dauid poſt paſſionem domini prædictam: Annunciabitur domino generatio ventura. & annunciabunt cœli iuſtitiam eius, populo qui naſcetur, quem fecit dominus. * pietate, religioſo dei cultu, adeo vt ſanguinem & vitam non vereantur exponere pro fide Chriſti mundo propaganda. * tanto amore. nullo meliori medio poterat dominus Deus Pater immenſum amorem ſuum nobis oſtendere quàm proprio vt filio non parceret, ſed pro nobis traderet illum in mortem. * turbine, tempeſtate atque impetuoſa malorum violentia. metaphora a naui ventorum turbini expoſita. * vnigenam, ideſt vnigenitum. nam ſicuti. vnus eſt Pater a quo omnia: ſic eſt & vnus filius per quem omnia. & vnus ſpiritus ſanctus in quo omnia facta ſunt

homines creati pro angelo cum reparatione.

Actuum. 4.

aurea gẽs quæ.

21.

dei amor in hominem.

Rom. 10.

vnigena.

Rom. 11.

Mox hinc ſe tollet pietate inſignis ad aſtra.
Nec noſtri tanto te cura incendat amore;
Iactari vt tali patiaris turbine natum,
Vnigenam, deſertum, inopem, atq; extrema ferentem.
Diffugere metu comites, ſyluiſq; teguntur,
Spumiferi vt ſuis aduentu, ſæuiq; leonis
Semianimes: paſſim inſequitur ferus hoſtis euntes.
Aſpiceres hunc iam captum, iam veſte relicta
Elapſum manibus rapido petere ardua curſu:
Illum ſpeluncas, & ſicubi, operta ſubire
Per ſyluam loca, ſaxorumq; in fornice condi.
Nec mora, nec requies, curſu nemora auia feruent,
Et vaſto intonſi colles clamore reſultant.
Iamq; ſacerdotis ſummi tecta ampla ſubibant.

& exiſtunt. dixit autem vates, vnigenitum per auxeſim. nam ſi pater ex pluribus filijs vnum exponat morti, minorẽ ſentit dolorem ex ſolatio remanentium. quòd ſi vnicum habeat, morti expoſitum inconſolabiliter vt defleat, neceſſe eſt. * deſertum angelico & diuino auxilio, humanoque: nam diſcipuli eius omnes relicto eo fugerunt. * inopem, rerum, quibus poſſit ſeſe redimere captiuum de manibus hoſtium. * extrema, mala morti vicina. * diffugere metu comites, Petrus quoque. ſed & adoleſcens quidam, qui ſequebatur eum, amictus ſyndone ſuper nudo, tentus eſt ab eis: At relicta ſyndone nudus profugit ab eis. * ſpumiferi ſuis, ideſt apri. * ferus hoſtis, ſingularis pro plurali. * hunc, adoleſcentem de quo dixi modo. quis autem fuerit, neſcimus. nam Theoph. ſcribit probabile eſſe quòd erat de illa domo in qua Paſcha comederant, forte filius Simonis, de quo ſupra. quidam verò dicunt fuiſſe Iacobum fratrem domini, qui ſimilis ei erat. Gregorius vero Ioannem exiſtimat. qui & ſi poſtea rediit cum Petro in prætorium pontificis, prius tam exterritus cum alijs aufugit. & illum eo tempore adoleſcentem fuiſſe, longa poſt paſſionem domini vita eius in carne inditio eſt. lxviij. annis quippe ſuperuixit ſecundum Iſidorum. & prope centenarius ſecundum alios defunctus eſt. potuit enim fieri (dicit Gregorius) vt ad horam tenentium manibus elapſus, mox reſumpto indumento redierit: & ſub dubia lucis nocte ſe turbis ducentium Ieſum, quaſi vnus de ipſis immiſcuerit, donec ad atrium Pontificis, cui notus erat, perueniret. * illum, quemuis alium ex duodecim. * & ſicubi ſubaudi, repererit. * fornice, concauitate vel ſpelunca, quæ fornicis inſtar habet. eſt autem fornix arcualis ea curuatura, quæ in ædificijs frequens eſt. ponitur & pro antris montium, cauernis petrarum, & meretricijs cellis. vnde & fornicor, ac fornicatio deducuntur a furuo, ideſt, nigro & obſcuro fornicem dici exiſtimant, quòd talia loca concamerata plerumque obſcura ſint. * condi pro abſcondi. * nec mora nec requies, trepidantium morem expreſſit, qui nullibi locum ſibi tutum exiſtimant, & vbiq; poſſe reperiri formidant. quare diu eodem loco non audent eſſe. * nemora auia feruent, quòd erat hominum loco tribuit. * vaſto clamore, inſequentium, non fugientium, qui præ formidine nec audent hyſcere. * iamq; ſacerdotis ſummi, non Annæ, ſed Caiphæ. nam & ſi per tranſitum ad Annam primum, qui erat ſocer Caiphæ, duxerint Ieſum (vt ait Ioannes Euang.) quia tamen omnes conuenerant ad palatium pontificis: vbi erant diſcutienda crimina, teſtes examinandi, & quodammodo præparatoria inditij explicanda, ideo omiſſis quę in domo Annæ in Ieſum facta ſunt: ad ea tranſgreditur vates enarranda, quæ in Pontificis Palatio geſta ſunt. ne tamen quæ fuerint illa ignorentur, ſubijciam verba Ioannis Euangeliſtæ: deinde ad explanationem eorum, quæ reſe-

Mar. 14.

adoleſcens quidam.

lib. 14. moralium.

Ioannis Apoſtoli ætas & mors.

fornix.

Apoſtolorum fuga.

ad annam ducitur Chriſtus.

runtur hic ab authore,reuertar.dicit igitur,Io.cohors autem & tribunus & miniſtri Iudeorũ comprehenderunt Ieſum.& ligauerunt eum,& adduxerunt eum ad annam primum.Erat enim ſocer Caiphę, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui conſilium dederat Iudeis: quia expedit vnum hominem mori pro populo.Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus,& alius diſcipulus.Diſcipulus autem ille erat notus pontifici: & introiuit cum Ieſu in atrium pontificis. Petrus ſtabat ad hoſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus alius,qui erat notus pontifici.& introduxit Petrum.&c.de negatione Petri dicetur infra.pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis,& de doctrina eius.reſpondit ei Ieſus: Ego palam locutus ſum mundo:Ego ſemper docui in ſynagoga,& in templo, quo omnes Iudęi conueniunt.& in occulto locutus ſum nihil.quid me interrogas?interroga eos qui audierunt quid locutus ſim ipſis.ecce hi ſciunt quæ dixerim ego.hæc autem cum dixiſſet,vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu dicens,ſic reſpondens pontifici? reſpondit ei Ieſus. ſi male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene,cur me cędis? Et miſit eum annas ligatum ad Caipham pontificem.& tunc facta ſunt quæ narrantur hic a poeta.ad quorum expoſitionem redeamus. protinus vt audierunt eũ captum eſſe.nam licet ante condixiſſent:vt conuenirent.ſtudioſius tamen id fecerunt,poſtquàm nunciatũ eſt eum eſſe captum,quem toties voluerant capere,nec potuerant.quare aliqui deſperauerant quodãmodo capi poſſe.* primores,proceres, vtrũq; pluraliter tantũ declinatur.dicit autem principes ſacerdotum,qui proceres ſunt populi,*

Chriſti interrogatio corã anna.

proceres.principes ſacerdotum.

hoc eſt eminentes inter eos ordine & ſanctitate vitæ. non quod hi tales tunc eſſent: ſed eſſe debuiſſent. & idem dicitur in Euangelio licet alijs verbis, At illi tenentes Ieſum, duxerunt eum ad Caipham principem ſacerdotum: vbi ſcribæ & ſeniores populi.ac omnes ſacerdotes conuenerant. infenſi,inimici, * torua pro toruè, nomen pro aduerbio.* gentis primus.pontifex anni illius.* deniq; poſt*

Protinus huc tota paſſim concurritur vrbe:
Primores adſunt procerum,pœnaſq; repoſcunt.
Vni infenſi omnes,atq; illum torua tuentes
Perterrent,vinctumq; minis crudelibus vrgent.
Tum gentis primus Caiphas ita deniq; fatur: Matth 26. & Mar.13.
Res hodie bene geſta viri: non artibus vllis
Infandum euaſit caput: illi nulla ſuperſunt
Effugia: inſtaurandi animi,& quod reſtat agendum.
Nunc eſt illa dies, qua gloria maxima ſe ſe
Oſtendit nobis: ſed opus properantibus aſtu.
Accipite,& linguis omnes,animiſq; fauete.
Nulli fas noſtrum quemquam demittere morti:

*expectationem falſorum teſtium, & collationem, examinationemque dictorum eorum. de quibus in Euangelio. ſic habetur. principes autem ſacerdotum & omne concilium quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum,vt eum morti traderent: nec inueniebant. nam & ſi multi falſum teſtimonium dicerent: conuenientia tamen teſtimonia non erant. nouiſſimeque inſurrexerunt duo falſi teſtes qui & dixerunt. quoniam nos audiuimus eum dicentem, Ego diſſoluam templum hoc manufactum: & poſt triduum aliud non manufactum rędificabo. & non erat conueniens teſtimonium illorum. * res hodie bene ge,vi,gratulatoria eſt hæc oratio, quaſi rem grandem fecerint & periculoſam. prehendiſſe vnum hominem, inermem, nec ſeſe defendentem, neque fugientem, ſed vltro ſe illis offerentem. * artibus vllis,magicis vult innuere. nam magum eum falſo reputabant. propter ſigna mirabilia quæ olim fecerat. & quia cum alias voluiſſent eum tenere, ſe ſe inuiſibilem fecerat. ſicut ſcriptum eſt. Ieſus autem tranſiens per medium illorum ibat. quaſi Deus non potuerit ſigna facere, & viſibilem inuiſibilemque pro libito reddere? * infandum caput. quaſi execrabile & ſectæ Galileæ princeps. * ſuperſunt, reſtant amplius. * nulla effugia. duo ſignificat & loca refugij, & modum fugiendi. * inſtaurandi animi. ac ſi ante deperditi. quando ad inuicem dicebant. videte quia nihil proficimus. Ecce totus mundus vadit poſt eum. * & quòd reſtat.vt de medio, morte tollatur. * gloria maxima. Iactabunde numquid cepiſti vrbem munitam? vel caſtellum aggeribus & foſſis circumquaque vallatum? quid ſi Romanas acies effugaſſes? * properantibus iuſti necem. * aſtu.malitia. * accipite.audite & intelligite. * fauete quaſi grandia dicturo,& valde vtilia pro republica conſulturo. * demittere morti. nobis non licet interficere quemquàm.vel propter ſolemnitatem Paſchæ.vel quia multum de poteſtate priſtina abſciſum erat eis Romanis rebus ſubiacentibus. aut non licebat eis morti crucis turpiſſima eum tradere, ſicut volebant.lapidare.n.poterant: ſicut & Stephanum lapidauerunt,& Nicodemũ,et alios Chriſti diſcipulos.* Romani ducis.Pilati præſidis.ſeu procuratoris Auguſti. iuxta illud procurãte Pontio Pilato Iudeã.* ſtat quiſq; .i.viuit,abſoluitur.* caditue.condemnatur & moritur.* leti cãs.quæ nulla*

teſtes falſi contra Ieſum. vbi ſupra.

gratulatoria oratio.

Chriſtus falſo magus reputatus.

Chriſtum quare Pilato tradiderunt. Aug Io. c 3. Cyrillus.

ſtat,caditue.

Ioan. 18. *nullæ erant. vt teſtatus eſt præſes ipſe. nullā (inquit) inuenio mortis cauſam in homine iſto.* crimina. de* cauſe mortis Chriſti.
Eſai. 53. *eo vaticinatus erat Eſaias. ꝙ peccatum non ſecit, nec eſt inuentus dolus in ore eius. & ipſe dominus a-*
lias dixerat eis. quis ex vobis arguet me de peccato? tres cauſas cõfinxerunt, & crimen vnū quod obij
Luc. 23. *cerent. ꝙ ſubuerteret gentē, ꝙ diceret ſe filiū dei. ꝙ prohiberet tributum dare ceſari. & ꝙ cõmiſiſſet cri*
men læſæ maieſtatis, dicens ſe Chriſtum regem eſſe. nam omnis qui ſe regem facit contradicit Ceſari. du-*
cē Romani exercitus Pilatum.

Romani ducis arbitrio ſtat quiſq;, caditúe:
Quæramus leti cauſas, & crimina primum;
Inde ducem inſtructi verbis adeamus, vt ipſe
Audiat, & morti indefenſum deſtinet hoſtem.
Sic ait, hinc captum alloquitur: Tune ille ſupremi
Vera dei ſoboles, verus deus, æthere ab alto
Quem vates oriturum orbi cecinere priores?
Per patris obteſtor numen, qui ſydera fulcit,
Fare age, ne te diſſimula quærentibus vltro;
Diſcuſſisq; palam qui ſis nunc nubibus, ede;
Ne te diuino ignari fraudemus honore.
Dixerat: ille autem in medio defeſſus, inermis
Conſpectu Paulum ſuſtollens lumina fatur:
Sum quod ais: quid me ſtudio tentatis inani;
Hæc eadem toties ſcitati? parcite tectis
Inſidijs, victiq; dolis deſiſtite tandem.
Ipſe palam fateor: nec iam mora longior obſtat,
Cum mihi ſublimis cedet plaga lucida olympi
Regnanda: ætherea iam iam cernetis in aula
Amplexum dextram patris omnipotentis, & inde
Mox iterum terras petere aſpicietis eundem,

** vt ipſe & non nos. ſic eos in-* mandãs ſanguinem effundi per inde homicida eſt ac ſi ipſe effudiſſet.
crepat Aug. ita ne omnem ſen-
ſum nimia malicia perdidiſtis?
vt ideo vos a ſanguine innocen
tis impollutos eſſe credatis? q̃a
eum fundēdum alteri traditis?
indefenſum. quem nullus aude-
bit defendere contra impugna-
tionē noſtrā. alloquitur frau-*
dulenter & malitioſe interro-
gat, vt aliquid extorq̃at de ore
eius, quo poſſit illū reū mortis
facere. vera dei ſoboles. in E-*
uangelio ſic legitur. adiuro te ꝑ
deum viuū, vt dicas nobis palā
ſi tu es Chriſtus filius dei bene-
dicti. fare age? non veritatem* Chriſtum Caiphas iterrogati
ſcire deſiderabant. ſed calum-
niam præparabant. ne te diſſi-*
mula, quod es, ne abſcondaris.
ſed manifeſta te ipſum nobis.
** palam aperta voce.* diſcuſſis*
nubibus: locutionibus parabolicis. vel enigmaticis, vt in tēplo: loqui cūſueueras. ede, aperi, manifeſta.* edo, dis.
trāſlatio ſumpta ab argētarijs: qui rõnes ſuæ edere dicunt, qñ in publicū earū copiā faciunt. vt docēt iu
riſperiti in titulo de edendo. ſed & Tabeliones dicunt inſtrumēta edere, & authores quos cõpoſuerunt
libros, qñ proferunt eos in publicum legendos. fraudemus honore ſub hoc melle latet virus.* defeſſus*
ex violēta itineris atractione. & crebris militū concuſſionibus, famulorūq; impactionibus, & percuſſio Chriſtus reſpõdet.
nibus. ſuſtolens lu, leuans oculos. ſciebat. n. eorū præcordia, nec falſa, q̃ ſpondebant obſequia, latebant*
eū. nouerat profecto: ꝙ qui non crediderant operibus, multominus ſermonibus credituri eſſent: reſpõdet
tñ: & ꝑ reuerentiā patris. in cuius nomine fuerat adiuratus: & ne nullam futuris tēporibus vel pal
Io. 15. *liatā excuſationem poſſent afferre. ſicut & alibi dixit ipſe. d. Ieſus. ſi non veniſſem, & locutus eis non*
fuiſſem, peccatū non haberent: nunc aūt non habent excuſationem de peccato ſuo. ſum quod ais. penè*
Luc. 23. *Euangelij verba retulit. nam cum primæ interrogationi. ſi tu es Chriſtus dic nobis, ſic reſpondiſſet. ſi uo*
bis dixero, nõ credetis mihi. ſi autē interrogauero, nõ reſpõdebitis mihi. neq; dimittetis. Ex hoc aūt erit
filius hoīs ſedens a dextris virtutis dei. dixerūt aūt oēs. Tu ergo es filius dei? Ieſus dixit. vos dicitis, q̃a
Marc. 14. *ego ſum. & ſcdm Marcū Euāg. & Aug. in lib. de cõſen. Euāg perinde eſt ac ſi dixiſſet, ego ſum.* tētatis*
inani, q. d. non me fallitis. ſcio quid captetis. toties. in hoc loco bis, ut ſupra viſum eſt, & alibi dū eſſet*
in porticu Salomonis, & deambularet, circumdederunt eum dicentes. Quouſq; animas noſtras tollis? ſi
tu es Chriſtus, dic nobis palam? et alias multoties inſidiati ſunt ei, quærentes aliquid capere de ore eius,
vt accuſarent illum. deſiſtite tandem ab inſidiarum tendiculis: poſtquàm videtis fruſtra iaci rete ante*
oculos pennatorū. palam fateor. ne dicerent poſtea, neſciebamus. voluit aperte confiteri ſe eſſe Chriſtū*
ad inſtantem eorum interrogationem, & tñ expediſſet eis neſcire. quia confitenti credituri non erant.
** plaga lucida olym, clariſſima regio paradiſi. hoc factū eſt in die aſcenſionis. quando vt ſcribit Marcus.*
& dñs quidem Ieſus, poſtquàm locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlū, et ſedet a dextris dei. iam iā cer* Chriſtus ad iudicium uenturus.
netis. i. cernere poteritis. nā Paulo poſt, Stephanus corā eiſdē accuſatus, dū ſe defenderet: dixit īter alia
Ecce video cœlos apertos & Ieſum ſtantem a dextris dei. mox. nõ ideo dixit: quia ſtatim eſſet vēturus*
ad iudicium, nam nec adhuc venit. ſed quia (vt ait Propheta) mille anni coram domino, tamquàm dies

externa quę præterijt. eundem. vt adimpleatur illud vaticinium, videbunt in quem tranſfixerunt. & in actibus Apoſtolorum, dixit Angelus. viri galilei quid ad miramini aſpicientes in cœlum? hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in cœlum. ſic veniet, quemadmodum vidiſtis illum euntem in cœlũ.* fulg, cl, in neb, ex Euangelio ſumpta ſunt hæc verba. dixit enim reſpondẽs eorum interrogationi. verumtamẽ dico vobis ammodo videbitis filium hominis ſedentem a dextris virtutis dei. & venientem in nubibus cœli.* mille cælicolæ, finitus numerus pro infinito. eſt autem hoc quod ante paſſionem dominus dixit. filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui, cum Angelis ſuis: & tunc reddet vnicuiq; ſecundum opera eius. & iterum, cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo:* Math. 26. Math. 25. & 26.

Fulgentem clara in nebula, quem mille ſecuti
Cœlicolæ auratis impellent æthera pennis,
Vix ea dicta, humeris ſibi cum de more ſacerdos
Abſcindẽs tunicam (inquit) Eget quid lucis adhuc res
Indicijs tot clara? palam ſcelus ipſe fatetur.
Nonne deo quicunq; audet ſe fingere natum
Fas & iura iubent mulctari funere acerbo?
Tollite: ferte moras: Romani ad præſidis ædes
Abripite hunc, iubeo: meritasq; repoſcite pœnas.
Interea caſu Petrus perculſus iniquo
Proſequitur mœrens, longeq; obſeruat amicum.

tunc ſedebit ſuper ſede maieſtatis ſua. & congregabuntur ante eum omnes gentes &c. vix ea dicta, impatientiam ſummi*
Caiphas tunicã abſcindit. *ſacerdotis notat? * abſcindens tunicam. rabies quæ pontificem de ſolio ſacerdotali excuſſerat, & ad interrogationem doloſam inſtruxerat, eadem ad ſcindendam veſtem prouocat, ſequitur enim in Euangelio. Tũc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens. Blaſfemauit; audiſtis blaſfemiam? quid adhuc egemus teſtibus? quid vobis videtur? conſuetudinis erat Iudæ*
tunicæ abſciſio quid ſignificet. *ca (vt ait Hieronymus) quòd cum aliquid blaſphemum, & quaſi contra deum audiſſent, ſcinderent veſtimenta. per hoc autem quòd ſcidit veſtimenta, myſtice ſignificauit Iudeos ſacerdotalem gloriam perdidiſſe. Dum enim ſibi veſtem abſcidit: ipſum, quo tegebatur velamentum legis abrupit.* palam ſce*
Chriſtus vere filius dei uiui. *lus. ſed quod iſtud eſt ſcelus? quia dixit filius dei ſum? nonne verum dixit? nonne & alias eis congregatis idem dixerat? & cum ad petras cucuriſſent, diſti huius rationem reddidit. & quieuerunt? nam* Ioan. 10.
cum dixiſſet eis, pater quod dedit mihi maius omnibus eſt. & nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum ſumus. ſuſtulerunt ergo lapides Iudei, vt lapidarent eum. reſpondit eis Ieſus. m. b. o. oſten, u, ex patre, m, pr, quòd e, o, me lapidatis? reſpon, er, iud, de bono opere, n, l, te, ſed de blaſphemia. quia tu homo cum ſis fa, te, ip, deum. reſp, eis ieſ, nonne ſc, in, l, u, quia ego dixi dij eſtis: & filij ex, om, ſi ergo illos dixit deos ad q, ſ, d, factus eſt: & non poteſt ſolui ſer, quem pater ſanctificauit, & miſit in mundum: & vos dicitis quia blaſphemas, quia dixi filius dei ſum? ſi non facio opera patris mei, nolite credere mihi. ſi aũt facio, & ſi mihi nõ vultis credere operibus credite. vt cognoſcatis & credatis: quia pater in me eſt: & ego in patre. Ecce cũ eadẽ verba clara (q̃ & modo) dixiſſet, nõ lapidauerunt eũ. fingere. verũ nũc dicis o Caipha, ſi verũ diceres. maxima quippe eſt blaſphemia q̃ ſolũ ſunt creatoris attri*
pater & filius & ſpiritu ſanctus deus unus eſt & coeternus. *buere creaturæ: qualis eſt ſempiterna eius diuinitas, incõparabilisq; maieſtas. ſed nõ fingit Xp̃s. verè.n. in principio erat verbũ, et verbũ erat apud deũ, & deus erat verbum. & ſicuti eternus deus eſt pater, ſic etiam eternus deus eſt filius. eternus deus & ſpiritus ſanctus. vnaq; eis ſempiterna eſt diuinitas, eãdẽq; & coeterna maieſtas. nã ergo fingit Chriſtus: qui eſt ipſa veritas. ſed furor iraq; iuſtitiæ nouerca,*
ira iuſticie nouerca. *mentẽ iudicis huius præcipitauit, vt verum Chriſtum, verè dei filium non cognoſceret. ſcribarũ verò et*
odium & inuidia excecant intellectum. *phariſeorum ſacerdotumq; iamdudũ inuidia & odium, maliciaq; & cupiditas excæcauerat intellectũ. ne præſentẽ cognoſcerent, cuius natiuitatis locum & tẽpus magis herodiq; per propheta oraculũ demõ*
fas & ius. *ſtrauerant.* fas. hoc eſt ius diuinum, & iura ſunt humana diuinitus per ora principum ad vtilitatẽ cõmunẽ populorũ promulgata.* mulctari fun, ac, hoc eſt lapidibus obrui. ſic.n. ſcriptũ eſt in Leuitico. qui-* diſt. 1. c. 2. §. Fas.
Blaſphemi pœna. *cunq; blaſphemauerit nomen domini morte moriatur. lapidibus obruet eum oĩs populus.* rom, ad præ,* Leuit, 24.
Petri negatio. *ædes. ad prætorium pilati.* interea. dum introrſum in aula principis hæc agebantur contra paſtorẽ a lupis rapacibus. eorũ catelli exterius in atrio deorſum ouiculã morſibus vexabãt.* caſu iniquo. iniuſta magiſtri captura.* proſequitur. longo tamen interuallo cũ Ioanne condiſcipulo. qui licet irruẽte multitudinis impetu fugiſſent: diſcedentes tñ militibus, iterũ regreſſi ſunt ſecuti magiſtrũ captũ à longè tñ. Ioãnes quia erat notus pontifici introiuit cũ ipſis militibus in atrium. Petrus vero ſtabat ad hoſtiũ foris. Egreſſus ergo Ioã. rogauit hoſtiariã, q̃ is eſſet ſocius ſuus, & introduxit Petrũ. quẽ cũ pauore vidiſſet, dixit ei. numquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? at ille ſubito metu perculſus: ne agnoſceretur. reſpon-*

dit

dit ei: non ſum. ſtabant autem ſerui ad prunas, quibus cum & Petrus calefaciebat ſe. dixerunt ergo ei miniſtri illi, numquid & tu ex diſcipulis eius es? negauit iterum & cum iuramento quia non noui hūc hominem, quem dicitis. & tunc primo cantauit gallus. ſed Petrus non aduertit. Et poſt puſillū cum viderent eum clanculum ſe velle inde ſubtrahere, acceſſerunt qui aſtabant dicentes. verè & tu ex illis es, nam & galileus es, et loquella tua manifeſtum te facit. inſtabat autem ſuper omnes ille cognatus eius, cuius auriculam Petrus abſciderat, dicens. nonne ego te vidi in horto cum illo? Tunc Petrus extrema metuens, cœpit deteſtari, & iurare, ac anathematizare. quia non noui hominem iſtum quem dicitis. & adhuc illo loquente iterum gallus cantauit. conuerſusq; dominus reſpexit, Petrum. & tunc recordatus eſt Petrus verbi quòd dixerat ei Ieſus. priuſquā gallus cātet bis: ter me negabis. & egreſſus foras fleuit amarè. hanc trinam negationem Petri ex omnibus Euāgeliſtis collectam ordine quo potui recenſui: ne varietas narrationis eiuſdem rei, vt a pluribus fieri ſolet, diuerſimode eam referentibus, difficultatem lectoribus ingerat, & ambiguitatem; ſecutus in hoc Auguſtinum in lib. de Conſenſu Euang.

Iamq; ſub ingentis deuenerat atria templi
Tecta ſacerdotis magnī, ſoluſq; ſedebat
Triſtis, inops animi ante fores nocturnur apertas.
Olli ſerua, domus cui curæ ianua herilis,
Id quod erat rata, Tu ne etiam fugis (inquit) & iſti
Iunctus eras ſcelerum conſors, ideoq; per vmbras
Explorator ădes, quando omnia nocte quieſcunt?
Diriguit Petrus ad vocem formidine turpi,
Oblituſq; ſui eſt (quæ vitæ tanta cupido?)
Nec iam ſcit ſubita turbatus imagine rerum
Quid faciat, quo ſe vertat, quas aduocet arteis,
Qualis vbi dulci virgo decepta ſopore
Paruula, quam mater campis ignara reliquit,
In ſolis abeunte die ſub tecta reuertens,
Confeſtim rupto circumtulit humida ſomno
Lumina, nec comites, nec matrem conſpicit vſquàm,
Sed loca ſola metu videt exanimata, viarumq;

Olli.

Ancilla quare prodit prima Petrum.

mors decens uitam decorat.

turbatio ſubita

Fiducia ſui ipſius mala.

** triſtis, quia ſpem & ſolatium vitę magiſtrum perdiderat.* inops animi. neſcius quid faceret. * olli pro illi. nam ſequitur (inquit) nec alius datiuus eſt. q̄ ſi eſſet, dici poſſet aduerbium temporis. * ianua her; periphraſis eſt, ianitricis & hoſtiariæ. quā lis appellatur in Euāgelio.* id quòd erat rata diſcipulū Chriſti.* tune etiam fugis? atqui ſe debat vt Paulo ſupra dixit. dicendum eſt, vt vidit Ioannem cū ancilla hoſtiaria foribus appropinquantem. mox territus ſurrexit. dorſumq; vertit ſignū abeuntis faciens. qui aliquando hoſtium preſentiam metuerunt (vt nos Papienſes ter depopulati trienioq; pallantes,) melius hanc rem percipiunt. nam & aduentum inſperatum amicorum formido cogit aufugere quamuis ad ſonitum agnitæ vocis reuocati ſiſtunt greſſum. * iunctus eras; dicit Ambroſius quid ſibi vult quòd eum primo ancilla prodit: cum viri vtiq; magis potuerint eum recognoſcere. niſi vt etiam iſte ſexus peccare in necem domini videretur. vt etiam iſte ſexus redimeretur per domini paſſionem. * formidine turpi. quæ turpes ac puſillanimes reddit. * oblituſque ſui eſt. & magnitudinis animi, audaciſque promiſſionis, quam Paulo ante magiſtro fecerat: ſeſe paratum eſſe in carcerem & in mortem ire; potiuſquàm illum negare. * vitæ, omnino velis nolis poſt multas miſerias morte finiendæ. * tanta cupid. tam ardens deſiderium. q. d. eſſe non deberet. hinc dixit Virgilius vſque adeo miſerum ne mori? & alibi. pulchrumq; mori ſuccurrit in armis. & alius vulgaris poeta. vn bel morir tutta la vita honora. decens mors totam decorat vitam. * turbatus. ſubita namque rerum perturbatio etiam fortium virorum mentem rapit: vt neſciant quid agant, donec tempus reſipiſcendi detur.* qualis virgo paruula, pulchra elegantiq; comparatione formidoloſam Petri mentem ex ſubita rerum perturbatione exortam, ante oculos ponit. quam ego quoq; dum eſſem paruulus, a patre neſcio quo deſtitutus loco, in me ſum expertus. & in cōplures alios pueros & puellas perſæpe vidi. nec mirū ſi pauidā mentem Petri puellæ timidæ a matreq; deſtitutæ comparat: nam & vulgo formidoloſos viros mulierculas appellare ſolemus. & a gratia diuina (quæ mentium omnium optima eſt mater) ꝓ temerariā & prope ſui ipſius fiduciā fuerat ad tēpus modicū Petrus deſtitutus. vt ex caſu propriam diſceret infirmitatem. nobiſq; exemplum daretur. ne (vt ait Apoſtolus) ſimus fidentes nobis ipſis. quia nō ſumus ſufficientes ex nobis, tanq̄ ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. * ignara, quia forte procul a ſe poſita obdormierat. vel oblita eius. * circumtulit, leuauit oculos, & circumcirca reſpexit. vt dignoſceret locum, vbi nam eſſet. * ſed loca, i. ſolitaria, ſic ordina litterā. ſed quia non videt matrem, neq; comites, metu exanimata. i. pauore pterrita, videt loca illa ſola. i. ſolitaria. in quibus iacet. * horrere ma-*

horripilatio. nigrum.

*guum pauorem incutere, vſque ad pilorum erectionem, quæ horripilatio dicitur. * nigra, obſcura, non omne nigrum eſt obſcurum: & contra. * ille Petrus. * miſer, bene miſer, gratia derelictus diuina, quę ſpes eſt futuræ beatitudinis, artha, & pignus, vnde humana repellenda eſt miſeria. * abiurauit,*

Petri obiurgatio.

iure iurando negauit, vbi Chryſoſtomus quid dicis ò petre? vox tua repente mutata eſt. Os enim plenum fidei & amoris, in odium perfidiamq; conuerſum eſt, non tibi flagella, nondum ſunt admota tormenta: quis te interrogat? numquid vir armatus? aut qui graui authoritate ſui poſſit formidinem

Immemor, atq; horrere nigra circum omnia nocte.
Talis erat miſer ille animo confuſus, & hærens,
At cari nomen tandem abiurauit amici,
Pro quo ſponte neci modo ſe deuouerat ardens,
Quin etiam quò ſe tegeret, ſuccedere tecto
Hoſtili tulit, & famulis ſe immiſcuit amens.
Nec latuit tamen illum omnes inimica tueri
Suſpectum, & latebras verbis vrgere fouentem,
Terq; adeo obiectum nomen, patriamq; magiſtri
Audierat, ficto ter diſſimulauerat ore,
Cùm matutino mediæ iam noctis abactæ
Edebant cantu criſtatæ ſigna volucres,
Auroram in tectis ſolitæ acri voce vocare.
Tum monitus verborum, heros quæ extrema canebat,

*incutere confitenti? nonne muhercula? puella hoſtiaria? vile mancipium? * modo, Paulo ante, cum a cœna irent in hortum vbi captus eſt dominus. * deuouerat, mori paratum ſe eſſe promiſſerat. ſed quarè,*

Petrus quare è permiſſus cadere.

permiſſit deus Petrum principem Apoſtolorum tam turpiter cadere? reſpōdet Chryſoſtomus et S. Leo Papa. traditę erant Petro claues regni cælorum. credenda erat ei populorum innumera multitudo multis peccatis inuoluta. Erat autem Petrus Paulo durior æquo; ſicut truncata ſerui illius principis ſacerdotum declarat auricula. & illo ſuo dicto, domine quoties peccauerit in me frater meus, & dimittam ei? vſq; ſepties? hic igitur tam durus tamq; ſeuerus, ſi donum non peccandi fuiſſet adeptus, quam veniam commiſſis populis eſſet donaturus? illum ergo diuina prouidentia primum permiſit labi in peccatum, vt ergo peccantes duriorem ſententiam proprij caſus intuitu temperaret. ob hoc autem (inquit Leo Papa) ſicut apparet heſitare permiſſus eſt Petrus. vt in Eccleſiæ principe remedium pœnitentiæ conderetur: & nemo auderet de ſua virtute con-

Chryſt. in ſerm. de Petro & Heua in ſerm de Paſ.

mendacij natura ut mendacio tegatur.

*fidere, quando mutabilitatis periculum, nec Beatus Petrus potuiſſet euadere. * quo ſe tegeret. vide naturam mendaciorum peſſimam. nam mendacium mendacio cupit tegi, & ſi id non ſufficit, periurij & deteſtationis velamento nititur obuolui. ita quòd veriſſima eſt ea ſententia Gregorij. peccati*

peccato peccatum attrahitur.

pondus adeo graue eſt. vt niſi confeſtim ſubſecuta pœnitentia fuerit abſterſum, mox ſui grauitate ad alia & grauiora facinora miſerum trahit peccatorem. quare, vtile conſilium eſt mox vt lapſum ſe

lapſus mox ſurgat.

*quis ſenſerit, confeſtim per pœnitentiam reſurgat: ne præceps in grauiora ruat. * famulis qui haud abſimiles erant dominis, * amens, nam in rete ſponte intrauit, * nec latuit, vt ſperabat. * inimica, pro inimicæ & hoſtiliter, nomen pro aduerbio. * tueri pro intuebantur ſic & vrgere pro vrgebant. * latebras*

matutina hora. leucothea.

*fou, heu quàm difficile eſt crimen non prodere vultu & geſtu. * matutino cantu, non quia tunc eſſet hora matutina, quæ poſt ortum aurora eſt, quæ latine etiam matuta dicitur, vnde matutinum, nam, grecè leucothea, alba dea, q tunc ab oriente albeſcat .i. clareſcat aer ex ſolis mox naſcituri vicinitate. ſed*

gallorum mira natura.

*quia tūc, nox præceps ad matutinū incipit tēdere. * criſtatæ volucres, gallorū eſt periphraſis: qui pp eminētes criſtas & caudam falcatam in ſublime erectā terrori etiam Leonibus generoſiſſimis ferarum eſſe dicuntur, porrò galli noſtri domeſtici, vigiles nocturni ſunt, quos excitandis ad opera mortalibus, rumpendoq; ſomno natura genuit, norunt ſydera, ternas diſtinguunt horas cantu. cum ſole cubitum eunt, nocturnas etiam more militari cantu diſtingunt vigilias: & in quarta ad curas homines laboremq;*

Pli. lib. 10. cap. 21.

Romani ridendi quibus galli imperitabant.

*reuocant, nec ſolis ortum in cautis patiuntur obrepere, hæc & alia multa de gallis docet Plinius in vno hoc valde irridendus cū ſuis Romanis rerum dominis, quorū magiſtratus dicit gallos quotidie rexiſſe, domosq; eorū clauſiſſe, reſeraſſeue, faſces Romanos impuliſſe, aut retinuiſſe, Acies iuſſiſſe aut prohibuiſſe, victoriarū toto orbe partarū auſpices fuiſſe. & in ſumma gallos (leues ac inſtabiles volucres) maximo terrarū Imperio imperitaſſe. Ecce q̄ fatui erāt hi gētiles Romani, vt oībus imperantes gallis erāt ſubiecti, et pro gallorū diſpoſitione humanā rempublicā regebant. * Tū ex cōuerſione dñi ad eū, et ex galli*

gallus myſtice quid ſignificet.

cātu, recordatus eſt Petrus verborū dñi et egreſſus foras fleuit amare vt ſupra dictū eſt. Myſtice per gallū pdicator verbi dei intelligēdus eſt, qui iacētes in peccatis et ſomnolētos, i. ocio marceſcētes increpat dicēs, Euigilate iuſti, ſurgitē pigri, nolite peccare, ſurge qui dormis, & illuminabit te Chriſtus, vñ in no-

In Breuiario ad laudes dieì dominicæ.

Elurnis

ſturnis vigilijs ſic canit Eccleſia.pco diei iā ſonat,noctis profundæ puigil. Nocturna lux viātibus a nocte noctē ſegregās:Hoc excitatus lucifer ſoluit polū caligne.Hoc oīs errorū chorus viā nocendi deſerit. Hoc nauta vires colligit. pontiq; miteſcūt freta.Hoc ipſa petra eccleſiæ canente culpā diluit,Surgamus ergo ſtrenue;Gallus iacētes excitat.Et ſomnolētos increpat.gallus negātes arguit:Gallo canēte ſpes redit.ęgris ſalus refundit̄.mucro latronis condit̄.lapſis fides reuertit̄.Ieſu labētes reſpice Tu nos videndo corrige:ſi reſpicis,lapſi ſtabūt.fletuq; culpa ſoluitur.Tu lux refulge ſenſibus:mentiſq; ſomnū diſcute,ſe vox primum ſonet,& ora ſoluamus tibi.hunc hymnum ideo adſcripſimus. quia de gallo ſpirituali, & Petri negatione conſcriptum eſt.nam per gallum verbi dei concionatorem intelligit. * vocare .i. voce denunciare,nec.n.intellectū habet gallus:nec aues aurora.cum ſit aeris inanimati qualitas.& ne quis nimium ſimplex (ne dicam fatuus) credat prudentiam vllam gallis vel alijs volucribus ineſſe,tametſi nos homines.ex earum cantu vel ſignis aliquibus,quaſdam aeris qualitates,vel temporis interſtitia colligamus,legat Verg.in illis verſibus: Haud equidem credo ꝙ ſit diuinitus illis ingenium:aut rerū fato prudentia maior.verum vbi tempeſtas &c.ibiq; inueniet aerem non obſequi gallo,ſed gallum aeris qualitatem cum cæteris volucribus ſequi.* ingemuit.ideoq; veniam obtinuit,nam dicit dominus per prophetam.quacumq; hora ingemuerit peccator peccatum ſuum,dimittam ei.* ſe ſe incuſans non ſerpentē .i.diabolum vt eua.quę dixit ſerpens decepit me.nec mulierem ancillam hoſtiariam, vt Adam. qui dixit. Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno & comedi.ſed ſeipſum accuſauit Petrus. in ſeipſum culpā reiecit.ideoq; citius illi venia cōceſſa eſt ſic tu o peccator quicumq; es: ſi petrum peccando ſecutus es:ad inſpectionem domini. quæ interior eſt inſpiratio,& ad galli cantum.i. ad prædicatoris increpationem.egredere de atrio demonis.diſcede a turba famulorum eius:quæ male ſunt ſocietates.& ingemiſce.te ipſumq; confitendo accuſa.non alium adducas in medium,ad excuſandas excuſationes in peccatis.nam ſi Petrum pœnitentem,ingementem, ſe ipſum accuſantem,& amare flentem, fueris imitatus.qui pepercit Petro: Parcet etiam tibi.etenim vt ſcribit Theophilus.Sanctorum defectus propter hoc ſcripti ſunt.vt & nos ſi per incautelam deciderimus. recurſum haberemus per eorum exempla.& ſperemus per penitentiam ſubleuari. * ſomni munere alluſit ad illud ꝙ ait Verg. quietem nocturnam diuinum eſſe donum, illis verſibus. Tēpus erat quo p.q. m.æg. inc. & dono diuum gratiſſima ſerpit. * caniciem dem.barbam canam & longam.ſigna ſunt vere pœnitentis.& dolentis. *.perhibent: qui geſta paſſionemq; eius conſcripſerunt.dicunt .n.in ſinu ſolitum ſemper habere ſudariolum: quo lachrimarum inundantiam abſtergeret.quin & ſulcos in genis factos ex continuo lachrimarum fluxu memoriæ prodiderunt.petri hyſtoriam marcellus eius diſcipulus,clemens ſucceſſor, & Leo Papa diſſertiſſimus dicūtur in ſcriptis reliquiſſe.

Ingemuit,rupitq; imo ſuſpiria corde,
Et penitus duris triſti dolor oſſibus arſit.
Tum ſe ſe miſer incuſans,turpemq; timore,
Erepſit furtim foribus,ſoluſq; per vrbem
Totam illam ingemuit ſomni ſine munere noctem
Menti caniciem demiſſam in pectora vellens.
Quin illum hanc perhibent mox ſemper fleſſe ſub horā
Admiſſi memorem,dum vixit.cum æthera pandens
Sæpe oriens,ſolis ſæpe ater veſper in antris.
Inuenit luctu indulgentem,eademq; querentem,
Dum nulla admittit mœſto ſolatia amori.
Deſerti ſubeunt monita vſq; nouiſſima regis,
Ac ſe perculſum muliebri voce recurſat.

* ſub hanc horam gallicinij. * dum vixit toto tempore vitæ ſuæ.ſed quare tam diu doluit de peccato ſibi a domino reſurgente dimiſſo? vt nobis exemplum veræ pœnitentiæ daret. ſcriptū eſt.enim de propiciato peccato noli eſſe ſine metu, & quia nihil eſt melius vel vtilius ad humilitatem conſeruandam (quæ omnium peruigil eſt cuſtos virtutum) quam frequens memoria peccatorum cum dolore.nullumq; eſt aptius remedium ad vitandum recidiuum.quam preterita peccata continuis gemitibus ad memoriam reducere. * in antris. antri illius memor in quo peccatum defleuerat, & conſolatorem dominum nuper a mortuis reſurgentem viderat. hinc exclamat Leo Papa.fœlices o apoſtole ſancte lachrimæ tuæ:quæ ad diluendam culpam negationis virtutem ſacri habuere baptiſmatis. * mœſto amori,quem valde læſerat,dilectum ſibi magiſtrum negando.flebat.n.Petrus (vt ait Cirillus) non propter pœnam quam meruerat. ſed quia dilectum negauerat:quod moleſtius erat ei quolibet ſupplicio. * deſerti.mag; quem fugiendo deſeruerat.contra id ꝙ dixerat ſe paratum eſſe cum eo in carcerem & in mortem ire. * muliebri voce, ꝙ erat illi valde ignominioſum. tametſi mulier videatur imbecilis & minime terribilis,nec metuenda.verum-

Verg. 1. georg. — in gallis nō eſt prudentia.

Ezech. 18. & 34. — gementi venia conceditur.

Peccator confitens ſe excuſare non debet

Petri confeſſio imitanda.

Caſus ſanctorū quare ſcribuntur.

æneid. 2.

Petrus quare diu fleuit.

Eccleſiaſt. 5 — Peccatorū dolor aſsiduus vtilis.

Mulier valde cauenda eſt.

per mulieré diabolus facit qđ per ſe non poteſt.
*tamen a ſanctis viris magis cauendum eſt a muliere, quam ab hoſtæ atroci, et ab ipſo diabolo. nam quod per ſe diabolus non poteſt: per ſubdolam mulierem facit, & propter hoc Sanctus Ioannes Chriſoſt. mulierem in hoc eſſe inſtrumentum diaboli dicit. nam & innocentem Adam per Euam ſeduxit. fortem Sanſonem blanda muliere excecauit, iuſtum regem, ſanctumq; prophetam, per mulieris aſpectum ſeduxit. ſapientiſſimumq; eius filium Salomonem mulierum amore delinitum ad idolatriam pellexit. petrum vt modo dictum eſt principem apoſtolorum, ad negationem dilecti magiſtri, & domini cariſſimi compulit. quare olector. Si Chriſtum quaris vultum ſugias & conſortia mulierum. etenim nulla peſtis efficacior ad te ſeparandum a Chriſto muliere eſt. quæ & ſi bona ſit, nec voluntatem habeat nocendi, tamen in hoc ipſum inſtrumentũ eſt diaboli: vt etiam neſcia viro ſancto noceat. * Et iam tempus erat, omittit autor vt poeta (qui non debet eſſe fidus interpres; nec verbum reddere verbo, vt monet horatius in arte poetica) illuſiones quæ facta ſunt a miniſtris diaboli domino Ieſu in atrium pontificis: poſtquam exclamauerunt mortis eſſe reum. nam & conſpuerunt eum, & velauerunt, percuciebantq; faciem eius dicentes: prophetiza: quis eſt qui te percuſſit, & alia multa blaſphemantes dicebant in eum. tunc ſequitur ꝙ hic refert vates. Manæ autem facto conſilium inierunt omnes principes ſacerdotum & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent. & vinctum adduxerunt & tradiderunt eum pontio pilato preſidi.* cœli.i.aeris * diſcriminat, diuidit lucem diei proximam a nocturnis tenebris: quæ mox incipiunt recedere ſeu euaneſcere. eſt autem chronographia .i. temporis ante Lucanæ horæ deſcriptio, qua nobiles & principes poſt longos curarum noctis anfractus ſolent quieſcere. ſed tantus ardor properandæ necis domini horum principum mentes decoquebat, vt neq; ſibi conceſſa quietis hora poſſent dormire.*

Mulier eſt iſtrumentũ diaboli.
per mulieré qui viri ſeducti ſint

Chriſtus illuditur. — Matth 26. & Luc. 23.

Chronographia.

Et iam tempus erat, cum nondum aurora relato
Orta die albentes cœli diſcriminat oras.
Iamq; deum vinctis manibus poſt terga trahebant
Præſidis ad ſedem, quò crimina quæreret ipſe,
Quem penes arbitrium, & morti damnaret acerbæ,
Illo Iudeam frenabat tempore miſſus
Cæſaris imperio Tiberi pilatus opimam
Pontius inſigni Romanus origine gentis,
Quem furibunda manus trepido eſt aggreſſa tumultu
Vociferans: hunc dede neci: trabe fige merentem
Infami autorem ſcelerum, fraudumq; potentem.
Hæc crebra ingeminant, denſiq; ad limen inundant,
Ille autem iuuenis procero in corpore fixos
Intentuſq; oculos, intentuſq; ora tenebat.

Penes

** vinctis manibus, vt noſtrorum peccatorũ vincula ſolueret paſſus eſt manus eas vinciri, quæ cælos formauerunt. * poſt terga, vt ſpeciem latronis peſſimi præſe ferens citius cõdemnaretur a preſide.* quò, prò, vt.* penes, notæ ſignificationis prepoſitio per anaſtropheu ferè ſemper in verſu poſt ponitur. vt. Te penes arbitrium noſtra fortuna ſalutis. item. Me penes eſt vnum vaſti cuſtodia mundi. * Et ſubaudi vt mordam, ac, * Tiberi, prò Tiberij.* — Ouid. de triſtibus. Ouid. de faſtis.

Tiberius

Pilatus.

qui Auguſto Octauiano ſucceſſit cuius imperij xlij. anno natus erat d. Ieſus quo iuſſit totum orbem deſcribi. de hoc Tiberio vide Suetonium in vitis cæſarum. Pilatus, hic 12. anno Tiberij cæſaris in iudeam miſſus procurationem gentis ſuſcepit: atq; ibi vt ait Beda x. continuos annos vſq; ad ipſum penè finem Tiberij perdurauit * Romanus ciuis forte aſcitus, ſicut & parentes Pauli tharſenſes romani Ciues facti ſunt. & ille Tribunus Lyſias qui Paulum vinctum tenebat, dixit ſe ſe multa pecunia. ciuilitatem illam emiſſe. fortè fecit idem & Pilatus. nam Lugduni oriundum ſcripſit Ioſephus hyſtoricus. * furibunda manus plena furore potius quam ſimilis furenti. * trepido tumultu, feſtino ac tumultuoſo impetu. * vociferans. magno clamore vt iuſti necem extorquerent, quem iure accuſare non poterant: non habentes crimen quod obijcerent ei. vnde et cum Pilatus interrogaſſet eos: quam accuſationem affertis aduerſus hominem iſtum? reſponderunt ei. ſi non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Pilatus verò indignatus ait: accipite ergo eum vos & ſecundum legem veſtram iudicate. dixerunt autem iudei. nobis non licet interficere quemquam. cumq; Pilatus diceret non eſſe moris romani, vt quiſquam morti addicatur, niſi prius crimina ſibi obijciantur, & detur defendendi locus. tunc accuſauerunt eum dicentes. hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari cæſari. & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. * trabe infami. hoc eſt ignominioſa cruce. * autorem ſcelerum. ſed quorum? Fraudumq; potentem contra hæc dicit veſter Eſaias propheta ꝙ iniquitatem non fecerit: neq; dolus fuerit in ore eius. * inundant, vndantis aqua more concurrũt. * ille autem. Pilatus preſes, * iuuenis Chriſti, * dulcis aui, iuuentæ .ſ. * prorſum, omnino, licet ætate*

Io. 18.

Lucæ 23.

Eſaiæ, 53.

te iuuenili iam functus eſſet, nam tres ſupra xxx. natus erat annos. reliquiæ tamen adhuc præteritæ ætatis remanebant. " *ſpeciem, faciei venuſtatem. fuit .n. (vt ait propheta) ſpecioſus forma pre filijs* Ieſu forma
cant. 1. *hominum.* " *inſolitos honores, diuinos. vnde & in canticis dicit ſponſa ad illum. Ecce tu pulcher es di-*
Cant 5. *lecte mi, & decorus. It. Paulo poſt. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. caput eius aurum optimum: comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus. oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, reſident iuxta fluenta pleniſſima. genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ a pigmentarijs. labia eius lilia diſtillantia myrrham optimam. venter eius eburneus, diſtinctus ſaphyris. crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. ſpecies eius vt Libani. electus vt cedri. guttur illius ſuauiſſimum & totus deſiderabilis. hanc ſpeciem diuinam, hanc faciem, in quam deſiderant angeli proſpicere, mirabatur Pilatus. nec valebat expleri, ſed hanc pulcherrimam ſpeciem qualem deformaturus es, o Pilate? cum dices ecce homo? dicat Eſai-*
Eſaias. 53. *as. non eſt ſpecies ei neq; decor. vidimus eum & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum deſpectum, nouiſſimum virorū, virum dolorū & ſcientem infirmitatē, & quaſi abſconditus vultus eius, atq; deſpectus. vnde nec reputauimus eum. verè langores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et nos reputauimus eum quaſi leproſum & percuſſum a deo, & humiliatum. & alia multa quæ ibi poteris videre.* " *regnum. vtrumq; verum erat. nam filius dei eſt d. n. I. Chr. & inquantum homo* Ieſu genus.
Matth. 1.

(Nondum illi dulcis flos prorſum euanuit æui)
Inſolitam ſpeciem, inſolitos miratur honores
Oris & expleri nequit: hunc, è ſtirpe fatetur
Aut diuum, aut ſaltem magnorum è ſanguine regum,
Et ſecum ſortem capti miſeratur iniquam,
Iamq; fauet, tacitusq; agitat, ſi qua potis illum
Impune eripere, & ruptis exoluere vinclis,
Quem ſic alloquitur: Quæ te commiſſa fatigant?
Fare age, qui caſus? vnde hæc effuſa repente
Tempeſtas tibi: num tantis ſcelera impia merſum
Implicuere malis? an diuum triſtior ira?
Vnde domo? quo te memoras è ſanguine cretum?
Aut quibus aſpiras ſceptris? quæ debita regna?
Chriſtus ad hæc paucis: non huc ego criminis ergo
Protrahor: haud turpi mihi mens obnoxia facto

filius David. cuius geneologiā vide a Matthæo euangeliſta deductam. " *Si qua potis. ſi quo pacto poſſet. ſic etiam dicitur in euangelio q. volebat eum di mittere. ſciebat enim q. per inuidiam tradidiſſent eum.* " *quæ te commiſſa fatigant? gens tua (dicit euang.) & pontifices tui tradiderunt te mihi quid feciſti?* " *qui caſus? &c. frequentes intermiſcet interrogationes: vt alludat ad examina reorum, quæ coram iudicibus, noſtris temporibus fiunt. nituntur .n. extorquere confeſſionē reatus de ore eorum, quia difficillima eſt criminis probatio per teſtes: refugientibus ferè omnibus ferrè teſtimonium in criminali cauſa, tum pietate, & tum torturæ periculo.* " *tantis malis. non audis in quantis te accuſant? & rurſus non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia?* " *vnde domo. miſcet hîc autor penè omnes interrogationes factas a preſide, quas diuerſimode, varijsq; horis, nec ſimul & ſemel, ſed pluribus*
Io. 19. *vicibus factas narrant euangeliſtæ. hoc itaq; eſt q. refert Ioannes eum dixiſſe prope finem rei. videlicet vnde es tu. quo minime reſpondente ſubiunxit. mihi non loqueris? neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te. & poteſtatem habeo dimittere te?* " *quibus ſceptris terrenis, an cæleſtibus? ex euāg. Tu es rex iudeorum? ad quam interrogationem cum reſpondiſſet Ieſus: A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me iterum ſubiunxit. numquid ego iudeus ſum? a gente & pontificibus tuis mihi traditus es. quid mali feciſti? Ieſus verò dixit. Regnum meum non eſt de hoc mundo: ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer iudeis: nunc autem regnum meum non eſt hinc. dixit itaque ei Pilatus: ergo rex es tu? & iſtud eſt quod ſubiungit vates:* " *quæ debita regna? cœli an terræ? & ſi terræ, iudeorum, an gentium aliis?* " *Paucis, ſubaudi reſpondit. ne tacendo ſe reum quodammodo fateretur. cum dicatur vulgo. Is qui tacet conſentit tametſi in iure diuerſa ponatur regula: Tacentem vz. non fateri: ſed nec vtiq; negare videri.* " *cri-* Ergo.
de Reg. Iur. lib. 6. an. 6. *minis ergò, culpa vel cauſa. tale eſt illud Verg: illius ergò venimus & magnos Erebi tranauimus amnes.* " *Obnoxia debita & obligata propter aliquod turpe factum. tractum eſt hoc vocabulum ab his pænis, quas ſanxerunt leges pro noxalibus actionibus. vel aduerſus noxios homines. ſciendum eſt autem. hoc initium reſponſionis ex euangelio expreſſe non poſſe colligi. & vix tacitè. nec niſi ex verbis quæ Paulo ſupra retuli. & ex allocutione Pilati ad populum ſubſecuta. vz. ego nullam cauſam inuenio in homine iſto.* Obnoxia.

iuſſa

** iuſſa ſequor. vix elicitur ex eo q dixit Pilato Ieſus. non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. iuncto eo q dixerant ei iudei. nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium dei ſe fecit. * nec regna moror, ex quibus verbis diſſoluit tyrannidis ſuſpitionem, quam formidauerat pilatus. oſtendit enim vanam eſſe opinionem ſiue iudeorum, ſiue gentium, de regno eius. nec iſtis nec illis aduerſo. nam ſpirituale eſt, & animarum ſalutem procurans. * Clara ſtirpe. de qua Mattheus euang. & Lucas. * nunc hoc. nunc alio, nunc pro eius liberatione, nunc contra eũ, erat n. inſtabilis iudex Pilatus (& vt ait Theophilus) vecors ac indiſcretus. * omnem. i. totum. vel omnes corporis eius partes. nam differt omnis a toto quòd hoc integrale eſt: illud vniuerſale. hoc circa quantitatem verſatur. illud numerum reſpicit. & iſtud quodammodo colligit multarum rerum, vel potius vnius, partes, in vnum corpus. illud verò diſtribuit vniuerſas. tamen & quandoq; colligit modo ſint plures numero differentes & ſpecie, vel genere. confunduntur tamen plerumq; hæc vocabula a poetis parum curantibus has vocales differentias grammaticorum. * explorat diligenter intuetur, & inueſtigat: vt eruat veritatem. nam oportet (vt monent leges) iudicantem cuncta rimari. * reſponſo. hoc ex euang. vbi dicitur. cum accuſaretur a principibus. nihil reſpondit, & cum preſide diceretur ei. non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? & non reſpondit ei ad vllum verbum ita vt miraretur preſes vehementer. & rurſus eum iterũ introductus eſſet in pretorium poſt flagella, quibus fuerat iniuſte caſus. interrogatus vnde eſſet. Ieſus reſponſum non dedit ei. huius autem taciturnitatis cauſa erat indignitas iniuſta iudicantis, & vt adimpleretur propheta vaticinium. qui dixerat. ſicut agnus coram tondente ſe obmuteſcet. nec aperiet os ſuum. ſimul & ne ſe defendendo videretur nõ voluntarie pati. eum propterea veniſſet in mundum, vt morte ſua generis humani faceret redemptionẽ. * exercitus fatigatus. curarum æſtu. inexaturabilis iudeorum malitia. & malorum chriſtianorum ingratitudinis futuræ. ipſum quodammodo quottidie (vt ait Apoſtolus) crucifigentium ac oſtentui habentium. * domo interiore. non iam carcere vt reor. ſed intra atrium pratorij. vbi poſtmodum fuit a militibus caſus, coronatus, ac illuſus.*

Omnis & totus differunt

Matth. 1. Luc. 3.

30. q. 5 c. Iudicantem

Ioannes.

Sed patris, immenſi cœli cui regio paret,
Iuſſa ſequor: nec regna moror mortalia, quamuis
Haud equidem clara me regum è ſtirpe negarim,
Hæc tantum, ille autem admirans decus oris honeſti
Nunc hoc, nunc alio ſermone affatur, & omnem
Explorat: ſed reſponſo non amplius heros
Dignatur ſæuo curarum exercitus œſtu.
Tandem illum dux, vt turbam compeſcat acerbam,
Seruari iubet, atq; domo interiore recondit.

Chriſtiadodos. liber ij. Explicit. & incipit iij. Bartholameo Botta interprete.

AVGVSTI BOTTAE FRATRIS IN III. Lib. Chriſtiados Argumentum.

Tertius humani memorat natalia partus
Romuliden ſenior caſus rumore nefandi
Motus adit, patrumq; odia immortalia narrat.
Virgineis Mariæ votis hymenęa puellæ.
Et ſuperi aflatus conceptum numine Chriſtum.
Mox viſam Heliſaben, additq; mapalibus ortum.
Vt patrio infantem ſacrarit more ſacerdos.
Gauiſo ſimeone, duces vt ſydus eoos
Duxerit, ac paruum Memphis ſuſceperit hoſpes.
Hinc canit Herodis peregrini immania facta
In pueros: quartaq; palam trieteride Ieſum
Pandentem miranda viris. Tum deniq; puros
Exponit latices rubrum tra xiſſe colorem.

M HIERONYMI VIDAE

CHRISTIADOS LIBER TERTIVS.

PRESBYTERO BARTHOLAMEO BOTTA INTERPRETE.

FAMA Volans &c. Capto D. N. I. Chriſto & Romano præſidi tradito vates introducit Ioſephum ac Ioannem ſupplices accedere ad Pilatum: a quo de genere, vita, & moribus Chriſti interrogati exponunt, ſenior humani natalis primordia, Ioannes verò diuini verbi æternam generationem: ſubiunctis & precibus pro impetranda domini & magiſtri ſui liberatione, ſed incaſſum. nam inualeſcente nimis Iudeorum furore, & tumultu exterritus preſes, latronum principem abſoluit, iuſticiæ verò lucidiſſimum caput Ieſum flagellatum ac irriſum & ſpinis coronatum turpiſſimæ morti crucis addixit, mortuusq; ad inferos deſcendit indeq; tertia die reſurgens, captiuos patres antiquos ſecum eduxit. quos & ad dexteram patris aſcendens in cælum euexit. vnde & ſpiritum ſanctum in diſcipulos miſit. quo aflati orbem terrarum fide Chriſti repleuerunt, hæc iccirco ſcripſi: vt narrationis ordinem, & diſcontinuam more poetico vitæ Chriſti expoſitionem diligens lector poſſit apprehendere. æneid.4. Histori.us

** fama volans. qua nihil velocius mobilitate iuget, magiſq; ac magis eundo creſcit iuxta Verg. ſententiam. auditis .n. rebus ſiue terrore, ſeu ioco, aliquid omnes addere ſolemus. dicitur autem vel a ſando, vel a greco φήμι. & τον μερον eſt. tam boni quam mali nuncia.* Fama ** finitimas vrbes. prope fines Hieruſalem ſitas. nec mirum hoc debet videri, vel fictum putari: ſi tanti viri captura qui per omniũ ora verſabatur, vna nocte ad vicinarum vrbium noticiam deuenerit: cum idem euenerit in paſſione beati Andreæ Apoſtoli. contigerit nam eadem dia exuicinis vrbibus concurrerũt pluſquã xx. milia hominum, qui volebant eum liberare ſed ipſo ſic volente acquieuerunt. ſed & memoriæ traditum ſit, cladem Xerxis perſarum Regis in Græcia, paſſam, eadem die vſq; ad intima perſidis fama nunciante delatam eſſe.* Herodotus ** inſidijs iudeorum, & proditione diſcipuli. * Heroa Chriſtum Ieſum. qui quarè dicatur heros in primo lib. licet videre. eſt autem Heroa accuſatiuus græcus. ὁ ἥρως. τοῦ ἥρως τῷ ἥρωι. τὸν ἥρωα. de quo Horatius in oda ſic incipiente, Quem virum aut heroa lira vel acri tibia et cætera.* Heros. ** incertò autore, rei conſuetum morem expreſſit. nam rumor qui incerto, fama quæ certo nititur autore. ſolet precedere. potes hic colligere quid interſit inter rumorem & famam. * matris pro filio ſemper anxiæ. hinc quidam dixit, filios ſiue bonos, ſiue malos, parentum eſſe tortores continuos. illi metu, ne morte intercipiantur, iſti dolore malorum morum viſcera parentum diſtorquent.* Filij parentum tortores ** numquam ſecura. quis .n. ſecurus amauit? porrò nullus amor, nulla eſt affectio quæ maternam vincat. quæ & tanto maior eſt, quanto a bonitate & ſapientia filij ſouetur. * ſecurus dicitur is, qui adeo tranquillo eſt animo, quod in cælo fixus ſit, vt nihil hic metuat. ſeorſumq; ab omni cura i. animi anxietate, ſupernæ contemplationi inheret.* ſecurus ** animo preſago. futuri mali preſcio. etenim præſagire, ante ſentire eſt, ac diuinare. ſagire verò, vnde & ſagaces canes dicti, acute ſentire eſt. ex hoc loco poſſumus conijcere animum cæleſtem originem traxiſſe. nam & ſi corporeo ſit incluſus carcere, futura tamen quandoq; preuidet: quod munus tantummodo cæleſtium eſt. * audierat. non dicit quid, vel a quo. quare amphibolon eſt. vtrum futuram necem filij ab ipſo gnato, vel diſcipulis eius, ſubaudiamus: an odia conſiliaq; Phariſeorum de morte eius ante habita a quouis nunciante ſub intelligamus.* Præſagus Sagio. ** vatum monita, prophetarum oracula. quibus d. n. I. Ch. mors prædicabatur maximæ autem Eſaiæ Dauidis Hieremiæ, & Danielis: in ſapientiæ quoque libro erat deſcriptum nequiſſimum iudeorum conſilium. in cuius concluſione dicebatur.* Eſaiæ 53. pſal. 21. & 68. dan 9. ſapi. 2.

FAMA Volans iam finitimas impleuerat vrbes
Exceptum inſidijs heroa, doliſq; ſuorum,
Obſcurus tamen, atq; incerto autore vagari
Rumor adhuc, nec dum matris penetrarat ad aures,
Cuncta licet, numquam illa animo ſecura timeret
Præſago. nempe audierat, vatumq; tremenda
Terrebant monita. pro libertate piorum
Natum ſponte ſua ſubiturum funus acerbum,

Morte

Morte turpiſſima condemnemus eum. * *ſponte ſua*; *vide Eſaiam capite* 53. *vnde ſumpta ſunt hæc verba. oblatus eſt quia ipſe voluit. & ſupra dixerat. diſciplina pacis noſtræ ſuper eum & liuore eius ſanati ſumus. item infra ſubiungit. pro eo quod tradidit animam ſuam, & cum ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit.* * *Vbi. Ioſephus ſenior, qui*
Alma — *putabatur pater domini: vt ait Lucas euangeliſta.* * *alma, Virgo abſcondita. ſicut interpretatur a Hieronymo, & alijs doctoribus, ſuper illo Eſaiæ vaticinio. Ecce virgo concipiet: vbi in Hebreo dicunt poni: Alma ideſt virgo abſcondita. qualis fuit Maria mater domini. virgo ante partum, in partu, & poſt partum. nam ex quo pepererat dominum Ieſum non credebant Iudei eam eſſe virginem.* — Eſaiæ 7
Eluidius hereticus. — *ſed ex Ioſepho viro, more aliarum vxorum d. Ieſum concepiſſe. quem ex ſpiritu ſancto concepit Mattheo ac Luca Euangeliſtis id atteſtantibus. Eluidius etiam hereticus ore ſacrilego auſus colligere quædam friuola argumenta ex euangeliſtis de filijs ex Ioſepho a Maria conceptis. damnatus eſt, & eiectus ab eccleſia. contra quem ſcripſit. Hier. argucinnculasq; eius veriſſimis elegantiſſimisq; rationi-*
Matris deſpontatio. — *bus confutauit.* * *superũ iuſſis. ſcribit .n. Hieronimus in lib. de natiuitate Virginis Mariæ. quod abnegante Maria, ſe nuptijs cum cæteris virginibus (quibus hoc fuerat imperatum) velle nec poſſe operam dare, cum & aparentibus domini ſeruitio fuiſſet mancipata, & inſuper ipſa virginitatem vouiſſet. conſultus dominus a pontifice & ſenioribus eum populo ex propitiatorio mandauit, vt ad implendum Eſaiæ vaticinium videlicet. Egredietur virga de radice ieſſe, & flos de radice eius aſcendet &c. cunctos de domo Dauid non coniugatos aridas virgas ad altare deferre. & cuius virga floruiſſet, ac in eius cacumine ſpiritus domini in ſpecie columbæ confediſſet illi virgo Maria commendanda eſſet, ac deſponſanda, cumq; hoc Ioſepho de familia Dauid Iam grandeuo contigiſſet. coactus eſt virginem deſponſare, & in ſuam curam recipere. ſi tamen hoc tempore, paſſionis domini Ioſeph adhuc viueret: haud compertum habeo. arbitrantur enim aliqui ante eum cum patribus dormiſſe. quia dominus in cruce pendens matrem Ioanni commendauit, quod minime opus fuiſſet, ſi Ioſeph ſuperuixiſſet. quicquid ſit. has narrationes Ioſephi & Ioannis a poeta ex artis præcepto confictas eſſe ſatis conſtat. quo*
Ferucre — *aptius Chriſti humanitas, diuinitasq; exponeretur. dicit itaq;.* * *Nazaren linquens. fingamus hoc fieri potuiſſe miraculo alias eſſet incredibile, vt ex vrbe vltra iordanem, in galilea tam procul poſita, ſic breui ſpacio Hieroſolymam ſummo mane peruenerit. preſidemque vehementer coanguſtatum tumultuoſo ſacerdotum ac turbarum impetu adierit, & tam longo ſermone cum Ioanne fuerit allocutus. equidem ſi poeta inter componendum vel familiaritate coniunctus aſtitiſſem: vt veriſimiliorem hanc narrationem faceret admonuiſſem. at ſic viſum eſt ei. acta res eſt. exponenda & fulcienda eſt:*

Aſt vbi Ioſephus ſenior præſenſit (ei olim
Alma parens fuerat ſuperum concredita iuſsis)
Nazaren linquens ſolymorum ſe intulit vrbi.
Vix introgreſſus videt omnia feruere multo
Concurſu popul: ſubluſtri nocte per vmbras,
Mœniaq; ingenti miſceri tota tumultu.
Ecce autem elapſus manibus, teliſq; cohortis
Fidus Ioannes pallenti triſtior ore

non improbanda. maximæ cum vera ſint omnia quæ narrantur vel narrari forſan potuerunt a Ioſepho ſi tamen viuo. nec enim credendus eſt tunc ceſſaſſe a ſalute alumni, quem paruum & adhuc lactentem tulit vſq; in ægiptum, ne interciperetur ab herode crudeliſſimo rege. * *feruere, ſtrepere tumultuari. tranſlatio ſumpta ab æno feruente. in quo quicquid eſt miſcetur ac circumfertur per aenum. de co-*
Subluſtris — *niugatione verbi huius & ſimilium alibi ſupra diximus.* * *ſubluſtri nocte, non clara, ſed aliquantulo nocturni ſideris Lumine Illuſtrata. ſic etiam dicuntur ſubluſtria verba, non penitus lumine plena, ſed paululum luminis habentia. ſic & ſubluſtres dicuntur homines, non omnino Illuſtres & clari. ſed quiddam claritatis preſe ferentes.* * *teliſque cohortis præſidis quam duxerat tribunus ad capiendum Ieſum accitus a principe ſacerdotum ſpe quæſtus. & forte pecuniam ei dederunt, ſicut & Iudæ pro-* — fo. 50. — Io. 18. — cirillus.
triſtior. Comparatiuũ. — *ditori.* * *triſtior, ſolito, ob amiſſionem magiſtri & domini. niſi velis dicere triſtior pro triſtis comparatiuum .n. quandoq; abſolute ponitur pro poſitiuo. cui etiam Laurentius valla, addit valde. vt ſit triſtior pro valde triſtis. ſicut & ſenior pro valde ſenex. cui ſententia locus hic non obſtat, ſed potius arridet. quis enim negauerit Ioannem valde triſtem fuiſſe, tam ſeua, & turpi Magiſtri ac domini ſui iactura. non tamen negauerim ego, comparatiuum minus aliquando ſignificare quam poſitiuum, iuxta priſciani ſententiam, cui iudicio meo valla nimis improbè multis in locis eſt infenſus a quo non vult meminiſſe quæ didicerit, tamquam ex fonte hauſiſſe. at viderint fautores eius atq; ſe-* — Laurentius Valla in e. deuicõpar r

quaces

quaces, nec enim meum ſtudium fuit unquam vlli maledicere: ſed in omnibus mihi aſſumo illud apoſtoli, dictum. omnia probate, quod bonum eſt tenete. quod autem dixi. triſtior capi poſſe pro ſubtriſtis etiam illo verſu quem priſcianus citat, & valla reprobat v 3. triſtior & lachrimis oculos ſuffuſa nitentes. Alloquitur venus adprobat Chriſtophorus Landinus in commentarijs vir indicio meo doctus atque eruditus. cuius hæc ſunt verba. Triſtior .i. ſubtriſtis. ſignificat enim comparatiuum aliquando minus quam poſitiuum. vt crudior fuit hodie Roſcius. hæc ille, cenſeo itaq; ego & priſcianum & vallam pro loci qualitate verum dicere. vt comparatiuum quandoq; magis, quandoque minus quam poſitiuum ſignificet. quin & abſolute poſitum etiam valde poſſe recipere. vt ex hoc loco patet. triſtior. Ioannes ideſt valde triſtis: ſenſui optime conuenit hæc expoſitio. ſed de hac re hactenus ſufficiat me dixiſſe. dum trepidat, timet atq; feſtinat nam vtrumq; hoc in loco ſignificat. alias alterum tantum.* Trepidat.

** cui ſenior. ſiue, pro ſenex. ſiue addas valde, nihil contendo. grandeuum enim eum fuiſſe etiam quando virginem deſponſauit, conſtat ex libello Hieronymi ſuperius citato.* heus aduerbium vocantis eſt. nec eum nomine vocat. timens ne forte proditum nomen ei noceret.* Siſte gradum. morare. ſignanda tota eſt hæc elegans currentis, ſeu fugientis allocutio. paſſim enim occurit. eaque poſſumus vti etiam in*

aeneid. 2. *communi ſermone.* quo te rapis. raptim abis ac propere.* quo, r, n, l, tale eſt & illud maronis. Quo res ſummis loco Panthu &c.* complexus, charitatis mutuæ & familiaritatis indicium eſt hæc complexio. & tunc maxime fieri ſolet, quando ex amiſſione propinqui vel amici mœremus. quaſi velimus dicere. vnum in quo ſperabamus amiſſimus. Tu modo ſuperas, in quo ſpem habeamus.* tantum, lach, nam præ dolore loqui non poterat fletu ergo mentis angorem indicabat.* tandem, poſt aliquantulum moræ, diuturnioris tamen, quam res & Ioſephi expectatio poſcebat.* ſpes oc, om, quam penitus relictis omnibus rebus in vno domino & magiſtro ſuo poſuerant. hic licet videre quam modicæ fuerit fidei etiam Ioannes, diſcipulus ille, quem præcipue dilige bat Ieſus: quemq; in cœna ſupra pectus ſuſtinuerat recumbentem. ſubitus .n. timor & terror omnem reſurrectionis ſæpe prædictæ memoriam a mente concuſſa nimis acerbo magiſtri caſu extruderat.* abſumpta ſalus. & merito videbatur hoc perdito ſaluatore. ſic, ſic, o Ioannes & tua & noſtra ſalus ſaluatoris morte parabatur. nam & mortem noſtram moriendo deſtruxit, ac vitam reſurgendo reparauit.* fœdè turpiter tanquã latro fœdè etiam derelictus a ſuis, qui fugerant omnes.* carcere captus. & hyſteron proteron.* mater vbi eſt? ex hoc videtur Ioannem etiam ante paſſionem familiarem fuiſſe matris domini. nec mirum vterq; virgo. virgineus ſiquidem aſpectus virgini dulcis erat, & ſanctam quandam familiaritatem inuicem fouebat.* miſeræ ne adeo. retro verte. a deo miſeræ.* Complexus.

Occurrit: ſed vix amens agnouit amicum,
Dum trepidat, caſusq; animo ducis hæret acerbus.
Cui ſenior, heus ſiſte gradum. quo ter apis? inquit.
Quo res noſtra loco. ſinet e nunc veſtrubi dux.
Patre deo ſatus? aut ſtrepitus quis tantus in vrbe?
Hei mihi non fallunt pauidam præſagia matrem.
Sic ait: illum autem iuuenis complexus & hærens
Tantum fundebat lachrimas, gemitusq; ciebat.
Tandem pauca refert: Noſtra heu ſpes occidit omnis,
Atq; abſumpta ſalus: dux fœdè carcere captus
Clauditur: inuidia primores vrbis in illum
Conſpirant, pœnasq; graues cum ſanguine poſcunt.
Fidi omnes petiere fugam terrore ſubacti.
Mater vbi eſt? miſeræ ne adeo iam nuntius aures
Perculit? hic utinam tecum nunc afforet ipſa,
Pontius aſpiciens lachrimas, gemitusq; parentis,
Forſitan indigni caſus miſereſceret vltro.
Ire tamen libet, ac pacem, veniamq; precari,
Et populi inuidiam, atq; odium crudele profari.
Sic memorans greſſum ſyriæ rectoris ad ædes

perculit. percuſſit indigna & inaudibili grauiq; voce, a percello preteritum eſt. vnde & perculſus participium eſt. hic vtinam, non vt doleret præſentiam eius exoptat, ſed vt dolendo flendoq; remedium maiori futuro dolori adhiberet.* pontius pilatus.* lacbrimas quæ magis ad miſericordiam virorum animos mouent quam verba.* pacem ſubaudiri poteſt, vt extorqueat ab iratis Iudeis.* veniam, peccati non admiſſi. Populi, pro maiorum ex populo.* inuidiam. quæ ſola cauſa eſt vt illuſtres probos & pauperes, improbi perſequantur.* odium crudele, quod ex inuidia tanquã ex fonte procedit, nec niſi morte exaturari poteſt. quinimo & in mortui reliquias ſeuit: ſi metus eſt gloriæ ſuperſtitis.* Syria cuius magna pars olim fuit iudea teſte Plinio. & fors Pilatus non ſolum iudeã ſed* Perculit.

Inuidus etiam in mortuum ſeuit.

Plin. lib. 5. c. 12.

& ſyriam

*& ſyriam totam procurabat. quod & ante ipſum fecit Cyrinus, teſte Luca euangeliſta qui ſic ait. exijt edictum a Ceſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hæc deſcriptio prima ſacta eſt a preſide ſyriæ Cyrino. * boues cum. de induſtria ſactus eſt hic verſus in monoſyllabon deſinens. vt ipſa ſummiſſione vocis, & verſus inclinatione duorum mæſtitiam ac vultus inclinationem oſtenderet. ſicut & Verg. bouis caſum verſus quoq; caſu demonſtrauit, ac ante oculos poſuit. dicens. procumbit humi bos. * agricola pauper. qui non habet vnde alios emat. nobis papienſibus pluſquam nota eſt hæc comparatio. nam in prateritis calamitatibus noſtris, centies hunc caſum vidimus. & ferè omnes in noſtris agricolis fuimus experti. * abegit. abduxit. ſignato eſt vſus verbo. nam & inde abigei dicti ſunt. latrunculi qui boues a caulis ſiue a paſcuis agendo abducunt. * depopulatus. actiuæ eſt ſignificationis. apud antiquos inueniebatur depopulo. ſicut etiam dixit Verg. populatq; ingentem farris aceruum.* Luc 2.

verus in monoſyllabon deſinens.

Tendit: ei ſenior comitem ſe iungit, & ambo
Incedunt pariter triſtes: ceu forte boues cùm
Agricola amiſit pauper, quos hoſtis abegit
Depopulatus agros, quæſitum protinus illos
Longum iter ingreditur: natorum maximus olli
It comes. hic illic ſæpe ambo ignota per arua.
Si quo forte ſuis ſimiles videre vagari,
Subſiſtunt flentes, atq; auia queſtibus implent.
Haud illi ſecus & iam ventum ad limina tecti,
Quod regum quondam fuit antiquiſsima ſedes,
Cum res incolumi regno Iudæa maneret,
Sed tum Romulides oræ moderator habebat.
Feruere cuncta vident ſtrepitu, patresq; ſub ipſo
Veſtibulo antè fores diſſenſu tendere magno.
Iamq; ſacerdotes paulatim cedere ab aula
Romano velut infenſos, ac dira minantes.
His animum arrecti Paulum lenire dolorem

queſtus.

*" natorum maximus primus filiorum. * auia loca inuia. * queſtibus, lamentationibus. a queror. reris. dicunt quidam in hac ſignificatione non niſi in plurali inueniri. queſtubus per u, datiuũ & ablatiuum emittere: ſicut & portubus. vix hæc credo vera; nam hic & in Lugdunenſi excuſſione queſtibus per i, & non per u, ſcriptum eſſe videmus. hoc autem certũ eſt. quæſtum pro lucro diphtongo ſcribi debere pro querella vero ſine diphtongo. * haud illi, Ioſephus & Ioannes. * regum ſedes. ſyon dicebatur ciuitas Dauid. * romulides. patronimicum abuſiuum a rege & conditore vrbis Romulo. * moderator. preſes Pontius pilatus. * veſtibulo. ſub camera illa quæ duabus columnis fulcita Ianuam veſtit. nec enim volebant in pretorium introire: vt non contaminarentur, ſed manducarent paſcha ceperant enim agere dies azimorum. quibus contaminatio illis erat in alienigenæ domum intrantibus. O impia cecitas? (exclamat Aug.) alienigenæ iudicis prætorio contaminari metuebant. & fratris innocentis ſanguinem effundere non timebant? quam bene de illis prophetauit Dauid dicens. illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor, & dominus Ieſus dicebat eos hypocritas culicem excolentes: deglutientes verò Camelum. * tendere pro contendere. & eſt apheresis, * diſſenſu magno, grandi diſcordia. nam vt patet ex euangelio Pilatus multis modis conabatur eum dimittere cognoſcens innocentem, & ꝙ per inuidiam tradidiſſent eum. illi vero preſidem terrebant. qui ſi eum dimitteret, non eſſet amicus Cæſaris: quia omnis qui ſe regẽ facit, contradicit Cæſari, concitabant & plebem: ita vt Paulominus in ſeditionem verterentur. clamoribus magnis nitebantur extorquere condemnationem eius a præſide: quam iure non poterant obtinere. * ab aula, non hic ponitur pro ea parte domus interiori, quam nos cænaculũ inferius poſſumus vocare. cum neq; intra Ianuam pratorij fuerint ingreſſi. verum pro regia ipſa, vel principis curia. vnde & aulici dicuntur & curiales, qui principum Aulam ſequuntur. ponitur & quandoque Aula pro vſu. vnde natum eſt prouerbium. hac res iam ceſſit ab aula .i. ab uſu communi. notatum eſt etiã a Seneca facetiſſimum eius dictum. qui interrogatus quo nam pacto ſenuiſſet in Aula. vbi rari conſeneſcunt. reſpondit. iniurias frequentes accipiendo, indeq; gratias agendo. & alius quidam ſic cecinit. Quicunq; inſtabili vult pace ſeneſcere in Aula. Audiat, & videat, taceat, ferat omnia gratis. Romano, deeſt præſidi. * velut. infenſos. nec enim verè erant infenſi, ſed ſimulabant, vt ei metum inferrent. nam metu, gratia, odio atq; pecunia humanum ſæpe peruertitur iudicium. potentiores verò vrbis ad corrumpendos iudices externos ac puſillanimes timore plerumq; vtuntur. quam rem preuidens Iethro ſocer Moyſi dixit ei. prouide de omni plebe, viros potentes, ſapientes, & timentes deum, in quibus ſit veritas et: oderint auaritiam, quos conſtituas iudices ſuper populum. eccleſiaſtici. etiam*

Romulides

Veſtibulum.

ſeruius.

Io. 18.

pſal. 13.

Matth. 23.

Aula.

Aulici.

Seneca in epiſtolis moralibus.

Iudiciũ quibus modis peruertatur.

Exodi 18.

Iudicis qualitas

Eccleſiaſt 7 *etiam dicitur, noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.* * *dira minantes. accuſaturos eum eſſe apud Cæſarem, quòd maieſtatis reum dimiſiſſet,* * *his diſſenſionibus. nam vt vulgo dicitur. luporum diſcordia ouium poteſt eſſe fuga.* * *arrecti, Ioſephus ac Ioannes.* * *nonnulla, aliqualis.* * *virum, modo a virtute fortitudinis animi, quàm prima facie præſe ferebat Pilatus, dum calumniantium minacibus non cederet clamoribus.* * *affare alloquere. modi imperatiui eſt.* * *diſſimula, tace. ſed perinde funde preces ac ſi tuus filius eſſet, non autem dei. hoc ideo ſuaſit Ioannes: quia apud gentilem difficile creditu fuiſſet deum aut dei filium, ab hominibus vim pati potuiſſe. quarè & ab initio ſtultitia eis videbatur (vt refert Paulus) Chriſtum Deum credere crucifixum. Nos autem (inquit) predicamus Chriſtum crucifixum. iudeis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam, ipſis autem vocatis iudeis atque grecis, Chriſtum Dei virtutem, & dei ſapientiam.* * *cauſas de quibus infra.* * *atq; ducem, ordo eſt. atq; ſenior amplexans Genua alloquitur ducem, qui ſuſpenſus eadem re, ſubaudi propter quam & Ioſephus in medio procerum (puta aſſeſſorum) rogabat pro interrogabat, conſulta, conſilia ſeu reſponſa eorum. ſuper his quæ dicta & acta fuerant coram eo circa accuſationem domini Ieſu. moris enim romani fuit: vt iudici magis armorum quam iuris perito, cum ſederet pro tribunali, aſſidentes haberet aſſeſſores: qui ſcirent illi de iure reſpondere. horum conſilijs iudicia procedebant.* * *optime Romulidum pro romulidarum.*

Incipiunt, rebusq; aliquam ſperare ſalutem.
Atq; ita Ioannes: Mihi ſe nonnulla aperit ſpes:
Solue metum, atq; virum pronato affare, deiq;
Diſſimula ſobolem, & cauſas innecte precandi,
His dictis pariter ſuccedunt ædibus ambo,
Atq; ducem ſenior, qui re ſuſpenſus eadem
His ſuper in medio procerum conſulta rogabat;
Alloquitur genua amplexans, ſupplexq; precatur:
Optime Romulidum, quem clari rector olympi
Iuſtitia voluit Syriam frenare ſuperbam,
Parce pijs, ſæuumq; hominum compeſce furorem.
Hinc ratio penitus ſublata eſt: vi geritur res.
Illi ego ſum genitor, quem primi gentis in vnum
Coniurant omnes, & ficto crimine terrent.
Iamq; tibi, vt ſcelere ante omnes immanior vnus,
Traditus, immeritas quo pendat ſanguine pœnas.
Illum autem virtus tantum, & benefacta per orbem
His merſere malis ſua, dum gens effera laudi
Inuidet eximiæ, nec fert ſurgentis honorem
Talibus orabat: largo ſimul imbre rigabant

haud diſſimilis eſt hæc oratio illi quam habuit Ilioneus ad Didonem licet videatur ab initio ſumptam eſſe ex oratione Æneæ ad regem Euandrum quæ ſic incipit. Optime graiugenum, c, m, ſ, prec, & oratorie ei dat quod impetrare deſiderat. nam eum per laudem beniuolum reddit. * *iuſticia maxima Laus eſt ducis gentes ſuperbas & barbaras iuſtitia frenare.* * *pijs, nam principalis pars iuſtitiæ pietas eſt. quid ergo magis decet iuſtum ducem quam pios ſeruare? ſæuis hom, fur, quo impetum & non rationem impulſi ſequuntur.* * *ratio qua ſola homines a bellnis diſtant.* * *illi ego ſum genitor, narratio hic incipit. putatiuus & adoptiuus ac legalis pater fuit Ioſephus domini noſtri Ieſu Chriſti non autem genitor. nec enim illum genuit. ſed oratorie loquitur quo magis animum præſidis moneat. preterea non minus illum amabat, quam ſi genuiſſet eum.* * *ficto crimine, ex genere iudiciali ſumitur hæc inficiatio. quoties enim cumque partis aduerſæ probationes deficiunt, aut minus ideonæ ſunt, valde vtile eſt crimen inficiari. ne ſo reus ad aliquid probandum aſtringat. etenim in cauſa capitis (vbi probationes Luce meridiana clariores requiruntur) rariſſimi teſtes inueniri poſſunt, tum ob periculum torturæ ac talionis: & tum propter vitandas inimicitias. & maxime quia actore non probante reus eſt abſoluendus, etiam ſi nihil præſtiterit.* * *ante om, imm, perinde eſt ac ſi dixiſſet, omnium immaniſſimus. comparatiuum enim hoc modo iunctum cum præpoſitionibus ante, vel ſuper. vim habet ſuperlatiui.* * *immeritas pœnas. verè iniuſtum fuit dominum immeritas pronobis pœnas luere. & tamen hanc iniuſtitiam libentiſſime ſuſtinuit quo patientiæ nobis exemplum daret, vt cum ex merito afligimur noſtro eo magis, patienter feramus.* * *virtus ſua, declamatio a contrarijs quæ validiſſima eſt. vt virtus (quæ laudem gloriam & amicos parere deberet) ignominiam vituperium ac inimicitias ex inuidia pepererit non facere potuerit amicos. vt eſt in adagio: obſequium amicos: veritas odium parit.*

Ioſeph. quo pacto pater ſaluatoris eſt dictu

2.q.8.c. ſciant. de cauſa. poſſ. & pro. c. cum Eccleſia ſutrina

comparatiuum interdum vim habet ſuperlatiui.

Virtus odium aliquando parit.

odij ſeminarium fuerit : obſequia tamen ingratis præſtita non ſecere amicos. vt pſalmiſtæ vaticinium impleretur. quia odio habuerunt me gratis. " *ſua. illi propria eſt nomen dominus Ieſus virtus & ſapientia patris.* " *gens effera, beſtialis & nihil humanitatis habens. apud quos virtus non modo curæ non eſt, aut præmia laudis : ſed quod deterius eſt damno, neciquе.* * *nec fert. nequit patienter ſerre, aut æquo animo tolerare.* * *lachrimæ, quæ vt ſupra diximus, maximam vim demulcendi*
vt. *habent.* " *placido ore, hylari vultu clementiaque aſperſo.* " *depoſitumque ſenem genibus aduolutum ſupplicum more.* * *vt vos, admirantis ſimul & quantitatis aduerbium eſt. & hic eſt ſenſus. quam opportune adeſtis? interdum admirantis eſt, vt, ſimul & qualitatis. quale illud Æneæ ad* æn.2.
Hectorem. vt poſt multa tuorum ſunera, Defeſſi aſpicimus ideſt qualem te videmus; tam lacerum? ſicut ibi ſequitur : quæ cauſa ind, ſ, fœd, vul, aut cur hæc vulnera cerno? " *forſan. bene dubitationis nota promiſſionem ſuam temperauit, ne non faciens ab ea tanquam infidelis deficere videatur.*
" *Scitanti, interroganti. participium a ſcitor, taris, deponenti verbo. cuius rarus eſt vſus niſi apud*
Ediſſero. *poetas. Verg. ſuſpenſi euripilum ſcitatum orac. ph. mitt.* " *ediſſere, aperi, manifeſta, dic, actiuum* æneid. 2.
eſt, non paſſiuum, modi imperatiui. ſic flectitur. Ediſſero. ris. de quo & Vergilius mihique ediſſe- æn. 2.
Sollicitus. *re vera roganti.* " *haud veritus ideſt ne timeas. quia id tibi nec illi nocebit, ſed proderit potius.* in hom.
" *ſollicito, anxio. nam (vt ait Henricus) ſollicitudo eſt animi ægritudo cum immoderata cogitatione. & eſt bene notanda vera & propria huius dictionis ſignificatio. nam nonnulli falluntur. Credentes, ſollicitum, ſolertem ac diligentem ſtudioſumque alicuius rei gerendæ ſignificare. ſicut materna in lingua ſonat. ab hac.*

Ora ſenis lachrimæ : placido quem pontius ore.
Accipit, atq; ambos verbis ſolatur amicis,
Depoſitumq; ſenem molli locat ipſe ſedili,
Atq; hæc deinde refert; vt vos hic tempore adeſtis
Optati : nec enim forſan veniſſe pigebit; Matth.6.
Tu modò vera mihi ſcitanti ediſſere pauca.
Nunc pater haud veritus : fidei te credere fas eſt
Omne meæ : cœlum, & cœli vaga ſydera teſtor,
Sollicito mihi cura tui eſt nunc maxima nati,
Quem tibi mente agito incolumem ſeruare, furorĕq;
Et rabiem, vt potui, compreſsi gentis iniquæ.
Fare age (nāq; mihi haud nunc primū venit ad aures) gen 3.
Quæ fortuna viro, vnde domo, quo ſanguine cretus.
Ede tuum, matriſq; genus : non ille creatus
Stirpe humili, mihi ſi verum mens augurat : vt ſe.

Euchitæ heretici. *dictione eucbitæ heretici decepti. dicebant. monachis ma-*
Monachis laborandum eſt. *nu operari ſeu laborare minime licere, quod dominus in euangelio dixerit. ter. nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis, bibatis vel quo operiamini & iterum nolite ſolliciti eſſe de craſtino. ſed anxietatem animi prohibuit ibi dominus, non corporeum laborē. quare & primo parenti dixit deus in ſudore vultus tibi veſceris panē tuo. & apoſtolus qui non laborat (inquit) non manducet. & iterum. Qui ſurabatur iam non ſuretur, magis autē laboret manibus ſuis, vt habeat vnde neceſſitatē tribuat patiēti.* Eph.4.
quam rem nō ſolū verbo, ſed & facto docuit. erat.n. ſcenofactoria artis. i. tabernaculorū & apud aquilam ponticū ſcribit Lucas eum laboraſſe. ſed & ipſe ſcribit ad corinth. iccirco ſe manibus laboraſſe. ne act. 18.
cuiuſquā panē gratis manducaret, & ne vlli grauis eſſet. ſimul & vt malis ꝑdicatoribus occaſionē au- 1.cor.c.4.
ferret : qui ventris gratia ꝑdicabant. de hac re multa ſcribit Aug. in lib. cōtra hereticos. & in lib. de ope- & 2. Theſal.3.
Hypermetrus verſus. *ribus monachorum.* " *furoremq; hypermetrus verſus cui Syllaba ſupabundat. quæ debet collidi a prima vocali dictionis ſequentis verſus. vt metrū ſeruetur.* " *vt potui. potius quātitatis eſt aduerbiū q̄; ſimilitudinis. & eſt ſenſus. quantum potui, cōpreſſi &c.* " *ſare age. Eia dic mihi quæ fortuna viro, vn, d, q, s,*
Ioſeph de domo Dauid *cretus. ſupiora. n. p parēthesim dicta ſunt.* " *Ede tuum m. g. ex ſamilia & domo Dauid erat verq; vt de-* Matth.1.
Maria de domo dauid. *ducit Matth. vide & Hieronymum in Hom. Lucas quoq; in deſcriptione Syriæ facta a Cyrino mandato* nati. virg
Aug. Cæſaris, ſcriptū reliquit. Ioſephum aſcēdiſſe a galilea in Bethlē Iudæ: eo ꝙ eſſet de domo & fa- Maria.
milia, David, vt profiteretur cum Maria ſibi deſponſata vxore pregnante. quam minime adduxiſſet: ſi Luc.2.
nō de eadē domo & familia extitiſſet. cum ſinguli haberēt ꝓfiteri in ſuā ciuitatē. & cum lex diuina præ- greg. doct.
cipet coniugales copulas ex eadē ꝓgenie cōtrahi. " *ſtirpe humili. i. infima ac vili ꝓgenie. ſed regia aut diuina, quorū vtrūq; verū erat. ſanè ſciendū eſt hoc vocabulū, humile atq; humilitas, vila atq; abiectum*
Humile vocabulū ſeruile & honorificum. *quoddā, & ꝓpterea contemnendū in ſecularibus literis ſignificare. ſed ī diuina ſcriptura nobiliſſimæ virtutis nomē eſſe, quæ cæterarū vigil ac fidiſſima virtutū cuſtos eſſe dignoſcit & ꝓpterea honorabile vo-*
Humilitas. *cabulum habetur, Etenim reſpexit dominus humilitatem ancillæ ſuæ. non ſpreuit dominus orationem*

Luce 1. pſal. 101. ecclesia 35.

humilium ſeruorũ ſuorũ. & oratio humiliantis ſe penetrat nubes. et ſuper quẽ requieſcet ſpiritus meus niſi ſuper humilem. diligens itaq; lector hanc adhibeat vtrobiq; diſcretionem. nam hic vates ſecularium conſuetudinem eſt ſecutus. vt ſe in ſe inceſſu ge, vt. in omnibus his, qualitatis eſt aduerbium. ſenſus, ergo, eſt quali inceſſu, quali vultu, colligit autem Pilatus diuini decoris ſigna, quæ ſunt. vultus decor irradians, pulchri ſed fulgurei oculi, vox ſuperquam mortalis, inceſſus grauis & terribilis, odor ſuper omnia aromata, & demum maieſtas quædam plusquam regia toto corpore fulget. hæc eadem ſigna colligebat æneas de virgine tiria: ſub cuius ſpecie mater latebat. dixit. n. namq; haud tibi vultus mortalis, nec vox hominem ſonat, & Paulopoſt. Auertens roſea ceruice refulſit. Ambroſiæq; comæ diuinum vertice odorem ſpirauere: pedes veſtis defluxit ad imos: Et vera inceſſu patuit dea. ſenſu tamen hæc ſigna magisquam ex auditu narrantis percipiuntur. nec facile a quoquã niſi qui ea fuerit. expertus diſcernentur. orate ergo vt vobis cæleſtis ſpiritus ſe ſe oſtendat, ſi hæc videre & dignoſcere ſigna deſideratis, ſuper omnia verò cordis oculos mundos habere ſtudete. nam dixit dñs. Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt. ego. n. ſemel tantum exiſtimo beatiſſimam Virginem Mariam dum ſermonem ad populum haberem in die Natalis eius, preſentem habuiſſe. nam & multo validius, Luculentius. ac prolixius ſolito predicaui. ac maiorem vim gratiamq; deinceps in concionando habui; memoriamque multo tenaciorem. ita vt duas horas plerunq; valeam declamare. hoc incrementum non niſi ex ea viſione cæleſti ſuſcepi. ſufragantibus quoq; mihi precibus. cuiuſdam ancillæ Chriſti: quam poſt fata ſi ei ſupviuero notiſſimam faciam. nunc autem ſilebo, quia ſcriptum eſt, neminem laudaueris in vita ſua. propter elationis & adulationis pericula, hæc tantum modo adſcripſi pro lectoris incitatione ad virtutem & probitatem.* auertitur. ne vel indignũ alloquerer. vel potius (vt reor). ne ſe pluribus verbis defendendo non ſponte velle pati videretur. & forſan verè reſponſorũ dulcedine mentem pilati adeo affeciſſet, q illum nequaquam crucifigi mandaſſet. ſicq; fuiſſet impedita generis humani redẽptio, & ſcripturarũ adimpletio. nam & inter cætera paſſionis eius oracula, & hoc erat. q tãquã agnus coram tondente ſe non aperiet os ſuum. & quaſi agnus manſuetus qui portantur ad victimam.* contemptor Lucis. vt primus impleret preceptum ſuum. qui perdiderit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternã cuſtodit*

Soror Andre. vocabatur.

Anæ. lib. 1.

Inceſſu gerit? vt vultuq; & corpore toto eſt
Humana maior ſpecies? vt lumina honorum
Plena? vt Regifici motus? verba inde notaui,
Nil mortale ſonat: ſenſi illo in pectore numen:
Aut certè deus ille, aut non mortalibus ortus.
Dicite vos: nam me ſcitantem auertitur ipſe,
Et vix reſponſo tacitus dignatur amicum,
Contemptorq; illi eſt animus lucisq;. meiq;.
His dictis, ſenior Pauliſper ſubſtitit anceps,
Sene vltra tegeret quærenti, an proderet illi
Et diui genus, & verum ſine fraude parentem:
Cum breuiter comes admotus, ſic fatur ad aurem. (Eſaiæ 53.)
Regia progenies, Nymphæ dignate ſuperbo
Coniugio, quid adhuc hæres? abſiſte vereri:
Omnia ſublatis aperi iam nubibus vltro. (Hierem. 11)

Matth 10.

eam. meiq;. iuxta illud. nolite timere eos, qui occidunt corpus, poſt autẽ non habent quid faciant.* pauliſper ſubſtitit. nam qui inconſiderate loquitur, in nouiſſimo ſentiet dolorem.* anceps dubius.* tegeret, abſconderet ac diſſimularet.* an proderet ideſt manifeſtaret. in bonam hic capitur partem. neſciebat autem an placeret illi talis reuelatio, ac tanti myſterij. nam ſecreta diuini conſilij non omnibus ſunt pandenda, ſed his tantum quibus ipſe deus annuerit.* fraude, non dolo, ſed periculo. nam & deceptionem, pœnam, & periculum fraus ſignificat. de fraude pro doloſitate planum eſt. de periculo. hic & in Virgilio. Quis deus in fraudem qua dura potentia noſtra eſt? de pœna. Cicero. Icciteo narrabo, & fraude capitali eſſe. Vergilius quoque. Iam noſces ventoſa ferat cui gloria fraudem.* comes. Ioannes.* admotus iuxta poſitus vel accedens ad eum.* regia progenies, deeſt, o Ioſephe, & eſt tacita appoſitio.* nympha beatiſſima virg. Mariæ, quæ ideo nympha dicitur, quia ſponſa tantũ animo & affectu virgineo iuncta fuit. Ioſepho, non corporis coniunctione. greciquippe νύμφην. ſponſam appellant.* dignate, digne habita paſſiue intellige: quaſi dicat. qui dignus fuerit inuentus cui filia, mater & ſponſa dei commendaretur: tantoq; nomine honoraretur. vt ſponſus beatiſſima virg. diceretẽ. de his ſponſalicijs. Aug. Bernard. et origenes multa diſputant in laudẽ huius viri: quæ vide ſi places. & Hier. in dicto libello. nat. Mar.* ſupbo. nobili. ſicut et illud. coniugio anchiſa veneris dignate ſupbo. & alibi. ceciditq; ſuperbum Ilium.* hæres. dubitas.* abſiſte vereri. noli timere amplius*

Marginal notes: vt. — Signa dei. — inconſiderate loquens. — Fraus. — AEneid 10. — Aug. in ſermone d an nunciatione Bernardus in ſermone d annũciatione qui legitur in feſto Sãti Ioſeph Aug. ibidẽ Orig. i hom vig. nat. Do. — Nympha. — Dignatus. — Superbus.

** ſublatis nub,remotis velaminibus fictionum.* rumpe mor.mora .n.ſua cuilibet eſt nociua iuxta illud,ſemper nocuit differre paratis. vnde & Saluſtius dixit ante factum ſano opus eſſe conſilio,mox vbi conſultum fuerit, maturo facto.* miſſa formidine dimiſſo timore,apheresis eſt.* magna arcana, certa magna quæ non niſi magnus dominus poteſt operari: deum hominem factum,virginem genuiſſe. & poſt partum inuiolatam permanſiſſe.? ſed id primum.ſuple aperiam.neq; ſus,te,am,ten,quando,ꝙ ſiquidem.* inſedit.i. placitum eſt tibi.cog,no,genus.* res inopes.fortè ob preterita bella,vel alias calamitates,quibus res humanæ concutiuntur.ſiue potius quod paupertatis amatores (quæ perfectorum ſemita eſt) cuncta quæ habuerant ex vtroq; patrimonio amore domini pauperibus erroganerant:de-*
Carpentarius. *inceps manu ſibi victum quæſituri.* opera ad fabrilia.faber.n.lignarius erat Ioſephus.quem carpentarium Hier.appellat his verbis.carpentarius artifex fecit ſcamnum,& eſt nomen generis a ſpecie deductum.nam proprie carpentarius is eſt.qui carpenta .i. vehicula quedam facit. fabrum autem eum fuiſſe patet ex euang. etenim pro magno probro iudei domino obiecerunt.ꝙ eſſet fabri filius. hinc & Aug. dixit.Maria fabro deſponſata, cæli nupſit architecto.* exercent .i. fatigant.* regum a ſtirpe. quam vt ſupra diximus Mattheus deſcendendo,& Lucas aſcendendo demonſtrant.* admotumq; genus ſuperis.duplicem habet ſenſum.genus meum ad ſuperos vſq; deductum eſt.& per Lucam euang. patet. qui aſcendens ab ipſo Ioſepho genealogiam eius per lxxvij.patres ad deum vſq; contexuit.al-* Matth 1 & mar 6 i ſermone d annunciatione. Matth. 1. Lucæ. 3.

Pone metus, & rumpe moras: video omnia tuta.
Dixerat: ille igitur miſſa formidine cœpit:
Dicam equidem: nec dux tibi magna arcana ſilebo.
Sed quando genus inſedit cognoſcere noſtrum,
Id primum, neq; te ſuſpenſum ambage tenebo:
Quamuis res inopes opera ad fabrilia verſum
Exercent, tamen eſt mihi regum á ſtirpe propago,
Admotumq́; genus ſuperis, clariq́; parentes.
Principio innumeræ pater Abras gentis, & autor
Maximus ille tuas non (vt reor,) effugit aures,
Qui generi legesq́; tulit, moremq́; ſacrorum.
Iſacon hic dedit: Iſacides Iacobus ab illo,
Biſſenos qui mox proceres genuit, quibus omnis
Noſtra domus in biſſenas gens ſecta, tribus eſt.
Hos inter pietate olim quam maior Iudas,
Iam ſe ſe ſobole egregia ſuper extulit omnes,
Iudeamq́; ſuo dixit de nomine terram.

ter eſt ſenſus genus meum admotum eſt .i. receptum a ſuperis.vtpotè adſcitum diuino cultui.& mancipatum dei ſer-
Abras qui & Abraam. *uitio.* principio.I,pater abras hoc eſt ꝙ Mattheus ſcripſit initio libri. Abraã genuit Iſaac, Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autem Iudam & fratres eius qui xi.fuerunt.* maximus quia pater fidei factus eſt. nam poſt dilluuium cum genus humanum ad idolatriam declinaſſet. ipſe nolens a vero dei cultu decedere, proiectus eſt a caldeis in ignem. vnde mirabiliter illeſus a deo eſt ereptus. & iuſſus vt egrederetur de terra & cognatione ſua.deoq; obediens venit ĩ terrã cananeorũ.in qua peregrinus vixit toto tẽpore vitæ ſuæ.adeoq; fuit deo gratus vt non ſolum protectus a barbaris.inter quos verſabatur. et quinq; regũ hoſtium victor effectus eſſet. ſed & ditiſſimus in poſſeſſione auri & argenti ac pecorum & vt pater ſanctiſſimus ab indigenis colebatur.omnis ſcientiæ atq; aſtrorum dicitur fuiſſe peritiſſimus:quam & primus ægiptios docuit: cum pre famè (quæ terram cananeorum oppreſſerat.) Illuc deſcendiſſet. meruit a domino pollicitationem terræ promiſſionis ſemini ſuo dandam poſt quadringentos annos obtinere. & quod ſemen ſuum multiplicaretur ſuper arenam Maris, & ſtellas cæli. & illud quod omnibus bonis preualet: de Chriſto ex ſemine ſuo oriundo. in quo benedicendæ erant omnes gentes. vita & cuncta eius geſta habentur in geneſi. ibi qui voluerit, ea videat. mortuus hic eſt poſt. clxxv. annos in ſenectute bono. & ſepultus ab Iſaac & Iſmaele filijs eius in ſpelunca duplici, quæ eſt in hebron.* aures ſæpe .n. potuerat audijſſe de eo a iudeis:qui iactabantur talem patrem habuiſſe. cuius tamen fidem, deuotionem,obedientiam,ſanctitatẽq; & cęteras illius virtutes optimas nolebãt imitari.* legesq; tulit, non eas quas Moyſes.ſed circuncisionis morẽq; ſacrorũ.* Iſacon accuſatiuus hic grecus eſt.* Biſſenos.quo-*
Iudæ tribus. *rũ nõĩa poſuimus in lib.ſupiore.* pietate.nam & Ioſephum niſus eſt eripere de manu fratrũ dum dicerẽt ecce ſomniator venit,venite occidamus eũ:& videbimus quid ꝓderũt illi ſomnia ſua.Itẽ eum fame perurgerẽtur.nec pater vellet Beniamin cũ fratribus mitere,ſine quo nõ poterãt venale triticũ habere nimis vitæ pueri metuẽs.proprios ei filios obſides tradidit.quo,recepto Beniamin ſecurus ab ægipto eſcas toti perituræ domui afferret. præterea diuini cultus, ac bellorum pre tota gente, tribus eius*

fuit

ſuit ſtudioſiſſima, vnde & a domino principatum meruit & regnum. ° *ſeries longiſſima. quatuordecim quippe ſunt. videlicet Abraam, Iſaac, Iacob, Iudas. Phares, Eſron, Aram, Aminadab, Naaſon, Salmon. Booz, Obeth, Ieſſe, & Dauid.* ° *regum pater. nam & ſi Saul ante regnauerit, quia tamen inobediens ſuit mandato diuino, abiectus eſt cum ſtirpe ſua ne regnaret ſuper Iſrael. Dauid verò quia ſuit vir fidelis, & ambulauit in vijs domini, meditans in lege eius die ac nocte. non ſolum accepit a domino promiſſionem perſeuerationis regni in domo ſua, ſed etiam ſicut Abraæ dixit illi Deus, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem meam. quæ promiſſio in d. n. i. ch. adimpleta eſt. geſta huius magnanimi ducis primo, deinde regis fortiſſimi & prudentiſſimi, non ad plenum ſcribo: quia tot tantaq; ſunt, vt neq; duobus primis libris regum potuerint comprehendi: hic puer dum paſceret gregem patris ſui in paſcuis vrbis Bethleem, vnde ſuit oriundus. interfecit manu ſua Vrſum & Leonem. vnctus deinde clam a Samuele, ſactus eſt armiger Saulis: eo quod Cithara ſuæ ſono expelleret demonem, quo vexabatur Saul poſtquã receſſerat ab eo ſpiritus domini, & tranſierat ad Dauid interfecit deinde Phyliſteum Goliath gigantem tam proceræ ſtaturæ, vultuque adeo terribilem, vt omnem populum exercitus Saulis abſterreret, nec inueniebatur vllus qui cum eo ſingulari certamine congredi auderet. tantæque ſuit admirationi cædes eius: vt puellæ obuiantes regi victori auſæ fuerint cantare. Saul percuſſit mille: & Dauid decem millia quia abſtulit obprobrium ex Iſraele, huius facti inuidia motus Saul, perſecutus eſt Dauid ad mortem toto tempore vitæ ſuæ, ſed a domino protectus euaſit manus eius. quinimo. bis tradidit dominus Saulem in manus Dauid, dum perſequeretur eũ, & tantæ ſuit pietatis, vt nunquam voluerit eum interficere: repreſſit & millites ſuos, ne illum occiderent. dicebat n. ſe numquam poſiturũ manus in Chriſtum domini. quin etiam mortuum luxit, & vltus eſt. Rex deinde palam vnctus & receptus a populo. diſceſſit ex hebron vbi aliquandiu regnauerat ſuper ſola tribu Iuda. expugnauit Hieruſalem: quam vſq; ad illud tempus tenuerant Iebuſei. condidit arcem Syon: que & vrbs Dauid appellata eſt, domuit philiſteos, & poſuit ſub tributo, Moabitas, Idumeos, Ammonitas, Agarenos, Syriamq; ipſam & damaſcum ſuo ſubiecit imperio. regnauit cum Salomone filio ab Euſrate vſq; ad mare Mediterraneum. peccauit peccatum grande. in adulterio Berſabeæ, & cæde viri eius Vriæ militis fidiſſimi atq; fortiſſimi. ſed correptus a domino per Nathan recognouit errorem: penituit, acerrimæ fleuit, adeo vt pſalmos flendo decantauerit, quos etiam nunc pænitentiales vocamus huius ſceleris tametſi veniam a mitti domino obtinuerit. flagella tamen multa perpeſſus eſt. nam Abſalon filius eius. Amon primogenitum interfecit. quod is Tamarim ſororem violauerat. reuocatus deinde ab exilio & in gratiam patris iterum receptus, coniurauit aduerſus eum toto populo Iſraelis illum ſequente: quamobrem coactus eſt rex fugere & nudis pedibus montem oliuarum aſcenſu ſuperare: vixq; nocte eadem Iordane tranſacto, inſequentis filij manus euaſit. reſumptis paulatim viribus animiſque militum recreatis: bello rebellem filium expugnauit. quem tamen a Ioab principe militiæ contra mandatũ ſuum interfectum diu luxit. dicens Abſalon fili mi. fili mi Abſalon. quis mihi det vt pro te moriar fili mi. ſubinde reductus iterum in regnum. preparatis impenſis templi domini: & conſtituto Salomone filio rege, appoſitus eſt ad patres ſuos. cum eſſet annorum ſeptuaginta, quorum ſeptem regnauit in Hebron, & in Hieruſalem triginta tres. & ſepultus eſt in Syon. que & ciuitas Dauid Appellabatur.* ° *bis ſeptem reges, quorum hæc ſunt nomina. Dauid. Salomon, Abia, Aſa, Ioſaphat, Ioram, Ozias, Ioathan, Achaz, Ezechias, Manaſſes, Amon, Ioſias, & Iechonias. deinceps duces fuerunt multi, ſed non omnes vſque ad Ioſeph duces fuerunt. ſuntque aliæ quatordecim generationes. Etenim per tres Teſſeredechades ducit Mattheus genealogiam hanc ab Abraam vſque ad Chriſtum.* ° *longè aliud multo nobilius, atque ſine vlla comparatione excellentius.* ° *parentes mortales. ſanè intellige. ne incidas in hereſim Eluidij. vel cuiusuis alterius. nec enim vllo vnquam tempore cognouit Ioſeph beatam ſemperq; Virginem Mariam. ſed aut intellige pluralem poſitum pro ſingulari, id eſt matrem vel dignatur ſubaudi nominare, appellare ac honorare, non autem verè habere Ioſephum genitorem. vt qui in cælis genitus eſt ſine matre, ex ſolo patre: in terris*

Hinc (licet in medio ſeries longiſſima patrum)
Dauides ortus, Regum pater, vnde meorum
Per bis ſeptem exit genus actum ab origine Rege
Verum longe aliud iuueni genus: ille parentes
Quamuis mortales mortalibus editus oris
Dignatur, tamen eſt diuo cœleſtis origo.
Eſtq; deo genitore ſatus, gaudetq; parente.

Patriarcharum nomina.

Dauid geſta.

1. & 2. lib. Reg.

Fili mi Abſalon

Regum Hieruſalem nomina.

Matth. 1.

Cui mare veliuolum: cui tellus paret & æther,
Illum autem aereas in luminis edidit auras
Nunquàm mixta viro mulier, fœtæq; remanſit
Virginitas, olim vt vates cecinere futurum.
Nam pater omnipotens fœcunda deſuper aura
Afflatam impleuit: tumuit diuinitus aluus.
Quòd verò genitor vulgò ſuus creditus ipſe,
Haud ita res, mihi q́, alma parens accredita tantum,
Qui cum animi poſſet curas, durumq; laborem
Partiri: mox me famæ incautoq; pudori
Permetuens, eadem dignata eſt nomine veri
Coniugis immeritum, nec tali munere dignum
Hoc erat (vt reuocans rem cunctam ab origine pandā)

verò genitus eſt ex ſola matre Maria abſq; patre, dicebatur tamen Ioſeph parens eius, hoc modo intelligitur etiam illud virginis Mariæ dictum ad filium. poſtquam inuenerunt eum in medio doctorum. Fili quid feciſti nobis ſic? ego & pater tuus dolentes quærebamus te. pater inquit, nō qui eſſet ſed qui putabatur. vt teſtatur Lucas ī pricipio genealogiæ domini vbi ſic dixit. et ipſe Ieſus erat incipiēs quaſi annorū. xxx. vt putabatur filius Ioſeph. cœleſtis origo. quinimo diuina.* ſummi. genitus ab æterno patre æternus.* veliuolum. per quod velis volatur i. nauigatur. nam vt ſupra quoq; dictum eſt. reciproca tranſlatio eſt vocabulorum maris & aeris, nauium & auium. Ennius verò veliuolas naues nouæ dixit, quod velis volare videantur.* æther. multoq; magis aer. etheri ſubiectum: quod ſciretur non appoſuit. quia facile ſubintelligebatur. * illum dominum noſtrum Chriſtum Ieſum. * aereas auras, noſtri hemiſpherij quas mortales nos haurimus & reddimus.* edidit. genuit ex ſpiritu ſancto, non ex Ioſepho, ac deinde nouem menſibus exactis peperit in Bethleē Ciuitate iudæ, vt ſcribit Mattheus. ad quam vrbem Ioſephus & Maria venerant vt facta profeſſione deſcriberetur vterque iuxta edictum Auguſti Cæſaris.* manſit virginitas. quia nulla fuerat in conceptione libido, ſuperueniente ſpiritu ſancto. & obumbrante eam virtute altiſſimi. ſed neq; Chriſtus naſcens virginitatem matri ademit, qui virginem matrem conſecrauit.* vates cecinere, Eſaias. Ecce (inquit) virgo concipiet, & pariet filium. Ezechiel quoque dixit, porta quam vidiſti, clauſa erit in æternum. & rurſus vidi portam in domo domini clauſam: & dixit angelus ad me. porta hæc quam vides, non aperietur: & homo non tranſibit per eam: quoniam ſolus dominus, intrat & egreditur per eam & clauſa erit in æternum. quod exponens Aug. ait, Mirabilis eſt prophetæ viſio. ſed mirabilior eſt prophetiæ adimpletio. quid eſt porta in domo domini clauſa: niſi quod virgo Maria ſemper erit intacta. & quid eſt quod homo non tranſibit per eam, niſi quod Ioſeph non cognouit eam: et quid eſt quod dominus ſolus intrat & egreditur per eam? niſi quod ſpiritus ſanctus grauidam reddidit eam. & dominus angelorum naſcitur per eam. & quid eſt quod clauſa erit in æternum? niſi quia Maria virgo eſt ante partum. & virgo poſt partum. in canticis quoque canticorum dicitur. hortus concluſus, & fons ſignatus.* fœcunda aura ſpiritus ſancti. ſicut dixerat angelus ad eam ſpiritus. ſanctus ſuperueniēt in te & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. & Angelus ad Ioſephum dixit. quod in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt.* diuinitus. non more humano ſuſcepto virili ſemine. * accredita commendata. & verè deſponſata, non tamen cognita. * qui cum anaſtrophæ penè neceſſaria. poſtponitur quippe. cum, his dictionibus. me, te, ſe, nobis, vobis, & relatiuo a quo vel a qui, a qua vel a qui, a quo vel a qui, & in plurali quis vel quibus. * animi curas. & eſſet ei ſolatio.* Laborem. maximæ itineris in ægiptum. quando fugerunt a facie herodis. potiſſimam cauſam omitit autor. quare Ioſepho fuerit Maria Virgo deſponſata; quam S. Martir ignatius deuotiſſimus virginis (qui que ad illam ſcripſit epiſtolam, meruitque cœleſte eius oraculum. ſcriptis obtinere) vt partus eius Lateret diabolum, dum eum putat non de virgine, ſed de vxore generatum. Item ne lapidaretur a iudeis, vt adultera: ſicut ait Hieronimus: * veri coniugis, vnde Auguſtinus. coniunx vocatus eſt Ioſeph, a prima deſponſationis fide. quam concubitu non agnouerat, nec fuerat cogniturus. nec mendax fuerat coniugis appellatio. vbi nec fuerat. nec futura erat carnalis vlla commixtio. propter fidele coniugium, ambo parentes Chriſti vocari meruerunt: non ſolum illa mater: verum etiam ille pater eius: ſicut & coniux matris eius. vtrumque mente non carne.* hoc erat: vide in Libro Hieronymi de natiuitate Virginis Mariæ, vnde hæc quæ narrantur a poeta de illius deſponſatione, ſumpta fuerunt, aliqua tamen varietate adhibita: ne magis hyſtoricus videretur, quam poeta. vide & hanc hyſtoriam ſub breuiſſimo compendio paulo ſupra annotatam. ne bis idem repetamus. * ab origine deſponſationis.

Eſai. 7.
Ezechiel 4.
in ſermone de annunciatione virginis.
cant. 4.
Lucæ 1.
Matth. 1.
cum.
Maria quare deſponſata.
Ioſeph quare pater.
Aug. in lib. de bono coniug. 17. q. 2. c. coniux

deſponſationis. pulcherrima. verè pulcherrima cunctarum quæ fuerunt, ſunt, vel erunt feminarũ extitit virgo Maria. cuius pulchritudinem ſpiritus ſanctus in canticis canticorũ plene deſcribit. a vertice vſq; ad plantã pedis. & tandem his verbis concludit. Tota pulchra es amica mea: & macula nõ eſt in te. Ecleſia quoq; .S. de eius mira pulchritudine ſic concinit. Quæ eſt iſta quæ aſcendit quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna: electa vt Sol. terribilis vt caſtrorum acies ordinata? nos quoq; alphabeticam Oden, de exteriori atq; interiori eius pulchritudine cecinimus. quam poteris videre, vbi inter alia & hoc habetur Tetraſtichon. Celſa ſit quæuis ſpecies creata Celſior multo ſpecies Mariæ. Pulchrior Luna meliorq; Sole, Luſtrat Olympum.* procis dicitur tamen ea caſtitatis venuſtate ſuffuſam Virginẽ fuiſſe, vt nullum prorſus ad libidinem, ſed potius ad amorẽ honeſtatis prouocarit inſpectorem.* Mariã .i. Maris ſtellam. ac dominam ſubauditur orbis. Sic .n. interpretatur nomen iſtud Maria vnde & eccleſia canit. Aue maris ſtella, dei mater alma. Itẽ & alterum hymnum ſic incipit O glorioſa domina excelſa ſuper ſidera. hoc nomen (vt refert Hier.) ab angelo parentibus eius indicatum eſt. & iuſſum imponi. penultima huius ſyllaba quia*

Mariæ pulchritudo.

cant primo 4 & 6.

Sic incipit Aa balbutis mea lingua [illegible]

Maria quid interpretatur.

Iudeas inter virgo pulcherrima nymphas,
Centum optata procis (Mariam dixere) parentum
Vnica progenies, vrbe edita Nazaræa.
Ipſa autem æterno præ virginitatis amore
Oderat & thalamos, & ſe ſacrauerat aris.
Anna tamen grandeua parens haud neſcia vatum,

ſignatur grecè acuto accentu a ſanctis vatibus in hymnis eccleſiaſticis producitur. quos & ego in meis odis ſum ſecutus. cecinere dicti ſancti. hoc dimetrum iambicum. Quem terra pontus æthera: Colunt adorant prædicant: Trinam regentem machinam: Clauſtrum Mariæ baiulat, porrò in hoc metri genere. pedes pares & præcipue ſecundum iambos eſſe oportere nemo dubitat. ſic & in iſto verſiculo Maria mater gratiæ iambus eſt in primo & in ſecundo. ſic & in ſaphico hymno. Chriſte ſanctorum decus angelorum, prope finem, Hinc dei noſtri genitrix Maria. vbi iuxta legem carminis. duos claudit trochæos, cuius pedis prima longa eſt. hic tamen vates. & Baptiſta mantuanus, alijq; Chriſtiani nominis vates corripuere. propter regulam vocalis ante vocale in; quæ vtrum in dictionibus hebreis Syriacisue (quale eſt iſtud nomen Maria) locum ſibi vendicet, nec adhuc compertum habeo. tametſi id petierim a domino Ambroſio Alboneſio multilingui. ſiue Polygloſſo. interim communem eam ſyllabam affirmabo. donec ab aliquo hebreo doctore certior effectus fuero. vnica progenies. contrarium huius eſt. quod ait Ioannes euangeliſta. ſtabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius, Maria Cleophe. quam rem & Hier. affirmat in libro contra heluidium, ſic ſcribens. Maria iſta quæ in Marco, & Matheo Iacobi & Ioſeph mater dicitur, fuit vxor Alphei, & ſoror Mariæ matris domini: quam Mariam Cleophæ nunc Ioannes cognominat a patre, ſiue a gentilitate familiæ. ex quibus verbis poſſumus colligere. quod virgo Maria fuerit vnica patri Ioachim. quo defuncto cum maſculina prole careret, Anna nupſit Cleophæ fratri Ioachim. ex quo genuit alteram mariam de qua ſupra. ſororem Virginis Mariæ vterinam tantum. quin & in cathalogo Sanctorum Scriptum legi. tertio etiam viro nomine Salome poſt mortem duorum annã nupſiſſe. ex quo & tertiã genuit mariam, quam duxit Zebedeus. & ex ea genuit Iacobum & Ioãnem apoſtolos domini. Sobrinos adducitq; Hieronymum huius traditionis autorem. quem ſicubi inter legendum reperero locum addam in margine, modica quippe ex multis eius ſcriptis legi.* Nazarea. ſic & in libello Hieronimi de Mariæ ortu legitur. igitur Beata. & glorioſa ſemper Virgo Maria de regia & familia Dauid oriunda in ciuitate Nazareth nata: Hieroſolymis in templo domini nutrita fuit, pater eius Ioachim, mater vero Anna dicebatur domus paterna eſt galilea & ciuitas Nazareth. Maternum autem genus ex Bethleem erat.* Virginitatis: quam prima mulierum deo vouit.* Sacrauerat aris. iuxta templum domini erat appenditia Baſilica, in qua educabantur multæ virgines vſque ad nubiles annos: quarum manibus veſtes ſacræ, & ſuppellectilia templi curabantur, reſarciebantur, ac noua quoties opus erat fiebant: cum iſtis ab infantia virgo Maria nutrita eſt, & cum Mariæ ac alijs coequalibus iam puberibus ſacerdos mandaſſet, vt paternam domum repeterent, nuptijsque, & generandæ proli ſecundum morem gentis operam darent. apud quam probro dabatur ſterilem eſſe, & filios non procreare. huic mandato ceteræ pronæ paruerunt: ſola virgo domini Maria hoc ſe facere non poſſe reſpondit: ſe ſe quidem & parentes ſuos domini ſeruicio mancipaſſe, & inſuper ſeipſam domino virginitatem vouiſſe. quam nunquam viro aliquo commixtionis more cognito violare vellet.* Grandeua, vt quæ annos circiter viginti cum viro ſteterat antequam virginem*

Anna plures habuit filias ex pluribus viris.

Mariæ tres.

Plenaq; venturi e gnata præuiderat olim
Egregiam factis ſobolem, regemq; futurum,
Qui populos magnos magna ditione teneret.
Id cœlo fixum eſſe, pios id prodere vates.
Sæpe illam in ſomnis monuit vox miſſa per auras
Iungere connubio natam, generoſq; vocare.
Iamq; erat apta viro. iam nubilis, hactenus autem
Diſtulerant ſuperum monitis parere parentes,
Cum media ecce iterum ſublimes luce per auras
Vox audita viro properate ô iungere natam
Nec generi longè optandi: de ſanguine veſtro
Quærantur de more: omnis mora ſegnis abeſto.
Continuo paruam vulgatur fama per vrbem
Tum conſanguinei pulchræ ſpe coniugis omnes
Conueniunt iuuenes: complentur virginis ædes:
Ipſe etiam patri conſanguinitate propinquus
Acceſsi, quamuis æui maturus, vt ipſi
Aequæuo natæ obthalamos gratarer amico.
Stabant innumeri forma, atq; ætatibus æquis
Florentes, cœlum cui munera tanta pararet
Incerti, & ſortem ſibi quiſq; optabat amicam.
Dum ſpes ambiguæ, dum turba ignara futuri,
In ſecreta domus omnes euaſimus altæ

peperiſſet. * *plenaq; venturi, ipſa Anna mater Virginis. nam ante conceptum illi angelus apparuerat. nunciaueratque neſcituram filiam, qua Maria vocata ſuper omnes mulieres erit benedicta virum numquam cognitura. ſed ſola ſine exemplo: ſine macula: ſine corruptione: ſine virili commixtione; virgo filium: ancilla dominum: & gratia & nomine: & opere ſaluatorem mundi generabit.* * *magna ditione. poteſtate. iuxta ꝙ reſurgens a mortuis dominus Ieſus dixit: Datū eſt mihi omnis poteſtas in celo & in terra. angelus quoq; ad Mariam. dabit (inquit) ei dominus deus ſedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis.* * *pios vates. Dauid Danielem & Eſaiam. alioſq; plures.* * *in ſomnis. aut ex libro Apocriſo de infantia ſaluatoris hoc eſt* Dauid pſ 2 18.21 83. & c. 19. Dan 4 & 7. Eſai c. 19 11. & 53.
aſſumptum. vel more poetico confictum. verè enim cum pontifex non auderet cogere virginem Mariam contra ſcripturam facere dicentem. vouete, & reddite. neq; morem genti inſuetum introducere, accito populo ad ſolemnitatē quæ tūc imminebat. req; expoſita placuit, vt ſuper tam ardua ac inſolita re conſuleretur dominus: qui ex propiciatorio reſpōdit, viro ex familia Dauid cuius arida virga in tabernaculum allata floruiſſet, & in cuius ſummitate ſpiritus ſanctus ſub ſpecie columbæ de cœlo veniens conſediſſet, Virginem Mariam commendari ac deſponſari debere. cumq; iuxta imperium domini conueniſſent omnes viri non vxorati de domo Dauid, virgaſq; aridas attuliſſent. Ioſeph vir grandæuus de eadem familia; quia diſpoſuerat non ducere vxorem, virgam ſolus ipſe ſuam ſubtraxit. vnde cum in nulla cæterarum virgarum nihil diuinæ voci conſonum apparuiſſet: iterum conſultus dominus reſpondit. ſolum illum virgam non attuliſſe cui erat virgo deſponſanda, proditus eſt itaque Ioſeph. cum enim virgam ſuam iuſſus attuliſſet. protinus & floruiſſe conſpexerunt. & columbam in eius cacumine conſedere ſunt intuiti, quarè liquido omnibus patuit. ei virginem deſponſandam fore. quod & confeſtim factum eſt, hæc icirco adſcripſi, ne veritas deſponſationis Mariæ ſub ficto hoc vatis velamine tecta poſſit aliquem latere. neq; enim vt Ludicra res tanta mollis ita perſunctorie fuit pertranſeunda, quare pateſacta veritate leui calamo totam hanc fictionem preteribo. * *Iam nubilis. vt quæ ad quartumdecimum annum vſq; peruenerat. quæ ætas in maribus requiritur. vt nuptijs apti eſſe credantur. nam duodecim annorum virgines iureconſulti viripotentes eſſe dixerunt.* * *mora ſegnis quæ moroſos ſegnes reddit.* * *paruam vrbem. Bethleem. alludit ad vaticinium prophetæ. de Chriſti Natiuitate. ſic enim ſcripſit. Et tu Bethleē efrata, paruulus es in millibus iuda. ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael. et egreſſus eius ab initio a diebus æternitatis.* * *Pulchræ coniugis, non quæ eſſet: ſed quam futuram ſperarent, tameſi hac ſpe fuerint deluſi. O iuuenes qui potius exteriori pulchritudine in eligendis vxoribus ducimini, quā interiori morum bonorum multo ſpecioſiori forma. cauete, quod dixit Ariſtoteles. ſi pulchram duxeris vxorem non tibi ſoli. ꝙ valde ſit difficile id quod multi concupiſcunt cuſtodire, etenim lis eſt curæ forma magna pudicitia. quarè bene moratam potius quam formoſam optate.* * *conſanguinitate. vnde Hier. dixit quod Ioſeph ex lege eam cogebatur accipere vt propinquum. & quod ſimul cenſentur in Bethleem vt de vna vz. ſtirpe generati.* * *vt ipſi. Ioachim .ſ. patri virginis.* * *gratarer. congregatularer. hoc verbum grator, taris. magis carmen quam ſolutam decet orationem.* * *forma æqua inter*

Margin notes: Mariæ virg deſponſatio. — Michæ 5. — vxor qualis optanda ſit. — Hier. I ho.

ter ſe intellige . quia virginis Mariæ forma nulla vnquam potuit vel in futurum poterit æquari. * cœ-
lum & hoc iuuenile dictum eſt. nec enim cœlum, vel cœli ſydera dominã cœlorum omnium in poteſtate
habuerunt vt cui voluerint, vel influxerint, valuerint eam donare . niſi dicas cœlum hic poſitum eſſe
pro domino cœli . * ſortem virgæ florentis iuxta veritatem hiſtoriæ . * ſecreta penetralia. * euaſimus.
ingreſſi ſumus . alids . euadere eſt magna pericula effugere . vt noſtras ne euadere demens ſperaſti te
æneid.9. poſſe manus . * Ioachides. Ioachim pater virginis . filius fortaſſis alterius Ioachim tunc enim amabãt
in lib. Tobiæ. filios ex parentum nomine vocare . vt Tobias Tobiæ filius . & propinqui Zachariæ, qui ad circunci-
Lucæ.1. ſionem Ioannis Baptiſtæ conuenerant, leguntur voluiſſe eum vocare de nomine Patris ſui Zachariam;
& niſi aliter a deo diſpoſitum intellexiſſent, id omnino feciſſent. vel vſus eſt vates patronimica forma
pro propria . ſed melior eſt ſuperior ratio. * ore. bene ore, ideſt oratione. neque enim ſacerdos erat Ioa
chim vt hoſtiam deo offerret placabilem . neq; Bethleem vel Nazareth erat locus hoſtiarum deo of-
ferendarum . ſed in ſolo hieroſolymorum templo oblationes fiebant & ſacrificia . * gentis primi . Ca-
leph filius Hiephone & Othoniel nepos eius ex fratre . qui nominantur in ſorte filiorum Iuda eo tem
Ioſue.c.2. pore quo terra promiſſionis fuit eis aſſignata . Salmon quoque qui genuit Booz de Raab Hiericuntina
meretrice : a qua recepti fuerant & ſaluati exploratores filiorum Iſrael . vel nepotes eius poſuerunt
hanc Aram de qua loquitur vates . nec enim templum adhuc erat fundatum . & aliquem leuitam ſa-
cerdotem penes ſe habebant . qui ſuper hac ara offerret ſacrificia . nam tunc populus immolabat in
excelſis locis . * metuque, ideſt ex religione qua ex dei timore cauſata eſt . * atauì, ſpecies pro genere,
ideſt maiores omnes . * tercentum totos an, numerus finitus pro infinito . nam a tranſmigratione Babi
lonica qua Paulo vltra medium tempus fuit de quo hic loquitur, vſque ad Ioachim plures quadringen
tis annis fluxere . iuxta . lxx. hebdomadas annorum a Daniele prædictas . & ad minus totidem ab in-
1 Reg. 16. troitu populi Iſraelis in terram promiſſionis . * coluere . maxime ex eo tempore quo Samuel Prophe
ta ad immolandum domino illuc acceſſit . quo ſecretius vngeret Dauid regem Bethleemitam filium Iſai.
Dan 9. Sicut ei mandauerat dominus poſt reprobationem Saul Regis . * ſuperos Angelos . neque enim vlli ſan
cti cœlum adhuc clauſum conſcenderant . quod in aſcenſu Chriſti apertum eſſe conſtat . * ſignum e cœlo
miſſionem ſpiritus ſancti ſub ſpecie columbæ ſecundum veritatem hiſtoriæ quam ſparſim, ſed latenter
more poetico tangit . * lachrimans, quia vouerat ſeſe nulli nupturam . & modo videbatur cogi contra

Tecta, vbi Ioachides numen placare ſolebat
Virginis ore pater : fuit ara veterrima, noſtræ
Quam gentis primi poſuere, metuq; ſacratam
Tercentum totos atauì coluere per annos.
Hanc humiles circum, & proſtrati fundimur omnes
Orantes pacem ſuperos, ſuperumq; parentem,
Det ſignum cœlo placidus quem poſcat ab alto.
In medio aſtabat lachrimans pulcherrima virgo
Flauenteis effuſa comas, demiſſaq; largo
Rorantes oculos fletu : pudor ora pererrans
Cana roſis veluti miſcebat lilia rubris.
Qualis virgineos vbi lauit in æquore vultus,
Luna recens, ſtellis latè comitantibus, orta
Ingreditur gracili cœli per cœrula cornu;
Talis erat virgo iuuenum ſtipata corona,
Multa deum verbis teſtata, deiq; miniſtros
Aligeros non ſponte ſua hæc ad munera flecti.
Hortatur pauidam pater, & lachrimantia tergit
Lumina iuſſa docens ſuperum; ſimul oſcula libat.

votum virginitatis in nuptias
conſentire . per quas vereba-
tur virginitatem amittere. * de
miſſa, pudorem ex hoc indicans
virgineum . * cana lilia, alba, Lilijs & roſis quare virgo cõparetur.
& candida . propter mundiciã
caſtitatis virgo lilijs compara-
tur . ſicut & in canticis dici
tur . Sicut Lilium inter ſpinas,
ſic amica mea inter filias . roſis
autem aſſimilatur propter ar-
dorem charitatis : qua pleniſſi
ma fuit beatiſſima virgo. * la-
uit in æquore non verè, ſed quo
ad apparentiam : vel opinio-
nem vulgarium. nam neque lu
na neque ſol in mare vnquam
demerguntur : cum maxime to
tius aeris interuallo diſtent ab
eo . ſed ex altiſſima eorum ſphe
ra circumferuntur illuſtrantes
Maria & terras . * gracili cornu, exili & tenui. nec adhuc luminis pleno . * ſtipata, densè circundata.
* corona, multitudine in gyrum collecta . * multa deum verbis, ideſt multis verbis . * aligeros, Ange
los a quibus eſcam quottidie miniſtratam ſuſcipiebat . vt in ſepiſſime citato libro Hieronymi dicitur .
* ſponte, ſed inuitam . conſenſit tamen . ne diuinum oraculum inobediens fruſtraretur . docens nos hu-
manam voluntatem noſtram diuinæ ſemper ſupponere . tametſi noſtrum propoſitum vtile ac honeſtum
nobis

Ecce autem, vt præſens aderat quoq; pronuba, cœtu
In medio Anna parens ſubito correpta furore,
Plena deo tota (viſu venerabile) in æde
Bachatur, tollitq; ingentem cœlo vlulatum
Vnum in me conuerſa oculos, me fertur in vnum
Nil minus hoc ducentem animo, nil tale verentem,
Corripiensq; manu, ſolus tu poſceris, inquit:
Annuit hoc vni ſuperum tibi connnbium rex.
Obſtupuere omnes: nec tunc ex agmine tanto
Exortem quiſquam ſeniori inuidit honorem.
Ipſe æui quòd eram ſeris minus integer annis,
Multa recuſabam, multà huc veniſſe pigebat.
Aequales aderant fidi, ſimul & renuentem
Hortari, atq; animum mihi blandis addere dictis.
Cædo igitur victus, tandemq; vxorius illam
Accedo, & lachrimans lachrimantem ad limina duco. Eccleſiaſtici. 24.
Et iam nox aderat ſtellis fulgentibus apta
Suffundens vmbras mundo nigrantibus alis:
Secretis thalamis pariter ſuccedimus ambo:
Flebat ſponſa: ſolum lachrimis iuxta omne madebat,
Ac veluti, cum vere ſubeſt vberrimus humor
Arboribus, lentæ vitis ſi forte cacumen
Falce putans ſtirpem feriat male prouidus vnca
Agricola, immeritam & violarit vulnere matrem.
Ipſe aderam, & dictis ſolabar mitibus ægram
Virginis haud cupidus primum decerpere florem:
Cum ſic longa trahens ſuſpiria pectore ab imo eſt
Orſa loqui: Non relligio mihi vana ſuaſit
Et thalamos odiſſe, & virginitatis amorem
Aeternum colere: intus agit vis ætheris intus.

nobis videatur. pronuba, vt quæ nuptijs filiæ præerat. author, media, & hortatrix.* furore, non bachico, ſed diuino.* venerabile viſu, id eſt quæ res venerabilis erat ad videndum. quem aſpectum Bachæ vel thyades minime præſtant. cum potius dementes ac inſanè horribilesq; & quandoque riſibiles apparere ſoleant.* bachatur. non verè, ſed vagatur. & diſcurrit ſeruata tamen venuſtate ac grauitate matronæ.* ingentem vlulatum, id eſt magnum clamorem ex magna deuotione procedentem. ſicut & de Heliſabeth viſitata a virgine Maria legimus. quòd exclamauit voce magna. non clamoroſa tamen, ſed deuotione plena.* vnum in me, Ioſephum qui loquens hic introducitur.* in vnum, præcipuum. præ alijs.* nil minus hoc, ducentem animo, id eſt nil minus cogitantem quàm de nuptijs huius virginis. nam & ipſe Ioſephus diſpoſuerat in corde ſuo ab ineunte ætate virginitatem ſeruare. ductus amore caſtitatis & mundiciæ animi ac corporis.* ſolus tu, ò Ioſephe. eo quòd eſſes eiuſdem propoſiti cum virgine Maria.* exortem. quaſi extra ſortem propoſiti atque ætatis ſuperno munere conceſſam.* minus integer. nam homo ſemper aut creſcit, aut decreſcit, augetur quidem robore & vigore vſque ad medium æui, inde paulatim deficit.* multa recuſabam, nomen pro aduerbio vt ſæpe dictum eſt. & perinde eſt, ac ſi diceret, multis excuſationibus vtebar ne virginem deſponſarem.* hortari pro hortabātur. ſic & addere pro addebant.* vxorius ironicè loquitur. cum vxorem non appeteret.* lachrimans quòd ipſe quoq; contra virginitatis propoſitum facere cogeretur, vt coniugali debito ſatisfieret.* ſuccedimus ambo: hæc quæ ſcribuntur hic arbitror non ficta. nam dicunt noſtri doctores. vtrumque virginitatis propoſitum ſibi inuicem expoſuiſſe. & communi conſenſu voto emiſſo firmaſſe.* lentæ. flexibilis vitis. bona comparatio. etenim de virgine dictum legimus. Ego quaſi vitis fructificaui: & fructus mei, fructus odoris & ſuauitatis.* ſtirpem feriat. cum inutiles palmites ferire debuiſſet, & amputare.* vnca falce, retorta. de falce varia, datur verſiculus. Falce puto vites: ſata meto: tondeo prata.* immeritam matrem. vitem ipſam circa pedem. & bene immeritam. nam humorem omnem palmitibus adminiſtrat: vnde naſcuntur & creſcunt vuæ.* ipſe aderam, quis alius ergo? iam dixerat ſupra. ſecretis thalamis pariter ſucceſſimus ambo. neque alium arbitrum decebat tunc ibi eſſe.* primum florem, qui ſemel auulſus numquàm renaſcitur. vnde dicunt doctores. quamuis multa mirabilia poſſit deus facere. non tamen poſt ruinam poteſt iterum virginem ſuſcitare. etenim facta pro infectis haberi non poſſunt.* orſa loqui, cepit dicere.* ſuaſit. modo triſyllaba dictio eſt. nam & ſi u, poſt, ſ, vocali ſequente vim ſuam ſoleat amittere. quandoq; diuiſa tamen ſyllaba recuperat propriam naturam.* intus in anima.* vis ætheris, non huius elementaris, qui in corpora non in animas vim habet calefactiuam. ſed olympiaci, id eſt ſpiritus ſancti. cuius ſacrarium iam tunc erat virginis pectus. arguit autem a neceſſitate maioris potentiæ, cui omnino eſt parendum.

virginitas ſemel amiſſa irrecuperabilis eſt. ſuaſit triſyllaba dictio.

*rendunt. nam & ſi parentibus ac patriæ tenemur, deo tamen omnium parenti, multo magis. nullum autem eſt hoc argumento fortius: ideoque vel ſolum concludit. * longeuam matrem, confutatio eſt, ab ætatis ſenilis defectu, quæ nunnunquam delirat. nam (vt ait ſapiens) in quocumque ſene ſenſus in eſt puerilis. deſiderio namque anus impulſæ, quædam vana plerumque vident inſomnia, quæ pro oraculis veri dei amplectuntur. * reſponſa contraria. hinc collige fictionem poetæ. neque enim ſpiritus ſanctus vllo vnquam tempore contraria dat reſponſa. & ſi aliquando difficilia intellectu. * vatumq; minæ. ſed quorum, O beata virgo vatum omnium domina? etenim vultum tuum ſuplices omnes deprecabuntur. & quis tam audax? vt mundi domina audeat minari? numquid ſuperbus alter Aman agagites? * vatum iuſſa mihi. David vatum omnium eximij qui ex multis ante ſeculis futuram matrem dei virginem ijs alloquitur. Audi filia & vide & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populum tuum: & domum patris tui. Et concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt dominus deus tuus & adorabunt eum. om, gl, fi, reg, ab in, in fim, aur, cir, var, Add, re. vir, poſt eam. prox. eius aff. tibi. & alia multa canit in eo Pſalmo. qui Epithalamium virginis eſt. ſed & filius eius Salomon in canticis canticorum vbi tamquàm paranymphus huius ſponſæ canit Epithalamium. de perpetua virginitate eius ſic dicit. Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus concluſus: fons ſignatus. Eſaias quoque, Ecce (inquit) virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius Emanuel. Item egredietur virga de radice ieſſe & flos de radice eius aſcendet: & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini &c. virgam appellat virginem Mariam per ſimilitudinem conceptus & emiſſionis floris. nam ſicuti virga ſoli annexa radici, abſque alterius virgæ commixtione, rore cœli madefacta ad calorem ſolis florem producit. ſic & virgo Maria ex radice ieſſe producta, abſque vlla virili commixtione, rore ſuperetherei ſpiritus obumbrata & fecundata charitatis igne florem immarciſſibilem. D. I. Ch. genuit, ac produxit. de qua, in noſtro alphabetico ſic cecinimus. Sola Tu virgo paris reſque Ieſſe virga: quæ florem roſeum dediſti: Mortui ſurgunt: reparantur ægri, cuius odore. De porta quoque templi per quam ſolus erat introiturus dominus, & egreſſurus: quæ & futura in æternum clauſa erat quam vidit Ezechiel Propheta. & de eius expoſitione Paulo ſupra dictum eſt. hi ſunt vates quos hic citat domina. * nulli labi. corruptionis maculæ. * honeſtæ gemmæ. lachryma ex oculis erumpentes gemmarum inſtar. honeſtæ autem vel pulchra, vel ex honeſtatis amore prouenientes. cui tunc multum virgo metuebat. * inſinuans, latenter intrans: hinc dicitur illud exordium valde artificioſum. inſinuatio, quòd latenter in mentes auditorum intret idemque operetur quod patens exordium. * genua ægra labant. ex nummis vicinitate, vel cœleſtis ſpiritus hoc ſolet contingere. palam autem eſt beatam virginem ſpiri-*

Longeuam reſponſa licet contraria matrem
Sollicitent, vatumq; minæ, ſunt & mea contra
Vatum iuſſa mihi, nulli ſuccumbere labi,
Nullis virgineam tædis ſummittere mentem.
Ante retro primos properet reuolutus ad ortus
Iordanis, ſiſtantq; ſuos vaga ſydera curſus.
Hæc ait, inq; genas ſtillantes vndiq; honeſtæ
Ex oculis ſimul incipiunt turgeſcere gemmæ.
Nec mora, deinde mihi inſinuans quatit ima repente
Oſſa timor: genua ægra labant: nox plurima oborta
Ante oculos iterum conatus pauca profari,
Ter fruſtrata ſono lingua eſt, nec verba ſecuta.
Tum quoq; vox audita: Toro thalamiſq; paratis
Parce: tamen conceſſa tibi connubia ſerua.
Exurgo, atq; oculos iamdudum in virgine fixus
Horrenda, tali ſum tandem voce locutus.
Quis mihi te virgo inuito coniunxit olympo?

*tu ſancto ſemper plenam fuiſſe Angeloſq; comites ingiter habuiſſe. * nox plurima, caligo quædam & obſcuritas denſa. * profari, pro cauſa loqui. * ſono. propter defectum vocis metu nimio interclusæ. obſtrictas intra fauces. * Tum quoque. ſicut prius anteqùam deſponſata fuiſſet virgo. * vox Angelica vel diuina. * toro, thalamiſq;. ταυτόν. bis idem. * parce, abſtine a carnali copula. * tamen: ne forte deſereret eum, timens etiam ſecum cohabitare. * conceſſa connu, idest caſto viere matrimonio, quod ex ſolo conſenſu conſtat animorum, non ex corporum coniunctione. * virgine horrenda, non ex toruo eius aſpectu, vt de camilla lectum eſt. cum eſſet mitiſſima. ſed ex cœleſti quadam venuſtate, quæ ex fulgore radiorum luminis eius choruſcabat. * tandem ſedato aliquantum timore ac tremore. * inuito Olympo. methonimia eſt continens pro contento, idest inuitis cœleſtibus. vel etiam ipſo deo cœleſtium ciuium, cœlique domino. * hos hymeneos. hus*

Marginal notes: de quo in lib heſter. ca. 4. — Eructauit. 44. — can. 3. — Iſa. 7. & xi. — Maria virgo quare virgæ comparatur. — matrimonium.

nuptias

*nuptias poetico more. de hoc Hymeneo Græco & Thalaſſio Romano vide Titum Liuium. & Seruium grammat. quia hic non eſt fabularum locus, vel impuri vocabuli expoſitionis. * immeritum. q. d. ſine culpa hoc malum mihi euenit cum tales nuptias non affectauerim. quin fugerim potius quoad potui. * monſtris. quicquid præter conſuetum morem rerum contingit, monſtrum appellatur. hic nouus timor, vox Angelica matrimonij prohibens conſumationem. dicuntur monſtra. cum propter ſpem prolis, & mutuę coniunctionis, à lætis coniugibus nuptiæ ſoleant celebrari. * haud talia. non tanti metus & terroris, ſed gaudij. ſic videbatur ab initio ignaro Ioſepho, quo tenderent ea monſtra. maxime cum vulgo dicatur. timorem eſſe expectationem mali. ſed in mundano timore quandoque pondus habet illud prouerbium. Ceterum in metu contingente ex cœleſti viſione vel reuerentia, nequaquàm verum eſt. etenim immenſi gaudij ſemper nuncius eſt hic timor. * genitor. Iacob. vt ait Mattheus fuit pater naturalis Ioſeph. ſed Heli fuit legalis, vt refert Lucas. vide Auguſtinum de Conſenſu Euangel. * templique ſacerdos. hoc planè ſtare non poteſt. cum nullus ex tribu Iuda, cuiusmodi extiterunt Iacob & Heli patres Ioſeph. potuerint ante Chriſtum. eſſe ſacerdotes. quos conſtat ex ſola tribu leui filij Iacob & ex ſemine Aaron electos eſſe, & conſecratos. igitur aut emendandus eſt locus hic. nec mirum cum & in Vergilio. xij. inſolubiles Seruius aſſerat commentator. potuit autem contingere, authorem inde deceptum eſſe: quòd in genealogia ſaluatoris ſecundum Lucam, connumerat quẽdam leui, pater Matat. ſed non eſt ille magnus leui. xij. filiorum Iacob vnus a quo deſcendit Aaron ac leuitæ templi ſacerdotes. ſed & ipſe fuit de tribu Iuda & de ſemine Dauid. quę res plana eſt ex deductione ipſius genealogiæ etiam ſecundum Lucam. vel oportet dicere, vatem noſtrum non hic intellexiſſe verum & naturalem patrem Ioſeph nec legalem. ſed quemdam vatem ſacerdotem, quem ipſe Ioſeph genitoris loco venerabatur. ſicut & nos Chriſtiani, confeſſores. prædicatores. parochianos & alios quoſdam venerandos ſacerdotes ſolemus patres appellare. pro reuerentia quam illis debemus. * canebat, prædicebat. & verè ita factum eſt. nam excellentiam inde magnam conſecutus eſt ſanctus Ioſeph. quòd vir fuerit beatę matris domini, quòd incorruptus cuſtos virginis: quòd alumnus, baiulus, & pater. D. N. I. Ch. fuerit putatiuus & appellatus: quòd particeps ærumnarum, quòd & ſocius laborum atque paſſionum. ergo & conſolationum. * ſed ijdem. num. plur. ipſimet. * abſterrent ne more gentis ad te accedam. * licet, verbum eſt hic non aduerſatiua coniunctio. * diſſoluere. per mutuum diſſenſum, vel repudij oblationem. ſiue per deſertionem. quia ſcriptum eſt. quos deus coniunxit, homo non ſeparet. * degemus, viuemus per mutuam cohabitationem. * vt genitor propter maiorem ætatem & neceſſariorum prouiſionem & curam.*

Titusliuius lib. 1. ſerui. us. æn. 4. ſuper verſu. Hic Hymeneus erit.

timor.

Matth. 1. Luc. 3.

Luc. 3.

Ioſeph excellentia.

Quis tantis (non hos equidem quæſiui hymeneos)
Immeritum implicuit monſtris? haud talia quondam
Prædixit puero genitor ludibria vates
Iam ſenior, vates idem templiq; ſacerdos.
Ille quidem aut nullos thalamos, mihi nulla manere
Connubia, aut certè clarum fore me inde canebat.
Verum age quæ mentis ſurgit ſententia pandam:
Quandoquidem ſuperi mihi te iunxere, ſed idem
Abſterrent monſtris, licet, & mox vſq; licebit
Virgineum ſerues intacto corpore florem.
Haud tamen ipſe auſim iniuſſus diſſoluere ſacri
Connubij vincla iſta: domo degemus eadem,
Ipſe tibi vt genitor, mihi tu ceu filia ſemper,
Teq; adeo caſus iam nunc complector in omnes
Hoc tua relligio velit, hoc mea ſerior ætas.

Maria Ioſepho ſe ſubiecit.

** ceu filia, quo ad amorem, ſubiectionem, & reuerentiam. neque enim dedignata eſt talis ac tanta domina ſancto viro ſubijci propter profundiſſimam humilitatem, legis obſeruationem, & ceterarum fœminarum exemplum. * caſus omnes, proſperos ſiue aduerſos. hoc eſt enim proprium coniugum, vt in ſecundis atque in aduerſis ſeſe inuicem adiuuent, conſolentur, & congaudeant. iuxta ipſius matrimonij diffinitionem. eſt enim matrimonium maris & fœminæ coniunctio & maxime animorum, indiuiduam conſuetudinem vitæ continens. * tua relligio, noua a te reperta videlicet virginitatis ſeruanda. quam multæ deinceps ſecutæ fuerunt puellæ. ſicut & a Propheta olim fuerat vaticinatum. Adducentur regi virgines poſt eam: proximæ eius afferrentur tibi. in lætitia & exultatione adducentur in templum regis. hæc religio gratiſſima deo eſt. quia ſicuti nuptiæ replent mundum: ſic & virginitas Paradiſum. nam hi ſunt illi Eunuchi de quibus dicit dominus in Euangelio qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. hi ſunt qui non coinquinarunt ſtolas ſuas, & ſequuntur agnum quocumque ierit, canentes illud canticum: quòd nemo poteſt canere:*

matrimonii diffinitio.

Pſal. 44. Eructauit.

*uere : niſi ſit virgo . * ſerior ætas . quam carnis corruptio & dedecet , multumque nocet . * annuit his . vt eſſet ſponſa & loco filiæ haberetur . quibus virginitatis propoſitum minime ledebatur. * ſecubuit . ſeorſum in altero ſibi ſolí ſtrato cubili dormiuit . * mitto pro omitto narrare . * quæ monſtra, non intelligas demonia tentantia , vel carnis titilbationes : quia domui in qua habitabat virgo ſanctiſſima neque appropinquare præſumebant maligni ſpiritus virtutum eius odore fugati. nec eius venuſtiſſima præſentia vllas carnis illecebras mouebat : quin ad caſtimoniam potius vnumquemque inuitabat . ſed erant ea fantaſmata quæ præ nimiæ religionis horrore, etiam nobis in diuorum templis nocturno tempore occurrunt . de quibus & Hieronymus . ſic ſcribit . Ego confiteor timorem meum. ne forſitan ex ſuperſtitione deſcendat : quando iratus fuero : & aliquid mali cogitauero : & me nocturnum fantasma deluſerit : Baſilicas martyrum intrare non audebo . ita totus & corpore & animo pertremiſco. * iamque dies . Chronographia magnam viri huius ſolicitudinem indicans . * cum lux ecce oculis. hic agreditur vates enarrare maximum & ineffabile myſterium incarnationis Domini Noſtri Ieſu Chriſti , eo meliori ac elegantiori modo, quam vllus vatum præteritorum potuerit vel (vt arbitror) in futurum poterit exponere . quod & ſi non mox ea nocte qua deſcribitur . hic, poſt deſponſationem Mariæ factũ eſt . Sed aliquanto poſt abſente Ioſepho, dum iſſet in Bethleem ad præparanda quæ nuptijs & traductioni ſponſæ erant neceſſaria . dum eſſet virgo in Nazareth vrbe paterna , hoc tamen verè quod hic ſcribitur factũ eſt . primo itaq; deſcribitur , virgineæ mentis eleuatio in contemplationem tanti myſterij : cuius miniſtram ſe viderat effectam præter omnem cogitatum . deinde narratio ipſius . Ego vero vt confitear ingenuè quod ſentio, loci huius interpretationem expaueſco. nec niſi præmiſſa ad ipſam virginem humili prace audeo procelloſum hoc pelagus immenſumque fragili rate tentare . virgo itaque ſanctiſſima te obſecro, vt mentem manumque meam tu dirrigas : eoque benigno fauore interpretem humilem proſequaris , quo & vati canenda aſpiraſti . * ecce lux ingens . lucem inacceſſibilem quippe habitat deus, vt ſcribit Apoſtolus. & eſt veſtitus lumine (vt ait Propheta) ſicut veſtimento. nimirum igitur ſi lumine plenus erat thalamus . in quo lux de luce, lumen de lumine, deus verus de deo vero, & deſcenderat : & verbum caro factum fuerat . in quo & ſuperueniens ſpiritus ſanctus ſacrarium ſuum vndique illuſtrarat . in quem & totius diuinæ fons lucis ſummus pater ex alto luminis ſui radios infuderat . tota enim trinitas (cuius opera inſeparabilia ſunt) maximum eſt hoc myſterium operata. tunc Rex regum filio ſuo nuptias fecit . tunc filius dei in ſole poſuit tabernaculum ſuum : & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo . tunc & ſpiritus ſanctus vterum Mariæ ingreſſus , ſibi ſacrarium fecit . & virtus altiſſimi obũbrauit caſtiſſima virginis viſcera, tunc ſumma imis, & ima ſummis conciliata ſunt. tunc omnes Angelorum chori filium dei in vterũ virginis deſcendentem vſque in hunc thalamũ ſunt comitati. Tunc ille thalamus verè Paradiſus eſt effectus . iure merito exclamat Eccleſia. O mirabile myſterium , o ineffabile ſacramentum declaratur hodie , innouantur naturæ , deus homo factus eſt . quod fuit permanſit : quod non erat aſſumpſit . non commixtionem paſſus, neque diuiſionem . O magnum hereditatis myſterium : templum dei factus eſt vterus , neſciens virum : non eſt pollutus ex ea carnem aſſumens . omnes gentes venient dicentes gloria tibi domine . * laquearia, trabes tabulati maiores cæteros ſuſtentantes . * collucent. ex reliquijs lucis eius quæ totum thalamũ illuſtrauerat. medioque die multo clariorem reddiderat . * ardere cubile . charitatis igne ardentiſſimo. quod & ſi lucidiſſimum ſit, animaſque mirum in modum inflammet amore diuino, non tamen exurendo conſumit, quin fortiores ac Illuſtriores reddit . per hoc autem intelligimus impletam eſſe illam figuram. de qua & Eccleſia canit . Rubum quem viderat Moyſes incombuſtum , conſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem, dei genitrix intercede pro nobis . * ſedet bene ſedere dicitur : quia tota in dei contemplatione abſorpta mente quieſcebat . * aurea virgo . pulcherrima . cæteraſque omnes ſanctitate tranſcendens , ſicut aurum cuncta metalla fulgore valoreque antecedit . * attonitæ ſimilis . bene*

Annuit his, aliaq; domus in parte puella
Secubuit, mitto totam quæ monſtra per illam
Sum paſſus, quam mira horrens inſomnia noctem.
Iamq; dies pulſis tenebris inuecta rubebat ,
Et face ſol roſea nigras diſiecerat vmbras ,
Corripio è ſtratis artus, ſponſamq; reuiſo.
Vix thalami impuleram bipatentis cardine portas ,
Cum lux ecce oculis ingens offuſa repente :
Collucent ſummi radiis laquearia tecti ,
Collucentq; trabes, viſumq; ardere cubile .
Ipſa autem thalami in medio ſedet aurea virgo

Marginal notes: ſecumbo. — Hier. in li. contra uigilantium heret. — Ieſu Chriſti incarnatio. — Hier lib. de nat. Mariæ Chriſoſt. Remig & Aug. — 1. Tim. 6. — Pſ 103. — ex ſymbolo niceno. — Ioan. 1. — Matth. 22. — Pſ. 18. — Luc. 1. — laquearia. — Exodi. 3 — Maria.

ſimilis

ſimilis dicitur. nec enim verè attonita, ſed in extaſim rapta, nullam corporis extenſi, comæ, habitusq; forſan dilabentis curam videbatur habere. expanſis enim manibus vel in altum erectis (quòd orantes facere ſolent) in mentis exceſſum fuerat (vt arbitror) eleuata. * dignatur, ſubaudi reſponſo. nam cœleſti ſponſo iuncta terrenum non audiebat: etenim ſi Auguſtinus dum libros de trinitate meditaretur, ſupplicem mulierem non audiuit, quo pacto ipſa circundata trinitate & plena deo beatiſſima virgo, Ioſepho appellanti poterat reſpondere? ſuperuenientibus cœleſtibus terrena fatiſcant

Maria ſtellæ quare comparatur. neceſſe eſt. * oculos cœlo, vbi & mentem & animam tranſtulerat. * palmas fulgidiſſimas: quas in fidem cœleſti ſponſo porrexerat ſubarrandas. * puniceæ auroræ. bene ſtellæ atque auroræ ſimilatur Maria, quia & nobis in hoc vaſto mundi ſalo periclitantibus radijs vt ſtella lucidiſſimis portum ſalutis oſtendit. vnde & ſalutamus eam quottidie dicentes Aue maris ſtella, dei mater alma &c. ſic

auroræ quare. velut aurora rutilans, ignorantiæ ac peccatorum noſtrorum effugat tenebras, viam quodammodo præparans, vt adueniens ſol iuſtitiæ Chriſtus deus noſter in pectora noſtra illuceſcat. vnde & quottidie canimus. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens? pulchra vt Luna, electa vt Sol. quare congrue ſequitur exclamatio, * o illa, ſ. virgo Maria ſuperno lumine illuſtrata. * ſolita figura, 2 Corint. 3

humana tantum ante conceptũ,

> Attonitæ ſimilis, nec enim me multa rogantem
> Dignatur: nihil illa meo ſermone mouetur.
> Tantum fixa oculos cœlo, palmasq; tenebat
> Aut ſtellæ ſimilis, aut puniceæ auroræ,
> O illa à ſolita quantum mutata figura?
> Quantus honos oculis, quantus decor additus ori?
> Haud aliter, quam cum ſimulachrum excidit acernum
> Artificis manus è ſyluis in ſede locandum
> Sacrata, quod plebs de hinc ſupplex omnis adoret,
> Si poſtquàm effigiem poliens trunco extudit arte,
> Extremum ſuper impoſito decus induat auro.

filij dei. nam ſi Moyſi ex ſolo Angeli deum referentis conſortio, facies tanta fuerat aſperſa gloria, vt non poſſent in eam filij Iſrael intendere, quanto maiori fulgore virginem hanc illuſtratam credendum eſt, ex ſpiritus ſancti obumbratione, ex filij dei Lucis veræ in vtero ſuo ſuſceptione, & ex superni patris irradiatione? * ſimulachrum acernum, delubrum

imagines quid vtilitatis præſtant. ſeu ſtatuam ligneam. nam ſpecies poſita eſt pro genere, ſiue quòd vt plurimum ex acerno arbore fiant ſtatuæ in honorem diuorum. * excidit, cedendo fabrefecit. * ſede ſacrata, ſuper ara templi. * plebs omnis, quæ imaginibus vtitur pro memoria & hiſtoria: nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtant imagines pictæ, vel ſculptæ cernentibus, quia in ipſis ignorantes vident quid ſequi debeant, in illis legunt qui litteras neſciunt. vnde & præcipue gentibus pro lectione pictura eſt. * adoret, non ipſam imaginem vel picturam, ſed quod per eam repræſentatur: adhibita diſcretione inter deum & ſanctos: iuxta verſiculum illum. Latria fit domino; debetur dulia ſeruo. & quia luterana hæreſis more Epiſcopi Maſſilienſis confringit imagines, ſub prætextu ne adorentur a fidelibus, reuera vt ſanctorum memoria de cordibus Chriſtianorum tollatur, ſciendum eſt vt refert Sigiſbertus hiſtoricus, olim etiam hanc hereſim ſuſcitatam fuiſſe a quodam Imperatore Conſtantino multum diſſimili ab illo primo qui & pallatium proprium in Eccleſiam conſecrari fecit, in honore ſaluatoris mundi. & baſilicam appenditiam in honorem Beati Io. Bap. a beato Silueſtro dedicari fecit, vbi & imago Saluatoris parietibus depicta primum viſibilis omni populo Romano apparuit. nam peſſimus ille & primo contrarius, anno domini. D. CCXL. imperans. imagines Chriſti & ſanctorum ab Eccleſijs remouit: eoſq; qui dei genitricem in patrocinium inuocabant. & qui vigilias in Eccleſijs agebant, & qui a iuramentis & ab immundis abſtinebant, patrimonijs priuauit, multiplicique pœna mulctauit. monachos etiam & ſacras virgines matrimonia funeſta contrahere coegit, quæ multi abhorentes ab eo interfici iuſſi, Martyrij palmam adepti ſunt. hanc hereſim Adrianus Papa accita ſynodo ſanctorum patrum in vrbe nicea condemnauit. & Anathematizauit eos qui venerabiles execrantur imagines Chriſti & ſanctorum. Cum libri ſint Laycorum, mouentes eos ad deuotionem. vnde & Beatus Lucas imagines Chriſti & Beatæ virginis primus depinxiſſe dicitur: & vt his aliquando finis imponeretur extat. vi. Synodi Canon iſte. venerabiles imagines Chriſtiani non deos appellant: neque ſeruiunt eis vt dijs: neque ſpem ſalutis ponunt in eis: neque ab eis expectant futurum iudicium. ſed ad memoriam & recordationem primitiuorum venerantur eas & adorant. ſed non ſeruiunt eis cultu diuino nec alicui creaturæ. * extudit, ingenioſe fabrefecit. aliquando extundere eſt extorquere, & artificioſe inuenire. Virgilius vt varios vſus meditando extunderet artes. * immotam, ſcilicet virginem Mariam in extaſi poſitam

vide hiſtoriam dedicationis eccl. in breuiario.

anno. Chriſti. 782.

de conſecr. diſt. 3 cap. venerabiles.

Virg. lib 1 geor.

non ad imaginem hoc referas. cuius comparatio ſuperiori verſu finita eſt. * *nubes hęc nimbus a poetis appellari ſolet.* * *ſub pedibus. alludit ad vaticinium Ioannis Apoſtoli: & ſignum magnum apparuit in cœlo. Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius. & in capite eius corona ſtellarum. xij. quod & ſi de Eccleſia Chriſti ſponſa dictum aſſerant interpretes. non tamen incongrue referunt ad beatam virginem eius deuoti.* * *pertimui. nec mirum. nam ſi Moyſes expauit cum rubum ardentem videret, ita vt faciem abſcondere cogeretur. quod huius virginis amictæ ſole figura tantum extitit (vt diuus Bernardus exponit.) quanto magis in ipſa veritate completa debuit extimere Ioſephus?* * *pater deus qui in nobis adoptionis effudit ſpiritum. vnde & clamamus abba pater.* * *ſine nu, ve, ſuple eueniunt. eſt enim ἀποσιώπησις.* * *manifeſtaque ſig. diuini decoris. vel aſſumptionis huius virginis in miniſterium diuinum.* * *dubium an maneret apud virginem, an vt indignus tanta coniuge recederet ab ea.* * *tandem, poſt longam moram in extaſi.* * *ad ſeſe. nam prius per mentis exceſſum tota fuerat in deum abſorpta ex nimia diuina amoris dulcedine.* * *ſuſpirans a cœleſtibus gaudijs iterum deſcendiſſe ad huius vitæ ærumnas.* * *accedo. nam dum eſſet quodammodo in alteram ſpeciem transfigurata, ante, ſeſe retraxerat luminis illius radijs percuſſus: quibus erat virgo circundata.* * *per virg, am, obſecratio ſemper fieri debet per ea quæ videntur præciſiora atque cariora, vt facilior ſit exoratio.* * *admittat, accipiat, communicet, mecum ſua gaudia. quæ magnæ illi ſunt curę.* * *rerum arcana trãsfigurationis illius ſecreta.* * *nihil metuens, mali, vel potius reuelationis.* * *mihi, vt fido coniugi, ſecretoq; miniſtro.* * *ſolo vultum atque oc, de, nit, ſic & diuus Auguſtinus introduxit virginem Mariam ſecum loquẽtem, & oculos auertentem. cuius verba opere precium duxi ſubyciendа, quia conferunt nonnihil ad ea quæ hic a vate referuntur. dicit igitur Auguſtinus: Audite fratres Mariam nobiscum loquentem, carne abſentem: ſpiritu præſentem: verecundia virginitatis vultum auertentem a collocutore, & indicantem quomodo grauida reddita ſit a creatore. Eram inquit Maria ĩ domo mea, puella Iudea, ex ſemine Dauid regis generata: adulta facta ſum & deſponſata. Deſponſata ſum coniugi. & placui alteri: non interueniente adulterio: ſed intercedente ſpiritu ſancto. Deſponſata ſum homini Iudeo. & placui homini deo. Deſponſauit me vir Iudeus: & adamauit me Chriſtus deus. Ignorauit quidẽ Ioſeph ſponſus meus: quòd me adamaſſet deus meus. & putauit quia de adulterio tumefactus eſſet venter meus. Ignorante namque Ioſeph ſponſo meo: venit ad me quidam magnus Chriſti paranymphus: non patriarcha primus, aut propheta egregius: ſed Gabriel archangelus, facie rutilans: veſte coruſcans: ingreſſu mirabilis: aſpectu terribilis. viſitauit me & perturbauit: ſalutauit & grauidauit: dixitque mihi. Aue gracia plena: dominus tecum: ſed pluſquàm mecum. dominus tecum. ſed non ſicut mecum. In me enim licet ſit dominus. memetipſum creauit dominus. per te autem naſciturus eſt dominus, dominus inquit tecum, ſed pluſquàm mecum. tecum in corde, tecum in ventre, tecum in vtero, tecum in auxilio. &c.* * *rore matutino, quo grauari ſolet, leuiuſculoq; pallore ſuffundi.* * *ſed quæ nunc, a rerum*

Apoc. 12. | Maria mulier eſt amicta ſole. | vt Bernardus idem. de beata Vergine & Anſelmus in ſerm. de conceptionis eius. | ad Rom. 8.

Immotam penitus circundat lucida nubes
Solis inardeſcens radijs, ſtellæq; videntur
Lucentes capiti circum aurea tempora paſci,
Sub pedibusq; deæ lumen dare candida Luna.
Pertimui, & mira ſtupefactus imagine rerum
Talia voce dabam: Pater his ò me exue monſtris
Omnipotens: non hæc ſuperi ſine numine veſtro.
Veſtra hæc portenta, agnoſco, manifeſtaq; ſigna.
Aſpirate animo placidi, dubiumq; monete
Quid ſequar, aut quæ nam vobis ſententia conſtet;
Tantum effatus eram: tandem pulcherrima virgo
Ad ſeſe redit, abrupto velut excita ſomno
Suſpirans, lachrimisq; ſinus humectat obortis.
Accedo, atq; rogo noua per connubia ſupplex,
Atq; illum æternæ per virginitatis amorem,
Vnum quem niueo colit intemerata pudore,
Admittat ſocium curarum, & magna recludat
Rerum arcana, nihil metuens, mihiq; omnia credat.
Illa ſolo vultum, atq; oculos deiecta nitentes,
Rore velut demiſſa caput roſa matutino,
Cunctatur: demum incipiens ſic ora reſoluit:
Dicam equidem pater: haud patiar te noſtra latere
Gaudia: ſed quæ nunc, aut vnde exordia ſumam?
Nam quis narranti rerum miracula credat
Tantarum? per ego has lachrimas, quas excutit ingẽs
Lætitia, obteſtor, quæ fabor, pectore condas,

Aug. in ſer. de annunciatiõe Virgi. Mar. in bicutario.

*inſolitarum magnitudine, attentiorem adhuc facit Ioſephum. * miracula. quæ vix dum cernuntur cre
duntur. * Lætitia. quę dulces habet lachrimas, ſicut & dolor amaras. * pectore ſcilicet tacito. nam
myſteria domini arcana non ſunt paſſim diuulganda. donec ipſe iuſſerit in lucem efferri. * vanum, men
dax vel fatuum. ea quippe non credidiſſet. quin potius irriſiſſet. * alijs ſignis. quæ in natiuitate do-
mini facta fuerunt & deinceps. * iam monitrix, ſolis & diei ortum deſcribit. qua hora ſol ipſe iuſti
tię in vterum virginis deſcendens humanas peccatorum atque ignorantiæ tenebras ortu ſuo cepit ef-*
Sol lampas nō Deus. *fugare. * lampade. contra gentiles qui ſolem mundi lampadem, deum putabant. adeoque innixi erant*
Anaxagora pe tempeus & Socrates. *huic errori: vt & Anaxagoram prudentem philoſophum ignibus exuſſerint, & Socratē terreſtre ora
culum veneno ſuſtulerint, quia non deum, ſed lampadem cœli ſolem aſſeuerabant. * monimenta, vati
cinia de Chriſti incarnatione. & maxime quæ habentur in Pſalmo. cuius initium eſt. Benedixiſti do-* Pſal. 84.
*mine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob. qui totus hoc ſacro myſterio eſt refertus. tunc enim
poterat virgo mente decurriſſe vſque ad illum verſiculum: Audiā quid loquatur in me dominus deus:
quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. * oculos, mentis: quia ſupra dixit, animo recolens. alioquin
& ſi legebat potuit in libro corporeis oculis videre. * numine certo, dei ſic diſponentis. vt etiam ipſa,
ſancta meditatione prauia ad illud myſterium præpararetur. * manebat in mente. nulla rei alterius
ſuccedente cogitatione. * cuncti. lex enim & Propheta ad Chriſtum tendebant. * ſuper omnia, ma-
gnum admirabile & memoratu dignum. * affore. futurum eſſe. * regia, virgo. regali ex progenie
hoc dixerat. Eſaias. Ecce virgo concipiet. & alij de quibus paulo ſupra dictum eſt, cum de virgini
tate eius perpetua loqueremur. * mirabile dictu. mirabilius & creditu. ſicut Eſaias dixit. domine* Eſ. 53.
*quis credidit auditui noſtro? & brachium domini cui reuelatum eſt? & aſcendet ſicut virgultum co-
ram eo. & ſicut radix de terra ſitienti, id eſt de virgine nullo virili ſemine madefacta. * lætentur. hoc
prædictum fuerat à Dauid in multis Pſalmis & maxime in eo cuius eſt initium. Deus miſereatur no-
ſtri. in verſiculo lætentur & exultent gentes &c. & in eo qui incipit. Cantate domino canticum no* Pſ. 66 95.
*uum quia mirabilia fecit. in quo inuitantur omnes ad letitiam. quòd notum fecit dominus ſalutare ſuū
in conſpectu gentium. & vt etiam Apoſtolus adducit. Lætamini gentes cum plebe eius. & laudate* Rom. 15.
*omnes gentes dominum & ma
gnificate eum omnes populi. et
rurſum Eſaias ait. Erit radix
Ieſſe et qui exurget regere gē
tes. in eum gentes ſperabunt.
vide etiā vltra Eſaiam & Da
uid. Hieremiam in toto capite.
xxxi. * gens aurea. hi fuerūt
Apoſtoli & qui ab initio cre-
diderunt fideles, aurea charita
te coniuncti. de quibus ſcriptū
eſt. Multitudinis credentium
erat cor vnum & anima vna.
hæc gens aurea fuerat præuiſa
etiam a rege propheta. his ver
bis. Annunciabitur domino ge* Pſal. 21.
*neratio ventura: & annuncia
bunt cœli iuſtitiam eius: popu
lo qui naſcetur quem fecit do-
minus. * illā ſcilicet virginem.
de qua Propheta dixerat, Ecce
virgo concipiet. erat quippe
adeo humillima virgo Maria & ita exigua de ſe ſentiens. vt numquàm in mentem eius venerit cogita
tio hæc, ſi forte ipſa futura eſſet ea. quin potius ancillam illius virginis ſeſe depracabatur fore. * fœ-
licem quia non humanis meritis ſed magna dei gratia ad tantum faſtigium fuerit euehenda. * dona pa
rabam. ſed quæ munuſcula aut quæ crepundia infanti deo parabas ò beatiſſima virgo? numquid auri
torques? aut argenti murenulas? an potius lilia candida, purpureas roſas, cum nigris vacinijs & amo
mo aſſyrio? multo praecioſiora his dona licet neſcires infanti deo tuo futuro filio pręparaſti: auream
ſapientiam,*

Ne prius incipiant in vanum ſerpere vulgus,
Quam deus ipſe aliis vulgauerit omnia ſignis.
Iam monitrix operum ſtellas aurora fugarat,
Et ſol pallentes luſtrabat lampade terras:
Ipſa reuoluebam vatum monimenta priorum
Dicta animo recolens: ſed præ tunc omnibus vnum
Fortè mihi ante oculos (neq; enim ſine numine certo
Oblatum reor) immotum fixumq; manebat,
Quod cuncti pariter ſuper omnia prædixere
Affore, concubitu nullo cum regia virgo
Impatiens, exorsq; viri (mirabile dictu)
Cœlicolum regem ſub luminis ederet auras,
Cuius in aduentu lætentur cuncta per orbem
Protinus, & toto ſurget gens aurea mundo.
Illam fœlicem tacitè mecum ipſa vocabam,
Quam pater omnipotens tanto cumularet honore.
Iamq; dei matrem venerabar mente futuram,
Infantiq; deo ſi fortè his ille diebus,
His ſi fortè oris naſcatur, dona parabam.
Tales dum mecum euentus ignara voluto,

*ſapientiam, argenteam facundiam pectus virginitate pura candidiſſimum, animam purpurea charitate rubentem, mentemque integra & inuiolabili fide decoratam, & cunctis denique vteri ſedem virtutibus ornatam. vtinam & nobis pro modulo fas eſſet infanti non amplius. deo magno filio tuo talia offerre dona. * euentus, huius meæ meditationis. Ecce. modo demonſtrantis bonum, eſt aduerbium. * noua lux. magna nec hactenus vnquàm viſa. * ſuſpicio. oculos ſurſum attollo. * remetior, intueor. * video medium diſcedere cœlum. caſma dicit factum, ideſt ſubitam aeris diruptionem. & quendam receſſum vnde patefacta luminibus eius via, vt poſſet vſque ad cœlum empyreum, qui Paradiſus dicitur, proſpicere, & inde vult ad ſe Gabrielem Archangelum deſcendiſſe. ſimile habemus in actibus Apoſtolorum de Stephano. qui dixit, Ecce video cœlos apertos, & Ieſum ſtantem a dextris virtutis dei. * pennatas acies. Angelorum agmina, qui pennarum virtutibus ſunt decorati, & ad ſublimiora ſemper erecti. tales pennas animabus noſtris neceſſarias eſſe dixerunt philoſophi: quibus in cœlum valeamus aduolare. * applaudere regi. hoc eſt quòd ſæpe in Pſalmis legimus. Laudate dominum omnes Angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. & Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſæculorum laudabunt te. * non obſtant, cœleſti lumini, quo minus ingrediatur, & quominus Angelus ad me deſcendat. nam ſpiritibus carne ſolutis corporalia quæque obſtare non poſſunt. ſed nec corpori glorioſo. vnde legimus dominum poſt reſurrectionem ad Diſcipulos ianuis clauſis introiſſe. multaque ſanctorum corpora, qui ſurrexerant, in ſanctam ciuitatem introiſſe ac multis apparuiſſe. * ſydereoſq; globos. ſyderum denſitates, numero multas, locoque propinquas. * aurea tecta, pulcherrima et fulgentiſſima. appoſitio eſt. cui generis, vel numeri diuerſitas nihil obſtat. vt in Ouidio. Quid meruere boues? animal ſine fraude, doliſve. * puer. modo miniſter. nam Angeli miniſtri ſunt dei. ſicut docet Paulus. ad Angelos inquit. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus: & miniſtros ſuos flammam ignis. et Paulo poſt. nonne omnes (ait) ſunt adminiſtratorij ſpiritus, propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis. eſt autem hic Angelus Gabriel de cuius miſſione vltra ea quæ paulo ſupra retulimus: & quæ refert Lucas Euangeliſta. videlicet Miſſus eſt Angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph. & nomen virginis, Maria. &c. ſic*

Margin notes: Act. 7. — Pſ. 148. Pſ. 83. — ad Hebr. 1. Pſ. 103. — ſuſpicio. caſma. — corpori glorioſo nihil obſtat. — appoſitioni generis uel numeri diuerſitas nihil obſtat.

Ecce mihi noua lux oculis oblata repente:
Suſpicio: liquidas ſine nube remetior auras:
Mira loquar, video medium diſcedere cœlum,
Pennataſq; acies populos fęlicis olympi
Exultare polo, ſuperumq; applaudere regi.
Non obſtant clauſi poſtes, non pariete tectum
Marmoreo circumſeptum, video ignea cœli
Sydera, ſydereoſq; globos, ſuperum aurea tecta.
Tum mihi ſe puer ante oculos allapſus olympo
Ora deo propior radiantibus obtulit alis,
Et placidus tendens candentia lilia dextra
Me ſic affari; lætaſq; expromere voces:
O vna ante alias cœlo acceptiſſima matres
Magnus adeſt tibi præſenti regnator olympi

Margin note: in lib. de natiuitate virginis matris

*etiam ſcribit Hieronymus cum eſſet Maria in domo parentum ſuorum in Nazareth Ciuitate Galileæ. Miſſus eſt ad eam Gabriel a deo: qui ei conceptum dominicum narraret. & conceptionis modũ vel ordinem exponeret. Denique ingreſſus ad eam, cubiculum quidem vbi manebat, ingenti lumine perfudit. ipſam verò gratantiſſimè ſalutans dixit. Aue Maria virgo domini gratiſſima: virgo gratia plena: dominus tecum: benedicta tu præ omnibus mulieribus. * candentia lilia, præter alluſionem ad picturam, lilij candor. virginitatis candorem ſignificat. nam & Angelis ſemper eſt cognata virginitas. & in carne præter carnem viuere, non modo humana, ſed potius Angelica vita eſt. * lætas voces, ideſt lætitiæ. endiadis eſt. * ò vna, ante al, cœ, ac, ma, idem eſt in ſenſu. quòd aue gratia plena, bene acceptiſſima. bene gratia plena. cæteris enim per partes præſtatur: Mariæ verò ſimul ſe ſe totam infudit, gratiæ plenitudo. verè gratia plena, per quam largo ſpiritus ſancti imbre ſuperfuſa eſt omnis creatura. * magnus adeſt. t. præ, r, oly. perinde eſt ac ſi dixiſſet dominus tecum, iam autem erat cum virgine, qui ad virginem mittebat Angelum: & præceſſit nuncium ſuum dominus: nec teneri potuit locis, qui omnibus habetur in locis. * tu nur, m, f, om, vna benedicta tu in mulieribus. vna ſcilicet præ cunctis mulieribus: vt ſicuti mares in filio tuo benedicentur: ſic benedicantur & in te mulieres. & veluti. per vnum & vnam maledictio intrauit in omnes homines: ſic modo. per vnum & vnam ingreditur benedictio. * hic mihi. virgo quæ ante iam Angelicos benè nouerat vultus: & lumẽ cæleſte inſuetũ non habebat, neq; angelica viſione territa, neq; magnitudine luminis ſtupefacta. ſed in*

Margin notes: Hier. in ſermone de aſſumptione. — Aue gratia plena.

ſolo eius Sermone turbata eſt. & cogitare cœpit qualis eſſet iſta ſalutatio tam inſolita: quidue portenderet, vel quem finem eſſet habitura. * *tremor alligat artus. trepidare virgineum eſt (ait Ambroſius) & ad omnes ingreſſus viri pauere: omnes viri affatus vereri. diſce virgo verborum vitare laſciuiam. Maria etiam ſalutationem Angeli verebatur.* * *tum ſic ille. huic cogitationi Angelus diuinitus inſpiratus occurrens, Ne timeas inquit Maria, quaſi aliquid contrarium tuæ caſtitati prætexam hac ſalutatione: inueniſti enim gratiam apud dominum. quia caſtitatem elegiſti: ideoque ſine peccato concipies virgo permanens: & paries filium. hic erit magnus: quia dominabitur a mari vſque ad mare. & a fluminei vſque ad terminos orbis terræ. & filius altiſſimi vocabitur. quia qui in terris naſcitur humilis: in cœlo regnat ſublimis. & dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. ipſe quippe rex regum, & dominus dominantium eſt. & thronus eius in ſæculum ſæculi. hæc Hieronymus.* * *parce metu virgo, ne timeas Maria. non enim acceſſi decepturus, nec veni prædaturus inuiolabilem tuam virginitatem: ſed conditori puritatis contubernium vt præpares, nunciare: non ſum ſerpentis miniſter, ſed perimentis ſerpentem legatus. caſtorumque ſponſalium paranymphus, & tractator: non inſidiarum molitor.* * *placuiſti ex omnibus vna cœlituū regi, inueniſti enim gratiam apud deum. qui autem graciam inuenit, non habet quid timeat. ſed qualiter inuenitur hæc gracia? non niſi humilitate. ſcriptum eſt enim. ſuperbis deus reſiſtit, humilibus autem dat graciam.* * *faciet quam prole parentem, & iam concipies puerum grauis: hyſteron proteron. Ecce concipies in vtero, & paries filium, demonſtrat rei celeritatem & præſentiam. nam ſimul cum verbo virginis celebrata eſt conceptio. in vtero autem dixit, vt demonſtret dominum ab ipſo virginali vtero verè de noſtra ſubſtantia carnem ſuſcepiſſe. quia & ſine*

Amb. in ho. ſuper miſſus eſt Angelus.

in li. de quo ſupra.

Numine: tu nuribus fœlix magis omnibus vna.
Hic mihi vix paucis auditis talibus ingens
Miranti gelidos ſubito tremor alligat artus:
Tum ſic ille animum diuino pignore firmat.
Parce metu virgo: placuiſti ex omnibus vna
Cœlituum regi, faciet quam prole parentem:
Et iam concipies puerum grauis: ille erit ingens,
Progeniemq; patris ſummi ſecla omnia dicent.
Et quoniam multis olim feret ipſe ſalutem,
Seruabitq; pios, patrio dic nomine Ieſum,
Sedibus infernis iam nunc lachrimabile nomen.
Supra homines, ſupra aſpicies ſe tollere & ipſos
Cœlicolas, fama inſignem, ac præſtantibus auſis.
Nam pater omnipotens atauorum in ſceptra reponet
Priſtina regnantem latè, regumq; ſedebit
In ſolio, neq; enim metas, neq; tempora regni
Accipiet: toto æternum dominabitur orbe.
Dixerat, ipſa autem paulatim abeunte timore
Subijcio: ſed qua verò ratione quod inquis

peccato, & ſine humano ſemine, per ſingula ſicut nos in carne concipitur: & nouem menſium ſpatio geſtatur in vtero. * *ille erit ingens, hic erit magnus & filius altiſſimi vocabitur. nam cœlum, terramq; replens penetrabit abyſſos. latè enim funditur magna dei virtus, non loco clauditur: non opinione comprehenditur: non æſtimatione concluditur: nec ætate variatur: quia magnus eſt dominus, & magnitudinis eius non eſt finis.* * *ſecla omnia dicent, ſed & ipſe pater per Prophetam iam dixerat. filius meus es tu, ego hodie genui te. deinde & per ſe ipſum in baptiſmo, ac transfiguratione: hic eſt (inquit) filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui.* * *multis. qui monitis eius acquieſcent: non omnibus. quia non omnes (vt ait Apoſtolus) obediunt Euangelio.* * *feret ipſe ſalutem. hoc ex nominis interpretatione facta per Angelum ad Ioſephum, aſſumptum eſt. dixit etenim illi, vocabis nomen eius Ieſum. ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum.* * *ſeruabitq; pios. ne ad impietatem transferantur, ſed & impios ſaluabit, ſi voluerint ab impietate ſua conuerti. exemplo Matthei publicani, peccatricis Magdalenæ & latronis.* * *patrio nom. hebraico vocabulo. cuius figura fuit Ioſue, id eſt Ieſus filius nun, dux populi, qui introduxit eum in terram promiſſionis, prius extincto Moyſe. ſic & ipſe D. N. I. Ch. introducit ſanctos in cœleſtem Hieruſalem, veram patriam, & promiſſionis terram viuentium. mortua lege Moyſi ac ſepulta. Ieſus quoq; filius Ioſedech ſacerdos ille magnus, qui reduxit populum de Babilonica captiuitate. figura fuit. D. N. I. Ch. qui aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatē, quam ex inferis morte redemptam eduxerat.* * *Ieſum. Saluatorem noſtrum, (ſic enim interpretatur) & ſaluatorem, vnde et in Pſ. ſalutare dicitur ſicut in illo verſu. Oſtende nobis dñe miſericordiā tuam, & ſalutare tuū da nobis*

Pſal. 2. Matth. 3. & 17.

Matth. 1.

Pſal. 84.

idest

ideſt Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum. & in Cantico Simeonis. viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum. l, ad reu, g, &, g, p, t, iſ.* ſedibus inf, vnde ſanctos patres educturus erat. * ſuper hom: quia ſine peccato & quia redemit nos in ſanguine ſuo. ideo datum

a ſ Phil c 2 eſt illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium terreſtrium & infernorum. & omnis lingua confiteatur. quia dominus Ieſus eſt in dei patris gloria. * cœlicolas,

ad Hebr. 1. ideſt Angelos. ad quem enim vnquam Angelorum dixit, ſede a dextris meis: don, po, in, tu, ſc, pe, tuorum. * atauorum in ſceptra. & dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius non erit finis.* in ſolio, non materiali ac mundi huius: quia iam illud fuerat tranſlatum in Herodem & in Romanos, ſed de ſpirituali animarum regimine intellige. quo modo data eſt illi omnis poteſtas in cœlo & in terra. in eo quòd homo eſt Mariæ filius, & patre minor. in eo verò quòd deus eſt, & verbum, ac filius dei, creator eſt omnium, ac rector cum patre & ſpiritu ſancto, abſq; cuius nutu nec paſſer cadit in terram: nec arboris folium mouetur. hoc autem ſpirituale regnum dicitur Eccleſia, appellaturque regnum cœlorum. * metas. ſtatutos terminos æui. nam Eccleſia non poteſt eſſe nulla. & licet multi iam ab ea ſint auerſi. erunt tamen ſemper aliqui fideles & conſtantes.

Hier. in iā dicto lib. in quibus regnabit dominus.* dixerat. ſ. Gabriel Angelus. * ipſa autem. his Angeli verbis (ait Hieronymus) virgo non incredula, ſed modum ſcire volens reſpondit. Quomodo iſtud fieri poteſt? nam cum ipſa virum iuxta votum meum numquàm cognoſcam: quomodo ſine virilis ſeminis incremento parere poſſum? ad hoc Angelus, ne exiſtimes (inquit) Maria quòd humano more concipias. nam ſine virili commixtione virgo concipies: virgo paries: virgo nutries. ſpiritus enim ſanctus ſuperueniet in te: & virtus altiſſimi obumbrabit tibi contra omnes ardores libidinis. Ideoque quod naſcetur ex te ſolum erit ſanctum: quia ſolum ſine peccato erit conceptum. & natum vocabitur filius dei. Tunc Maria manibus expanſis & oculis ad cœlum eleuatis dixit. Ecce Ancilla domini, (neque enim domine nomine digna ſum:) fiat mihi ſecundum verbum tuum. hactenus ille. * ſed qua verò, hoc vacat: & magis gratia ornatus, aut metri neceſſitate poſitum eſt, quàm ſenſus integritate. eſt ergo completiua coniunctio.* cōfieri poterit. & iſtud, con, vacat. eſt autem proſteſis. integrum enim eſt ſatis dicere, vt in Euangelio quomodo fiet iſtud? quoniam virum non cognoſco?

> Confieri poterit? nam mens mihi deniq; fixa,
> Atq; immota manet, numquam violare pudorem
> Virgineum, ſemperq; virum commercia fugi.
> His ego finieram paucis, his ille ſequutus.
> Te ſuperum pater afflabit cœleſtibus auris
> Deſuper, afflatu quo ſolo plena ſine vllo
> Concubitu, exacto grauis edes tempore partum.

Ambr. ſuper Luc. ſuper quibus verbis dicit Ambroſius. credidit vtique verbis Angeli Maria: nec dubitat eſſe faciendum. quod quomodo fiat, inquirit. Legerat enim, Ecce virgo concipiet in vtero: & pariet filium. ideoque credidit futurum. ſed quomodo fieret, ante non legerat, non enim quemadmodum fieret, vel tanto Prophetę fuerat reuelatum: tantum enim myſterium non hominis fuit, ſed Angeli ore promendum. * pudorem virgineum attende (inquit Gregorius niſenus) mundæ virginis vocem. partum annunciat Angelus. ipſa vero virginitati innititur. præſtantiorem incorruptibilitatem Angelica viſione dijudicans. * virum. pro virorum: ſyncopa eſt. * commercia fugi. hoc eſt virum non cognoſcere. cognoſco. copula ſcilicet nuptiali. aliâs & mandata dei dicuntur cognoſci. amicique longam poſt abſentiam. * aflabit cœleſtibus auris, de. hoc eſt. ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, quaſi dicat non quæras ordinem naturalem. vbi naturam tranſcendunt, & ſuperant quæ tractantur. nam eo ipſo tibi hoc continget: quòd es viri inexperta. nam ſi virum experta fuiſſes, non digna cenſereris hoc myſterio. non quia prophanum ſit coniugium, ſed quia virginitas potior eſt. virtus autem altiſſimi obumbrabit tibi, ſecundum Gregorium, ideſt corpus in te humanitatis, accipiet incorporeum lumen diuinitatis. nam per obumbrationis vocabulum, incarnandi dei vtraque natura ſignificatur. vmbra enim a lumine formatur & corpore. hoc etiam dictum eſt propter mentis refrigerium & carnis, Mariæ cælitus datum. * atq; ideo. quia non ex virili concubitu, ſed ex ſuperueniente in te ſpiritus ſancti virtute.* deus ille ſe. ideoque & quod naſcetur ex te. ſanctum, & vocabitur filius dei. ſanctumque ideo dicitur. quòd ipſa ſit ſanctitas, vnde ceteri ſanctificantur iuſti. qui & ſi ſancti eius gratia fiant. non tamen ex ſe naſcuntur ſancti. ſimul attende: qualiter tota trinitas incarnationem filij dei eſt operata. nam ſuper aſſiſtens pater virtutem. ſuam infudit. corpuſculum ex viſceribus Mariæ à ſpiritu ſancto mox formatum eſt. quo dei filius tamquàm veſtimento indutus eſt.

Incarnationem Chriſti quomodo tota trinitas operata eſt

** Quæ ne vana putes, ideſt impoſſibilia deo. etenim quia ſuperius dictum ſuperabat virginis mentem, ad humiliora declinauit: ſermonem per ſenſibilia ipſi perſuadens. vnde & dicit Heliſabeth cognata tua & ipſa concepit filium in ſenectute ſua: Et hic menſis eſt ſextus illi quæ vocatur ſterilis: quia non erit impoſibile apud deum omne verbum. * quæ tibi ſanguine iuncta eſt. nutu diuino hoc contigit, vt regium genus ſacerdotali ſtirpi iungeretur: vt Chriſtus qui rex eſt & ſacerdos, ab vtriſque ſecundum carnem naſceretur. vnde & Aaron primus ſacerdos duxerat vxorem Eliſabeth filiam Aminadab. de Tribu Iuda. vnde principes oriebantur populi, inde & reges. Heliſabeth quoque filia regis Ioram, & ſoror Ochoziæ Regis Iuda, fuit vxor iuncta Ioiade ſummo ſacerdoti. quia igitur hæ duæ tribus ſacerdotalis & regia frequenti coniugio inuicem miſcebantur, in his mulieribus ad quas paterna hereditas iure primogenituræ non pertinebat, ideo cognatæ inuicem dicebantur. potuit autem & ſoror Annæ Matris Mariæ, quæ fuerat ex Bethleem vxor fuiſſe Patris Heliſabeth. vel ipſa Anna Mater Mariæ forſitan fuit ſoror Heliſabeth vxoris Zachariæ: aut alia quæuis ſimilis cognatio inter eas. ipſa autem Maria procul dubio fuit de ſtirpe Dauid vt ſupradictum eſt. & affirmat Apoſtolus ſcribens ad Timotheum. Memor eſto dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine Dauid ſecundum Euangelium meum. * degerit exors ſobolis, ſine progenita ſobole vixerit. * ſterili fructum non ferenti, & impotenti generare: vt græco deduci verbo videtur. ςερῶ. quòd eſt priuo. quia ventris fructu eas ſteriles natura priuauit: hinc Iacob iratus vxori Rachels (quòd dixiſſet ei. da mihi liberos: alioquin moriar,) reſpondit: Numquid pro deo ego ſum. qui priuauit te fructu ventris tui? ςέρνον etiam orbitatem dicunt græci. * effœta ſenectus, concipiendi vigore exhauſta. * ſeclis. non pluribus centenis annorum curriculis. quam rem ſæcula ſignificant: ſed multis annorum decadibus. iam enim cum vi-*

4. Reg. xi.

2 ad Tim. 2

ſterilis.

Atq; ideo, quem fœta dabis, deus ille feretur
Aeterno genitore ſatus, qui temperat orbem. Luc. 1.
Quæ ne vana putes. ſcis, quæ tibi ſanguine iuncta eſt,
Heliſabe ſobolis vt degerit hactenus exors,
Vt ſterili ſedis iamdudum effœta ſenectus
Spem cunctam abſtulerit partus proliſq; creandæ,
Plena viro pariet tamen illa, & tempore Luna
Perfecto grauidæ iam ſextum circuit orbem.
Cuncta poteſt etenim, qui me tibi mittit ab alto
Aethere ſyderei rex idem, atq; author olympi.
Hæc ait, & paribus ſe in cœlum proripit alis.
Quem ſupera aſpiciens tali ſum voce ſecuta.
Quiſquis es ò cœli iuuenum pulcherrime præpes
Obſequor, ac votis, quod rex iubet, omnibus opto.
Interea nubes maculoſo diſcolor auro
Demiſſa ad terram croceis me amplectitur alis.
Diffulgent intus radijq;, igniſq; coruſcæ
Scintillant veluti ſquammæ vario ordine circum.

*ro proceſſerat in diebus ſuis, (vt ait Lucas Euangeliſta.) * plena viro, grauida ex Marito Zacharia quamuis ſene. * pariet tamen, ſic ergo ne virgo ſe parere poſſe diffidat: accipit exemplum ſterilis anus parituræ. vt diſcat omnia deo poſſibilia eſſe. etiam quæ videntur naturæ ordini eſſe contraria. ipſe namque cum ſit naturæ dominus, cuncta poteſt cum velit. Deus etenim. ſine Mare & fœmina Adam primum hominem plaſmauit. deinde ex ſolo viro Euam Matrem cunctorum formauit. ex Mare poſt modum & fœmina genus humanum propagauit: reſtabat nunc quartus procreandi modus ex ſola fœmina ſine viro. qui in domini noſtri Ieſu Chriſti genitura completus eſt. is enim ex ſola virgine, diuina virtute conceptus eſt. * cuncta poteſt. quæ fieri verè, verèque eſſe poſſunt: nè quis obijciat. quòd ea quæ facta ſunt, infecta iubere non poteſt Deus. nam hoc teſte Auguſtino. eſſet de vero falſum facere. * obſequor. hoc eſt. Ecce Ancilla domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. ſuper quibus verbis (ait Ambroſius. vide humilitatem virginis ac deuotionem. Ancillam ſe dicit quæ Mater eligitur. nec repentina exaltata promiſſione eſt. Mittem enim humilemque pariturа, humilitatem debuit etiam ipſa preferre. Euſebius quoque ſic ſcribit. alius aliud quiddam in præſenti Sermone virginis extollet apicibus: hic quidem conſtantiam: hic obedientiæ promptitudinem: alius quòd non allecta eſt tam ſplendidis per magnum Archangelum promiſſis pollicitationibus: alius quòd non exceſſit modum in dando inſtantias: ſed æqualiter cauit & Euæ leuitatem, & Zachariæ inobedientiam. mihi autem humilitatis profunditas non minus admiranda conſpicitur. * interea. audacter ac fœliciter præſumpſit vates quod Euangeliſta non eſt auſus attentare. vt poſt diſceſſum Angeli referret, quonam pacto verbum caro factum eſt.*

generandi hominis quattuor modi.

deus cncta poteſt.

Aug. cōtra fauſtum

Mariæ humilitas.

Ambr. i ho. ſup miſſus eſt.

eſt. nec enim amplius ſcripſit Euangeliſta. quam, diſceſſit ab illa Angelus. Exurgens autem Maria in diebus illis abijt in montana. &c. Mattheus quoque ait hoc ſolum. cum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph antequàm conuenirent inuenta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto. factum itaque exiſtimo ſpiritum dei ſuper vatem, dum hæc caneret, coactumque hæc diuina myſteria haſtenus mundo abſcondita reuelare. dicit igitur. * interea nubes. non aeris huius tenebroſa ſolis radios ab orbe le- (incarnatio Chriſti.) uans. ſed qualis in transfiguratione domini ſuper diſcipulos legitur apparuiſſe, ſummi patris aduentum indicans: ſicut etiam hoc in loco. nam & ibi dicitur Ecce nubes lucida obumbrauit eos. & hic ſubſequi-

Ez. 1. tur diſcolor auro maculoſo, ideſt electri ſpeciem prætendens fulgidiſſimam. quæ res ex Ezechiele ſumitur. is enim ait. Nubes magna & ignis inuoluens. Et ſplendor incircuitu eius & de medio eius quaſi ſpecies electri. & Paulo infra viſionem ſimilitudinis gloriæ domini deſcribens ait. Similitudo quaſi aſpectus hominis deſuper. Et vidi quaſi ſpeciem electri velut aſpectum ignis intrinſecus per circuitum alumbis eius & deſuper. & a lumbis eius vſq; deorſum, vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu: velut aſpectum arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ. hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum. * amplectitur me. Obumbrationis gratia. vt remouerentur ab ea carnis ardores, ac luxus titillationes omnes: qui in filiorum conceptu ſolent adeſſe. hoc eſt enim quòd ſupra promiſerat ei Angelus. & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. * croceis alis. lato ſinu lucidiſſimi luminis expanſo. * radij diuinæ lucis. * igniq;. diuinæ charitatis. ignis enim conſumens (vt ſcribit Apoſtolus) Deus noſter eſt. ex his datur intelligi: quare & ad quid incarnari venerit filius dei. nam propter nimiam charitatem qua dilexit nos miſit Deus filium ſuum, vt redimeret. item venit illuminare eos qui in tenebris & in vmbra mortis ſedebant ad dirrigendos pedes eorum in viam pacis. quod & Zacharias pater Ioannis vatici-

Luc. 1. natus eſt. * ſquammæ non piſcium. ſed ſerpentum quæ fulgent, aut loricarum auratarum quæ latè reſplendent. * aduerſo ſole. nec enim aliter generatur Iris: niſi fuerit nubes aquoſa ſoli oppoſita. & eſt ea Ezechielis comparatio quam modo adduximus. * hanc lucidiſſimam nubem, quæ ſpiritui ſancto attribuitur a nonnullis. quia & ſequitur perflauit. ſpiritus enim ſanctus a patre & filio vnica ſpiratione procedit. dominus quoq; Ieſus inſufflauit in diſcipulos, dicens eis. accipite ſpiritum ſanctum &c. * aura

Squammæq; ſtellæq; auri fulgore micantes.
Aduerſo quales imitatur ſole colores,
Cum picturato cœlum diſtinxit amictu,
Nubicolor liquidis effuſis imbribus arcus.
Hanc ſimul omnipotens genitor perflauit ab alto,
Continuò ruit ecce voluta liquentibus aſtris
Aura potens, quaq; illa venit, procul vndiq; circùm
Scintillæ abſiliunt radijs vibrantibus aureæ.
Turbine corripior rapido, viſq; illa per omnes
Aurai vis omnipotens mihi diditur artus,
4 Reg. 19. Aethereuſq; vigor toto ſe corpore miſcet,
Viſaq; præ dulci mihi corda liqueſcere amore.

potens. aut filium dei ſignificat in vterum virginis a ſpiritus ſancti nube obumbratū deſcendentem, corpuſculumq; ibidem mox præparatum ſibi aſſumentem. vel hæc aura potens ipſe eſt ſpiritus ſanctus. nam omnino leuis hæc & potens aura deus eſt. ſicut legitur in apparitione dei ad Heliam. vnde locus hic potuit aſſumi. ſcribitur autem ibi ſic. Ecce dominus tranſiit. & ſpiritus grandis et fortis ſubuertens montes: & conterens petras ante dominum. non in ſpiritu dominus, ideſt in vento. Et poſt ſpiritum commotio: non in commotione dominus, ideſt terremotu. Et poſt commotionem ignis. non in igne dominus. Et poſt ignem ſibilus auræ tenuis & in hoc erat Deus. * ſcintillæ aureæ. coloris auri & optimæ. eſt autem ibi ſyneresis. * abſiliunt. inde egrediuntur. * turbine rapido. nimbo illo lucidiſſimæ nubis inuoluor. * viſque illa. vnde omnia creata ſunt, ac generantur. ſicut habetur in primo Geneſeos. * aurai pro auræ, ſoluta diphthongus eſt more græco. * diditur. ſpargitur. * æthereus vigor. ſane intelligas. non enim de hoc elementari æthere loquitur. ſed de calore diuino. * corda liqueſcere. in ipſa vnione diuinitatis cum humanitate. (de qua Ioannes ait.) & verbum caro factum eſt, ideſt, Deus, dei patris filius, homo factus eſt. hæ ſunt illæ cœleſtes nuptiæ in thalamo virginei vteri celebratæ: ad quas omnes inuitantur. de quibus in Euangelio dicitur. Simile eſt regnum cœlorum homini Regi qui fecit nuptias filio ſuo. Sponſus hic eſt filius dei. Sponſa caro humana ex viſceribus ſacratæ virginis a ſpiritu ſancto purificata atque in corpuſculum formata quas verbum Dei more veſtimenti ſeſe induit. cui filius dei indiſſolubiliter adhæſit. quam & reſurgens a mortuis portauit in cœlum & ad dexteram patris colocauit. * qualis optima comparationem telluris

*calore ſolis calefacta, & rore cœli madefacta, tunica concipientis virginis conceptum expreſſit. de quo ſcriptum erat. Rorate cœli de ſuper, & nubes pluant iuſtum. Item in Pſalmo. virgo Maria terra appellatur. Benedixiſti domine terram tuam auertiſti captiuitatem Iacob. Item veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius vt inhabitet gloria in terra noſtra. & rurſus. veritas de terra orta eſt, ideſt Chriſtus ex Maria natus eſt. & iterum. Etenim dominus dabit benignitatem. & terra noſtra dabit fructum ſuum, ideſt Maria pariet Ieſum. * ſecreto fœdere. quod nemo poteſt cõprehendere. quando vel quomodo fœtus omnes concipiat, parturiat & demum viſibiles in lucem emittat. * plurimus æther. aut pro aere poſitus eſt. qui in pluuiam reſolutus dicitur in gremium telluris deſcendere. vel proprie. pro cœleſti calore, qui ſimiliter in tellurem vt eam calefaciat deſcendit. vel ſimul pro vtroque nam ea diſcors elementorum concordia rebus generandis aptiſſima eſt, vt canit Ouidius. & ſcribunt naturales philoſophi. * aura verna. Zephiri veris tempore flantes. quarum aura arbores dicuntur fœcundari. * tepores. non nimios & exſiccantes vt in eſtate. ſed moderatos & humectantes, vt in vere fieri videmus. * clarum, ſcilicet carmen letitia, quod alio pean dicebatur. non ſolum apollini ſed & omnium deorum hymnus. vt patet ex inſcriptione libri Pindari, de laudibus deorum. poteſt etiam eſſe nomen pro aduerbio. ſed illud concinius, * plauſumque dedere, pro futura humani generis redemptione. vnde ruina eorum ex hominum conſortio fuerant releuandæ. quod & Dauid in ſpiritu præuiderat dicens. Iudicabit in nationibus: implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum. * tremuerunt propter tantam inclinationem Regis eorum. qui cum in forma dei eſſet exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens. * rima ignea, fulgurum periphraſis eſt. * credere quibam. rem nouam & tam grandem. vt ex ſolo ſuperueniente ſpiritu ſancto concepiſſet vxor filium dei. abſque viri concubitu. hec ambiguitas Ioſeph noſtra erat firmitas futura. nam dubitauit ille: ne dubitaretur a nobis. etenim dubitans ab Angelo confirmatur. & mens noſtra in fide ſolidatur, potuerat quippe vendicare adulterium ſi non clara & perfecta tam admirabile in virgine cognouiſſet myſterium.* Eſa. 45. Pſ 83. Ouid. Matth. 1. Pſ. 109.

Qualis ſecreto naturæ fœdere tellus
Concipit, & vario clam fœtu plena graueſcit,
Matris vbi in gremium deſcendit plurimus æther,
Auraq; fœcundos afflauit verna tepores.
His actis clarum ſonuere per æthera cœtus
Aligeri cantu vario, plauſumq; dedere:
Hinc tonitru ingenti tremuerunt ardua olympi,
Crebraq; per cœlum hic illic rima ignea fulſit.
Talia narrabat virgo: ſimul ora rigabat
Lætitia illachrimans: tum tendo ad ſydera palmas,
Multa orans, animi ambiguus: nec credere quibam
(Mens adeo mihi læua fuit) tam mira ferenti,
Quandoquidem iuuenes plerunq; innectere fraudes
Virginibus ſoliti incautis, & fallere furto.
Ah faciles dictis aurem præbere puellas.
Quin etiam hanc volui (ſcelus) olim linquere demens.
Verum eadem in ſomnis pueri redeuntis imago
Viſa mihi, vultusq;, habitusq; ſimillimus illi,
Ipſa ſibi modò quem memorabat ſponſa locutum.

** mens læua ſiniſtra & incredula. & hoc ſecundum Auguſtinum, qui ait, intelligens Ioſeph vterum Mariæ grauidari, turbatur. quòd Mariam quam de templo domini acceperat. & nondum cognouerat grauidam ſentiebat: ſecumq; æſtuabat, quid faceret. * plerumque innectere fra. puto authorem alludere ad fabellam Ioannis Bocatij elegantis Poetæ vulgaris. de illo iuuene qui ſub ſpecie domini dei cuiuſdam iudei puellam virginem uitiarit hac fraude: quòd meſſias eſſet ex ea naſciturus: quam rem & pater audiens credidit, & cum cæteris iudeis lætatus eſt. ſed ex partu non virili, (quem expectabat) verum fœmineo. gaudium in mœrorem mutatum eſt. tuncque demum cognitus eſt dolus, & res vt erat patefacta. in libro quoque Danielis habetur. quòd ſeniores illi iudices populi illudebant filiabus Iſrael, nam (vt ait ibi gloſa) decipiebant eas dicentes Chriſtum ex eorum ſemine naſciturum. Cum eſſent etiam ipſi de Tribu Iuda propter tribuum commixtionem de qua ſupra dictum eſt. ſed Suſanna filia Iuda non ſuſtinuit eorum iniquitatem. & in libro Regum ſcribitur quòd ophni & phinees filij Hely Sacerdotis dormiebant cum mulieribus, quæ obſeruabant ad hoſtium tabernaculi, decipientes eas, (vt reor) eadem fraude. * Ah faciles puellas, quinimo nimis ſimplices, & corde leues, fatuæque & ſimiles Euæ, quæ citiſſima doloſo Sermoni Serpentis callidi fidem præſtitit. vnde & maledictionem diuinam incurrit. * ſcelus. exclamatio, ſubaudi quod fuiſſet. ſi inſontem & immeri-*
Auguſt. in ſermone de natiuitate.

tam

tam reliquiſſem, hic tangitur quod in Matheo Euangeliſta ſcriptum eſt. cum inuenta eſſet Maria
Matth. 1. *in vtero habens de ſpiritu ſancto. Ioſeph vir eius cum eſſet iuſtus, & nolet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante: Ecce Angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicens. Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt.* pueri redeuntis. Archangeli Gabrielis curæ Beatæ virginis deputati.* viſa mihi ſicut & Mariæ.* ſimillimus illi, quem ipſa dixerat ſibi apparuiſſe.* nudus erat. vt expeditior eſſet.* nudi qui nõerubeſcunt.
præterea qui Beata induti ſunt innocentia, non erubeſcunt nuditatem: ſicut & primi parentes noſtri ante culpam non erubeſcebant: tametſi nudi incederent. poſt peccatum vero erubuerunt: & tunc demum folijs pudenda contexerunt. roſeos humeros. perpetua charitate rubentes. humeros autem dicit Methaporice. vt oſtendat eum libenter pro ſalute hominum laborare. & facere quod ait Apoſtolus. Alter alterius onera portate: & ſic adimplebitis legem Chriſti. ſi quidem humeris onera feruntur.* angelicæ picturæ myſticę interpretatio.
Luc 16. *Angeli etiam leguntur ad locum ſalutis animas hominum portare. vt de Lazaro. factum eſt (inquit) vt moreretur mendicus: & portatus eſt ab Angelis in ſinum Abrahæ.* chlamis. quę militiæ cæleſtis exercitus inſigne eſt.* fibula raſilis, perpolita.* tergemino auro. tribus vnculis ſimilibus aureis. vt ſeſe trinitatis miniſtrum oſtenderet.* ſubter. Ilia, latera intelligit. quibus Ilia interius reſpondent.* cingula ex his oſtendit quòd miniſter dei eſt accinctus ad executionem operis mandati. per cingulum etiã caſtitas intelligitur. iuxta illud Saluatoris ſint lumbi præcincti. quam & Angeli perpetuam habent, & hominibus perſuadent. vt in carne præter carnem viuentes Angelicam & ipſi vitam ducant. quam rem perſuaſi hi duo ſponſi virgines fecerunt. & ob id Angelicam viſionẽ, perpetuamq; huius Archãgeli cuſtodiam meruerunt.* compactis bullis capitibus clauorum aureorum coniunctis. turgidula ſunt etiam quæq; ornamenta cuiuſcunq; metalli, baltheis militaribus ad decorem affixa. ſed quia olim bulla aurea erat inſigne triumphantium, & diſcrimẽ nobilitatis Romanæ. per bullas hic denotatur quòd Angeli nobiliores ſunt miniſtri dei ſemper triumphatoris. nos enim homines quodammodo libertini ſumus a ſeruitute peccati & demonis, liberati. non ergo bulla aurea ſed lorum in collo noſtrum geſtamen erit: quamdiu carnis huius mortali corio circumdamur. cum verò in Angelorum cõſortio fuerimus aſſumpti. tunc & nos aurea bulla donabimur ſimiles Angelis effecti.* molles plumæ. quibus in altum volucres*

Nudus erat roſeos humeros: tantum aurea læuo
Pendebat demiſſa chlamis, quam fibula ſubter
Ilia ter gemino mordebat raſilis auro,
Rubraq; compactis pendebant cingula bullis;
Matth 18. Molles a tergo tractim ſuccreſcere plumæ;
Ac ſenſim geminas humeris aſſurgere in alas:
Tum ſuras gemmis incluſit: cætera nudus.
Oris multus honos, gratiq; in corpore motus
Haud noſtri puerum generis teſtantur adeſſe,
Sed cœli ſobolem, atq; aulæ ſtellantis alumnum.
Nec minus ipſa etiam mira ſpectabilis arte
Veſtis erat baccis ſuperas illuſa per oras.
Textile Mæandro duplici infrà circuit aurum
Admirabile opus: tres hic impunè, per ignes
Læti ibant pueri intexti, pariterq; canebant
Cœlicolum regi conuerſi ad ſydera laudes.

feruntur. & velocitatem nunciorum ad celerem executionẽ mandatorum dei, & supernã contemplationẽ deſignant, qua iugiter Angeli fruuntur. iuxta illud Saluatoris. Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt. geminas alas. per quas dilectionem dei & proximi poſſumus intelligere. in his enim duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & prophetæ. nos quoq; ſi duas tales alas animis noſtris compegerimus: Angeli dei protinus efficiemur.* ſuras, poſteriores cruris partes q̃ cothurnis vinciri ſolent a viatoribus.* gemmis quibus cothurni ipſi exornabantur. vt ſit pars pro toto ſynodocheos. vel pro cothurnis grandibus gẽmis vtebatur. quod nuſquàm factitatũ legi. ſiue ergo eſſent cothurni, ſiue ſandalia, quibus Eũãgelizatores verbi dei iubentur eſſe calciati, denotant Gabrielẽ boni nuncij præparatũ ſemper eſſe miniſtrũ.*
ad Ephe. 6. *iuxta quod ſcribit Apoſtolus. ſtate ergo ſuccinti lumbos veſtros in veritate. et in duti loricam iuſtitiæ. & calciati pedes in præparationem Euangelij pacis.* cætera nudus. in ſignũ ꝙ ea quæ pertinent ad beatitudinem eius ſunt nuda & aperta oculis ſuis: nã Angeli vident deum facie ad faciẽ.* oris multus honos. magna cum venuſtate pulchritudo. per quã mirabilis Angelorũ munditia & ſanctitas deſignatur.* grati motus. in quibus pronunciationis vehementia conſiſtit. & magnam habent vim perſuadẽdi. per hos autem, virtutum gradus denotantur quos Angeli perfecte conſcendunt. hinc & Iacob vidit ſcalã*

cuius ſummitas cælū tangebat & Angelos aſcendentes atq; deſcendētes per eam.* noſtri generis. humani, ſcilicet fragilis, immundi, atq; inconſtantis.* nec minus, quàm vultus Angeli.* veſtis. chlamis de

Bacc. Meander. qua ſupra.* bacis. margaritis ſeu vnionibus. per quas fidei puritas figuratur. quæ nuncios maxime decet. videlicet vt ſint fideles in commiſſo.* ſuperas oras quæ collum & humeros ambiunt.* meandro duplici, ideſt in ſe recurenti, fimbrias dicit chlamidis duplicatas inſtar Mæandri fluminis valde obliqui. de quo ſic Ouidius ſcribit. Mæander toties qui terris errat in iiſdem. Qui flexas in ſe ſæpe retorquet aquas. eſt autem meonię & phrigiæ fluuius adeo tortuoſus & quodammodo in ſe recurrens: vt non modo fimbrias veſtium ſinuoſas, ſed & obliquitates veteres Mæandros appellarint. vnde & Cicero dixit. Scio quos tu Mæandros quæſiuiſti. Virgilius quoq; dixit: quam plurima circum purpura Mæandro duplici melibea cucurrit.* tres pueri. concinne valde in Angeli chlamide erat intertexta libera- Cicero. in piſo.

puerorum 3. liberatio. Nabuchodonoſor. tio trium puerorum de camino ignis ardentis facta per ipſum Angelum. hiſtoria hæc habetur in Daniele Propheta. & quia quotannis in Eccleſia dei cantatur, ideo ſuccincte & quàm breuiſſime potero eam attingam. poſt tranſmigrationem hebræorum in Babiloniam Rex Nabuchodonoſor victorijs a deo ſibi donatis ſupra modum elatus, erexit in cāpo duram ſtatuam auream altitudine cubitorum. lx. & latitudine. vi. in qua volebat adorari. edixit igitur. vt in qua hora audiretur ſonitus muſicorum inſtrumentorum omnis generis, omnes populi proſternerent ſe: & adorarent eam. ſi quis autem nollet eam adorare, eadem hora mitteretur in fornacem ignis ardentis. ſtatimq; viri caldei accuſauerunt tres iuuenes Iudeos Sidrac, Miſac, & Abdenago: quos conſtituerat rex vt prudentiſſimos ſuper opera Babilonis: quòd edictum regis contemnentes ſtatuam non adoraſſent. acciti itaque a Rege, & ſi res ita ſe haberet interrogati, hortatique vt ſtatuam adorarent ſub comminatione fornacis. & maxime dicente rege. & quis eſt deus qui eripiet vos de manu mea? audacter reſponderunt. deus noſter quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis: & de manibus tuis ò Rex liberare. quod ſi noluerit, ſcito nos deos tuos non colere, nec ſtatuam quam erexiſti velle adorare. Tunc Rex nimio furore ſuccenſus iuſſit vt ſuccenderetur fornax ſeptuplum quàm ſuccendi conſueuerat. & tres illos iuuenes vinctos in ardentem fornacem iactari. protinus autem miſit deus Angelum qui excuſſo igne de fornace, combuſit quos iuxta reperit caldeos. & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. & non tetigit eos omnino ignis, neque contriſtauit, nec quicquam moleſtiæ intulit. ambulabatque Angelus cum illis per fornacem. tunc hi tres laudauerunt dominum quaſi ex vno ore dicentes? Benedicite oīa opera domini domino laudate & ſuper exaltate eum in ſecula. & compleuerunt canticum illud vſq;

Cernere erat medijs acres fornacibus ignes
Parcere corporibus, longèq; abſiſtere flammas.
Mirabar tacitus, cum ſic pulcherrimus ore
Affatur trepidum iuuenis: Sate ſanguine regum,
Quod tantum irrepſit menti ſcelus? omnia non te

in finem: quod & nos quottidie dicimus in memoriam huius miraculi. Rex itaq; id cernens ſtupefactus maxime ex viſione Angeli, cuius ſpeciem dicebat eſſe ſimilem filio dei, acceſſit ad hoſtium fornacis: & vocauit eos, vt egrederentur. quos contemplantes ſatrapæ qui aſtabant nihil poteſtatis habuiſſe ignem in corporibus eorum quòd nec capillus eſſet aduſtus, nec ſaraballa corū immutata: neq; odor ignis omnino tranſiſſet per eos: ſupra modum ſtupebant. Tunc rex benedixit deum cæli, & poſuit decretum. vt quicunq; blaſphemaſſet deum Sidrac, Miſac, & Abdenago: diſperiret; & domus eius vaſtaretur. promouitq; eos in prouincia Babilonis: ac deinceps cariſſimos habuit.* corporibus quorum uincula tantummodo exuſſit. vt ſoluti poſſent ſurgere atq; per fornacem deambulare.* mirabar. & faciem & texturā chlamidis eius. qua figurabatur, abſq; libidinis ardore potuiſſe ſupra naturam virginē concipere.* pulcherrimus, facundiſſimus, & multa gratia in loquendo repletus. hoc enim epitheton. commune eſt omnibus ſenſibus. nam dicimus non ſolum pulchrum viſu, ſed & affatu, atq; auditu, tactuq; ac odoratu.

* ſate ſanguine re, verba Angeli hæc fuerunt. Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt. pariet autem filium: & vocabis nomen eius Ieſum. ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. * quod tantum ſcelus. vt male ſuſpicareris de ſancta virgine ſponſa tua? & propter hanc ſiniſtram ſuſpitionem cogitares eam occulte dimittere. * omnia ſigna: quæ ſupra ipſe Ioſephus monſtra appellauit. dicens o pater me his exue monſtris.* dilapſum numen. verbum dei qui & filius dei vocatur. virtuſq; & ſapientia patris.* caſta fides. nam (vt ait Hier.) eſt angelis ſemper cognata virginitas. libentiusque cum virginibus conuerſantur quam ꝙ permittant ſe videri a corruptis. ſinuns tamen interdum adeo iuſſi. nō Matth. 1. Hier. in ſermone d' aſſ.

tamen

tamen ita familiares eis vt virginibus ſunt. * *obſcura ambage, vt doctis ac dignis detur exercitationis materia, indignis autem, ne ponantur Margarita ante porcos. & vt videntes non videant &*

Ezech 44.

audientes non intelligant. * *namq; hæc Maria.* * *porta illa ingens. quam vidit Ezechiel propheta in domo domini clauſam, de qua dixit ad eum angelus. porta hæc quam vides non aperietur, & homo non tranſibit per eam: quoniam ſolus dominus intrat & egredietur per eam. & clauſa erit in æternum. dicat ergo Maria (vt ait Aug.) porta facta ſum cœli, Ianua facta ſum filio dei. illi facta ſum Ianua clauſa: qui poſt ſuam reſurrectionem egreſſus eſt hoſtio ſepulchri clauſo. & ingreſſus eſt ad ſuos diſcipulos clauſis ianuis cœnaculi. qui natus de ventre meo, me matrem dimiſit intactam. adimpleuit ventrem meum diuinitate. & vterum meum non euacuauit caſtitate. videto etiam quæ ſupra diximus de hac porta.* * *ſecurum æuum, abſq; metu virginitatis amittendæ.* * *tuta deo. quem non ſolum in anima per fidem habitatorem habebat. ſed & inutero conceptum geſtabat.* * *pernici fuga. veloci volatu.* * *liquida arua. aeris campos.* * *blandum amorem. proprium eſt boni angeli, in aduentu timorem, in receſſu conſolationem relinquere. contra verò angelus malus cum accedit falſum gaudium & ſeuritatem quandam immittit, ſed recedens veram relinquit triſtitiã. & deſperationem quandam.* * *lenteſcit, molle redditur vnde & mulciber quaſi mulcens ferrũ dicitur de pice dixit Virgilius ſed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo.* * *rapido motu ſupernæ charitatis quæ & ignis eſt. quo corda hominum liqueſcunt & medullæ.* * *conſurgo. ceciderat .n. præ Angeli Pauore.* * *renatus. ſiniſtræ ſuſpitionis: dimiſſioniſq; occultæ, quam cogitauerat.* * *me ipſum incuſo: ſic & propheta dixi cõfitebor aduerſum me iniuſtitiam meam. noſque quando confitemur debemus incuſare nos ipſos. non demonẽ, non proximum in medium adducere. ad excuſandas excuſationes in peccatis.* * *lux intellectus quam vehemens paſſio abſtulerat.* * *inq; dies. pro in dies. thmeſis eſt. de die in diem.* * *magis at, ma, clarius manifeſtantur.* * *alta conſilia, profunda. & multis abſcondita maxime vt dæmon celaretur. qui partum nuptæ non potuit habere ſuſpectum.* * *obſcuris ue,inuol,ratione de qua ſupra dictum eſt. in expoſitione verſus. cuncta ſed obſ, impl,amb,teg:* * *rubus ille. de quo canit ecleſia. Rubum quem viderat Moyſes incombuſtum. conſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem dei genitrix intercede pro nobis.* * *Ardentem. dicitur in exodo. quod cum minaſſet gregem Moyſes ſoceri ſui ad interiora deſerti venit ad montem dei oreb. Apparuitq; ei dominus in flamma ignis de medio rubi. & videbat quod rubus arderet & non combureretur. dixit ergo Moyſes. vadam & videbo viſionem hanc magnam quare non cõburatur rubus.* * *Vates corniger, Moyſes. non qui verè cornua fronte geſtaret. ſed cui ex aſſiduo conſortio domini facies ſplendida facta erat, ſplendoriſque vultus eius radij hinc inde aſcendentes cornuum quodammodo ſimilitudinem præſe ferebant, vnde & dixit Paulus. ſi*

Aug. in ſermone intra octauã natiui. domini ſuper breuiario.

Angelus bonus quomodo dignoſcitur a malo.

Lenteſcit.

Virg geor. lib. 2.

confiteri quomodò oporteat.

pſal. 31.

Exodi 3.

rubi incombuſti expoſitio.

Exodi. 34.

2. cor. 3.

Signa mouent, haud hęc fieri ſine numine certo?
Ne dubita, nam vera canit ſanctiſsima virgo.
Iam nunc congreſſus numquam perpoſſa viriles
Concepit, grauis ætherea diuinitus aura.
Nam pater omnipotens cœleſti afflauit ab arce,
Atq; vterum impleuit dilapſum numen ab aſtris.
Caſta fides nobis colitur: deſiſte vereri.
Hæc vates olim veſtri cecinere futura,
Cuncta ſed obſcura implicuere ambage tegentes.
Namq; hæc illa quidem cœli in penetralibus altis
Porta ingens clauſa æternum, nec peruia greſſu
Vlli hominum, tantum omnipotens deus ipſe per illã
Itq; reditq; viam, nec clauſtra immota reſignat.
Hanc tibi commendat ſummi regnator olympi
Coniugio adiungens ſtabili, ſed coniugis vſum
Effuge: ſecurum tecum ſponſa exigat æuum,
Quamuis tuta deo iam nunc ſit præſide virgo.
Sic fatus ſubito in tenues euanuit auras
Pernici liquida arua fuga per nubila carpens,
Et ſimul incuſſit mihi blandum in pectus amorem.
Vtq; rigor ferri rutilo lentiſcit in igne,
Sic mihi cor rapido ſenſi moleſcere motu.
Conſurgo, & veniam conuerſus ad æthera poſco,
Meq; ipſum incuſo amens, & lux reddita menti,
Inq; dies magis, atq; magis cœli alta pateſcunt
Conſilia, antiquis quæ vatibus omnia quondam
Obſcuris vera inuoluens deus oſtendebat.
Hæc virgo eſt rubus ille, procul quẽ in monte videbat
Ardentem vates igni crepitante cremari

miniſtratio

Corniger attactu cum nullo innoxia flamma.
Lamberet, & frondes illeſæ in ſtirpe virerent.
Hęc eadem niueæ quondam impenetrabile lanæ
Nimbis vellus erat, cum latè cuncta maderent
Imbribus effuſis circum, tellusq; nataret
Humida, ni veterum vana eſt prudentia vatum.
Hæc mecum, & toto penitus nox pectore abacta eſt.
Haud mora prodigijs tantis facit ipſa fidem res.
Iam diffuſa canit Galilæa per oppida fama
Inuentam (portentum ingens) in montibus altis
Nuper anum, quæ ſuprema iam affecta ſenecta
Plena viro attulerit ſobolis ſpem: cum tamen acta.
Infœcunda illi fuerit, ſteriliſq; iuuenta.
Tum mihi ſponſa: puer cœli demiſſus ab oris
Hoc, inquit mihi prædixit: nam cuncta recordor.
Hæc anus eſt, hæc Heliſabe mihi ſanguine iuncta,
Cui ſextum luna grauidæ iam circuit orbem.
Nec plura: extemplo placet ire, & ſtirpe propinquam
Viſere anum, gradimurq; ambo ſuper alta locorum,
Tectaq; Zachariæ petimus procul ardua vatis:
Vix primum attigeram limen (mirabile dictu)
Occurit tremebunda anus, intrantiq; puellæ
Optatos dedit amplexus. Deus amplexantem

*miniſtratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria: ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi propter gloriam vultus eius quæ euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? * Lamberet, leniter aprendere videretur. * illeſæ non exuſtæ. * in ſtirpe in trunco. * impenetrabile vellus. ſignum hoc gedeon a domino poſtulauit dicens: ſi ſaluum facis per manum meam populum Iſrael ſicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area. ſi ros in ſolo vellere fuerit, & in omni terra ſiccitas. ſciam quod per manum meam liberabis Iſrael. factumq; eſt ita. & de nocte conſurgens expreſſo vellere, concham rore impleuit. iterum orauit gedeon: vt ſolum vellus ſiccum eſſet, & omnis terra rore maderet, fecitq; dominus vt poſtulauerat. Et fuit ſiccitas in ſolo vellere. & ros in omni terra. de primo ſigno velleris irrorati: ſic cecinimus in noſtro Alphabetho de laudibus virginis. Rore tu vellus gedeonis illud Molle, compluta & grauidata ſacro. Quod premens ſummus pater irrigauit, Arida mundi. de hoc velleris ſigno canit etiam ecleſia. quando natus eſt ineffabiliter ex virgine, tunc impleta ſunt ſcripturæ: ſicut pluuia in vellus deſcendiſti: vt ſaluum facere genus humanum te laudamus deus noſter: item canit Rorate cæli deſuper & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra & germinet ſaluatorem. de hoc vellere & Hier. ſic ait. hoc quippe eſt quod Dauid canit. deſcendit ſicut pluuia in vellus, vellus itaque cum ſit de corpore neſcit corporis paſſionem. ſic & virginitas cum ſit in carne vitia neſcit carnis. cæleſtis planè imber in virgineū vellus placido ſe infudit elapſu. & tota diuinitatis vnda ſe contulit in carnem quando verbum caro factum eſt. ac deinde per crucis patibulum expreſſum terris omnibus pluuiam ſalutis effudit. & ſtillicidia gratiæ humanis preſtitit mentibus. * ni vana eſt pr, quod ne quaquam dicendum eſt. non. n. (vt ait Petrus) voluntate humana allata eſt aliquando prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. * nox pect, ab, inſcitia et obſcuritas intelligentiæ ſcripturarum a mente fugata eſt. Galilæa per op, accuſ, cā, nam poſſeſſiuum nomen eſt. * in montibus altis iudeæ. in quibus erat habitatio Zachariæ atque Heliſabeth. * anum. Heliſabeth Zachariæ vxorem de qua & ſupra dictum eſt. * Suprema aff, ſen, vt quæ iam proceſſerat in diebus ſuis. * plena viro .i. grauida ex marito Zacharia. non ſpiritu ſancto ſuperueniente. vt Maria virgo: quæ nec primam ſimilem, viſa eſt nec habere ſequentē. * tum mihi ſponſa virgo Maria. nam eſt Ioſeph qui loquitur hæc omnia coram Pilato vt viſum eſt ſupra. * puer, miniſter dei angelus Gabriel. * & ſtirpe propinquam. refert Petrus Natalis venetus equil: epiſcopus in ſuo ſanctorum cathalogo. in Heliſabeth vita quod ideo cognata virginis Mariæ dicta eſt, quia conſobrina eius fuit. nam anna & Yſmeria ſorores extiterunt filiæ agarin. Ex yſmeria, Heliſabeth nata eſt. ex Anna Maria. * ſuper alta locorum. in montana iudeæ. non habetur ex euangelio quod Ioſeph ierit cum Maria. probabile tamen eſt quod non dimiſerit eam ire ſolam. ſic autem dicitur in euangelio exurgens Maria abijt in montana cū feſtinatione in ciuitatem iuda & intrauit in domum Zachariæ & ſalutauit Heliſabeth. * Deus amplexantem inu, factum eſt enim vt audiuit ſalutationem Mariæ Heliſabeth. exultauit infans in vtero eius & repleta eſt ſpiritu ſancto Heliſabeth. * calor ſpiritus ſancti qui ad ſalutationem virginis prius impleuerat Ioan. quem in vtero geſtabat anus. deinde filius repletus ipleuit & matrē. vnde dixit Ambroſius

Ros in vellere quid ſignificet.

Iudi. vi. 6.

Hier. in ſermone de aſſumptione Virg. M.

Pmelius. gētium conuerſionem arida remanēte iudea perfidia.

2 Petri c. I

Elyſabeth viſitatio.

Eliſabeth quomodo cognata Mariæ.

Luca I.

Amb in ho. brosius. vocem prior Heliſabeth audiuit. ſed Ioannes prior gratiam ſenſit. illa naturæ ordine audiuit:
ſexurgens iſte exultauit ratione myſterij. illa Mariæ, iſte domini ſenſit aduentum. * tales loq, exclamauit enim
Maria abijt voce magna & dixit. Benedicta tu inter mulieres; & benedictus fructus ventris tui. * ante alias, for,
ſ monta. par, quia nulla vnquam fuit tanta gratiæ particeps, nam ſola diuini germinis parens eſt. * vteri tui pon, ſubaudi fortunatum ac benedictum eſt, vnde & tibi tanta venit benedictio. * vnde rep, m, quaſi verbum ex verbo expreſſit: dixit .n. & vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? * vnde hæc affulſit. non quaſi ignorans hoc dicit ſcit .n. ſpiritus ſancti gratiam & operationem eſſe. vt mater domini ad profectum prophetæ ſui pignoris matrem ſalutet. ſed quaſi non humani hoc meriti, ſed diuinæ gratiæ munus eſſe cognoſcat, ita dicit, vnde hoc mihi? hoc eſt qua iuſtitia, quibus factis? pro quibus meritis? * electam de mill, u, nam ſicuti filius eius electus ex millibus vnus. ſic & virgo Maria dicitur electa vt ſol. quia eſt electa ex millibus vna. * dignantem has ſe, ſubaudi. inuiſere. hinc dicit Ambroſius, diſcite Mariæ humilitatem, venit propinqua ad proximam. & non ſolum venit ſed & prior ſalutauit. eſt etiam cauſa pietatis. quia ſuperior venit ad inferiorem, vt inferior adiuuetur. Maria ad Heliſabeth, Chriſtus ad Ioannem. * vix pri, at, dicitur in euangelio ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis exultauit in gaudio infans in vtero meo. * felix diua par, & beata quæ credidiſti: quoniam perficientur ea quæ dicta ſunt tibi a domino. * credere vide (ait Amb.) minime dubitaſſe Mariam ſed credidiſſe & ideo fructum fidei conſecutam. beati quoq; vos qui auditis & creditis: quæcunq; crediderit anima. & concipit. & generat dei verbum. & opera eius agnoſcit. * præſagis: non diuinas. ſed non adhuc præſentis. * iam nunc ades. hoc eſt iam nunc præſta nobis gratiam & fauorem tuum. quaſi diceret iam nunc votis aſueſce vocari. * orbis caſ. mundi ruinas. tunc

[illegible]
Inuaſit, ſubitusq; ſub oſſa repente cucurrit
Ima calor, taleſq; dedit venerata loquelas.
Longè vna ante alias, tu fortunata parentes
Tuq; vteriq; tui virgo ſanctiſsima pondus.
Vnde repente mihi tanta indulgentia cœli?
Vnde hæc affulſit feræ tam clara ſenectæ
Tempeſtas? fas ecce dei vidiſſe parentem,
Et coram affari lectam de millibus vnam
Dignantem has ſedes, meaq; vltro in tecta profectã.
Nam mihi (vix primum attigeras hæc limina) pectus
Emicuit, ſaliensq; vtero ſignum edidit infans.
Felix diua parens ſuperum gratiſſima regi,
Syncera ſpectata fide, quæ credere veris,
Dum tua nondum animo præſagis gaudia, dictis
Haud verita es; promiſſa manent pueri alitis ecce
Certa tibi, iam nunc ades; orbisq; aſpice caſus
O cœli regina, hominum miſerata labores.
Dixerat, at teneri qualis roſa plena pudoris,
Eccleſiaſt. i 3. Haud animis elata tumentibus aurea virgo
Lucæ 1. Cœlicolum regi laudes læta canebat,
Quod ſe tam prope ſydereo aſpexiſſet olympo
Indignam bonus, atq; humilem nil tale merentem,
Exultansq; ſuos ſibi vaticinatur honores
Promiſſos atauis, priſcisq; parentibus olim.

.n. late per orbem regnabat demon. nec notus niſi in iudea erat deus. ſed & populi iudeorum iacebant quaſi oues nõ habentes paſtorem. * o cœli regina iam in ſpe & mox futura in re. nam & angeli poſt aſcenſionẽ eius docuerunt nos homines hoc modo eam ſalutare. Aue regina cœlorum, Aue domina angelorum. Salue radix ſancta ex qua mundo lux eſt orta &c. * roſa, matutino pallore ſuffuſa. * haud animis elata, ex benedictionibus predictis ingentibus. obediebat enim dictis ſapientis. Quanto magnus es tãto humilia te ĩ omnibus. * laudes læt, can, non ſuas ſed dei. dixit enim Magnificat anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo: quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ &c. vſque in finem illius cantici. * quod ſe indignã. ſuper quibus ver- Magnificat anima mea dominum. Humilitas Mariæ.

Aug in ſermone de aſſumptione. bis exclamat Aug. o vera humilitas, quæ deum hominibus peperit. vitam mortalibus edidit: cœlos innouauit: mundum purificauit: paradiſum aperuit: & hominum animas liberauit: facta eſt Mariæ humilitas ſcala cœleſtis. per quam deus deſcendit ad terras. * aſpexiſſet. quid eſt dicere, reſpexit? niſi approbauit. multi enim videntur in conſpectu hominum humiles eſſe, quorum humilitas, adeo non reſpicitur. ſi enim verè humiles eſſent, inde ab hominibus non ſe laudari vellent. non in hoc mundo ſed in deo ſpiritus eorum exultaret. * ſuos honores. ecce enim (inquit Maria) ex hoc beatam me dicent omnes generationes. quia fecit mihi magna qui potens eſt & ſanctum nomen eius. * promiſſos atauis

*atauis, hoc eſt quod cecinit Maria. ſuſcæpit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ. ſicut locutus eſt ad patres noſtros Abraam: & ſemini eius in ſæcula. * ex illo .s. tempore quo Maria viſitauit Heliſabeth. * quanta portenta. improprie. nec enim in longum portendebant tempus ſed mox futura quæ deſignabant. * preſagaq; ſigna. ea fuerunt miracula quæ in ortu & in circonciſione & nominis impoſitione Ioannis Baptiſtæ contigerunt. * omnipotens quia deus & dei filius. * infans quia Mariæ filius nec dum natus. vna etenim erat in duabus naturis perſona. * Lumina vitæ, naſcendi horam. * renarare, iamdudum ab alijs narrata referre. * caſpia regna, fines aſſyriorum ſunt in quibus* (Caſpiæ pilæ) *dicit Plinius eſſe πυλας. ideſt portas caſpias: vnde iter eſt ad medos. panduntur autem hæ portæ itinere manu facto Mill. viij. paſ. Longo. latitudo via vix eſt plauſtro permeabilis. ad quas accedere nõ niſi hyeme conceditur propter ſerpentes verno tempore illuc vndiq; confluentes. intra hæc regna caſpia & pylas has tranſlatæ fuerunt a Salmanaſar Aſſyriorum rege x. tribus filiorum Iſrael. in haylam & in Albor ciuitatibus medorum iuxta fluuium Gozam. ideo non eſt mirum ſi inde data ſunt reſponſa naſci regem inuictum. nam in eo populo erant aliqui profetæ vel qui legerant vaticinia Iſaiæ, Hyeremiæ, Danielis, Dauid & cæterorum prophetarum domini & cognouerant adeſſe tempus meſſyæ .i. Chriſti aduentus olim patribus eorum promiſſi. Suetonius quoq; in vita cæſaris dicit reſponſa eſſe data per totum orbem náſci Inuictum Imperatorem. quæ res callide a demonibus Chriſti aduentum trepidantibus ideo propalata eſt. vt gentes Auguſtũ Cæſarem hunc eſſe inuictum imperatorem credentes minus ad Chriſtum eodem tempore naſciturum aduerterent, multa etiam ſibyllæ (vt eſt apud lactantium) ſuis carminibus Chriſti ortum predixerunt. * Nilus ægipti fluuius de quo ſupra dictũ eſt.* (4 Reg. 18.) (Aegiptidola corruere.) ** ægiptus trepid, propter metum ruinæ idolorum. quæ. paruulo adhuc domino noſtro Ieſu Chriſto illuc a parente tranſlato dicuntur corruiſſe. * veſtri, romani nam ad preſidem romanum loquitur. * audierant, max. ex reſponſis ſybillæ cumeæ quæ & Chriſtum predixit ex virgine naſciturum, & multa de eius miraculis ac horrenda morte vt oſtendit Aug. huius ſibillæ Verſuum capita (vt Phocianus docet) ita ſe habent vt primæ littera ſimùl collecta conficiant ιησος χριστος θεουυς σωτηρ. Ieſus Chriſtus dei filius ſaluator. at Vergilius gentilis huiuſque Theologiæ ignarus ad Octauianum eius ſibyllæ carmina retulit dicens vltima cumæi venit iam carminis ætas Magnus ab integro ſeclorũ naſcitur ordo. Iam redit & virgo redeunt ſaturnia regna: iam noua progenies cælo demittitur alto &c. multa de Chriſto vaticinia etiam gentilibus data colligit Auguſtinus in libr. de ciui. dei. & Lactantius. Greg. quoq; in moralibus, Chriſtum Iudeorum & gentilium voce prophetatum qui pro ſalute vtrorumq; venerat. * ſi vera eſt fama. non dubitat. ſed ponitur ſi pro quia. vt in illo verſu. ſi deus eſt animus nobis vt carmina dicunt. * inuictum regem, Chriſtum, quem tametſi iudei interfecerint. & gentiles romani membra eius diutius perſecuti fuerint, a mortuis tamen reſurgens & ad dextram patris ſedens de occiſoribus triumphat. & Martyres ſuos tyranorum victores effecit & in cælo victoriæ palmam eis contulit & aurea decorauit corona. * his ſignis. Paulo ſupra adductis. * numinis inſtar. quia verum deum ſummi patris filium vtero geſtabat. * victum, gr, dicit Hieron. dum eſſet adhuc in templo hora nona ab angelo, cæleſti cibo refici ſolitam. quãto itaq; magis poſt conceptum dei filium? * volucer puer. angelus miniſter velox. * ſæpe intrantem. nec mirum. nam & ante (vt ait Hier.) quottidie ab Angelo frequentabatur. quottidie diuina viſione fruebatur* (Sybilla cumea) (Egloga 4.) (Si pro quia.) (In libro de nat Mar.)

Ex illo quanta immenſum portenta per orbem
Terruerint hominum mentes, præſagaq; ſigna,
Limina dum vitæ omnipotens attingeret infans,
Longa renarrare eſt mora, iam tunc caſpia regna
Reſponſis vatum horrebant: iam Nilus & omnis
Aegiptus trepidare, omnes orientis & vrbes,
Veſtri etiam audierant (ſi vera eſt fama) per oras
Auſonias iam iam venturum lucis ad auras
Inuictum regem, cui paſſim cederet orbis
Regnandus, qui ſe patria virtute potentem
Seq; ſuumq; genus ſublimi inferret olympo.
His tandem certus ſignis ego numinis inſtar
Plenam vtero ſupplex ſponſam venerabar, & vltro
Parebam. victum grauida, & diuina ferebat
Pocula de cœlo volucer puer. illum ego ſæpe
Intrantem thalamum manifeſto in lumine vidi.
Iamq; optanti animo diuini tempora partus
Expectabam ardens, ſed ſpem mora iniqua trahebat,
Et ſæpe hæc cupido repetebam pectore mecum.
Si modo, ſi mihi cœleſtis ſe oſtendere coram

Matth. 13. fruebatur.* ardens maximo ex deſiderio videndi Chriſtum in lege promiſſum. ſciebat enim beatos fo-
re oculos eorum qui eum viſuri erant. quem multi reges & prophetæ cupierant videre & non vide-
rant.* mora, nouem menſium. iniqua .i. grauis expectanti.* ſi, modo, rogantis eſt ac optantis ad- Si .i. vtinam.
uerbium, non dubitatiua coniunctio. quale & illud æneæ. ſi nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus.
& eſt per ſe plenum ſicut, o, licet perſius has iunxerit, & quaſi pro vna poſuerit particula O ſi e-
bulliat patrui præclarum funus & oſi.* quando: pro ſiquidem.* purpureos flores. roſas. eſt enim
periphraſis. quæ purpureum ac roſeum ſanguinem eius pro noſtra redemptione effundendum ipſo co-
lore deſignant.* candentia lilia. & hæc puriſſimam eius innocentiam demonſtrant. ſicut ipſe de ſe ca
nit in canticis. Ego flos campi & lilium conuallium.* deo ven. ad lim. lucis. hoc eſt naſcituro. ſal-
uator enim mundi (vt ait Aug.) per matrem naſcendi accepit tempus, qui de patre natiuitatis non
habent tempus; qui in æternum cunctorum eſt creator, naſcendo factus eſt nobis ſaluator.* o mihi ſi
rogantis & optantis eſt, vt ſupra.* ſublata for, demonum inſidiantium & tyranorum per-
ſequentium, per donum fortitudinis in pectora fidelium infuſa. quod factum eſt in die Sancto pen-
thecoſtes. & iterũ cum oraſ-
ſent vt ſpretis principum minis
liceret eis cum omni fiducia. lo
act. 4. qui verbum dei. motus eſt lo-
cus in quo erant congregati.
Et repleti ſunt omnes ſpiritu
ſancto: & loquebantur ver-
bum dei cum fiducia. Et poſt
pauca ſubditur. virtute ma-
gna reddebant. apoſtoli teſti-
moniũ reſurrectionis Ieſu Chri
ſti domini noſtri. & gratia ma
gna erat in omnibus illis.

Non fugiat puer ante obitus, quando omnia de ſe
Rettulit ipſa mihi virgo pulcherrima vera.
Purpureos flores metite, & candentia plena
Lilia ferte manu, venienti ad lumina lucis
Dona parate deo, puerumq; inuiſite regem.
O mihi ſi quoq; tam longe ſuprema ſenectæ
Pars maneat, quantum valeam tua cernere facta
Sancte puer, cum ſublata formidine mundum
Pacabis, patrioq; deus regnabis olympo.
Tum pax alma colet terras, pietasq;, fidesq;,
Quæq; labat nunc relligio, atq; reſurgere vbiq;

* re-
gnabis. ſemper regnauit vt deus. vt chriſtus verò poſt mortem & reſurrectionem regnum accepit ſi-
Matth. vltimo. cut & ipſe dixit diſcipulis. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, & Ioan: in apoc. di-
ap. 5. gnus (inquit) eſt agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem & diuinitatem, & ſapientiam & forti-
tudinem, & honorem & gloriam, & benedictionem. & omnem creaturam quæ in cœlo eſt & ſuper
terram & ſub terra, & quæ ſunt in mari, & quæ in eo.* pax alma, non quam mundus dat. ſed ea pax.
Luc. 2. quam annunciauerint angeli dicentes, gloria in excelſis deo: & in terra pax hominibus voluntatis bo-
Io. 14. næ & quam ipſe moriens diſcipulis reliquit dicens. pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis non
turbetur cor veſtrum neque formidet. quamq; a mortuis reſurgens ſalutando eis dedit. vſque tertio
Io 20. dicens pax vobis. vt triplicem eſſe indicaret. pectoris: proximi: & dei. eſt autem hæc Chriſti pax (vt
Aug. de verbis domini ait Auguſtinus) ſerenitas mentis: tranquillitas animi: ſimplicitas cordis: amoris vinculum & con-
ſortium charitatis. pax verò mundi huius. exterior eſt. & plerumq; ad malum vnde & illis qui eã
Ezech. 16. habent magis nocet quam proſit. ſicut ſodomæ cuius ſubuerſionis occaſiones tempore pacis longæ fue-
Eſaiæ 2. runt hæ. ſuperbia, ſaturitas panis abundantia, & ocium.* colet terras. tunc etiam adimpletum eſt
illud Eſaiæ vaticinium de aduentu Chriſti. & conflabunt gladios ſuos in vomeres: & lanceas in fal-
ces. tunc etiam a romanis ſub Auguſto cæſare clauſum eſt templum belli. quæ pax terrena ideo data
eſt orbi: ne propter bella impediretur euangelij publicatio.* pietas, verus dei cultus. qui tunc cœpit Pietas.
innoteſcere etiam gentilibus impietati deditis idolorum.* fides. quæ religionis Chriſtianæ fundamen- fides.
tum eſt. ſine qua (vt ait apoſtolus) impoſſibile eſt placere deo. quam & ipſe ſic deſcripſit. eſt fides
Cic. off. 1. ſubſtantia ſperandarum rerum argumentum non apparentium. & hæc eſt theologica virtus. aliter ac-
cipitur fides a Cicerone. qui eam fundamentum iuſtitiæ nuncupat, eo quod fiat id quod dictum eſt.
* quæq; labat nunc relligio. tamet ſi tempora loquentis Ioſephi planè reſpicit. nihilominus & noſtra Religio.
tempora arbitror vatem redarguere. in quibus. adeo labat relligio, vt non modo ſeculares, apud quos
ferè extincta eſt. ſed & ipſos religioſos fratres, monacos ac virgines deo dicatas hæc virtus de ſe-
ruiſſe videatur. numquam .n. viſi fuere tot apoſtatæ vtriuſq; ſexus. & quod grauius eſt alicubi palam
egreſſi de monaſterijs religioſi nubunt.* iuſtitiam. vt Dauid vaticinium impleretur orietur in die- Iuſtitia.
bus eius iuſtitia & abundancia pacis. & veritas de terra orta eſt. & iuſtitia de cœlo proſpexit. de
qua dominus in euang. niſi abundauerit iuſtitia veſtra plusquam ſcribarum & phariſeorum, non in-

trabitis in regnum cælorum. eſt autem iuſtitia qua iubemur honeſte viuere, alterum non lædere, ius ſuum vnicuique tribuere. porrò & dicitur vniuerſalis virtus cæteras omnes includens. hic autem ca pitur pro obſeruatione omnium mandatorum dei tam veteris legis quam nouæ. de qua rurſus monuit dominus attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mer- Matth. 6. *cedem non habebitis apud patrem qui in cælis eſt. * mirabitur, quaſi prius deperditam. nam iudei i-* Roma 10. *gnorantes iuſtitiam dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ dei iam non erant amplius ſubiecti. fu-gerat preterea virtus hæc polytica ex orbe propter bella continua & rapinas cædeſq;. quare dixit Oui dius. vltima virtutum terras aſtrea reliquit. ad quem videtur hic vates alluſiſſe. vt quas virtutes* Ouid. Met. *ille canit fugiſſe. dicat iſte rurſus in orbem rediſſe * in falces. hoc eſt Eſaiæ vaticinium de quo ſupra.* lib. primo. ** aurea ſecla. optima. nam tunc miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi. iuſtitia & pax oſculatæ* Pſal. 84. *ſunt. * recognoſcens populos. hic agreditur narrare natiuitatem domini. nam cum exiſſet edictum* Lucæ 2. *(vt ait Lucas) a Cæſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis. ibant omnes, vt profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit & Ioſeph a galilea de ciuitate Nazareth, in iudeam Ciuitatem Dauid quæ vocatur Bethleem: eo quod eſſet de domo & familia Dauid. vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore pregnante. * rerum cui ſum. pot. vt qui domito dominabatur orbi deuictis lepidi & Antonij partibus: domino autem dirrigente, Auguſtus hoc edictum poſuit. vt matrem domini attraheret in patriam quam prophetæ prædixerant. ſ. in Bethleem iudæ ciuitatem Dauid. & vt dominus alibi conceptus, alibi natus, inſidiantis herodis furorem facilius euaderet. * vnde genus duco.* Chriſti paupertas. *vnde & ipſa virgo. nam lex diuina præcipiebat coniugales copulas ex eadem progenie contrahi. * horrenti culmo palearum. ſ. tugurioli pauperis eſt deſcriptio. ab ipſis primordijs ſuperbiam humanam volebat conculcare. nam ſi voluiſſet, venire poterat mouendo cælum, concutiendo terram. emittens fulmina. non autem ſic proceſſit.*

Iuſtitiam in melius verſus mirabitur orbis.
Tum ferus in falces curuas conflabitur enſis,
Aureaq; incipient mundo ſuccedere ſecla.
Sic ego ſæpe moras mecum lenire ſolebam,
Et magis vſq; animo mihi ſpes accenſa vigebat.
Forte recognoſcens populos numerare iudebat
Auguſtus Ceſar, rerum cui ſumma poteſtas.
Ipſe igitur veteris repetebam mœnia Bethles,
Vnde genus duco, quo me quoq; ciuibus vrbis
Insererem, nomenq; meum, nomenq; meorum.
Sponſa ſequebatur Nazaræ ab ſede profecta.
Vix patriæ intraram muros. & rara domorum
Tecta, ſoporiferis cum nox cœlum abſtulit vmbris,
Eſt ſedes deſerta humilem ingredientibus vrbem
Horrenti culmoq;, & carice tecta paluſtri,
Agricolis olim ſtatio gratiſsima, ſi quos
Rure procul patrio nox deprendiſſet in vrbe.
Namq; alijs procul a tectis ſummota recedit.
Huc igitur feſsi pariter ſuccedimus ambo.
Seu caſu, ſeu ſic rector ſortitus olympi,
Vt potius reor, & potius fas credere duco.
Natum etenim non ſolum extrema per omnia vitam
Ducere, & in terris indignos voluere caſus.
Verum etiam tecto voluit ſub paupere eundem
Naſci, humiliq; domo miſerabilem, & omnium egenũ.
Principio in ſtabulis pandum ad præſepia ſiſto
Quadrupdem, auxiliumq; viæ, onerumq; leuamen,

quia non perdere ſed ſaluare volebat. atq; ideo non palatiũ Auguſtum, ſed humile tugu riolum in quo naſceretur elegit pauperem & matrem, qua nec haberet vbi tenerũ reclinaret. infantem & pro cunabulis regijs præſepio viliq; vti cogere- Carex *tur. * carice, herba viliſſima aculeata ſpinis qua paſcuntur aſini. * ſtatio gratiſſima. quia nihil ſtabulario pro mora diuerſorij habebant impendere. * recedit, in receſſu vrbis eſt poſita, a frequentia ciuium ſemota eſt. eſt autem (vt ait ſeruius) pulchra trãſlatio, quotiens rei mobilis ad immobilem vel contra transfertur officiũ. * fas duco: quinimo neceſſe eſt ſic credere. nam quæcumque ſunt, a deo ordinata ſunt. nec enim voluit tantũ homo qualiſcumque fieri. ſed & homo* Paupertas chriſti. *pauperrimus. vt qui paupertatem venerat commendaturus & pauperes beatificaturus in ipſo natiuitatis exordio noluit habere vbi caput reclinaret. exemplum nobis ex ſe ipſo præbuit ne inopiam horreremus quę hu-* Pandus da dum *militatis eſt parens & inimica ſuperbię. * pandum quad, aſellum. ſic dictum quod pandes .i. latas & longas habeat aures. vel dorſum ſemper expanſum, ad onera ſuſcipienda. * in ſtipulis. pro mollibus*

plumis

*plumis, heu quam duron ſtrata mundi regina, & filij dei noua mox puerpera iacet? * Bos erat. nō a Ioſepho vult eſſe ductum hunc bouem vates, ſed a paupercula neſcioqua agricola qui & ipſe illuc forte diuerterat. alij tamen dixerunt bouem ſicut aſinum ipſius Ioſephi fuiſſe. vt eo vendito pro ſe & Maria Cenſum Imperatori in profitendo exolueret. * quem, non ſolum ſed cum altero, a ſimili ſibi inope commodo accepto ne obijciatur. quo paſſo iugum bos ſolus potuerit ſubire & arare, * ſera nocte. anxietatem bubulci egentiſſimi agnoſce. * ab agro conducto, non ſuo. & hic inopiam aratoris perpende, qui agello carens proprio, circa alienum anxius adeo laborabat. vt non niſi ſera nocte ab opere diſcederet. * tolerare, vt cumque ſuſtentare. * famem auertere, ſignatis vtitur verbis. nec .n. dicit vel pane filios ſaturare. ſed vix famem leuare. quod multo minus eſt. * nox media. tempus natiuitatis domini deſcribit. mediā vz. noctē in qua & eccleſia primam ex tribus miſſam canit cuius hic eſt introitus. Dum medium ſilentiū tenerent omnia: & nox in ſuo curſu medium iter peragerēt: omnipotens verbum tuum domine a regalibus ſedibus venit. legimus diuum Bernardū virginis Mariæ deuotiſſimum, cum horam dominicæ natiuitatis, ſcire exoptaret, media nocte infantulum Ieſum quaſi mox natum vidiſſe. ex cuius viſione non ſolum ſpiritualigaudio repletum eſſe. ſed & ſenſum acutiorem ſermonemq; copioſiorem circa illud myſterium accepiſſe nouerunt, qui ſermones eius de conceptione & natiuitate domini legerunt. * Saxo. duriſſimo pro ſene ſtrato. ſed dura, & non molliter quieſcentibus, viſiones apparent diuinæ. Nam & ſponſa in canticis dicit per lectulum meum quæſiui quem diligit anima mea, ſed non inueni. contra verò Iacob cum ſuppoſito lapidi dormiens inhæreret. vidit apertos cælos & ſcalam, cuius ſummitas cælum tangebat: & Angelos aſcendentes ac deſcendentes per eam. dominumq; innitentem ſcalæ ac ſibi loquentem audiuit. * victus ſomnus a duritia ſtrati. * altus. profundus. * lux ingens ex infantulo nuper nato egrediens. tunc enim adimpletum eſt illud vaticiniū & nox ſicut dies illuminabitur. vt illa lux quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. * magalia pauperculum illud paſtorale tuguriolum, vilis illa domuncula, tenue illud congeſtū ceſpite culmen. * ſtramina. q; palearum culmi, & quicquid ſubſterni ſolitum eſt. ſtramen ac ſtramentum appellatur. * nudum infantem: ecce maxima domini dei noſtri dignatio: qui in ſua maieſtate ſicut ait propheta, amictus eſt lumine ſicut veſtimento: ipſe in aſſumptione noſtræ fragilitatis infantulus nudus natus eſt, deinde exiguis ac vilibus pannis contegitur: vt nuditatem noſtram. iterum immortalitatis ſuæ ſtola contegeret. * teneram in duris. auenis color a contrarijs. ſimile quoddam in odis natalitijs nos quoq; luſimus. Ecce ab eterno genitore natus: Matre conceptus modo temporali: Qui dat & vitam, moriturus exit: ſit deus inſans: tanta maieſtas tuguri ſub vmbra, vilibus pannis deus inuatur. Aſpera mollis patiturq; ſæua frigora artus. Quid tunc puluis? cinis & futurus? In creatorem erigens ſuperbus? Quid putas cælum penetrare cordis? Non homo vermis. En ſator mundi tuus & redemptor, pro ſinu patris modo viminali clauſus. Anguſto, boue conſonatur. Hinc & aſello. &c. * modo pauper. pro nobis factus exemplar noſtri. cuius tamen vt domini eſt terra & plenitudo eius: orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo. * nullo nixu, n, e, d; ſic & Gregorius ait: huius iucunda portatio: ortus immaculatus: partus facilis: abſq; corruptella natiuitas. nec ex lexu incipiens nec doloribus edita. quia namq; ea qua natura noſtra mortem per culpam incurrit: damnata eſt, vt cum doloribus pareret: oportebat parentem vita cum gaudio partum perficere. * bos bi. b. c. tunc adimpletum eſt quod dixit Eſaias propheta: cognouit bos poſſeſſorem ſuum: & aſinus*

Quem iuxta in ſtipulis ſe ſe locat inclyta virgo
Quippe alia interior domus vlla haud parte vacabat,
Bos erat a læua teridum flans ore vaporem,
Quem pauper campis luce exercebat arator,
Pauca ſoli curuo ſuſpendens iugera aratro,
Nec ſera niſi nocte domum repetebat ab agro
Conducto, vitam vt poſſet tolerare labore
Ipſe ſuo, atq; famem paruus auertere natis
Et iam nox medium ſpacium confecerat horis,
Cum mihi, qui ſaxo hærebam iam lumina victus
Somnus abit, neq; enim merſū tunc me altus habebat.
Ecce oculos fulgore nouo lux occupat ingenes.
Diffulget intus late magalia, quæque
Stramina tetra modo horrebant, nunc aurea cernas.
Exurgo: aſpicio iuxta præſepia nudum
Infantem radiis illuſtrem, ac luce coruſcum.
Quem virgo teneram in duris modo pauper auenis
Ediderat nullo nixu, nullo ægra dolore.

Bos & aſellus.

Nocte media natus eſt chriſtus.

vide miſſalem nocte i introitu miſſe. & ſapientiæ 18.

Nat. d. n. i. ch.

Vide hyſtoria eius in catalogo et i breuiario

viſiones diuinæ quibus.

cant. 3.

ge. 38.

pſal. 138. Io. 1.

ſtramen.

pſal. 105.

vide lib. odarum noſtrarū ode 8.

pſal. 23. greg. in ho. nat. domini

Maria ſine dolore parit.

gen. 3.

Eſa. 1.

nus præſepe domini ſui Iſrael autem me non cognouit : & populus meus non intellexit. Ecce qui panis eſt angelorum in præſeptio reclinatur. vt nos quaſi ſancta animalia carnis ſuę frumento reficiat, reperit etiam (vt ait Cyrillus) hominem factum beſtialem in anima. & ideo in præſepio loco pabuli ponitur: vt vitam beſtialem mutantes, ad conſonam homini perducamur ſcientiam. comedentes deinceps non fœnum ſed panem cæleſtem, vita corpus, * vtroq; poplite. etenim quem genuit adorauit. * lachrimis obortis. præ gaudio quod ex vtero ſuo natus eſſet deus, & redemptor ſuus. * aſtrorum facies quæ pulchrior, & luminibus noſtris gratior, poſt longum pluuia tempus ſolet apparere. * frigidus Boreas quia ex ſcitica niuali regione venit. vnde & glacialis dicitur. * cęlum populans. aerem nubibus ſpolians. * caua nubila, cauernoſa ſpongioſa & bibula. * differt. aut diſſipat, vel in diuerſam cæli partem aufert. eſt enim ventus ſerenus vt alibi dictum eſt; & puto autorem alluſiſſe ad illud Virgilianum prognoſticon ſerenitatis. nam neq; tum ſtellis acies obtuſa, & reliqua. * ambobus, matri ac nato. * olidæ. id. minime redolentis: quin potius iniucundi odoris, ne dicam fetidæ. aut graue olentis. * pro picturatis cunis, pictura decoratis, vel ligno diſcolori interſectis. & picturam imitantibus quales vbiq; cernimus filiorum eſſe principum cunas. * pro murice. id eſt purpuræ loco: quæ muricis ſanguine tingitur. * & auro pro pannis aureis. vel auro intertextis. qualibus Deceret Imperatoris filium operiri. ecce (ait venerabilis Beda) qui totum mundum vario veſtit ornatu, pannis vilibus inuoluitur. vt nos ſtolam primam recipere valeamus. perquem omnia facta ſunt manus pedesq; aſtringitur. vt noſtras manus ad opus bonum excitet: pedesq; ſint in viam pacis dirrecti. * cætera, quæ in puerperijs ſolent adhiberi. * pauperies. propter te, o homo infirmitas hæc (ait Ambroſius) in ſe potentia: propter te inopia, in ſe opulentia. noli hoc eſtimare quod cernis: ſed quod redimeris agnoſce. plus o domine Ieſu iniurijs tuis debeo quod redemptus ſum: quam opibus quod creatus ſum. non prodeſſet naſci niſi etiam redimi profuiſſet. diues tamen hic vates mira & abundanti ſupellectile verborum ac ſententiarum pauperem inopis domini natalem exornauit atq; ditauit. ſiquidem Lucas euangeliſta his breuibus verbis retulit. factum eſt autem cum eſſent ibi. impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filium ſuum primogenitum: & pannis eum inuoluit. & reclinauit eum in præſepio: quia non erat ei locus in diuerſorio. * merſo orbi. in noctis tenebras. * conferto agmine, denſa multitudine. * paſtores. de quibus ſic ait Lucas. Et paſtores erant in regione eadem vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuũ. Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos: & claritas dei circumfulſit illos. & timuerunt timore magno: & dixit illis angelus. Nolite timere: Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. quia natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dominus in ciuitate Dauid & hoc vobis ſignum. inuenietis infantem pannis inuolutum & poſitum in præſepio. * auxerunt. ornarunt. * multiferi canna. i. calamis multipliciter perforatis. eſt enim paſtoralis fiſtulæ peryphraſis. de qua ſic ait Vergilius pan primus calamos cera coniungere plures inſtituit. de cuius inuentione late Ouidius quem vide ſi lubet. mihi. n. fabellas referre non placet. porrò Multifori. ſic inflectitur. hic & hæc multiforis & hoc multifore. ſic biforis & triforis. * ruſtica ſibila, ſtridulum & agreſte carmen. * ſtabula,

Differt. — picturata. — Georg. 1. — Lucæ 2. — Paſtores adierunt preſepe domini. — Fiſtula multiforis. — Metham. li. primo.

Aſtabant taciti bos hinc, hinc tardus aſellus,
Pabulaq; obliti pariter capita alta tenebant.
Ipſa etiam radijs fulgebat mater vtroq;,
Poplite ſubſidens, oculos demiſſa nitenteis
Ah nudum lachrimis paruum ſpectabat obortis,
Tendebatq; manus ſuffuſo lumine iunctas.
Aſtrorum qualis facies rorantibus vmbris
Poſt imbrem, ſiccis Boreas vbi frigidus alis
Ingruit, ac cœlum populans caua nubila differt,
Talis virgineo ſpecies acceſſerat ori.
Quid facerem? partem ſubieci ambobus amictus
Ipſe mei, atq; olidæ ſubſtraui terga bidentis.
Pro picturatis cunis, pro murice & auro.
Cetera pauperies, noxq; intempeſta vetabant.
Nec dum clara dies merſo diluxerat orbi,
Iam conferto aderant paſtores agmine & antri
Floribus, ac varijs auxerunt limina ſertis
Ruſtica multifori fundentes ſibila canna.
Vt ſtabula ingreſſi, ad præſepia lumina vertunt
Summiſsi, terramq; petunt, & numen adorant.
Mirabar mecum tacitus, fama vnde peragros
Hæc ſubito exiſſet, deq; ipſis quærere cepi.
Vnus quærentem ſic eſt affarier orſus.

locus

*locus omnis vbi iumenta ſtabulantur, ſtabulum recte dicitur. * ad præſepis. ſicuti fuerant admoniti, & pro ſigno receperant ſe inuenturos infantem in præſepio poſitum. * quærere cæpi ſic & nos in natalicijs carminibus exquiſiuimus. Dicite paſtores Bethleem quid quæritis vrbe? paſtorem natum quærimus ecce deum. & reliqua. * affarier orſus, ſic loqui cæpit. * partem exiguam. quinimo totam. nam more militari viciſſim noctis vigilias per ſtationes obſeruant. * gregem coactum in caulis ſimul adunatum. vnde & dictum eſt titire coge pecus. * vigilantibus. hinc Chriſ: Ioſepho quidem in ſomnis apparuit angelus: paſtoribus autem viſibiliter quaſi rudioribus. non autem angelus iuit hieroſolymam: non requiſiuit ſcribas & phariſeos. erant .n. corrupti: & pre inuidia cruciabantur ſed hi paſtores erãt ſinceri, antiquã conuerſationem patriarcharum & Moyſi colentes. Eſt autem ſemita quædam ad philoſophiam pducens innocentia. * ingens lux in tota ſerie veteris teſtamenti nuſquam reperimus angelos, qui tam ſedulo apparuere patribus, cum luce apparuiſſe. ſed hoc preuilegium recte huic tẽpori eſt ſeruatum quando exortum eſt in tenebris lumen rectis. & qui ex utero effunditur. coruſcat e cælo. terreno in diuerſorio iacet. ſed cæleſti lumine viget. * ne trepidate. mos hic eſt angelorũ bonorum illatum timorem fugare & deinde alacritatem ſubinferre, * noua gaudia, noui partus, noui regni nouæ adoptionis in filios dei. * e tenebris inferni exterioribus pios manes. & interioribus ignorantiæ, infidelitatis & peccatorum in ſeculo viuentes & victuros. * Priſtina. ad innocentiam prioris æui. & ad immortalitatem a primis parentibus amiſſam, * vicina vrbe. bethleem. ſine longius a grege vagandum putent. quod illis pauendum eſſet. * effultum ſtipula. pro mollibus plumis ſuper fæno & ſtipula iacentem. * ecce autem. u. p. ex. alis. hoc eſt quod ſubiunxit Lucas. Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo militiæ cæleſtis exercitus laudantium Deum & dicentium. gloria in altiſſimis deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. * cæleſtes pueri. ne parua vnius angeli videretur autoritas. poſtquam vnus ſacramentum nouæ natiuitatis edocuit: ſtatim multitudo cæleſtiũ agminũ affuit. * equitare per oras. tametſi vates poetice iocari videatur. altius tñ intuenti militiam cæleſtẽ deſcribit inſtar terreſtris. nam ducẽ illum comitabantur iam ad prælium accinctum qui poteſtates aereas illius fortis armati atrium mundi huius cuſtodienti debellaturus aduenerat expoliaturus ac effugaturus. de quo in euangelio: cum fortis armatus cuſtodit atrium &c. * ter ternis choris nouẽ enim ſunt vt alias dictum eſt. * luſtrauere circuiere. alludit ad illos Aſcanij ludos & romanorum puerorum de quibus Vergilius in quinto æneidos. * concentu, illo, Gloria in excelſis Deo & in terra pax hominibus bona voluntatis. * narrabant paſtores. vnde & in euangelio dicitur. & omnes qui audierunt mirati ſunt de his quæ dicta erant a paſtoribus ad ipſos. Maria autẽ conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo * in fantis facie nec mirum nam & angeli delectãtur in eam proſpicere. * hærẽtes pe. to. taliter nos quoq; in orationibus domino deo no-*

Pastores ſumus: in vicinis ſaltibus omnes,
Paſcimus: inſomnem vt nobis mos ducere noctis
Haud partem exiguam, atq; gregem ſeruare coactum,
Nocte ferè media vigilantibus aſtitit ingens
Lux cunctis ſupra caput, attonitisq; pauore
Ingenti talis vox eſt audita per auras
Ne trepidate viri, vobis noua gaudia porto.
Ille pijs toties promiſſus vatibus olim
Finibus his hodie natus deus. eximet ille
Et tenebris hominum genus, atq; in priſtina reddet.
Illum vicina fas vobis cernere in vrbe
Effultum ſtipula, atq; humile ad præſepe iacentem.
His moniti vicinam oculos torquemus ad vrbem,
Ecce autem volucer pictis exercitus alis
Cæleſtes ſupra pueri toto æthere viſi
Nubibus impoſiti liquidas equitare per oras.
Et mirum in morem celeri proludere cœtu.
Atq; vbi ter cœlum ternis toto agmine verſi
Luſtrauere choris, ter luſtrauere choreis,
Concentu petiere polum: longè ardua olympi
Reſponſant: lætis diſſultat plauſibus æther.
Talia narrabant, nec ſe ſe explere coruſci
Infantis facie poterant, fixiq; manebant
Herentes oculis, hærentes pectore toto:
Fulgebat puer ore, oculis, ac corpore ab omni
Diuino longè circum loca lumine complens,
Qualis puniceo ſe pandens ore, roſarum

Vide in li. noſtrorum obiarum.

Virg. egl. 3

Angelus quibus apparere

Angelus & cũ Luce apparue

Pſal. 109. Ambr. ſup Lucam.

Angel. bonmos

Luca 2.

effult.

Luc 11.

Luc 2.

dias. ſtro deceret honore. * dias oras. plagas matutinas. adueniente aurora, nam dius, dia, dium. ſignificat idem quod aereus, a, um. vnde & dicimus ſub dio ideſt ſub aere ſereno. ſunt & dia, quadam inſule Dia, ideſt Ioui olim ſacra. Naxos. & ſtrongiles. hinc & diales dicebantur flamines Iouis dixit & Cicero, ſolent eſſe diales flamines. modo & conſules diales habemus. qui vno tantum die Scōma eſt.
conſulatum geſſere. quare au-
dies dominus ē Hora apoſtoli. tem flori roſarum Dominus Ieſus comparetur ſupra dictum eſt. * verni diei. dies quoque ipſe Dominus eſt, & ſui duodecim apoſtoli duodecim ſunt hora huius diei. ſicut ait Auguſtinus ſuper illo verſu. nonne Duodecim ſunt hore diei. vt enim (inquit) diem ſe ſe oſtenderet duodecim diſcipulos elegit. hora ergo illuſtrentur a die. & per horarum predicationē credat mundus in diem & hinc ipſe dominus dixit. quam diu ſum in mundo lux ſum mundi. & me oportet operari donec

Cum primum dias flos viſit luminis oras,
Aut vbi ſole nouo roſeis orientis in oris
Enituit verni ſpecies patefacta diei.
Nos verò interea, quamquam indubitabile numen
Nouimus, atq; deum nec opis, nec lactis egentem,
Paruum alimus tamen, vt mortali ſemine cretum,
Vbera ſiccantem matris teneitumq; fouemus, Io. 11.
Inualidumq; artus mortalem quippe creatus
Mortali matris traxit de corpore partem.
Atq; ideo, vt veterum mos eſt antiquus auorum,
Imprimimus generis ſignum, ſamiaq; putamus
Exiguam teſta pellem genitalia circum:
Addimus & nomen, memoresq; vocamus Ieſum.
Vt quondam admonuit puer actus ab æthere præpes Io. 9.

dies eſt. bene ergo vates ortum domini ortui diei vernalis comparauit. * roſeis oris. roſarum colore aſperſis. * nos verò. ego Ioſephus & virgo Maria mater eius eſt, enim Sylepſis implicita. * atque deum, ex deo patre. deeſt. iccirco, nec opis nec l, eg. * paruum hominem & magnum deum cuius magnitudinis non eſt finis. * mortali ſem, cr, non virili. ſed puriſſimo ſanguine mortalis matris. * bubera, lacte de cęlo plena, vt canit eccleſia. & alibi. O glorioſa domina ex, ſu, ſy, qui te creauit prouide lactaſti ſacro ubere. & rurſus. Fęno iacere pertulit, preſepe non abhorruit: paruoq; lacte paſtus eſt, per quem nec ales eſurit. * tenerum, inualidum. mortalem. hec omnia ſecundum humanitatem pro nobis aſſumptam qua redimeremur, intellige. non ſecundum poteſtatem diuinam, qua æternus, fortis, potens & immortalis eſt. * atque ideo quia tener paſſibilis eſt & mortalis. * veterum auorum abraha, Iſaac & Iacob. nec enim ex Moyſe eſt circumciſio ſed ex patribus: vt ipſe do-
Circumciſio d n. I. ch. minus in euangelio teſtatus eſt. * generis, Abraę. cui data eſt circumciſio in ſignum. interioris circumciſionis. ſed de hac circūciſione ſupra late diſputatum eſt. hic autem narratur circumciſio domini Io. 7.
Ieſu & nominis impoſitio. de qua ſic ait Lucas. & poſtquam conſumati ſunt dies octo. vt circumci- fo. 41.
deretur puer: vocatum eſt nomen eius Ieſus. quod vocatum eſt ab angelo priuſquam in vtero conci- lucæ 2.
peretur. circumciſus eſt autem Chriſtus factus ſub lege, vt eos qui ſub lege erāt lucriſaceret. & ne vlla Ambr.
fieret iudeis excuſatio. nam niſi circumciſus fuiſſet obiicere poterant: q̄ nō poſſent incircūciſum Chriſtū Epiphanius
Samia teſta ſamia vaſa recipere. * ſamia teſta, acuto cultello petrino. nam antiqui, ſamiū acuere, & ſamiare acuere dicebāt. & quaſi ad ſamie teſte acumen vel aliquā reducere. etenim in Samo inſula fiebant vaſa fictilia nō parui
Samiæ ſybille vaticinium de Chriſto. precij. que & ſamia vocabantur. ex hac inſula fuit oriunda vna ex ſybyllis que inde ſamia dicta eſt. Eſaię. 45.
cuius hoc fertur de Chriſto vaticinium. tu ſtulta Iudęa deum tuum non cognouiſti ludentem mortaliū
putare. mentibus: ſed de ſpinis coronaſti: horridumq; fel miſcuiſti. * putamus, abſcindimus circumcidimus. * pel, Athanaſius
circūciſio quid ſignificat. gen, cir, periphraſis eſt circumciſionis, nihil aliud exprimebat circumciſio, niſi generationis vetuſte ſpoliationem, per hoc q̄ circumcidebatur pars corporis: qua corporalis natiuitatis cauſa exiſtit. hoc autē tunc temporis in ſignum futuri per chriſtum baptiſmatis: iccirco poſtquam venit ſignatum ceſſauit figura. vbi namq; tota vetuſtas tollitur per baptiſmum: ſuperfluū eſt quod partis ſectio præfiguret. * me- lucæ. 1.
mores, eius quod dixerat angelus Marie priuſquā in vtero conciperetur. dixerat. n. ecce concipies in Matt. 1.
vtero & paries filiū & vocabis nomen eius Ieſum. ſed & ipſi Ioſepho antequā naſceretur dixerat an-
Ieſus. gelus. pariet autem filium: & vocabis nomē eius Ieſum ipſe. n. ſaluū faciet populum a peccatis eorū.
* Ieſum. qui hebreo ſermone (vt docet Hiero.) ſaluator dicitur etymologiamq; nominis poſuit ang. ipſe dum dixit: ipſe. n. ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum nam oſtēdit eundem totius mundi ſaluatorem & noſtre ſalutis auctorem. ſaluat quidem non incredulos, ſed populum ſuum. hoc eſt in ſe

credantes

credentes. ſaluat nō tam à viſibilibus hoſtibus; quàm potius ab inuiſibilibus. hoc eſt a peccatis ſaluat
Philipp. 2. *non armis pugnando, ſed peccata relaxando. eſt autem hoc nomen Ieſu glorioſum omniq; cultu dignißimum & nomen quod eſt ſuper omne nomen. vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtiū terreſtrium & infernorum & omnis lingua confiteatur quod dominus Ieſus eſt in gloria dei patris. huius autem nominis etiam electi in ſua ſpirituali circumciſione participes exiſtunt. vt ſicut a Chriſto*
pſal. xix. *Chriſtiani, ita etiam a ſaluatore ſaluati vocentur. non tamen Ieſuani quia non ſaluatores ſed ſaluati* — nō Ieſuani quare.

Hebr 7. Idem etiam quod ſit regum de ſtirpe ſacerdos,
Gentibus eſt Graio dictus de nomine Chriſtus
Quin etiam, quamuis nullo intemerata remanſit
Concubitu mater, tamen intra tecta morata eſt,
Vſq; quater denos dum ſolis cerneret ortus.
Tum demum ſacram Solymorum aduenimus vrbem
Cum puero, quo ſe luſtraret regia virgo,
Torquataſq; aræ attulimus de more columbas.
Stabat ſacra ferens altaria ad ipſa ſacerdos
Succinctus lino albenti, capitiſq; bicorni,

*efficiuntur. * ſacerdos ſecundum ordinem melchiſedec. de hoc ſacerdotio vide epiſtolam Pauli ad hebreos. * Chriſtus idest vnctus oleo lætitiæ præ participibus ſuis. de hoc nomine uide principium libri primi vbi diximus. * quin etiam poſt circumciſionem domini, quam & ſi minime teneretur ſuſcipere, certi tamen miſterij gratia ſponte ſuſtinuit, vt modo* — Mariæ purificatio — Purificationi Maria non ſuberat
dictum eſt aggreditur purificationem beatæ virginis. quæ ſicut a virili commixtione fuerat immunis
ſic & a legali hac purificatione libera. nam non omnem parientem lex immundā dixit ſed eas tantum
Leuit. 12. *quæ ſuſcepto virili ſemine parerent & hoc legis ritu mandabat vt purificarentur. ſed vt nos a legis* — Purificationis lux vetus.
*vinculo ſolueremur, ſicut Chriſtus ita & beata Maria legi ſponte ſubijciebatur. & hoc eſt quod dicit vates. * quamuis nul, int, rem, conc, mater: verba legis huius hæc ſunt. Mulier ſi ſuſcepto ſemi-*
Leuitici 12 *mine pepererit maſculum: immunda erit ſeptem diebus. die viij. circumcidetur infantulus. ipſa verò xxxiij diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. omne ſanctum non tanget nec ingredietur in ſanctuarium. donec impleantur dies purgationis ſuæ. (& poſt Pauca) cum expleti fuerint hi dies, offeret agnum anniculum & turturem vel pullum columbæ, ſi poterit. ſin minus. duos turtures aut duos pullos columbarum ad hoſtium tabernaculi, quorum vnum offeret ſacerdos in holocauſtum &*
Ibidem. *alterum pro peccato. orabitq; pro ea & ſic mundabitur. * quaterdenos. vſq; ad xl. diem a natiuitate infantis maſculi. pro femina autem partu duplicabatur tempus. * quo ſe luſtraret idest pur-*
Luc. 2. *garet iuxta morem aliarum matrum. nam renera, impollutæ virgini non incumbebat hæc neceßitas*
purgandi: vnde & in euangelio ſic dicitur, poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius ſecundum
Luc. 2. *legem Moyſi: tulerunt illum in Hyeruſalem, vt ſiſterent eum domino. ſicut ſcriptum eſt in lege Domini. quia omne maſculinum adapriens vuluam Sanctum domino vocabitur. Et vt darent, hoſtiam ſecundum quod dictum eſt in lege domini par turturum aut duos pullos columbarum. * torquatas columbas. hoſtia pauperum erat hæc. dominus ergo cum diues eſſet, pauper fieri dignatus eſt. vt nos ſua paupertate diuitiarum ſuarum donarent eſſe participes. per columbam autem ſimplicitatem, per turturem indicabat caſtitatem ſibi fore hoſtiam gratiſſimam. torquatas autem ideo* — columba quid ſignificat. Turtur quid ſignificat. Torquatæ columbæ.
dixit columbas, a ſimilitudine palumborum agreſtium qui torquati vocantur a torque plumea flam-
Martial. li. 31. *mei coloris qua circa collum ſunt inſigniti. de quibus eſt illud diſtichon martialis. Inguina torquati tardant hebetantque palumbi: Non edat hanc volucrem qui cupit eſſe ſalax. poßumus etiam dice-*
Leuitici 1. *re torquatas hoc. loco dici columbas. quod a ſacerdote dum offerrentur alæ circa collum torquebantur. ſicut & ipſe vates Paulo infra docet: Ille tamen collo patrio de more volucres, Immolat intorto: * ſuccinctus lino albenti idest tunicam byßinam habens ſuccinctam baltheo opère plumarij contexto. & hoc interius exterius vero, ponderin ſeu tunicam talarem hyacintinam mira arte con-*
exodi 28. *textam, cinguloque byßino conſtrictam accepit autem ex exodo. vbi dicitur, ſtringeſque tunicam byſſo: & thyaram byßinam facies & baltheum opere plumarij. * bicorni tegmine. mitra ſeu thy-* — Cydaris
leuit. 8. *ara, quæ & cydaris dicitur. erat autem duplex. Byßina prima quæ & minoribus ſacerdotibus communis fuerat. altera verò hyacintina, ſummi tantum ſacerdotis inſigne coronula aurea inferius circundata. in frontiſpicio lamina quadam aurea ad cornuum lunæ ſimilitudinem inſignita. haud multum abſimiles ſunt hæ cornuta noſtrarum Epiſcoporum mitræ. per hæc autem ornamenta. ſignificat ſacerdotem ſacris veſtibus indutum dum holocauſta offerret a parte totum ſynodo-*
leuit. 6. & 9 *cheos. * peruigilem ignem. perpetuis temporibus cuſteditum. ſicut a domino mandatum fuerat* — Ignis perpetuus.

tata. cum autem venerit quod perfectum eſt. euacuato quod ex parte eſt. tunc auferetur etiam
ſecundum velamen. vt videamus etiam ea quæ interius ſunt occulta. veram ſcilicet arcam teſtamen-
ti Cherubin & alia quæ intra ſancta ſanctorum ſunt. hoc eſt intra ipſum cęlum cęlorum. * gnatis.
quibus ſolis licitum erat veſci carnibus ſacrificiorum. * accingebat, preparabat. * humili greſſu, &
Luc. 1. pſal. 112. & 137. ob id reſpexit deus humilitatem ancillæ ſuæ. altus enim eſt dominus & humilia reſpicit, alta vero à longè cognoſcit. * quid memo rem, hac interrogatione caden tem ſuſcitat attentionē. * quæ ſigna n, p, ed, alto. vt ſigni- ficaret per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium ſuum in templo a matre oblatum.

Et iam finis erat ſacris, feſſusq; ſacerdos
Cum gnatis dapibus ſe ſe accingebat opimis.
Tunc humili greſſu virgo procedit ad aram
Infantem læua geſtans, dextraq; volucres
Quid memorem, quæ ſigna polo pater edidit alto
Teſtatus veram ſobolem? quantum ipſe ſacerdos
Horruerit pueri aſpectu? quam mira repentè
Ignibus inſolitis lux circum fulſerit aram?
Aggei. 2. Ter thura accenſos venerans coniecit in ignes,
Ter ſubiecta tholo ſubito ingens flamma reluxit.
Ille tamen collo patrio de more volucres
Immolat intorto, atq; effundens rite cruorem,
Porricit & plumas, & aperti gutturis exta
Solis ab occaſu nitidos conuerſus ad ortus
Diſfringitq; alas tum ſacros ſuggerit ignes
Viſceribus, grato vaporit ſuper æthera fumo,
Araq; pancheos flagrans exhalat odores.
Ecce hominum ſubito turbantur pectora caſu.
Nomen aui Simeon referens erat obſitus annis,

* compleri mirandum illud ag- gei vaticinium. adhuc vnum modicum eſt & ego commo- uebo cælum & terram dicit dominus, & mare & aridam. Et mouebo omnes gentes. & veniet deſideratus cunctis gen- tibus. & implebo domum i- ſtam gloria & Paulo poſt. magna erit gloria domus iſti- us nouiſſimæ plusquam primæ. & in iſto loco dabo pacem di- cit dominus exercituum. * lux circumfulſerit aram, vt indi- caretur. lumen eſſe de lumine,

Io. 1. lucemque illam quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, nec tamen intelligas hæc
ex hyſtoria ſerui Tullij ſeſto regis Rom. vel Terrentiæ vxoris Ciceronis decerpta eſſe. nam & ſi in E-
uangelio minime legantur. quia tamen dicit Ioannes euangeliſta multo plura ſigna, eſſe facta a do-
mino Ieſu quam ea quæ ſunt ſcripta: vati dum componeret diuino furore incaleſcenti. hæc & alia po-
fol. 42. tuerunt reuelari. quæ ab euangeliſtis omiſſa ſunt. ſicut & illud ineffabile myſterium incarnationis
Leui. 1. de quo ſupra. * ter. non ſolum quia numero deus impare gaudet. ſed vt myſterium trinitatis oſten- ter.
datur ineſſe. * Tholo pro ad Tholum ideſt ad tabulatum vſque, in cuius medio tholus pendet affixus. tholus
de hoc Tholo alibi diximus. * de more patrio. lex enim erat quæ ſic iubebat eas inmolari. * collo in-
torto. ſi autem de auibus (inquit lex holocauſti) oblatio fuerit domino, de turturibus & pullis co-
lumbæ, offeret eam ſacerdos ad altare. & retorto ad collum capite. ac rupto vulneris loco de cur-
rere faciet ſanguinem vſque ad crepidinem altaris. veſiculam verò gutturis & plumam proijciet
prope altare ad orientalem plagam in loco in quo cineres effundi ſolent confringetque aſcellas eius:
Exodi. 30. & non ſecabit neque ferro diuidet eam. & adolebit ſuper altare, lignis igne ſuperpoſito holocau-
ſtum eſt, & oblatio ſuauiſſimi odoris domino. * apperti gutturis exta. veſicula eſt illa quæ come-
ſta congeruntur grana. * pancheos odores. aromatum ſuperpoſitorum. quorum compoſitio thimi- Thimiama.
ania dicitur in ſacris literis. fiebatque manu pigmentarij ſicut habetur in exodo. dixit dominus ad
Moyſen ſume tibi aromata ſtacten, Onicham, galbanen boni odoris & thus lucidiſſimum. æqualis Panchea.
ponderis erunt omnia. facieſque thymiama compoſitum opere vnguentarij, mixtum diligenter &
purum & ſanctificatione digniſſimum. dicit verò pancheos odores. quia naſcuntur in panchaia re-
gione, quam eandem eſſe ſabeam & arabiam ſcribit ſeruius. de qua & Vergilius ſic meminit, to-
taque thuriferis panchaia pinguis harenis. eſt autem dicta panchaia, quaſi tota dehiſcens præ nimia
Lucæ. 2. ſolis æſtu. * ſimeon de quo ſic in euangelio. Et ecce homo erat in Hieruſalem cui nomen ſimeon iuſtus
& timoratus expectans conſolationem Iſrael, & ſpiritus ſanctus erat in eo. & reſponſum acceperat
a ſpiritu ſancto non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Dñi. & venit in ſpiritu in tem-
plum. & cum inducerent puerum Ieſum parentes eius: vt facerent ſecundum conſuetudinem legis Obſitus.
pro eo & ipſe accepit eum in vlnas ſuas. * obſitus annis, ſenex ex ætate confectus & quiſitum

*ſitum & ſqualorem quendam in rugoſo vultu contraxerat. non ſolum ab angelis, prophetis, paſtoribus ac parentibus, ſed etiam a ſenioribus & iuſtis vt inquit Ambroſius generatio domini accepit teſtimonium. * ſeruantior, aqui, hoc eſt iuſtum eſſe ac timoratum, & propterea teſtem idoneum. * vis omnipotens aura atherea ideſt ſpiritus ſanctus. qui in iuſtis viris habitans in dies iuſtiores reddit. * Viſurum.*

Quo nemo tota vrbe fuit ſeruantior æqui,
Huic, vt erat longè venturi preſcius olim
Aethereæ vis omnipotens promiſerat auræ
Viſurum ſe ſe antè deum, autoremq; ſalutis
Expectatum orbi, quam lucis linqueret auras.
Iamq; erat hunc vitæ pertæſum, ægerq; ſenectæ
Optabat duros leto finire labores.
Sed ſpes illa animo cupido vſq; infixa manebat
Ergo vbi adeſſe diem præſenſit numine plenus,
Qualis vbi greſſum per agros comitatus herilem
Fortè canis leporem vi longè ſenſit odora,
Continuo intenditq; aures, atq; aera captat
Naribus, & ceptum rumpens iter auius errat
Atq; oculis incerta feræ veſtigia luſtrans
Nunc hos, nunc illos curſus fert, atq; recurſus
Incertus: longè latratibus arua reſultant:
Talis erat ſenis in templo exultantis imago.
Tum puerum tremulis correptum amplectitur vlnis,
Atq; arctè premit. hinc lachrimis ita fatur obortis.
Macte infans virtute, dei indubitata propago, ecleſiaſt. 41.
Mundi opifer, qui noſtra venis, veterumq; parentum
Sponte admiſſa tui largo lauere amne cruoris,

*ex quo diſcimus quanto deſiderio ex plebe iſraelitica ſancti viri incarnationis eius myſterium videre cupierunt. * autoremque ſal, non ſua tantum ſed, & populi. * quam lucis huius ſcilicet mundi ideſt priuſquam moreretur. * vita pertæſum. ſic & Ambroſius ait. cupiebat ipſe quidem corporea vinculis fragilitatis abſolui. ſed expectabat videre promiſſum ſciebat.n. quia beati oculi qui viderent, deum * agerque ſenecta. que & ſi morbo careat, quod raro euenit, ipſa tamen morbus eſt. * leto, ſi, l, vnde & ſapiens dixit. o mors. bonum eſt iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus et defecto atate. * ſpes illa videndi Chriſtum. * praſenſit m, pie, cauſa pendet ex cauſa. quare preſenſit? quia numine ideſt ſpiritu ſancto plenus erat. * canis ſagax. * intendit erigit, a, ea, geſtum ipſum ante oculos ponit. * ceptum iter. quo herum ſequebatur. nam & natura plerumq; cedunt accidentia tametſi longa conſuetudine inueterata naturam quandoque mutaſſe videantur. * auius nullam viam tenens. * talis imago. ſuperabundans. latitia improuiſa adueniens hominem ebrium & quaſi inſanum videri facit. * amplectitur vlnis, brachijs vel manibus expanſis. vnde Gregorius. Beata inquit manus qua verbum vita palpauerunt, & vlna quas ad ſuſceptionem pueri diuini preparauit. hinc & canit eccleſia, ſenex infantem portabat & infans ſenem regebat. ſi vis o lector ſpiritualem intelligentiam myſterij huius ſcire. & non modica interiori conſolatione repleri. vide, noſtram Catharſin. quam ſuper hac re compoſuimus. * lachrimis obor, pre gaudio. quam dulces ſunt ha lachrima, ſed non niſi experiendo guſtatur hac dulcedo. * Macte infans. hic incipit canticum ſenis. de quo fit in euangelio. Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. quod paraſti ante faciem omniũ populorum; lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tua Iſrael. * indubitata propago proles certa dei, verus dei filius. quando propago primã ſyllabam producit, tunc vitis extenſionẽ ſub terra ſignificat, vt noua inde planta ex palmite veteri propagetur. hinc verg. flexos (inquit) propaginis arcus. ſed quando corripit primã vt hic, prolem ſignificat. * mundi opifer. non ſolũ gentis iudeorũ quin & mundi. * ſpõte. ſi participio iungatur. pura eſt criminũ confeſſio noſtra culpa admiſſorũ. nec.n. falſis excuſationibus palliãda ſunt culpa. hoc eſt.n. leuibus folijs nuditatẽ propriã tegere, quod primis parentibus nihil profuit feciſſe. quia potius obfuit. & iſtud eſt quod ait propheta. ad excuſandas excuſationes in peccatis. quod ſi verbo, venis, iungatur illud apoſtolĩ. non ex operibus iuſtitie qua fecimus nos ſed ſecundum magnam ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. & alibi non quaſi nos priores dilexerimus deum, ſed quia ipſe prior dilexit nos. * lauere idem quod lauare, tertia eſt inflexionis verbũ lauo. lauis. de quo & Vergilius luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem. & alibi, lauit improba teter ora cruor. & Horatius ora manusq; t, l, f, lim, facit autem lauo preterito, laui, & ſupino lotum vel lautum. lauo, autem lauas prima coniug. facit lauaui lauatum. horatius. Aſt vbi me feſſum ſol acrior ire*

Seneɫa morbus eſt.

vlna

Nunc dimittis propago.

Confeſsio pura folio nates tegere.

Lauo vis.

Lauos vas.

3 ode ſum.

Luc. 2.

georg. 1

epiſt. Io. 1. c. 3.

eneid. 3. & 10.

Horatius 1 ſerm.

Horatius 1 ſerm.

lauatum

Ouidius fast. 3 *lauatum. & ouidius. ſacra lauaturas mane petebat aquas. quare puto falli eos qui dicunt Lauo lanas, laui, lotum, vel Lautum. * liquidas vias. pro liquidi aeris vias. quæ vſque ad illud tempus fuerant hominibus clauſa. * exoptatus ades. nam multi reges & prophetæ cupierant eum videre ſicut ille qui dicebat.* Eſaiæ 54. *vtinam diſrumperes cęlos & deſcenderes. * fallunt. veritas nunquam fallit ne-*

Pſ. 115. Et liquidas aperire vias ad ſydera cœli,
Exoptatus ades, nec me tua maxima fallunt.
Summe pater promiſſa: mori me deniq; fas eſt.
Nunc o me nunc ad requiem, finemq; laborum
Corporis exutum vinclis dimittis, vt olim,
Pollicitus, iam viderunt mea lumina, quem tu
Auxilio mundo miſiſti, vt gentibus eſſet
Ezech. 33. In tenebris lux, Iſacidos noua gloria prolis.
His dictis, matrem verſus mox fatur ad ipſam
O cui te forma aſsimilem? cui laudibus æquem?
Quasue tibi referam grates, quæ ſola ſalutem
Felici peperiſti vtero mortalibus ægris?
Quamquã etiam exitio multis hunc affore partum,
Et tempus fore prædico, illætabile tempus,
Cum tibi cor gelidum gladius penetrabit acutus
apoc. 14. Ah miſeræ, & magno virgo dotabere luctu,

que fallitur. eſt autem deus verax, omnis homo mendacium eſt tamen caute aduertendum, quædam promitti a deo ſub expreſſa vel tacita conditione ac ſub intellecta, ſi mandatis eius paruerimus. qua non obſeruata neq; promiſſa adimpleri. Promiſſa dei ſub conditione *hinc per Ezech. dicit dominus. etiam ſi dixero iuſto q vita viuat. & confiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatem: omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur. & in iniquitate ſua quam operatus eſt in ipſa morietur. ſi autem dixero impio morte morieris. & egerit penitentiam a peccato ſuo. vita viuet & non morietur. * ad requiem. iuxta illud apoc. an modo di-* corpus carcere *cit ſpiritus vt requieſcant a laboribus ſuis. opera enim illorum ſequuntur illos. * exutum vinclis. nobilius enim animis corpus eſt carcer. indeq; cum apoſtolo ſolui deſiderant & eſſe cum Chriſto. quia id* Philip. 1. *eis multo melius eſt. manere autem in carne Paulo diutius quandoque vtile eſt propter alios. * gentibus eſſet lux. nam gentes ante Chriſti aduentum in vltimis tenebris erant conſtitutæ, cognitione diuina priuatæ, ſed Chriſtus adueniens, qui patris eſt lux vera. his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedebant, deſiderata lux apparuit.* in cant. Zach. Luc. 1. ** noua gloria, quia licet, tenuiter, ex lege illuminabatur, ideo non dixit q lumen illis protulerit. ſed gloriam. fuit enim eis magna gloria, q ſecundum carnem ex eis proceſſit Chriſtus deus & homo ſalus omnium gentium. * ad ipſam matrem. ſic habetur in euangelio & dixit ad mariam matrem eius ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum: & in ſignum cui contradicetur. & tuam ipſius animam pertranſibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. * exitio multis, incredulis & in malum pertinacibus per occaſionem tamen. quia grauiores erant daturi pœnas ſcribæ & phariſęi & eorum complices quam aliæ gentes eo* Luc. 2. *quod dudum prophetatum in eis & adoratum & ex eis productum minime. ſuſceperunt ſed inſuper ingratiſſimi tanto dei beneficio crucifixerunt. ſimile eſt etiam illud Petri. Ecce pono in ſyon lapidem ſummum angularem probatum electum precioſum & qui crediderit in eum non confundetur: vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem lapis quem reprobauerunt ædificantes hic factus eſt in caput anguli & lapis offenſionis & petra ſcandali, his qui offendunt verbo: nec credunt in* 1. Petr. c. 2 *quo poſiti ſunt, tale eſt & illud Pauli ad corinth: Chriſti bonus odor ſumus deo in his qui ſalui fiunt & in his qui pereunt: alijs quidem odor mortis in mortem: alijs autem odor uitæ in vitam. * illætabile, flebile & tempus lachrimarum. * cor gelidum, præ metu necis filij. * gladius, non ferreus, ſed doloris. nec enim vlla docet hyſtoria beatam Mariam ex hac vita gladij occiſione migraſſe: preſertim cum non anima ſed corpus ferro ſoleat interfici. reſtat ergo vt intelligamus gladium de quo dicit pſalmus: Es gladius in labijs eorum. hoc eſt dolorem dominicæ paſſionis animam eius pertranſiſſe. quæ & ſi Chriſtum vt pote dei filium ſponte propria mori, mortemque ipſam non dubitaret eſſe deuicturum ex ſua tamen carne procreatum non ſine doloris affectu potuit videre crucifigi. * dotabere luctu. Virgo Maria tipum eccleſiæ Chriſti ſponſæ geſſit. cuius dotem ſanguinis ſui precium eſſe conſtituit. * decolor, turbida & forte ſanguinea, quamuis nullibi legatur. potuit tamen & iſtud miraculum contingere in paſſione Chriſti. nec enim omnia ſcripta ſunt. preterea ex terremotu qui certiſſime tunc factus eſt magnus, aquam turbaris dicit Plinius. * Serus* 2. ad cor. 2 Mariæ cor gladius pertranſit

Mutataq; fluet Iordanis decolor unda
Tum ſerus, ſegniſq; dies naſcetur, & ægræ
Lutea vix terris oſtendet pallidus ora,
Atq; grauis tellus optabit mole relinqui
Ipſa ſua, & rupto per inania fœdere labi
Hæc vbi, confeſtum veluti cedentia ſomno
Lumina demiſit, placidaq; ibi morte quieuit.
Obſtupuere alij, ſed nos, queis cœtera nota
Terremur magis, inq; vicem diſquirimus ambo
Solliciti quos nam matri denunciet enſes,
Aut quibus exitio tantum puer ipſe futurus.
Haud longum fuit hin medio deinc tempus, vtrumq:
Exitus edocuit, dubioſq; ambage reſoluit,
Ni nobis maiora etiam nunc vlnera reſtant,
Atq; alia ex alijs ſemper grauiora parantur.
Illis extremo quippe ex oriente diebus
Tres adeò magni reges ditione profecti

Lib 2. c 73

dies, propter ſolis obſcuritatem. Lutea ora, minime radiantia.* tellus. Signa deſcribit quæ facta ſunt in paſſione domini, quaſi fuerint a Simeone prædicta. Sol enim obſcuratus eſt, & terra mota petraq; ſciſſe & monumẽta aperta. velumq; templi ſciſſum eſt mediũ a ſummo vſque deorſum. & tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram ab hora ſexta vſque ad horam nonã.* rupto fœdere, quo media inter elementa circũligatur atq; ſuſpenſa ſuſtinetur.* per inania, aeris.* hæc vbi ſuple dixit ſenex ſimeon. confeſtim. ex euangelio nõ colligitur hoc ſed ex libro de infantia ſaluatoris, qui tñ inter aprocifa ſcripta cõnumeratur, vbi dicitur quod tertio die a predicto vaticinio cum ad propria rediiſſet (vt optarat) obdormiuit in domino. anno etatis ſuæ 120.* ibi ſiue in templo vt hic ait, ſiue domi, in Hyeruſalem mortuus eſt & ſepultus.* alij mirabiliũ horum penitus neſcij.* quis ſ pro quibus.* cætera quæ ad filij dei laudem & magnitudinem pertinentia dixerat.* terremur magis, ex vaticinio futurorum malorum.* ſolliciti, anxij.* haud longum tempus ſcilicet tredecim dierum.* in medio Natalis & Epiphaniæ. non autem inter purificationem Mariæ, & Epiphaniam vt hic vates innuere videtur. prius enim magi adorauerunt dominum ſecundum veritatem hyſtoriæ, quam virgo acceſſerit ad templum purificationis gratia. vnde Rabanus ſuper Mattheo in eo loco vbi agitur de reditu magorum in patriam (ſic ait) hic preteꝛmittit Mattheus diem purificationis in qua oportebat primo genitum offerri in templo & agnum vel par turturũ aut columbarum, & quamuis timerent Herodem: tamen nõ ſunt auſi tranſgredi legem, quin ad templum puerum deferrent. quem ordinem ideo poetice conuertit vates. vt. aptius dicta dicendis annectat.* vtrumque, quibus ſcilicet eſſet futurus exitio & qui gladij: nam ſecundum hanc aduerſam interpretationem ſequitur ꝙ de infantibus ab Herode interfectis Simeon intellexerit. quod minime verum eſt. cum illis non exitio ſed æternæ ſaluti fuerit mors pro Chriſto illata. ſed neq; de metu virginis propter Herodem paſſo dum fugeret in egiptum intellexit Simeon cum dixit. & tuam ipſius animam pertranſibit gladius. ſed de dolore quem paſſura erat in morte filij vt ſupra dictum eſt.* ambage, dubia mentis cogitatione.* reſoluit non verè, ſed vt exiſtimabat Ioſephus ſecundum opinionem antedictã.* mandra vul, ecce incipit animaduertere, erronea ſe falſum opinione.* alia mala.* ex alijs grauibus malis iamdudum perpeſſis, dum fugeret Herodem & Archelaum filium eius. dum adhuc puer eſſet Ieſus. & alia diſcrimina in tota vita Saluatoris ꝑpeſſa.* illis extremo. hic agrediẽ narrare ꝑ dictã occaſionẽ aduentum magorũ. de quo ſic ait euangeliſta. cum natus eſſet Ieſus in bethleem Iuda in diebus herodis regis. ecce magi ab oriente venerunt hieroſolimam dicentes. vbi eſt qui natus eſt rex iudeorum? vidimus enim ſtellam eius in oriente & venimus adorare eũ.* ex oriente. i. ex illa regione quæ in orientali parte iudæis poſita eſt.* tres magni reges. ideo nõ plures neq; pauciores. vt per eas gentes quæ ex tribus filijs Noe ꝓpagatæ ſunt, ventura ad fidem ꝓfigurarentur. varia eſt inter doctores opinio, vnde venerint hi tres magi (ſic. n. appellantur eorũ lingua ſapiẽtes.) quidã autẽ dicũt eos fuiſſe Caldeos: quibus ſtella ꝓ deo colebatur. & iccirco dixerũt ꝙ nũcupatiuus eorũ deus oſtẽderit verũ deũ natũ. Alij verò dicũt perſas fuiſſe. Alij verò nepotes Balaam, ꝙ magis eſt credendum. Balaam enim inter cætera quæ prophetauit, dixit. Orietur ſtella ex Iacob. illi verò habentes hanc prophetiam, mox vt viderunt ſtellam nouam intellexerunt regem natum & orbis ſaluatorem. & venerunt adorare eum. regiones autem illorum mihi videtur prenunciaſſe Dauid. cum dixit. coram illo procident æthiopes: & inimici eius terram lingent. Reges Tharſis & Inſulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent.* ferentes. non ſinguli ſingula, iuxta illud*

15. diſt. c. ſin. in decretis.

Magorum aduentus.

Math 2.

Magi tres &. quarè & vnde.

nu 24.

Pſ. 71.

Remigius. Ang. in ſer mo. de Epiphania. greg. in ho. de epiph.

lud apocrifum. Gaſpar fert myrrham: Thus Melchior: Baldaſar aurum, ſed ſinguli tria. & ſinguli cum ſuis muneribus: regem, deum. & hominem prædicauerunt. ſtacteq; liqu. i. Myrrham. iccirco autem ſecundum Auguſtinum & Gregorium magi tres iſtas munerum ſpecies obtulerunt. Aurum, Thus & Myrrham vt oſtenderent Chriſtum regem, deum, & hominem. Aurum quippe regi congruit: Thus deo in ſacris offertur. Myrrha vero mortuorum corpora condiebantur. Aurũ igitur Chriſto ſoluitur quaſi regi magno. Thus immolatur vt deo. Myrrha prabetur quaſi pro ſalute omnium morituro.* vis aſtrorum. ſyderum peritia qua caldei potiſſimum pollebant. vnde Abraam qui fuit caldeus, eruditusq; adeo de vt caldeorum, dicitur docuiſſe Aegiptios aſtrologiam. dum propter famẽ qua terra cananæorum oppreſſerat ibi peregrinaretur.* voluentis olympi, ideſt volubilis cœli. vel firmamentum intelligit, intra quod primum mobile cum vij. ſphæris voluitur planetarum. * noſtris in finibus Iudeorum. ſ. nam & qui loquitur iudeus eſt. * Quoi, numquam mibi placuit hæc enuntiatio, vel annotatio. propter cacephaton, & penè obſcœnum ſonum: ſed neq; M. Fabio Quint. placebat. etenim de ea ſic ſcribit. Illud nunc melius, quod cui, tribus, quas præpoſui, litteris enotamus, in quo pueris nobis ad pinguem ſanè ſonum, quoi vtebantur, tantum vt ab illo qui diſtingueretur. hac vetuſta enuntiatione vſus eſt catullus, & ſatis aptè in obſcœno libello. Quoi dono lepidum nouum libellum. qui autem mihi crediderit & Fabio, ea non vtetur amplius.* ſtudio pro deſiderio. quod ſequitur. pro eo quod præcedit.*

Magorum munera quid ſignificent.

Huc ſeſe intulerant puero dona ampla ferentes
Aurumq; & thuris glebas. ſtactæq; liquorem.
His vis aſtrorum, ac ratio voluentis olympi
Monſtrarat regem noſtris in finibus ortum,
Quoi cœli, terræq; paterent debita ſceptra.
Sancti igitur partus ſtudio huc venere videndi.
Stella facem ducens venientibus vſq; coruſcam
Dux erat, atq; viam ſignabat lumine largo
Ceu quondam patribus deſerta perauia noſtris
In patriam tandem pharia redeuntibus ora
Præcurrens monſtrabat iter nocte ignea lampas
Deſuper, & mirum ſpargebat lucida lumen.
Iamq; vrbem ingreſſi ſedes adiere tyranni

Quoi.

Q. Fabius. inſt. orat. lib. 1.

in 1. verſu.

Io Chriſoſtomus.

ſtella quæ magos duxit.

** ſtella ſ. duxit, non cœleſtium vna ſtellarum hæc fuit. nec. n. vlla ſtellarum hac via procedit. nam hæc ab oriente in meridiem ferebatur. ita. n. paleſtina ad perſidem iacet. nec in nocte tantum apparebat, ſed & media die. quod non eſt virtutis ſtellæ, ſed nec etiam lunæ. item hæc. Occultabatur, & rurſus apparebat. neq; continuum greſſum habebat. ſed cum oportebat magos ſtare: & ipſa ſtabat. ſicut & columna nubiſque per deſertum filios Iſrael ad terram promiſſionis duxit. hæc ſtella non ſurſum manens, partum virginis ſed deorſum deſcendens oſtentabat, quarè Angelus mihi videtur fuiſſe: qui hanc ſtellæ faciem aſſumpſerat, vt homines ſtellarum aſpectu ſtudioſos, nouæ ſtellæ fulgore facilius ad puerum adorandum traheret. de priſcilianiſtis hereticis verò & mathematicis, qui vnumquemq; ſub ſua ſtella naſci dicunt: cuius fatum eſſe autumant. vide Gregorium in homelia de Epiphania & Auguſtinum in ſermone de eadem, qui latiſſime errorem talium & apertis rationibus confutant. nobis ſufficiat hoc reſpondere, quod ſtella propter hominem, nõ homo propter ſtellam factus eſt. ideoq; illi ſeruiunt non dominantur. ſed & Ptolomæus eorum princeps ſcriptum reliquit, ſapientem aſtris dominari.* ceu quondam. hæc hiſtoria habetur in Exodo: vbi ſic dicitur. Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis: & per noctem in columna ignis, vt dux eſſet itineris vtroq; tempore. numquàm defuit columna nubis per diem: nec columna ignis per noctem corã populo.* pharia ora. ab Aegiptiaca regione.* præcurrens. ordo eſt. ceu quondam ignea lampas. i. columna ignis, præc. noc. mon. iter pa. no. tã. red. ab ora pharia in pat. per auia deſerta. eſt autem longum hyperbaton. cuius hic eſt breuis ſenſus. ſtella præcedens, magis monſtrabat iter. ceu quondam columna ignis Iſraeli populo dum ex Aegipto per deſertum proficiſceretur ad terram promiſſionis.* vrbe, Hieruſalem. per excellentiam, clariſſimam olim vrbium orientis. iccirco autem hieroſolimam petierunt, quia non niſi in vrbe regia talem puerum naſci debuiſſe arbitrati ſunt. vt & hoc ſtudio magorum damnetur pigritia iudeorum. quia non niſi alienigenis nunciantibus ſibi promiſſum regem & ſaluatorem natum minimè cognouerunt.* Tyranni Herodis, qui occiſo antipatro patre, quod hircani regnũ affectaſſet, mutuo ſubinde & Hircano, ſub Antonio triumuiro, ſenatuſconſulto Iudæis regnare præceptus eſt. qui cũ eſſet aſcalonita patre genitus, claret nulla affinitate generis Iudeorum regnum quæſiſſe. huius autem regis alienigenæ habita eſt mentio. vt oſtendatur impletum eſſe vaticinium Iacob patris Iudeorum. Nõ auferetur ſceptrum de Iuda: nec dux de femore eius: donec veniat is qui mittendus eſt: & ipſe erit expectatio*

Priſcilianiſtarum & mathematicorum error de fato & ſtella.

Exodi. 13.

Herodes.

Amb. ſuper Luc.

pectatio gentium.de crudelitate nimia huius tyranni vide Ioſephi hiſtoriã. olli,pro illi Herodi.* perterritus.ſic & in Euangelio dicitur.audiens autem Herodes rex turbatus eſt,& omnis hieroſolima cũ illo.* ſuccederet hæres. ſic Aug. ſicut magi deſiderant redemptorem, ita Herodes timet ſucceſſorem: quid autem erit tribunal iudicantis: quando ſuperbos reges cunabula terrent infantis * in regnis auitis. hinc & Chriſoſtomus ideo turbatur audiens regem natum Iudeis ex genere Iudeorum. cum eſſet ipſe genere idumeus.ne regno iterum reuoluto ad Iudeos,ipſe ab illis expelletur.& ſemen eius poſt ipſum præcideretur a regno.ſemper enim grandis poteſtas maiori timori ſubiecta eſt.verũ ſuperfluo (vt ait Leo Papa) Herodes timore turbaris.non capit Chriſtum regio tua.nec mundi dominus, poteſtatis tuæ ſceptre,eſt contentus anguſtijs.quem in Iudea regnare non vis: vbique regnat. ſic & Eccleſia canit. Hoſtis Herodes impie, Chriſtum venire quid times? non eripit mortalia,qui regna dat cœleſtia.*

Aug in ſermone de Epiph.

Chriſt. ſup mat.

Leo Papa in ſerm. de Epiph. uide licet in Dominica iſta Epiphaniã.

** indigenas vates. modo ſacerdotes vatum interpretes. ſicut in Euangelio dicitur.Et congregans omnes principes ſacerdotum ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei: In Bethleem Iudæ: ſic enim ſcriptum eſt per prophetam. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquàm minima es in principibus Iuda. ex te enim exiet dux qui regat populum meum Iſrael. * cogi conuocari etiam ſi nolent. * tempuſque. quod poterant ſcire,non ſolum ex adimpletione vaticinij Iacob patris eorum. nõ auferetur ſceptrum de Iuda &c. videbant enim iam ſceptrum ipſum regni tranſlatũ eſſe in ipſum Herodem alienigenam vt Paulo ſupra dixi. verum etiam quia percipiebãt prophetiam Danie-*

Herodis,cauſamq́; viæ docuere, rati olli
Hanc ſobolem,q erat rex his in finibus ortam.
Obſtupuit ſimul,atq; animo perterritus ille eſt.
Nec mora,permetuens ſibi ne ſuccederet hæres
Quæſitus puer in regnis externus auitis,
Indigenas vates iubet intra mœnia cogi
Regia,ſcitariq; omnes tempuſq́; locumq;
Naſcentis pueri,patriamq; domumq; requirit.
Illi autem Bethlen veterum monimenta minari
Cuncta docent,dux vnde ortus ſe tolleret olim
Fama ingens,claris ingens ſuper æthera factis.
Tum magis,atq; magis curarum fluctuat æſtu,
Sollicitamq; gerit caſſa formidine mentem.
Tandem his affatus reges dimittit Eoos.
Quæ vos cauſa viri noſtris nunc applicatoris,
Hæc eadem longè ſpe nos ſuſpendit auentes
Cernere promiſſos pueri tot vatibus ortus.
Haud procul hinc ſaxo Bethlæ fundata vetuſto
Vrbs colitur noſtris:natum illud quærite regem.
Mox iubeo,inuentum nobis qui nunciet, inde
Mittite,noſtro etiam puer accumuletur honore.

lis adimpletam: quæ poſt.lxx.hebdomadas annorum prædicebat Chriſtum eſſe naſciturum. patriam, vrbem ſcilicet.* domumq;.i.familiam.poterant etiam hoc ſcire ex prophetia Michee,quam & protulerunt.* requirit.diligenter hæc omnia exquirit Herodes.vt ſi inuenerit: faciat quod poſtea ſe velle oſtẽdit.ſin autem.excuſatus habeatur a Romanis pro quibus regnum illud poſſidebat.* cuncta monimenta, vaticinia quæ de hac re prolata ſunt.& eſt hyperbolicus ſermo.nec enim multa inuenies. duo tantum ego noui.primum & præcipuum illud Michea,de quo ſupra.Et tu Bethleem terra Iuda &c.ſecundum & tacitum.quia Chriſtus erat oriundus de domo & familia Dauid. cuius patria vrbs & natale ſolũ fuit Bethleem.ergo & Chriſtus in Bethleem naſciturus prædicebatur,& præfigurabatur. nam & Dauid in multis figura Chriſti extitit.et bene in Bethleem naſcitur Chriſtus.Bethleem quippe domus panis interpretatur.ipſe nãq; eſt qui ait.ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi.* fluctuat, Herodes.ſ.æſtu. a freto facta tranſlatio.nec.n.minus Tyranni pectus iacturam regni metuentis inundat:quàm plurimis animi perturbationibus.quàm exæſtuet mare ventis procelloſum. quippe ſicuti quattuor ventis inuicẽ aduerſis fretum quandoq; iactatur.ſic & potentis pectus quattuor exagitant animi tortores. dolor & gaudium,metus & ſpes.de quibus vide carmen ſeuerini.* caſſa formidine, vano timore.trepidabat.n., vbi non erat trepidandum.quia regnum Chriſti ex hoc mundo non erat. ſed tantum ad ſaluandas animas.* reges Eoos.orientales.nec puto aſpirandam dictionẽ hanc,græca eſt.n. ἠῶος. & habet ψιλὸν.i. lenem ſpiritum.* quę vos cauſa,ſimulãtis obſequium regis hæc eſt oratio & plena dolo.* nos auentes, cupientes.non vt obſequantur,ſed vt perdant.* tot vatibus.Iſaia,Hieremia.Dauid,Michea, & Danie lie.alijſq́;. nam Profetæ omnes vſq; ad Ioannem de Chriſto prædixerunt.* haud procul. nam ſexto lapide tantum dicit eam Hieronymus ab Helia diſtare, quæ eſt Hieruſalem. ex ruinis veteris ab Helio*

Dani. 9.

Michex. 5.

Chriſtus quare in Bethleem natus.

greg in ho. Ioan 6.

tortoribus iiij. pectus perturbatur.

de conſol. phylo. lib.

fol. 53.

Adriano

Adriano recondita. vt etiam ſupra eſt annotatum. natum illuc. ſubaudi ite, & ibi quærite. ſic & in Euangelio & mittens eos in Bethleem dixit, ite & interrogate diligenter de puero. & cum inueneritis renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum.* accumuletur honore. vltra quem vos illi feceritis adorare eum ſe velle ſimulat. vt quaſi hunc ſi inuenire poſſit extinguat. vt ad hoc eos induceret deuotionem promittebat. & per eam gladium acuebat. talis eſt conſuetudo omnium malignorum. quando aliquem in occulto grauius lædere volunt, humilitatem verſus illum, & amicitias fingunt.* ſimulat. præcipua dominantiũ conſuetudo eſt falſa ſimulatio. vnde & vulgo dicitur. qui neſcit ſimulare, neſcit regnare.* longè aliud. necem quippe puero machinabatur.* mortalia regna. quæ eius ſunt incapacia. vtpote quem cœli ipſi non poſſunt capere. vnde Eccleſia beatam virginem admirans ait. quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contuliſti.* ergo. dimiſſi ab Herode & certiores facti de natali ſolo pueri.* iter inſtaurant. proſequuntur iter iamdudum ceptum, ſed intermiſſum ex ſubtractione luminis cœleſtis ſtellæ. hoc & dicitur in Euangelio. Qui cum audiſſent regem abierunt. Et ecce ſtella quã viderant in oriente, antecedebat eos, vſq; dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. videntes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno valde.* conſpecto ſydere. ſtella enim cum adduxiſſet magos prope Hieruſalem abſcondit ſe ab eis. vt relicti a lumine eius, cogerentur in Hieruſalem interrogare de Chriſto. ſimul & manifeſtare quod viderant ſignum Chriſti nati. vt & ipſi confirmarentur ex Prophetarum o-*

gregorius in homelia. Chriſoſt. ſuper Matth.

Matth. 2

Sic ait, & falſo ſimulat noua gaudia vultu.
Verum longè aliud male amico pectore agebat.
Demens, qui cœli regem, cui ſydera parent,
Crederet in terris mortalia regna morari.
Ergo iter inſtaurant conſpecto ſyderea læti.
Iamq; propinquabant magna ſtipante caterua.
Cum ſubito ſupra tectum ingens ſubſtitit aſtrum
Irradians largoq; mapalia lumine complens.
Quales cum belli motus, aut funera regum
Portendunt, crinem irato ſparſere minacem
Aetere, ni diri rubeant lugubre Cometę.
Treis adeò anguſti ſubter faſtigia tecti
Pauper ego excepi reges in rebus egenis.
Vidi illos auro illuſtres, oſtroq; decoros
Ante pedes pueri ſeſe demittere pronos
Suppliciter genibusq; piæ procumbere matris,

raculis. & ſacerdotes redderentur inexcuſabiles. ꝙ ignorauerint domini ſui ortum. læti. quia ſpes eorum non erat decepta, ſed amplius confirmata. ꝙ tanti itineris non ſine cauſa ſuſceperant laborem. præterea ſolent homines magis gaudere de rebus perditis & inuentis, q̃ ſemper poſſeſſis.* ſupra tectũ q. d. hic eſt quem quæritis. & ſimul ex hoc apparet quòd ſtella erat in aere poſita. & domui in qua puer erat multum vicina. aliter enim domum non diſcreuiſſet.* aſtrum. græca eſt dictio. illi enim ἄστρον. dicunt mobile ſydus.* mapalia. idem ſignificet, quòd magalia. paſtorum videlicet tabernacula, ſeu vilia ruricolarum tuguria. in hoc tantum diſtat. quòd primam corripit ſyllabam: illud vero producit. mapalia (vt inquit Hieronymus) punicæ lingua agreſtes ſunt caſæ, furnorum ſimiles.* Cometæ. crinitæ ſunt ſtellæ. de quibus & ſupradictum eſt. forſitan hæc fuit illa ſtella quam vidit Auguſtus Cæſar dum ludos quoſdam faceret. qua & vulgus imperitum credidit ſignificari animam Iulij Cæſaris inter deorum numina receptam. nam cum omnes ſtellæ Cometæ dira portendant terris ille fauſtus & ſalutaris fuiſſe dicitur. ad hoc facit quia teſte Euangelio. Imperante Auguſto natus eſt Chriſtus eo tempore quo primum iuſſit orbem deſcribi. pro certo tamen non hoc aſſero. nec enim certum habeo rei huius authorem.* ni rubeant. hi vocantur lampades. videtur autem author innuere rubeos Cometas minime lugubres eſſe. quod nuſquàm legi. quare puto potius hunc eſſe huius loci ſenſum. talis erat ſtella qua magis illuxit, quales ſunt Cometæ. niſi ꝙ hi rubent & male terris minantur. illa vero non minax fuit ſed ſalutaris.* pauper hoſpes ſubaudi. cuius tamen pauperiem ſuis releuarunt diuitijs. quòd ſi tales eſſent hoſpites noſtri temporis milites: non eos paſſim fugerent hoſpites agricolæ. ſed vltro ad caſulas ſuas illos inuitarent.* auro ill. oſ. dec. τὸ πρέπον. decorum ſeruat. quos enim magis decet purpura auroq; decoros fulgere quàm reges?* ante pedes pu. hoc & in Euangelio dicitur. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum: & apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera aurum thus & myrrham.* ſuppliciter. quia & ſi infantulum quantitate paruum, alienæ opis indigum, ſandi impotentem, & nulla ab infantiæ humanæ generalitate diſcretum: fidelia tamen erant teſtimonia quæ in eo maieſtatem inuiſibilis diuinitatis oſtendebant. ideoque videntes hominem, deum eſſe cognouerunt. et*

aſtrum. mapalia & magalia.

Cometæ.

Plin. lib. 2. cap. 25.

Matth. 2.

*ob id ſuppliciter proni eum adorarunt. * pia matris. non diademate (vt ait Chriſoſtomus) coronatæ: aut in lecto aureo recumbentis. ſed vix tunicam habentis vnam: non ad ornamentum corporis: ſed ad tegumentum nuditatis. qualem habere potuit carpentarij vxor peregre conſtituta. ſi ergo regem terrenum quærentes veniſſent: magis fuiſſent confuſi. quàm gauiſi. cum nihil ſchematis regij comperiſſent. at quia cæleſtem regem quærebant: & ſi nihil regale in eo vel in matre videbant. tamen ſolius ſtellæ teſtimonio contenti, gaudebant oculi eorum contemptibilem puerum conſpicere: quem ſpiritus in eorum cordibus terribilem monſtrabat, matremque licet inopem, valde tamen venerabilem ſuggerebat. * ſua dona. aurum, thus & myrrham. quibus eum regem, deum, & hominem fatebantur moriturum, nos quoque (vt ait Gregorius) ſi Chriſtum confeſſi fuerimus deo patri æqualem, deum: & regum regem, dominumque dominantium, pro nobis mortuum qui & reſurrexit & ad dextram patris ſedet. paria magis munera deuota mente offeremus. quod qui non faciunt heretici ſunt cenſendi. * tyrio murice. purpura muricis ſanguine tincta, & in tyria vrbe contexta. * ſonipes. equus. pedibus terram quatiens. quod audacis equi ſignum eſt. præcipue ſi chamum etiam dentibus mandens multam euomat ſpumam. * teres aurum. chamum aureum vel auratum, qui longus rotundus & volubilis fieri ſolet. vt per os equi circumuolutus minime dentes eius atterat. ſunt & quædam aſperrima fræna. lupata nomine a lupinis dentibus quòd inæquales ſint, ita appellata. de quibus Vergilius negabunt verbera dura pati, & duris parere lupatis. * moniti inſomnis ab Angelo, ne redirent ad Herodem. per aliã viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. (vt dicit Euangelium) vbi deum ipſum quem adorauerant magis quàm ante colentes. virtutemq; illius prædicantes multos erudierunt. & denique cum Thomas Apoſtolus iuiſſet ad prouinciam illam, baptizati ſunt ab eo: & executores facti prædicationis ipſius, ibidem requieuerunt in pace. tranſactis inde multis annorum curriculis eorum corpora Conſtantinopolim a magno Conſtantino dicuntur fuiſſe tranſlata. indeque Mediolanum ab Euſtorgio Mediolanenſi Epiſcopo. ſed & illinc coloniam deducta fuerunt: vbi & miraculis claruerunt. * regis idumei Herodis alienigenæ. ex ſtirpe Edom, idèſt Eſau, a quo Idumea regio ſic eſt appellata. * deluſum. ſic & in Euangelio Herodes videns quoniam illuſus eſſet a magis: iratus eſt valde. & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius a bimatu & infra, ſecundum tempus quod exquiſierat a magis. * denique, bene denique. nam ab initio ex quo non redierant ad ſe. putanis illos aduertiſſe ſe fuiſſe deluſos, & præ verecundia non auſos eſſe faciem eius amplius videre. verum deinde vulgatis rebus quæ in templo a Simeone & Anna prophetiſſa dictæ factæq; ſunt erga puerum Ieſum. tunc demum ſenſit Herodes ſe a magis fuiſſe deluſum. & propterea iratus cum neſciret dignoſcere infantulum quem timebat regem natum, in omnes coetaneos irã effudit, ſuſpectamque omnem quam habuit ætatem interfecit. exiſtimans cum reliquis ſe illum etiam perempturum. * furto. clam nihil tale a rege ſuo cauentes vel etiam ſuſpicantes. * vbere raptos. deeſt præpoſitio ereptos ab vbere. ſubſtantiue hic poſitum eſt. adiectiua. communis eſt generis & fertilem ſignificet bonoque humore habundantem. * quo, pro vt. coniunctio eſt cauſalis. * regius hæres, diuinitatis, ſcilicet ac paterna gloria. * in ſomnis. additur quid ſecutum fuerit poſt abſceſſum magorum. namque vt ait Euangeliſta cum receſſiſſent illi. Ecce Angelus domini apparuit inſomnis Ioſeph dicẽs: Surge & accipe puerum: & matrem eius, & fuge in Aegiptum: & eſto ibi, vſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui conſurgens accepit puerum. & matrem eius nocte, & feceſſit in Aegiptum. Et erat ibi vſque ad obitum Herodis. * ſurge age. ver-*

Magorum munera & nos poſſumus offerre.

chamus.

Lupata.

Verg. geor. lib. 3.

Matth. 2.

magorum baptiſma exitus & ſepultura.

Aug. de cõ. Euang.

huber.

Matth. 2.

Dum ſua quiſq; facit ſortiti ex ordine dona,
Barbarici ante fores expectabant comitatus
Interea, Tyrioq; inſtratus murice terga
Stant ſonipes teres exercebat dentibus aurum.
His deinc perfectis abeunt, lætiq; ſequuntur,
Quod longo irradians aperitur tramite ſydus.
Sed non inde via moniti referuntur eadem
Regia linquentes a læua mœnia longè,
Rurſus idumei ſedem ne regis adirent.
Ille autem, vt ſeſe deluſum deniq; ſenſit,
Accenſus furijs ſuſpectam miſit ad vrbem
Mille viros ferro inſtructos, qui mœnia furto
Per noctem ingreſſi teneros. quicunq; reperti,
Infantes matrum iugularent vbere raptos,
Quo numero in tanto caderet quoq; regios hæres.
Ipſe ſed in ſomnis viſus ſum voce moneri
Præcipitem celerare fugam, loca linquere nota.

ba

*hæ ſunt Angeli monentis. * puerum matremque. hypermetrus eſt verſus. verum ſuperexcreſcens ſyllaba, a principio ſequentis verſus colliditur. ſimul & nota ordinem littera. non enim dicit tolle matrem & puerum ſed contra. quia non propter matrem puer natus eſt. ſed propter puerum mater præparata eſt. * ſeptemgemini Nili. non bis ſeptem. hoc eſt. xiiij. hoſtijs intrantis in mare, ſed. vij. tantũ intellige. Canopico. ſ. Bolbitico. Sebenitico. Phenetico. Mēdeſico. Tanico & Pelaſiaco. hinc & ſeptēfluus dicitur. nomina quippe numerorum huic adiecta dictioni. gemini. ſimplicem, non duplicem geminationem notant. ſic dicimus, tergeminus, centumgeminus, & ſimilia. * Nili Aegipti fluuij. ſic a Neleo rege nuncupati. vel potius vt Seruio placuit. Nilum vocant quaſi. νέονιλυν, hoc eſt nouum trahentem limum quo terram Aegipti oblinit ac feracem reddit. * terram, Aegiptiacam. vt impleretur Oſeæ vaticinium. Ex Aegipto vocaui filium meum. * trepidare: hæc magis ad pium cuiuſlibet matris affectum referenda ſunt. quam ad beatam virginem. quæ & ſi vera mater erat, non tamen ita terrore concuti exiſtimanda eſt, vt exanguis vel exanimis fieret. ſed moderatus erat eius timor. nouerat enim puero deo vim minime tunc inferendam. mors quippe domini Herodis non erat temporis huius. ſed filij eius. * fuga. ſed quomodo filius dei ante hominem fugit? & quis liberabit nos ab inimicis? ſi & ipſe inimicos ſuos timet? primo quidem ſcire oportet. d. Ieſum infirmitatem humanæ naturæ in quibuſdam actibus ſuis obſeruatam voluiſſe oſtendere. humanæ quippe naturæ & maxime infantili ætati congruit fugere poteſtatem minantem. deinde vt cæteri Chriſtiani, cum neceſſitas perſecutionis aduenerit, fugere non erubeſcant. quibus etiam ipſe præcepturus erat. cum perſecuti vos fuerint in hanc ciuitatem fugite in aliam. * traiecit. transfodit, ut altius eam manebat vulnus. * maleſidam vrbem. Bethleem. non quòd Bethleemitæ futuri eſſent infideles, vel pueri proditores. ſed in qua haud tuto poterant morari, propter puerorum cædem in ea paulo poſt futuram. vel etiam forſan diuinum ibi puerum fama reuelante cognitum aliquis (vt ſuum ſaluaret) indicaſſet. * per noctem ne quis viã qua fugeret, poſſet aduertere, vel etiam locum diffugij ſuſpicari. * ſaltus vel ferarum: aut potius pecorum paſcuis aptos. * idumes. genitiuus eſt grecus. de hac vrbe dictum eſt ſupra lib. ij. * præteruectus eram. media quippe eſt. vnde & filij Iſrael ab Aegipto venientes petierunt ab eis innoxium tranſitum. * veteris Eluſæ. hæc vrbs eſt in finibus idumeę, Arabiã petream verſus. vt docet Ptolomæus. huius autem vrbis nulla mentio habetur in diuinis ſcripturis. * Mapſa. hæc quoq; vrbs idumea eſt vltima iuxta Ptolomæum; arbitror quoq; eam eſſe quam diuus Hieronymus. in lib. de nominibus hebraicorum locorum Mabſaram appellari dicit, vicum grandem in regione Gabalena ad vrbem petram pertinentem.*

Chriſoſt ſuper Matth.

hypermetrus uerſus.

nili. 7 hoſtia.

Ptolomæus & Plinius.

nilus quare ſic uocatur.

fuga domini.

Eluſa.

Mapſa.

Surge age, rumpe moras, puerum tecũ arripe, matrēq;
Et ſeptem gemini curſu pete flumina Nili,
Hinc terram cole, quæ procul his haud diſſidet oris,
Nec refer inde pedem, niſi te prius ipſe vocaro,
Rex etenim letum infanti molitur acerbum
Conſurgo, & plenus monitis matri omnia pando.
Vidiſſes viſu exanguem, exanimemque puellam
Huc illuc trepidare fuga, & vix fidere nocti.
Iam tum illi pectus gladius traiecit acutus
Ah miſeræ, ingenti labefactaq; corda dolore
Cedimus, & taciti maleſidam linquimus vrbem.
Per noctem, ac propero petimus nemora auia curſu.
Et iam palmoſæ ſaltus, atq; ardua Idumes
Præteruectus eram, veteris iam mœnia Eluſæ,
Quaq; Aſiam Libycis diſtinguit finibus omnem.
Mapſa ferax oleæ: ingredior pluuiæ inſcia regna,
Regna phari, quibus eſt cœli vis cognita primum,

lib. 2. de excid. o hiero ſol.

lib. 1.

** pluuia inſcia regna, Aegipti ſcilicet de qua Pomponius Mela ſic ait, Aſię prima pars Aegiptus (& poſt pauca) Terra expers imbrium, mirè tamen fertilis. Seneca in ea parte (inquit) qua in Aethiopiam vergit, aut nulli imbres ſunt, aut rari. item alibi ait, Alexandriæ niues non cadere. Aegeſippus quoq;. Attexamus (ait) Aegiptum abũdantem opibus ſuis, nec indigētem pluuia cœleſtis. quæ ſibi ipſi imbres generat. & pluuiarum vbertates creat. Tibul: ad Nilum, ſic ait. Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres. Arida nec pluuio ſupplicat herba ioui. qui hac re delectatur. videat Plinium in panagy. ad Traia: & claudianum poetam in illis verſibus Fœlix qui pharias proſcindit vomere terras. Nubila non ſperat tenebris condentia cœlum. Nec grauiter flantes pluuiali frigore Coros inuocat &c. nonnulli ad ęſtatem hoc referunt. vbi tota pluuiarum materia a radiorum ſolis propè ad perpēdiculum aſſurgentium vi conſumitur. alio tempore in Aegipto pluere non dubitant. * primum, poſtquā ab Abraam caldeo (qui fame vrgente*

Aegiptus imbris expers.

Stellarũ fluxus nullam neceſſi tatem inducit.

*te terram Cananeorum ad eos deſcenderat) edocti fuerunt. * aſtraque, ideſt aſtrorum ſcientia. quæ di citur aſtrologia. per quam ortus & occaſus influxusque ſtellarum errantium diſſeruntur. eſt tamen cauendum, ne quis credat influxu ſtellarum fatum vllum, ſeu euentus neceſſitatem cauſari. non enim hæc ſydera ſunt cauſa ſed tantum ſigna venturarum rerum. mundum quippe ipſum & ea quæ in mun do ſunt & maxime homines (quorum cauſa cætera facta ſunt) gubernat deus omnium creator & re ctor. vnde Propheta dixit. O domine ordinatione tua perſeuerat dies, & cuncta ſeruiunt tibi. dominus quoque in Euangelio aſſerit nec minimum paſſerem cadere abſque dei nutu. idem dixit aduentante die iudicij. Erunt ſigna in Sole & Luna. ſigna inquit non cauſa futurarum rerum. * Lunai. pro Lunæ. ſoluta diphthongus. * meatus, curſus atque recurſus. in quibus ſemper nititur contra mundum. hinc Vergilius dixit. Soliſque labores: nitentis. ſ. contra volubilitatem Sphera. * legens circuiens. * papy-*

Anthedon.

riferi Anthedonis de hac vrbe (ſic ait Ptolomæus.) ab oriente parte terminatur Iudea, hoc eſt ab An thedone vſque ad finem. & inde Arabia petrea vſque in ſinum Arabicum. ex quibus verbis colligi tur. vrbem Anthedonem in finibus eſſe Aegipti Iudeam verſus primamq; occurrere Iudeis petenti-

Papyrus.

*bus Aegiptum. eſt & nomen fluuij iuxta labentis. dictumque eſt ab anthore. * papyriferi. quia & in ripis eius naſcitur iuncus ille ſeu ſcirpus, qui papyrus dicitur: ſicut & in Nili ripis. in cuius libro olim ſcribebant, ſicut & ante in folijs palmarum poſtmodum in tabulis ceratis. nunc vero in chartis quæ & membranæ dicuntur: & in communi vſu habemus hanc papyrum non ex ſcirpis niliacis, ſed ex linteolis contritis dealbatiſque confectum. * capitique timentes non proprio ſed paruuli Ieſu. vnde & Aeneas Virg. dixit capitiſque iniuria cari: Quem re, heſ. fr; ceterum caput Eccleſiæ Chriſtus eſt. nam Paulus ait, caput mulieris vir. caput viri & Eccleſiæ Chriſtus. * accuruare, vtpote anthori ac creato ri ſuo. nec mirum, nam & tellus ipſa cælumque & cuncta elementa (vt ait Gregorius) teſtata ſunt quibuſdam ſignis hunc. d. Ieſum conditorem ſuum eſſe. & tamen tanta ſuit duricies in cordibus Iudeo rum: vt noluerint eum dominum ſuum & deum eſſe, nec fateri aut cognoſcere. in hiſque completum eſt illud vaticinium. noluerunt intelligere, vt bene agerent. * leues animæ, ideſt venti. * ſtagna lo quacia, in quibus audiuntur cantus olorum, & anſerum ſtrepitus, & variarum auium vocalium con centus, nec non & ranarum co axationes. * blandum, pro blan dè, nomen eſt pro aduerbio. * ſonare, murmur. id. raucum quod ad ſoporem feſſos allicit. * muſco. hinc eſt illud. Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba. * læta dei aſpectu tellus. factori ſuo cuncta arridebant, ſalua toremque orbis aduenisse qui bus poterant ſignis indicabant. * amaracus herba ſuauiſſimi o doris eſt, quæ & cipria (quòd ibi abundet) & ſanſucus ap pellatur. quod ſanus ſit eius ſuc cus. vulgo hanc maioranam vo cant. * mollem vmbram. minu tiſſima quippe eius folia manu componuntur in ſpeciem vm braculorum, cymbarũ & Sphe ræ aliusve cuiuſlibet rei, pro arbitratu componentis. * late broſus Nilus, quia frequenter abſorptus abſcõditur. vide Pli nium. * incerta origine. ſecundum Plinium alibi diximus in paradiſo deliciarum oriri. & Gyona in libro Geneſeos appellari. qui varias authorum opiniones velit videre de origine Nili, legat Ioachimum vadianum interpretem Pomponij Melæ in particulari Aſiæ deſcriptione. circa principium. capitis eius Aſiæ prima pars Aegiptus. * ſalienti flumine latiore incremento quàm ſoleret. atq; ob id maiorem fru gum*

1 Cor xi. ad Ephe. 5.

Amaracus.

Sanſucus.

Virg. in Bucolica.

Plinius lib. 5. cap. 9.

ſupra fo. 34

gen. 2.

lib. 1. cap. Aegipt.

Aſtraq; Lunaiq; globos ſoliſq; meatus.
Ignotos paſſim montes, ignota ſaluto
Flumina, turrigeraſq; legens præteruehor vrbes.
Iamq; papyriferi ripis Anthedonis ibam.
Auræ omnes terrent pauidos, capitiq; timentes
Tam caro. at puero blandiri murmure ſyluæ
Lauricomæ, & ramis capita accuruare reflexis,
Aurarumq; leues animæ indulgere ſuſurro.
Ipſe etiam nobis cautes, ipſiq; videntur
Verticibus leuiter motis alludere montes,
Signaq; lætitiæ dare ſtagna loquacia circum.
Audires blandum feſſas erroribus vndas
Perſtrepere, & molli lapſu per ſaxa ſonare
Humida ſaxa ſuper nitido viridantia muſco.
Præcipue ripis volucres, & fluminis alueo
Aſſuetæ liquidis mulcebant vocibus auras;
Et iactu alarum reſonabant corpora plauſa,
Seſe etiam omnifero gremio venientibus offert
Læta dei aſpectu tellus: flant gramina odorem
Cuncta ſuum, & mollem prætexit amaracus vmbram.
Nec vero incerta latebroſis origine Nilus
Non manifeſta dedit Salienti flumine ſigna

gum abundantiam promittens.nam ex vario Nili incremento variatur per annos frumenti copia. ſtagna arcana,ideſt cuius ſtagnationis ſubita,& per illud tempus inſolita cauſa latebat Aegiptios. Arcanus quippe erat illis Chriſti dei aduentus propter teneram populi infantiam. * ad biuias fauces. vbicunque reperiebantur. nec enim tantummodo in introitu Aegipti iuxta Nilum venientibus a Iudea tales biuiæ fauces occurrunt, ſed ſæpe.quin & triuia & quadriuia frequenter occurrunt. in quibus omnibus niſi Angelo duce fuiſſet dirrectus,quonam procedendum erat,viam Ioſephus ex locorum ignorantia potuiſſet errare.* increpitans clypeo.in ſignum quòd erat protector viæ: ne quis eis noceret.& in hoc infirmitati Ioſephi condeſcendebatur. nec enim deus angelico indigebat præſidio.cui cæleſtes famulãtur exercitus qui eius fulti præſidio valẽt,abſq; illo nihil viriũ penitus habituri.* pulcherrimus ales. Angelus Gabriel qui beatæ virgini datus erat cuſtos.* diuortia nota,ad cognitos flexus viarum atque reflexus: ſunt enim diuortia quædam ſemita in latera a via publica diuertentes, & per compita reflexa ad viam iterum reducentes.* recta regione viæ,ſolito per regionem itinere.* hoſtis. ſi forte inſecutus eſſet.* rubebant,alluſit ad picturam.* illis aſſimilis. vel forte idem. vt puto. aut Raphael Archangelus qui iuſtis iter agentibus conſueuit eſſe comes. ſicut & Tobiæ filio eunti in rages ciuitatem medorum ad exigendam mutuam a gabello pecuniam.* ſoluentem,ideſt ſoluere cogitantem,vt apud Matthæum Euang. licet videre. * tenebras zelotipiæ ac ignorantiæ atque infidelitatis. * alii Angeli Chriſti miniſtri.* reſupini,ſurſum reuoluti.* humorem lentum,roris matutini, vel nocturni, ſi forte (vt fit aliquando) nocte ambulabant.* tegebant,vice vmbraculi vel nubis.*iter perplexum,inuolutum ex multa reflexione viarum. ne ab inſequentibus veſtigia fugientium deprehendi poſſent. hæc autem ad reprimendum formidoloſi ſenis pauorem facta ſunt. nec enim metus erat, vt nolentem deum quis inſequeretur,aut etiam ſi ex permiſſu eius inſequeretur,vt comprehendere poſſet. * prope tenebam,non prope fida.* arua bacchata,a ſacerdotibus Iſidis magnæ olim Aegyptiorum deæ.*

Diuortium.

Tobiæ.5.

Matth.1.

Aduentante deo,lætis ſe ſuſtulit vndis
Stagna arcana ciens,fundoq; apparuit imo.
Ad biuias nobis fauces, flexusq; viarum
Increpitans clipeo,fulgentiq; enſe per auras
Ocius vſq; aderat cœlo pulcherrimus ales,
Et monſtrabat iter ſibi per diuortia nota,
Ne recta regione viæ deprehenderet hoſtis.
Cæruleis huic terga notis ſuffuſa rubebant,
Multum illi aſſimilis,qui me connubia quondam
Soluentem increpuit,tenebraſq; a mente fugauit.
Supra nos alii pendentes aere pennis
Ibant,& noctis reſupini infantis ab ore
Humorem arcebant lentum,plumaq; tegebant.
Iamq; ego perplexum per iter prope fida tenebam
Arua legens ſiſtris bachata ſonantibus, & iam
Tutus erat longè noſtris à finibus infans,
Attamen Aegipti penetro interiora, nec vlla
Fida ſatis tellus mihi viſa,aut regis iniqui
Sat ſcepteris diuiſa,animo timeo omnia tuta.
Nec placet Hermopolis, nec centum peruia portis
Viſa ſatis Thebe tanto procul eſſe periclo.
Nos igitur regum turritis clara ſepulchris

Seruius.

æneid.8.

in lib.de antiquit. Iud. & de bello Iudaico.

in cuius ſacris, muſicis talibus inſtrumẽtis vtebantur. ſiſtris timpana quædam ſunt vndiebris ſtridula & ſonora. Iſis enim quam Aegipti genium dicebant, ſeu potius tellurem ipſam. pingebatur manudextra ſiſtrum tenens cuius motu Nili acceſſus ſignificabatur. Læua vero ſitulam,quæ lacunarum omnium afluentiam oſtendebat. hinc & Cleopatra regina, quæ ſe Iſim volebat videri ſiſtrum ſibi aſſumpſerat. vt canit Vergilius Regina ĩ medijs patrio vocat agmina ſiſtro. * regis iniqui Herodis. cuius iniquitates multas exponit Ioſephus hebræorum ſcriptor egregius. cuius hiſtoria a Senatu Romano meruit approbari.* ſceptris. pro Imperio.* Hermopolis.ciuitas Mercurij,magna,etenim eſt,& parua.de vtraque meminit Ptolomæus. * Thebæ.de qua Pomponius Mela ſic ait.Theba vtique (vt Homero dictum eſt) centum portas, ſiue (vt alij aiunt) centum aulas habent: totidem olim principum domos.ſolitaſque ſingulas,vbi negotium exegerat,dena armatorum millia effundere.hæc vrbs hodie vocatur Dioſpolis vt Strabo ait, & Plinius Thebæ (inquit) portarum centum fama nobilis.copioſa arabicarum,indicarumque mercium. Nilo proximum Emporium. multa de hac Diodorus & Strabo.nonnulli a Buſyride conditam volunt. Scribit etiam Tacitus.lib.ij.quædam miracula mihi haud viſa fide digna ideoque nec relatu.* turritis ſepulchris.alluſit ad primum Martialis Epigramma.Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis. de*

Siſtrum.

lib.9.Iliados.

Plin.lib.5.

quibus

quibus vide cornucopię commentarios. * Memphis.notiſſima ex apidis culti vanitate.hodie Alcayrum*
nominari, & Sultani regiam eſſe ferunt. huius vrbis meminit etiam Eſaias. Hieremiaſque apud eam
& in Magdalo & in Taphnis ſcribit reliquias Iudeorum habitaſſe poſt excidium Hieruſalē & tranſ-
migrationem populi in Babylonem. * veteris amici, qui forſitan ante hoſpes illi fuerat in Bethleem vr-*
be patria. nam Aegiptij ſæpe in Arabiam & in Iudeam perigrinantur emendarum & vendendarum
mercium gratia. & maxime balſami qui in ſola Iudea naſci dicitur. * Peluſiacas oras. ægiptias. a Pe-*
luſiaco nili hoſtio. eſt autem peluſium (vt Strabo inquit) in extremis finibus inter Aegiptū & Ara-
biam Petream. * Paleſtinum regem Herodem. qui fuit Aſchalonita, ex Aſchalo vrbe paleſtinæ. cui*
etiam forte tunc temporis Romana fretus potentia dominabatur. quin & ipſa Iudea. Paleſtina Iudea
aliquando dicta eſt. eius habitatores phyliſtei in ſacris litteris vocitantur. * florentem. nam (vt* in ſermone de Innocēt.
ait Auguſtinus) Beati Innocentes primi fuerunt erumpentes Eccleſiæ flores: quos infidelitatis cadēs
pruina decoxit. * teneris nep. Herodes quippe dum Chriſtum inſequitur, regi noſtro coruum præpe-* innocentum cædes.
rauit exercitum, ſtolis victricibus candidatum. hi ſunt enim qui cum mulieribus non ſunt coinquina-
ti, virgines quippe ſunt, & ſequuntur agnum, quocumque ierit. * fruſtra. quia Chriſtum inter eos* Apoc. 14.
non perdidit vt putabat. quinimò prophanus hoſtis beatis Paruulis numquàm tantum prodeſſe po-
tuiſſet obſequio: quantum odio profuit. nam quantum contra eos iniquitas abundauit: tantum gra-
tia benedictionis effulſit. (*applicuit, maternum geſtum expreſſit ac affectum. ſolent enim matres in* maternus affectus.
omni magno pauore paruulos ad vbera applicare. & tenera quadam dulcedine ſic reſtringere vt in
viſcera ſi poſſent iterum reconderent. * ſceleris, cædis nati in materno ſinu perpetratæ. quo ſcelere*
quid grauius aut lugubrius? * fletus. Tunc enim impletum eſt Hieremiæ vaticinium. vox in excel-* Hieremiæ. 3.
ſis audita eſt: ploratus & vlulatus multus. Rachel plorans filios ſuos & noluit conſolari quia non
ſunt, id eſt noluit conſolari. (iuxta Hieronymum) de hoc quòd non eſſent. quia in æternitatis profe-
ctum per martyrij gloriam ab huius ſeculi mortalitate transferebantur. vbi perpetuum eſt eſſe. * na-*
tarunt modus eſt loquēdi. * in-*
cautis paſtoribus. quia non ob-
ſeruarunt ſigna prænuncia tē-
peſtatis futuræ: quæ docentur
in Georgicis. * ingruerit, repen-*
te ſuperuenerit. * cum matri-*
bus agni. ſyllepſis in caſu. non
quòd matres infantum fuerint
caſe, hoc intelligendum eſt. niſi
forte a furētibus militibus per-
cuſſæ fuerunt quædam ſeſe etiā
telis opponentes, dum pueros
tutari volunt, vel vlciſci. nam
& furor arma miniſtrat: &
iuſtus dolor etiam puſillanimes
ad vindictam accendit. * per fo-* fora.
ra, ea ſunt loca ſpacioſa, quæ
modo plateas vocitamus. in qui-
bus variæ res venduntur. vt fo-
rum boarium, holitorium, piſca-
rium & cupediarium. eſt etiam
forum cōtrouerſiarum vbi per
iuſdicentes dirimuntur litigia.
* *ſic, vt patet ex his quæ dicta*
ſunt de nece infantum. * vt vates. *Simeon ille ſenex.* * prædixerat, illis verbis. Ecce poſitus eſt hic* Luc. 2.
in ruinam, & in reſurrectionem multorum. tametſi aliter a ſanctis doctoribus intelligantur, quam
hic à Ioſepho. vt ſupra docuimus. * infans, Chriſtus Ieſus.* * ille peſſimus Herodes infantium Inno-*
centum carnifex. * immundo morbo. pediculari, vel vt alij dicunt diſyntheria, hoc eſt nimis alui ſolu-* Herodis mors.
tione vſque ad fluxum ſanguinis & viſcerum, Tuſſi etiam (ſi rectè memini) adeò vehementi anhelus
excruciabatur ſpiritus. vt dū pomum mundaret, ea repente correptus fatigatus, & impatiens, ſeipſum

Accepit Memphis: hac demum ſede quieui.
Paupere ſub tecto veteris ſecurus amici.
Iam verò peluſiacas vulgata per oras
Fama paleſtinum ſubito ferit vndiq; regem
Florentem teneris orbaſſe nepotibus vrbem,
Quos fruſtra inſontes paſſim ferro impius hauſit
Dulcia linquentes vagitu limina vitæ.
Palluit, applicuitq; ſinu perterrita mater
Infantem, atq; animum ſceleris perſtrinxit imago.
Quos ibi tum gentis fletus, qualive per vrbem
Funeſtam credis matres erraſſe vlulatu?
Sanguine diluta eſt tellus, caua tecta natarunt.
Non ſi fortè olim incautis paſtoribus orta
Ingruerit ſubito tempeſtas omnibus aruis,
Omnibus & ſyluis, tot fuſi grandine dira.
Spectantur per humum afflictis cum matribus agni:
Corpora quot paſſim puerorum abiecta iacebant
Per fora, perq; vias vrbis. ſic deniq; multis
Exitio fuit, vt vates prædixerat, infans.
Nunc etiam lugent orbæ ſua pignora matres.
Non tamen ille diu ſcelere eſt lætatus in illo:
Nam membra immundo correptus tabida morbo

*cultello quem manu tenebat vulnerauit.minime tamẽ lẽtali vulnere.vide Ioſephum hiſtoricum.Ex Ec
cleſiaſtica quoq; hiſtoria hoc habemus.Cum pro ſacrilegio quod in ſaluatorem cõmiſſerat, & in æque-
uos eius infantes,vltio diuina perurgeret Herodem in mortem:corpus eius morbus inuaſit diuerſus.ita
vt diceretur a vatibus non morbo corporis hæc, ſed diuinæ vltionis eſſe ſupplicia:ipſe autem ſurore iã
plenus,nobiliores quoſq; Iudeorum recludi iubet,mandans, ſtatim vt ſpiritum exhalaſſet,omnes inter-
fici,vt vel inuita Iudea omnis ſuum defleret interitum.Paulo antequàm ſpiritum nouiſſimum redderet
filium antipatrum quem in vinculis vt pote ſuſpectum ſibi habuerat iugulauit.eo ꝙ exultauerat nun-
ciata licet falſo patris morte,ante etiam ex pari ſuſpitione duos alios filios necauerat. Alexandrum et
Ariſtobolũ,necnon & matrem eorum Mariamne genere Iudeã.tandem morte peſſima nocentẽ animã
ex fetenti corpore magis eiecit,quàm reddidit.* illaudatã, et vituperatã ab his qui de eo ſcripſerunt et
omni opprobrio atq; vituperatione digniſſimam.eſt autem Liptote figura. ſicut & illud illaudati Buſi
ridis aras.* diuina voce etenim.Defuncto Herode,Ecce Angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph in
Math.2 Aegipto dicens,Surge & accipe puerum & matrem eius,& vade in terram Iſrael,defuncti ſunt enim
qui quærebant animã pueri.*monſtriferi nili.non ſolum propter Cocodrilos hoc dictũ eſt.ſed quia recedẽ Nilus monſtrifer.
tibus aquis poſt incrementa annua inter ipſas glebas apparent noua ferarũ monſtra , quædã plene for
matæ,& quædã ſemiplene,aliaq; rudia & penè informia:vt exponit Ouidius.* in patriam redeo.ſic &
Ibidem. in Euangelio dicitur.Qui conſurgens accepit puerũ & matrẽ eius:& venit in terrã Iſrael Audiens au
tẽ ꝙ Archelaus regnaret in Iudea pro Herode patre ſuo:timuit illo ire.& admonitus in ſomnis,ſeceſſit
in partes Galileæ:& veniens habitauit in ciuitatẽ quæ vocatur Nazareth:vt adimpleretur quod dictũ
æneid.3. eſt per Prophetas,quoniã Nazareus vocabitur.* legens,aut videns aut certe circuiens . ſcribãtur ea legens.
verba delata,* pignus.paruũ infantulũ d.Ieſum.tamq̃ pignus precioſum ſibi a deo cõmendatum.vereq;
Ioan.3. pignus amoris diuini erga humanũ genus. quapropter dictũ eſt.intantum deus dilexit mundum vt filiũ
vnigenitum daret.vt omnis qui credit in eum non pereat.ſed habeat vitam æternam. * quæ cura, ideſt,
cuius rei vel ſtudij ſollicitudo . Omnes enim pueri aliqua re delectantur , & ad eius ſtudium proni fe-
runtur . * quæ mens , ideſt intellectus animus , ac memoria . * virtus maturior æuo.eſt ſciendum.quòd & ſi virtus in domino Ieſu & ab initio ætatis & ſemper fuerit perfecta. cum ſit ipſe virtus & ſapientia patris . ex eo tamen quòd paulatim & per incrementa ætatis manifeſtabatur vt daretur aliquid naturæ & moribus. dicebatẽ dominus Ieſus proficere ſapientia , & ætate & gratia apud deum & homines. ſic intellige quod dicitur hic,an illi virtus eſſet maturior æuo. erat enim planè maturiſſima virtus in eo etiam infanti.non tamen oſtendebat eam, niſi paulatim & per quædam incrementa,Paulo tamen maturius quàm ætas illa adhuc ferret:.*

Illaudatam animam paruo poſt tempore fudit.
Ipſe iterum in ſomnis diuina voce coactus
Linquere monſtriferi ſeptemflua flumina Nili
In patriam redeo,atq; memor veſtigia retro
Obſeruata legens,pignus cum matre reduco.
Forſitan & puero fuerit quæ cura requiris,
Quæ mens,an virtus illi maturior æuo?
Ecquid non puerile annis puerilibus auſus.
Si tibi nunc,quæcunq; olim admiranda notaui,
Primeuo dum flore virens adoleſceret ætas,
Et numerare vacet,me vox prius ipſa relinquat
Defeſſum,atq; diem clauſo nox condat olympo:
Nam quoties dictis tener haud mortalibus ambos
Terruit? aut quoties ſanctos expauimus ignes,

** annis puerilibus . quædam e-
ius geſta in libro infantiæ Saluatoris adſcribuntur qui quoniam a ſanctis patribus inter Apocripha liber infantiæ Saluatoris Apochrifus.
connumeratur opuſcula ideo indignum duxi aliquid inde huc transferre . quod nec ipſe approbo . nam
Ioã. Chriſ. ſup Euang. Ioan.c.2. & Ioannes Chriſoſtomus dicit aquam vinum factum ad nuptias iuxta Euangelium Ioannis fuiſſe ini-
tium ſignorum eius . tum quia nec ante oportebat eum manifeſtari . nec decenter eſſent facta. exiſti-
maſſent enim homines fantaſiam eſſe incarnationem , tum quia ante oportunum tempus, & prædi-
ctum a Prophetis , eum liuore ducti Iudæi crucifixiſſent . non tamen nego : quin ea quæ hic a poeta
deſcribuntur vel alia , non ad ſui manifeſtationem ad populum , ſed tantum ad conſolationem ma-
tris, vel Ioſephi forſitan fecerit . quæ ideo leuiter pertranſeo : quia minime ex Euangelio fonte ve-
ritatis deprompta fuere . * dictis admirabilibus ac ſuper ætatem ſapientibus : atque diuinis . * ſan-
ctos ignes ſpiritus ſancti . licet videatur hoc aſſumpſiſſe . ex Maroniana Aſcanij flamma . * vi-
æneid. 2. ſus eſt ardere . non tamen verè ardebat . ſicut nec flamma illa leuiter lambens Aſcanij comam .*

Rubus quem inſlammatum, nec tamen combuſtum viderat Moyſes in deſerto Synai. * genitorem, deum patrem, a quo numquàm fuit ſeparatus. iuxta illud ego in patre, & pater in me eſt. * arcanas à nobis non intellectas. * Alma parens. virgo abſcondita, & mater patens. item & alma quæ filium illum aluit a quo omnes aluntur. * percurrens. ecce mater domini manuum labore ſibi & paruo filio (cuius eſt terra & plenitudo eius) victum queritabat. & nos homunculi abſque labore delitijs fruemur? abſit. qui non laborat non manducat, ait Apoſtolus. operemur itaque prius cibum qui non perit: deinde manu vel artificiolo honeſto neceſſaria nobis ipſis preparemus: ne Eccleſiam dei grauemus, vel aliquod verbo dei offendiculum apponamus, dantes occaſionem his qui non recta intentione Euangelizāt ſed lucernam ſub modio ponunt. * cœlituum, Angelorum. * exterrita, non ex viſione Angelica cui iamdudum aſſueuerat. ſed ex multitudine. * colludere. more puerorum ſimul ludere. * roſarum quarum viſu pueri oblectantur. & in his omnibus. τον πρεπον, ideſt decorum ætatis ſeruatur. nam & ſi dominus Ieſus deus erat. verè etiam puer erat. & omnes humanas infirmitates præter peccatum ſuſtinuit. * ſummiſſus. hoc eſt quòd dicitur in Euangelio & deſcendit & venit Nazareth & erat ſubditus illis. diſcamus itaque & nos parentibus noſtris eſſe ſubiecti & his qui loco parentum ſunt. quando magiſter omnis virtutis, & qui memini ſubiectus erat, & cui pater omnia ſubiecit ſub pedibus: dignatus eſt officium hoc pietatis implere. & nobis ex ſeipſo pietatis non ficta exemplum præbere. * noſtraq;. videbat quidem Ioſephus quia maior ſe puer erat Ieſus, & trepidus quidem moderabatur imperium, quia tamen (vt ait Baſilius) homo honeſtus & iuſtus, egenus erat, neceſſariorum penuriam patiens: manifeſtum eſt quòd ſudores continuos frequentabat. vt quæ vitæ neceſſaria erant præpararet. ideo Ieſus obediens illis (vt ſcriptura teſtatur) etiam in ſuſtinendo labores ſubiectionem plenariam ſufferebat. * veri, ac ſi verè illum genuiſſem. * biſſenos. hic refert quod in Euangelio Lucæ ſcribitur. cum factus eſſet Ieſus annorum. xij, aſcendentibus illis in Hieroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti. &c. * biſſenos. non enim a iudicio conſuetudinis humana abſcedit, vt eo tempore ſapientiam inciperet manifeſtare, quo penes nos diſcretionis ratio perfici conſueuit. tametſi ætate noſtra vidimus puerum, nouem annorum Hieronymum ruere, & longam orationem orantem, & in medio doctorum diſputantem, & ſuper cathedra legentem & e ſuperiore loco paſſionem domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Ioannem græcè latineq; interpretātem coram vrbe tota, maximo omnium ſtupore. quod miraculum ſanè & ſupra naturā fuiſſe non dubitarim. * ſigno vllo. nota hunc verſiculum pro his quæ proxime diximus de ſignis a domino Ieſu in puerili ætate factis.

alma parens. — Maria laborat. — laborandū eſſe. — ſubiectos eſſe maioribus debemus.

Exodi.3. — Ephes 4. — Luc.2.2. — in lib. religionum.

Flammarumq; globos, & terrificos fulgores,
Sæpe quibus viſus puer eſt ardere nitentem
Cæſariem, cœli dum ſplendet luce coruſca? Lucæ.2.
Nec referam quoties genitorem audiuimus illum
Affari ſolum, arcanaſq; expromere voces.
Alma parens tenues arguto pectine telas
Percurrens ſæpe humana ſub imagine cœtus
Cœlituum tectum intrantes exterrita vidit
Blandiri puero, & pictis colludere plumis,
Aut violis legere, & nimbo veſtire roſarum.
Nos tamen interea cuſtodes ille vereri vel quernũ. vel querce tem.
Summiſſus, caræ & mandata faceſſere matris,
Dum membris habilis vigor, & vis firma veniret.
Et iam biſſenos creſcens exegerat annos
Nec dum ſe populis ſigno detexerat vllo.
Tum primùm cœpit Iudea per oppida vulgo
Illius apparere, palamq; eſt prodita virtus.
Forte dies aderat genti ſolennis, & vrbi
Huic magnæ ſacer ante alias, quo regia mecum
Venerat & virgo, atq; ſequens ſeſe aureus illi
Implicuit dextræ puer. & iam rite litatis
Ipſe domum ſacris magna cum matre redibam.

* dies ſolennis. paſchatis. ſ. quo omnes Iudei Hieruſalē conueniebant. * aureus puer. vt nobis ipſis daret exemplum diebus feſtis non ad ludos, non venatū, nō ad ebreas, vel tabernas eſſe concurrendū: ſed cum parentibus & amicis ad tēplū dei properandū eſſe. vbi venia pro lapſis poſtuletur. verbum dei audiatur, & diuinis canticis inſiſtatur: & ſacræ miſſæ deuotiſſime audiantur. agnique immaculati pro ſalute noſtra carnibus immolatis tota deuotione & fide veſcamur. * rite litatis: vno verbo multa illius temporis & ſacrificiorum ac ceremoniarum obſeruantiam comprehendit, quæ erant vmbra futurorum. * cum matre redibam. ſeiunctim tamen, iuxta morem gentis: nam pro ſeruanda honeſtate, ſeorſum ibant viri & ſeorſum mulieres. pueri verò

feſtis diebus quid agendum. — puer Ieſus perditur a parentibus.

vtriſlibet

vtriſlibet miſcebantur.hinc factum eſt (vt ait Beda.) q̧ puer maxima parentum cura nutritus. oculos eorũ effugerit.exiſtimãte utroq; q̧ alteri adheſiſſet.nec prius abeſſe cognouerunt: quàm ad diuerſoriũ

Luc.2. *cõne ueſperi conuenerunt.* defuit hic puer. ſic & in Euangelio conſumatisq; diebus cum redirent. remanſit puer Ieſus in Hieruſalem:& non cognouerunt parentes eius: Exiſtimantes aũt illũ eſſe in comitatu,uenerunt iter diei:& requirebant eũ inter cognatos & notos.* feſellit.ideo aũt ab eis latenter dilapſus eſt . ne ſibi impedimento eſſent , quominus diſputationi peragendæ cum legiſperitis uacaret . ne vel retraheretur,uel ſi mandantibus non pareret,inobediens uideretur.nam & ſi deo patri cœleſti, magisq̃ terrenis parẽtibus teneamur obedire.propter eorũ tñ infirmitatẽ,occaſione inuẽta melius eſt abſq; eorum ſcandalo mandato diuino parere.ne bonum obedientiæ paternæ cum ſcandalo eorum contemnere uideamur.quàm ſcandalũ patiẽtibus illis repente reſilire.* flebat.ne forte ob incuriam ſuã a filio deſerta fuiſſet qui & cœlũ unde uenerat inſalutata matre repetiſſet.* fuſa crinẽ.& cætera q̃ ſequuntur ad exprimendã affectionẽ matris.poeticè magis dicta intelligantur. quàm pro decentia prudẽtiſſimæ ac modeſtiſſimæ uirginis,nec a ſpe penitus deſtituta.* amaracus.de hac herba & ſupra dictum eſt . & eſt ſatis nota cõparatio.* Viam relego.eodem rediens itinere quo ueneram:reſpiciens ubiq; ſi forte alicubi laſſus reſediſſet.* tris ſoles.hoc ne fallaris ſic intellige,ut declarat gloſſa huius loci.una quidem die, reuerſi ſunt ab Hieruſalem.ſecunda quæſierunt inter cognatos & notos.& non inuenientes tertia die regreſſi ſunt in Hieruſalem & ibi inuenerunt eum quarta die, ſicut hic dicitur & in Euangelio . & non*

Luc.2. *inuenientes regreſſi ſunt in Hieruſalem requirentes eum : Et factum eſt poſt triduum inuenerunt illum in templo ſedentem in medio doctorum,audientem illos:& interrogantem eos.* præces effundere. opti-*

parendum deo abſque ſcandalo parentum.

relego.

Iamq; labore viæ feſſis lux prima peracta
Et piceam clauſo nox cœlo inuoluerat vmbram.
Defuit hic puer,& genitricem meq; feſellit.
Tum conſanguineos fruſtra,& ſcitatus amicos
Terq;,quaterq; viam repetens clamore repleui.
Flebat ſe incuſans vnam pulcherrima mater
Flauentem fuſa crinem per eburnea colla.
Ora decent lachrymæ,diſiecti colla capilli.
Qualis virginea cum mollis amaracus vrna
Et pluuiam & ventos pariter perpeſſa procaces
Demiſit turbata comas,iterumq; reſurgens
Extulit os cœlo,ac priſcum meditatur honorem.
Dumq; viam relego,inuitum comes ægra ſecuta eſt.
Treis adeò incerti ſoles errauimus vrbe
Nequicquam : quarta eſt vix demum luce repertus.
Namq; mihi,& miſeræ cum ſpes ſublata parenti
Cuncta foret penitus, in mentem venit vtriq;
Templa iterum petere,atq; preces effundere ad aram.
Vix ingreſſus eram limen,cum protinus ambo
Ecce ſacerdotum in medio conſpeximus illum
(Prima rudimenta,& virtutis ſigna futuræ)
Alta recenſentem vatum monimenta, patrumq;
Primores vltro ſcitantem obſcura, docentemq;.
Illum omnes admirari,haud vulgata canentem
Supra aciem,captumq; hominis,mentemq; vigentem,

mum eſt in rebus deſperatis cõſilium,vt cum neſcimus,nec habemus vltra quid faciamus,ad dominum vt nos dirrigat : & quod ſupereſt ipſe faciat,præces effundamus. illum alta recenſentem, cætera per parẽtheſim dicta ſunt.* monimẽta,quæ de ſeipſo Chriſto fuerant prędicta.vt illos redderet admonitos ad ſui ipſius aduentum & proximam manifeſtationem ac ſuſceptionem.* ſcitantem interrogantem,primo.vt erudiret adoleſcentes,ne prius velint docere,quàm per interrogationẽ et auditionem prudẽtum erudiri. quia (vt ſacri aiunt canones.) nimis indignum eſt & indecorum, vt quis magiſterij normã aſſumat,qui nondum nouit eſſe diſcipulus.* docentemque per viam interrogationis. nam interrogabat,non vt addiſceret . ſed interrogando erudiret. Ex vno quippe doctrina fonte manat interrogare ſapienter &*

deus rogandus eſt.

magiſtrum nõ decet eſſe priuſquam diſcipulum.

Beda ſuper Luc. *reſpondere .* admirari.diuina ſiquidem lingua ſapientiam prodebat. ſed infirmitatem ætas prætendebat . vnde doctores illi , cæterique illum audientes inter alta quæ ſentiunt , & infirma quę vident, dubia admiratione ſtupebant , atque turbabantur . nos vero nequaquàm turbida capiat admiratio, ſcien-*

Eſaiæ.9. *tes ſecundum Prophetam . quòd & ſi paruulus datus eſt nobis , permanet tamen etiam deus fortis . * ſupra , puerilis acumen ingenij.* captumque hominis.ſupra id quod non ſolum puer , ſed etiam homo ætatis maturæ capere poſſet.quòd plus eſt.* humana non vi ed, alludit ad illud phariſeorum dictũ.vn-*

Ioan. 8. *de huic doctrina ? vnde hic litteras ſcis ? cum non didicerit ? quibus ipſe reſpondit . doctrina mea non*

eſt mea.ſed eius qui miſſit me patris.cuius ſiquis voluerit voluntatem facere,hic cognoſcet de doctrina mea &c. arte magiſtra.quinimo ipſe ſolus eſt omnium magiſter,& virtutū dator ac optimus artifex. * inſigni ore,etenim gratior eſt pulchro veniens in corpore virtus.* flagrantes ſupra modum humanum nitentes.* aut propexū ver,au,ſubaudi magisq̄ propexū ver,au,alicuius.ſ.mulieris bene cōptæ. nec.n. d.Ieſus qui pauperiē prædicaturus erat,& inopē vitā gerebat.auro verticē propexo cōptam habebat. tametſi modo a pictoribus aureo diademate in crucis radiorū morē ornatū caput dūi circunferat.* grati æui.adoleſcētiæ.ſ.in qua futuræ virtutis indoles ſola gratiſſima eſt.quāto magis ſi adſit iā ipſa virtus.*

honeſtas. *vt in.d.Ieſu.et pauciſſimis alijs.* honeſtū,pulcherrima honeſtate decoratū.qua nihil pulchrius decētius ve in faciē oīs ætatis reſplēdet,maximeq; adoleſcētiæ.ea amiſſa nihil fœdius. hinc eſt ꝙ ſæpe vultus angelicos hodie videmus:et poſt triduū teterrimos.* dulcē amorē.natura pueros virtute ac honeſtate decoros,amabiles omni reddit ætati.ſed multo magis.d. Ieſum.qui ſpecioſus forma præ filijs hominū emicabat.*

Agnetis verba de Chriſto ſpōſo. — Ambroſius in ſermone diue Agnetis.

cuius amore dulciſſimo capta beata virgo Agnes,cū a filio præſidis expeteretr̄, prioris ſpōſi d. Ieſu decorē his verbis efferebat.qūo potero ad contumeliā prioris amatoris vel hunc aſpicere, et illū derelinquere?cū quo ſum charitate deſpōſata?cuius generoſitas celſior,poſſibilitas fortior,aſpectus pulchrior, amor ſuauior,& omni gratia elegātior.& poſt pauca.cui angeli ſeruiunt,cuius pulchritudinē ſol et luna mirant̄.cuius odore reuiuiſcunt mortui,cuius tactu confortantur infirmi: cuius diuitiæ nunq̄ decreſcūt:ipſi ſoli ſeruo fidē.ipſi me tota deuotione cōmitto.cōmittimus et nos,o pulcherrime Ieſu reſpice nos et pari deuotiōe et charitate nos deuince.Ieſu dulcis amor,mea cura ſuauis Ieſu pelle oēs curas,cura et amore tuo.Te mea te ſolū mēs ardeat:ardor et iſte Ardores reliquos effuget igne ſuo.Omnis amor mūdi falſa dulcedine tinctus:vnus amor verè dulcis et iſte tuus.ſi qua vel inuitos ad amādū forma coegit: Forma ſuper cūctos eſt ſpecioſa tibi. Gratia ſi qua decēs ſopitos excitat ignes : Diffuſa eſt vultu gratia ſumma tuo.Si qua,viri virtus mouet aut ſapientis amare.Tu patris es virtus:maximus esq́; Sophos.reliqua vide in noſtro carmine de Ieſu.

Narciſſus. ** purpureus Narciſſus.lilij genus eſt flore purpureo folia habēs in radice ad ſimilitudinē foliorū arundinis.ſic dictus ꝙ odor eius teſte Plinio caput agrauet.νάρκη.n. grecè latinæ ſtuporē ſignificat.* rupto amictu,viridi quodam folio et maculato coloribus quo veluti cortice tegit̄.*

Smaragdus. ** Smaragdi.gēmæ ſunt virides gratiſſimę aſpectui humano,nā earū ſplendore oculorū acies recreatur.& propterea dixit vates almam eſſe eorum ſpeciem.etenim inde viſus noſter ali videtur.* tenui arg,vel auro.puta annulis, vel cum monilibus,aut dextrocherio,inauri.& alijs mulierum iocalibus inſeritur.* hinc.ex admirabili prætenſa ſapientia,inuidia orta eſt.quę virtuti inimica ex ipſa oſtenſione virtutis oritur.*

virtus odium parit. ** ſcintilla paruus igniculus,tenue fomentum. & attende ex quām exigua ſcintilla quàm magnum incendium factum eſt. vt illud Auguſtini notabile dictum facile poſſit adaptari.vide quam modicus ignis a principio non extinctus, quam magnam ſyluam exurit. * primoribus vrbis. ex Saluſtio videtur hoc ſumptum. qui ſcribit Ciceronem virtute vrbis principibus fuiſſe inuiſum.*

mali incrementa quanta. ** hoc fomite, hoc inuidie pabulo. * gliſcens creſcens. * inſania nota mali incrementum. primo admirantur, inde ſtupent, hinc metuunt, inuident ſubinde, iraſcuntur. oderunt, furiunt, inſaniunt poſtremo & interficiunt. homicidij vero, vrbis incendio, populique ſtrage, pœnas luunt.*

errors paruus. *itaque fit,vt paruus error in principio,maximus euadat in fine.principijs ergo ſemper obſtandum aſt.*

Humana non vi edoctum,non arte magiſtra,
Maturumq; animi nimium puerilibus annis.
Nec minus inſigni cunctis ſpectantibus ore
Gratus erat : neq; enim poterant ſe explere tuendo
Flagrantesq́; dei vultus,blandosq́; ſerena
Luce oculos magis,aut propexum verticis aurum,
Et florem grati qui vix inceperat æui.
Nam quocumq; caput circum torſiſſet honeſtum,
Luce recens orta,vel ſydere pulchrior aureo,
Læta ſerenato ridebant omnia mundo,
Et toto dulcem iactabat corpore amorem.
Inculti qualis nitet inter gramina campi,
Purpureus ſe cùm primùm folijs Narciſſus
Exeruit,ruptoq́; caput detexit amictu:
Aut qualis nitidi ſpecies micat alma ſmaragdi,
Cum tenui argento,tenuive includitur auro.
Prima mali fuit hinc nobis ſcintilla,puerq́;
Ex illo formidara primoribus vrbis
Virtute inuiſus fuit,& corda aſpera mouit,
Atq; hoc deinde ingens ſuccenſa eſt fomite flamma.
Inq; dies gliſcens furor,atq; inſania creuit,

* porrò,a,longe. vnde & dicuntur prudentes,porro futura videntes.* impauidum d.Ieſum Chriſtum : qui nolebat timere eos qui occidunt corpus,& vltra non habent quid faciant.vtq;,ſe bonum oſtēderet eſſe paſtorem:qui viſo lupo non fugit,ſed animam exponit pro ouium ſalute.* obijceret.male cōſulebat Ioſephus nimia deuictus affectione.talis etiam conſultor extiterat petrus,vt vidimus in 1.lib.tales cō- principium obſta.

Mich. 7. ſultores ferè ſunt omnes domeſtici.ſicut & dicit Propheta inimici hominis domeſtici eius.* luce, clara
Matth. 5. die.* lateant arces.quæ ſemper in eminentiori loco vrbis condita circumquaq; apparent. & hoc eſt ex ciuitas ſupra montem.
Hilarius. Euangelio:non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.i.Chriſtus ipſe abſcondi non poteſt,quia in altitudine poſitus celſitudinis dei,admiratione operum ſuorum offertur omnibus contemplandus.ſed et
Chriſoſtomus. de Apoſtolis ac ſanctis omnibus eſt dictum:non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.hæc enim ciuitas Eccleſia ſanctorum eſt.de qua dicitur.glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei.ciues ſunt omnes fideles.de quibus Apoſtolus,vos eſtis ciues ſanctorum.hæc ergo ciuitas poſita eſt ſupra montem Chriſtū. de quo Daniel,lapis abſciſus ſine manibus factus eſt mons magnus. non poteſt ergo ciuitas hæc abſcondi poſita ſupra montem.etiam ſi ipſa voluerit.mons enim qui eam portat facit omnibus manifeſtam. ſic & Apoſtoli & ſacerdotes,qui fundati ſunt in Chriſto.non poſſunt eſſe abſconditi etiam ſi voluerint : quia Chriſtus eos manifeſtat . præterea(vt ait Hieronymus)ne quis ſanctorum abſcondatur ob metū: ſed tota libertate ſe prodat:cum pro exemplo ſit oculis in omnium poſitus.dictum eſt a domino non poteſt ciu,ab;ſ,m,p.quanto minus igitur debuit abſcondi dominus ipſe omnium virtutum exemplar ? & forma fidelium? qui & hoc ipſum iam docuerat ſuos fideles.* ignis.lampas accenſa.quæ res in turribus in ipſo portu erectis fieri ſolet:ne naues nocturno tempore diuertētes alio procul a portu in vicinos ſco-
Statius in Thebaide. pulos collidantur.ſicut.Genuæ & in Pharo prope Alexandriam factitatum nouimus.vnde Papi.ſic cecinit Lumina noctiuaga tollit pharus æmula lunæ.ſed & hoc dictum ex Euangelio eſt. Apoſtolis quip-
Matth. 5. pe cum dixiſſet dominus.vos eſtis lux mundi.ſubiunxit:non accendunt lucernam : & ponunt eam ſub modio : ſed ſupra candelabrum,vt luceat omnibus qui in domo ſunt. ſic luceat lux veſtra coram homi-

Omnia quæ porrò ipſe videns,metuensq; futuri
Orabam impauidum,ne vitæ prodigus hoſti
Obijceret, nec ſe perdendum proderet vltro.
gregorius. Verùm luce prius lateant in montibus arces,
Aut nocte in ſummis celetur turribus ignis,
Hylarius. Obruta quam longum iaceat ſine nomine virtus.
Non tamen ille odiis magis vſſit pectora acerbis,
Quàm cum terdenis iam vir voluentibus annis
Fontis aquam latices Bachi conuertit in atros.
Fortè Canam mecum Galilææ aduenerat vrbem,
Mater & ipſa aderat,veteri dum accitus amico
Obſequor intactam genero qui iungere natam

nibus:vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrē qui in cælis eſt . Lucerna autē hæc multo magis ipſe eſt Chriſtus, qui teſtā humanæ naturæ flāma ſua diuinitatis impleuit. cādelabrū ipſum eſt lignū crucis in quo per paſſionē ſuſpēſa eſt. vñ lumen æternū habitantibus in Eccleſia præbitura eſt.nō igitur oportebat ò Ioſephe iuxta conſilia tua Chriſtū lumen noſtrū abſcondi.* longū,pro in lōgū tēpus. nā & ſi aliqū virtu- Lucerna Chriſtus.
prouer. 22. tis amatores iaceāt deſpecti ob malignitatē tēporū,vel propter maiorū incuriā. ſuapte tñ demū lumen virtutis emicat:& longe lateq; diffunditur.* ſine noīe.i.fāma.iuxta illud ſapiētis adagiū. melius eſt bonū nomen,q̄ diuitiæ multæ.* non tñ,annectit aliud mirabile Chriſti factū. quo non minus accenſa fuiſſe
Ioan 2. inuidia Iudeorū pectora dicit, q̄ ſuperiori. eſt autē illud miraculū mutationis aquæ in vinū ad nuptias
Lucæ.3. de qua ſupra tactū eſt.* terdenis annis.hac quippe ætate cœpit Chriſtus prædicare et diſcipulos cōgregare.per hoc indicās virilia officia,nō niſi in forti & matura ætate conſtitutis eſſe cōmittenda,vel etiā exercēda.* iā vir.hoc in loco nomē eſt & ætatis & animi roboris.aliàs.dicit. Annis,cōiugio,ſexu, vir tute,vir eſto.* latices atros bachi.hoc eſt.in vinū nigri coloris.hoc ex ſuo videt appoſuiſſe vates.nec.n. Euāgeliſta vel quiſq̄ doctorū(.q̄ viderim)dicit hoc vinū fuiſſe nigrū vel albū.niſi dicamus ſumptū eſſe ex eo hymno,quē canit Eccleſia in Epiphania. Nouū genus potētiæ,aquæ rubeſcūt hydriæ,vinūq; iuſſa fundere.mutauit vnda originē.* canā vz, gal,nūc paruus tantūmodo viculus eſt de quo & ſupra dictū ætas prædicandi. Vir. vinum ex aqua factum.quale.
fo. 67. a. eſt.* Mater & ipſa aderat. ſic habet Euangeliū. Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ:& erat mater Ieſu
Ioan. 2. ibi,vocatus eſt Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias:& deficiēte vino,dicit mater Ieſu ad eū.vinū nō habēt.& reliqua vt infra.* genero.quisnā fuerit iſte.nō dicit ſcriptura quare nōnulli ſuſpicant̄ ſponſum hunc ipſum fuiſſe Ioā.Euang.de quo ſic ſcribit Hieronymus in prologo ipſius Euāgelij.hic eſt Ioannes Euangeliſta vnus ex diſcipulis dñi:qui virgo a deo electus eſt:quē de nuptijs volentem nubere vocauit Ioannes Euangeliſta ex nuptiis uocatus.

deus. procerum, Apoſtolorum ſcilicet mox futurorum Eccleſiæ procerum. alioquin ita pauperes vt vinum eſſet ante finem conuiuij defecturum: quonam pacto inuitaſſent ad tenues nuptias vrbis proceres? vnde & Chriſoſtomus ait. vocant autem ad nuptias dominum non tanquàm magnificum aliquẽ:*
vinũ lætificat. *ſed tanquàm notum & vnum multorum.* lætitiæ cauſam. ſic & Propheta. vinum (ait) lætificat cor hominis. & ſapiens in prouerbijs monet. vt vinum detur his qui amaro ſunt animo. vt bibentes obliuiſcantur egeſtatis ſuæ: & doloris ſui non recordentur amplius. & hoc verum ſi moderate ſumatur. alio-* prouer. 31. prouer. 20.
vini mala. ſi im̃moderate bibatur. 117. *quin luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas. qui ſe his immiſcet, non erit ſapiens. cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? & cui ſuffoſio oculorum? nonne his qui morantur in vino & ſtudent calicibus epotandis?* Exhauſtis cadis, vaſis vinarijs euacuatis. eſt autem cadus* prouer. 23.
cadus. *græcum vocabulum: quo & latini indifferenter vtuntur. in quo non modo vinum, ſed & oleum recondi ſolet. de vino habes hic, & in martiali. Ia vaticanis condita muſta cadis. de oleo. in Euangelio Lucæ. quantum debes domino meo? at ille dixit. centum cados olei. ſuper quo loco. dicit Beda, chorus eſt menſura aridorum. xxx. modiorum capax. cadus vero liquidorum. & latine dicitur amphora continens vrnas tres.* Luc. 16.
vrna. amphora. lagena. *ſunt autẽ vrnæ vaſa illa aquaria quibus aquas e puteo ſolemus haurire. amphora vero ſic dicta eſt. quòd ſit vas portatile & circumquaq; feratur anſis duabus: quibus vtrinq; manu capitur. ab amphi, quòd eſt circum, et phoreo, græco verbo quòd eſt fero. loco huius noſtri vtuntur lagenis ligneis: quas vulgo brentas vocant.* turbari om. vi. præ verecundia. vnde & mater domini pietate mota eſt. vt hanc verecundiam a proximis auerteret.* res tenues. paupertatem. fortaſſis enim plures ad conui-*

Conuentu procerum magno de more parabat.
Iamq́; omnes circum poſitis diſcumbere menſis,
Atq; alacres epulari, & vina repoſcere læti.
Nec dum finis erat dapibus, cùm murmur vbiq́;
Exoritur, totasq́; auditur triſte per ædes,
Lætitiæ cauſam exhauſtis liquentia vina
Defeciſſe cadis, turbariq; omnia viſa.
Tum res alma parens tenues miſerata puellæ
Innuit, & gnatum ſummiſſa voce precata eſt,
Ferret opem. vidi hic iuuenem primùm ore moueri
Turbatum: caræ precibus tamen inde parentis
Annuit, & feſſo rerum ſuccurrit amico.
Sex, vt erant ibi tot numero, carcheſia lymphis
Impleri iubet actutum, menſisq́; reponi.
Quæ ſimul aſpexit propius deus, omnibus ecce
Mutatus ſubito nigreſcere cernitur humor,

uium quàm exiſtimauerant, ſecum ſponſus adduxit. quos non admittere pudor erat. turbatum quia nondum venerat hora eius, qua miraculis vellet ſeſe deum oſtẽdere præterea nec adhuc ille defectus vini fuerat cognitus a cõuiuis. quem prius pateſieri volebat: vt clarius miraculum appareret, & gratius eſſet beneficium tam opportune & in tanta neceſſitate exhibitum. pudiciſſima autem mater domini. nihil vltra quàm verecundiam parentum ſponſæ cogitabat. cui ante publicationẽ defectus conſuli volebat.* feſſo rerum, egeno. cui vinum de-*
carcheſia. *fecerat in ipſo nuptiarum conuiuio.* ſex carcheſia. hydriæ appellantur in Euangelio. ſic enim dicit. Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex, poſitæ ſecundum purificationem Iudeorum, capientes ſingulæ metretas binas, vel ternas. dicit Ieſus miniſtris implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vſque ad ſummum. Et dicit eis Ieſus. haurite nunc, & ferte architriclino. & tulerunt. vt autem guſtauit architriclinus aquam vinum factum, & non ſciebat vnde eſſet: miniſtri autem ſciebant, qui hauſerant aquam: vocat ergo ſponſum architriclinus, & dicit ei. Omnis homo primum bonum vinum ponit. & cum inebriati fuerint, id quod deterius eſt. tu autem ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc? ſunt autem carcheſia. quædam pocula mediocriter anſata, quibus in ſacris Iouis olim vtebantur. ſicut ſcypho, in ſacris herculi, & cantharo Liberi Patris. a re nauali ſic dicta: vt exiſtimat Aſclepiades. quòd ſummum veli Carcheſium nominetur. de his & Virgilius hic duo rite mero libans carcheſia baccho.* actutum vſque ad ſummum.* menſiſq; reponi. non quibus diſcumbebant. ſed alijs ibi proximis. ad quas lauandi gratia priuſquàm diſcubuiſſent acceſſerant. quia inter alias phariſeorum traditiones, etiam hoc obſeruabant, vt crebro ſe lauarent. & maxime venientes a foro, antequàm diſcumberent. nam hæ hydriæ (vt ait Chriſoſt.) nunquàm ante, vini receptacula facta fuerant. ſed aquæ tantũ et propterea dixiſſe Euangeliſtã poſitas ſecundum purificationem Iudeorũ, ne qui inſidelium ſuſpicarentur. quoniam fece intus remanente deinde aqua immiſſa, vinum ſubtiliſſimum factum eſſet.* hauſimus. bibimus nec ex miniſtris erat Joſephus, ſed ex conuiuis. myſtice. apparente domino in carne, vinoſa legalis ſenſus* Ioan 2.

ſuauitas,

Beda in homelia dominicæ 2. poſt Epiph. Aug. ſuper Ioan ca 2. in hom. dominicæ 2. poſt Epiph.

ſuauitas, paulatim ceperat ob carnalem pharyſeorum interpretatione ab ipſa ſua virtute deficere: & in aquoſam litteræ ſolus ſatuitatem tranſierat. & iſta erat aqua, quam dominus tunc in vinum commutauit, quando aperuit diſcipulis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. docens quòd littera occidit: ſpiritus autem viuificat. & ſic iam incipit ſapere, quòd prius non ſapiebat: & inebriat quod ante nõ inebriabat. particularia. huius myſterij exempla per. vi. hydrias, ideſt. vi. ætates mundi. vide ad plenum per Bedam venerabilem doctorem in Homelia & guſtabis huius vini ex aqua facti ſuauitatem.* audiſti, peroras hic Ioſephus, & concludit orationem ſuam.* & genus, a regia ſtirpe ſecundum carnem.* cunabula, ideſt quæ facta ſunt mirabilia dum adhuc eſſet paruus & tener in cunis.* primitiaſq; dei ideſt quædam parua & prima ſigna quibus oſtendit ſe deum eſſe. ſicut & primitiæ erant primi fructus ſacerdotibus oblati, in ſignum meſſis iam matureſcentis.* requiras ſubaudi a me ſeue per ætatem obliuioſo, & longo ſermone iam fatigato. & hoc callide dixit, vt iniiceret cupiditatem audiendi maiora: ex quo viderat eum adeo minoribus attentum.* erexit ad admirationem ſui, & ad bene operandum.* Is. ſ. Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta.* errabunda du, veſt, quàm pulcra methaphora a boue Virgiliano ad ducem Chriſtum? is enim dixerat. Errabunda bouis veſtigia. excuſatur tamen. ex vaticinio Iacob: qui & taurum illum appellat. Simeon (inquit) & leui vaſa iniquitatis bellantia &c. vſq; ibi in conſilium eorum non veniat anima mea quia in furore ſuo occiderunt virum; & in uoluntate ſua ſubneruauerunt taurum. quę littera de Chriſto ab eis interfecto a catholicis doctoribus exponitur. eſt autem dictum errabunda veſtigia. non quia Chriſtus qui eſt ſapientia patris erraret. Sed quia boues quando paſcuntur videntur huc illuc errare. ſic d. Ieſus Chriſtus circuibat huc et illuc vrbes, caſtella. & vicos. paſcens homines verbo doctrinæ et miraculorum dulcedine, quæ ſpiritualis eſt alimonia. & ſe ipſum paſcens fide atq; bonis operibus auditorum. quibus non minus delectatur deus: quàm nos dulci cibo. hinc eſt quòd ipſe dixit in Apocalypſi. ego ſto ad hoſtium & pulſo: ſi quis me aperuerit intrabo & cœnabo cum illo & ille mecum.* immo. pro quinimmo ait ſuple Pilatus preſes delectatus his quæ audierat a Ioſepho: & motus deſiderio audiendi maiora. nam & ſi magna cum difficultate credantur: libenter tamen ab omnibus audiuntur. vnde eſt in præceptis rhetorices. quòd magnarum rerum promiſſa narratio facit auditores attentos.* iſtius partus, admirabilis & inauditi. quòd virgo ſine viri coniunctione conceperit, pepererit. & virgo permanſerit.* cauſas. quare deus factus eſt homo? reſponde breuiter: vt homo fieret deus. non natura ſed adoptionis gratia.* exequere. vel ſequere ceptum ab Ioſepho Sermonẽ. vel diſſere & edoce, quæ is dixit te facturum.* quæ relligio, Chriſtiana. nequaquàm ab antiquorum fidelium Iudeorum diuerſa, quo ad moralitatem & ſpiritualem ſcripturæ diuinæ intellectum. niſi & quo ad corticem litteræ. & cerimoniarum exteriorem. mutatis temporibus. nam quæ illi expectabãt futura. nos facta & credimus & prædicamus.* colit. ſed neque nos Chriſtiani. vnus enim eſt æternus & verus deus pater & filius & ſpiritus ſanctus. trinus quidem in perſonis, ſed vnus in ſubſtantia.* cretum. ſed neque nos dicimus filium dei humano ſemine cretum. ſed deum ex deo, lumen ex lumine, verum deum ex deo vero ante omnia ſecula genitum, patri æterno coęqualem, & conſubſtantialem.* indigetes. more Romano loquitur Pilatus qui indigetem æneam, Romulum, Iulium, & Auguſtum Cæſareſq; alios in numerum deorum ſecundum fatuam eorum opinionem aſcitos deos indigetes appellabant. quaſi inde genitos. vel qui indiguerint maioris dei fauore vt ad tam celſum locum aſcen

vinum ex aqua myſtica quid ſignificet.

primitiæ.

Chriſtus etiam taurus dicitur.

gen. 49.

errare & errabundus.

Vinaq; pro pura mirantes hauſimus vnda.
Audiſti dux & genus, & cunabula nati
Primitiaſq; dei, ne cætera deinde requiras,
Hanc omnem erexit factis florentibus oram.
Quæ ſi audire tamen tibi nunc fert corde voluptas,
Is longè memoret melior (ſimul ore ſedentem
Signat Ioannem) vidit namq; omnia præſens,
Errabunda ducis ſemper veſtigia ſeruans,
Dum mihi cura domi ſeruandæ virginis hæret.
Dixit. & hic facto defeſſus fine quieuit.
Immo ait: iſtius cauſas ab origine partus
Exequere, aut quæ relligio, ſi vera per oram
Percepi. Iudea deum non amplius vnum
Aeternum colit, haud mortali ſemine cretum.
Indigeteſq; ſuis diuos altaribus arcet.
Inde tibi noti recolens ex ordine diui
Cætera mira refer: namq; hunc in corpore vires
Deficiunt, teq; auxilio iubet ipſe ſubire.
Pontius hæc: cuncti intenti ſimul ora tenebant.

Chriſtus quibus paſcit ac paſcatur.

Apoc. 3.

religio Chriſtiana.

Deus unus & trinus.

indigetes dei.

derent. talem exiſtimabat dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. qui quo ad diuinitatem æternus nullius rei indigus cum æterno patre omnium dominus, mundique ipſius creatur & rector. tempore quo voluit ipſe exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens, apparuit infirmus. Iacens & indigus opis alienæ. ſubinde in cœlum exaltatus ſedet ad dexteram patris factus rex regum & dominus dominantium. ar cet. ſed & nos nullum ſanctorum pro deo colimus: ſed vt ſancti ſanctorum verique dei miniſtros, & dilectos veneramur. & eorum præcibus nos ipſos adiuuari confidimus & ſperamus. Amen.*

Explicit. iij. libri interpretatio. & iiij. incipit.

AVGVSTI BOTTAE ARGVMENTVM In IIII. lib. Chriſtiados.

Geſta ducis capti tradit cœleſtia quartus.
Aetherei pandit iuuenis penetralia verbi
Orſus Ioannes, cœliq;, e vertice ditem
Eiectum, ac primi lapſus ab origine cauſas.
Tum regem ablutum ſacris Iordanis ad vndas.
Biſſenosq; omni comites ex agmine Lectos
Signaq; multa, palàm iuuenem, clauſtrisq; puellam
Imperio rediiſſe ducis ſub luminis auras.
Adijcit exiguis ſaturatam in gramine gentem
Frugibus, atq; hominem furiarum a peſte receptum.
Iamq; ſub vmbroſis tentatum dæmone ſyluis
Nequicquam diuum. hinc turbas e puppe docentem.
Iudiciumque canit ſuprema in clade futurum.

M. HIERONYMI VIDAE

CHRISTIADOS LIBER QVARTVS.

PRESBYTERO BARTHOLAMEO BOTTA INTERPRETE.

HIC Iuuenis &c. tribus libris ſuperioribus vates ac ſi trium euangeliſtarū Matthei, Marci & Lucæ ſcripta tranſcurrens d. n. Ieſu Chriſti conceptionem, natiuitatem, educationem, augumentationem, & penè totius vitæ curſum, vſq; ad paſſionem complexus eſt. mox in hoc quarto æternam eius generationem narrandam aggreditur ſub ipſius Ioannis euangeliſtæ introducta perſona. qui inter ipſos euangeliorum ſcriptores eminet in diuinorum myſteriorum profunditate. nam cum iam dudum prædicaſſet euangelium Chriſti abſq; vllo ſcriptu- Ioannes quare ſcripſit euangelium. *ræ adminiculo: reuerſus ab exilio, compulſus eſt ab Epiſcopis Aſiæ vt de coeterna patri diuinitate Chriſti ſcriberet, aduerſus hereticos Cherinthum Ebiona & alios non modo illius tempeſtatis, ſed & futuros. qui & Chriſtum ante Mariam fuiſſe negabant, & alia indigna de vnica dei ſubſtantia, & perſonarum trinitate ſentiebant, vel ſenſuri erant. fidem catholicam prædicatione noxia & mortiferis ſcriptis fuerant maculaturi: vel in diuerſa Chriſti gregem dogmata diſperſuri. ſic igitur ſuperiori librum hunc autor annectit. iuſſerat pontius preſes Ioanni, vt ea quæ a Ioſepho minus dicta fuerāt,* Connexio libri *de æterna Chriſti generationē, ac diuinitate, ſubiens ipſe vicem eius enarraret. verum Iuuenis attendens rerum grauitatem dicendarum ſuæ ætati parum conuenire: prius quantum potuit hoc onus*

HIC iuuenis, facie quo tum non gratior alter,
Puberibusq; annis erat ingrediente iuuenta,
Multa prius veniam præfatus, multa recuſans
Verba diu premit, inde animo mortalia linquens
Paulatim, oblitusq; hominem, penetralia diuum
Mente ſubit cœlum peragrans. fruiturq; beato
Cœlituum aſpectu, omnipotentiq; ætheris aura,
Admiſſus ſuperam depaſci lumine lucem,

*tanquam viribus impar recuſauit. ſed cum nihil proficeret, tandem acquieuit. prius tamē ſecreta cogitatione quodammodo in extaſim raptus eſt. & cœleſti meditatione expletus, narrationem ibi capit. Principio pater omnipotens &c. * hic non tantū loci quam temporis aduerbium eſt.* Hic. ** facie ſubaudi decora. etenim (vt etiam ſupra dictum eſt) pulchro veniens in corpore virtus gratior eſt. * multa, pro multis verbis recuſabat hanc enarrationem ſubire. quæ & maturiorem ætatem, atque vberius ingenium, facundiamq; maiorem videbatur expoſcere. latenter autem more poetico tangit*
Hier. ī prologo euangel. *hyſtoriam. nam cum cogeretur ab omnibus penè totius Aſiæ Epiſcopis: & multarum eccleſiarum legationibus de diuinitate ſaluatoris altius ſcribere: & ad ipſum (vt ita dicam) dei verbum, non tam audaci, quam fœlici temeritate prorumpere. diu quidem recuſauit tam graue onus cuiq; homini impar ſubire ſed cum oportuna atq; importuna fratrum inſtantia perurgeretur, vt ſcriberet: (ſicut eccleſiaſtica narrat hyſtoria) ita facturum ſe reſpondit. ſi indicto ieiunio in commune omnes deum precarentur. quo expleto: factum eſt quod etiam hic autor canit. vt paulatim animo cuncta linquens mortalia, reuelatione diuina ſaturatus. tandem illud proemium e cœlo veniens eructauit. in principio erat verbum: & verbum erat apud Deum. &c. * penetralia diuum ideſt ſanctorum angelorum hoc eſt ipſum ſacroſanctæ trinitatis ſacrarium. * fruitur per contemplationem ac eleuationem mentis in deum*
regū. 4. c. 19 ** omnipotenti ath, an, ſpiritus aflatu. hic eſt ille ſybilus auræ tenuis, qui poſt grandem ſpiritum, terribilemq; commotionem & ardentem ignem, in quibus non eſt dominus, apparuit Heliæ in monte dei oreb. quem cum audiſſet Helias operuit vultum pallio, figurarum adhuc tempus indicans & abſconditi myſterij. & ſic diuino conſolatus eloquio lætus in patriam rediſt hæc eſt illa omnipotens aura, qua prophetæ omnes aflati futura predixerunt. & apoſtoli completa eſſe in Chriſto prædicauerunt. * admiſſus receptus. depaſci, guſtare. iuxta illud. guſtate & videte quam ſuauis eſt dominus. * alitū* Aura æthera quenam ſit.
pſal. 33. Ezech. 1 *regina, aquila. non immerito aquila comparatur Ioannes euangeliſta. nam & in viſione Ezechielis (in qua figura deſcribuntur euangeliſtarum) per quaſdam proprietates inuicem conuenientēs. ſicuti* Euangeliſtarū variæ 4. figuræ

ti per hominem ſignificatur Mattheus: quia quaſi de homine exorſus ſit ſcribere. liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abraam & per Leonem Marcus, quod a voce quodammodo leonis rugientis in heremo incipiat. vox clamantis in deſerto parate viam domini. & per vitulum ſacerdotalem victimam Lucas, quod à Zacharia ſacerdote ſumpſit initium. ita per faciem aquilæ præfiguratur Ioannes: qui aſſumptis ſanctæ contemplationis pennis, vt aquila recto intuitu ad ſolem, ſic ipſe ad dei verbum ipſum ſolem iuſtitiæ directo mentis aſpectu eleuatus eſt. * *gyro, circuitu quodam penè more milui.* * *ætherea plaga. ſumma aeris regione procul tamen ab æthere, alioquin exuſtis decideret pennis* * *acrem aciem, vim oculorum viſiuam fortem & acutam, patientemq; ſolis radiorum: adeo vt dicat Plinius, halietum aquilam cogere fœtus ſuos adhuc implumes fixo intuitu ſolem reſpicere. quod ſi quem eorum conniuentem auerſantemq; ſe viderit, protinus, e, nido velut adulterinum degeneremq; futurum deturbat.* * *ſuſcipit ſurſum verſus aſpicit. a ſurſum, & ſpicio. antiquis verbo ac prepoſitione. cõponitur ſuſpicio.*

hier. in prologo. ſto.

Acies aquilæ radiorum ſolis patien.

Plinius lib. x c.3.

ſuſpicio.

Inq; deo tota defixus mente moratur.
Qualis vbi alta petens terris aufertur ab imis
Alituum regina, vagas ſpatiata per auras
Dat plauſum gyro, atq; in nubila conditur alis.
Aetherea iamq; illa plaga leuis inſtat & acrem
Intendens aciem criniti lumina Solis.
Suſpicit, obtutuq; oculos fixa hæret acuto.
Illum adeo tacitum interea mirantur, in vnum
Verſi omnes velut exanimum, ſomnoq; grauatum,
Et crebri excutiunt: demum ſibi redditus ipſe
Cum gemitu ex imo ſic fari pectore cæpit.
Principio pater omnipotens rerum ſator, & fons,
Ingens, immenſus, ſolus regnabat vbiq;:

* *adeo tamdiu.* * *mirantur. preſes aſtantesq; illi proceres, duces & milites. neſcij vnde tam longa taciturnitas eiq; contemplatio fixa procederet.* * *verſi, pro ad illum conuerſi, participium quippe eſt.* * *exanimum, non mortuum. ſed ſemianimem, & nimio ſtupore correptum.* * *ſibi redditus: fuerat enim ſpiritus eius in extaſim raptus.* * *cum gemitu, præ dulcedine paradiſi, quam guſtauerat, de relicta. viderat enim melius quam Eſaias, dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum, cuius maieſtate plena erat domus & ea quæ ſub ipſo erant replebant templum. clariuſq; audierat Seraphin clamantia & dicentia, ſanctus, ſanctus, ſanctus. dominus deus exercituum. plena eſt omnis terra gloria eius.* * *principio. quoniam (vt ait ſapiens) cuncta fecit deus & bona in tempore ſuo mundum autẽ tradidit hominum diſputationi, ita vt non inuenirent quod operatus eſt deus ab initio vſq; in finem: & ſubaudi niſi ipſe indicaſſet Moyſi primo: deinde & alijs vatibus iccirco phyloſophi varij varia de mundo & quæ in mundo ſunt rerum creatione. diſputantes ſenſerunt. æternum enim nonnulli, increatum, & nunquam interiturum cenſuerunt. quidam verò chaos quoddam ideſt rudem rerum omnium & maxime elementorum indigeſtam confuſionem æternam fuiſſe finxerunt, deumq; quendam illi permixtum primum emicuiſſe, qui formam rebus omnibus propriam paulatim eximendo præbuerit: alij ignem tantum æternum eſſe crediderunt, & ex eo deinde cætera in eſſe producta. contra alij aquã ipſam rerum omnium genitricem dixerunt. fuere & qui ex æternis quatuor elementis cuncta generata eſſe exiſtimauerint. alij ex atomis & inani cuncta naſci autumant. quorum omnium opiniones diſtincte dilucideq; apud Euſebium licet intueri. quibus reiectis omnibus ac confutatis, conſtat veram eſſe chriſtianorum ſententiam, mundum à deo ex nihilo creatum eſſe vt in capite primo geneſeos tradidit Moyſes. iccirco nos cum propheta pro expoſitione eorum quæ hic dicuntur aſſeramus initio tu domine terram fundaſti: & opera manuũ tuarum ſunt cœli. eſt autem aduertendum (quod & ait Origenes) hanc dictionem, principium, diuerſimode in varijs locis ſcriptura ſacra accipi ſolere. quandoq; enim Deum ipſum rerum omnium principium ſignificat: quandoq; pro ſola dei patris perſona, accipitur. aliquando pro perſona filij. nec non aliquando & ſpiritusſancti interdum ſtat ſimpliciter. pro initio alicuius rei. interdum pro principio temporis & productionis rerum, ſicut communi ſententia exponitur illud. in principio creauit Deus cælum & terram ideſt in principio productionis rerũ & temporis. hoc modo puto & hic intelligi debere ideſt ante omnia.* * *rerum. ſ. omnium ſator. i. creator.* * *ingens, cuius magnitudinis non eſt finis, non mole quadam, ſed virtute.* * *immenſus vt qui omnia in ſe continet, nec continetur. ſolus, abſq; creaturis quas nondum produxerat in eſſe: tametſi earum ideas æterna mente complecteretur. non tamen ſolus abſq; filio & ſpiritusſancto vt infra ſubiungitur. quia & ſi ſolus ſit, atq; vnus Deus: tres tamen ſunt perſonæ vt in omnibus ſymbolis fidei annotatum*

Exanimus.

Eſaię 6.

mundi creatio.

Eccleſiaſtis. 3.

Chaos.

Plinius & qui cum eo ſentiunt li. 2. c. 1. Heſiodus & qui cum eo ſenſerit Anaxagoras & qui eũ ſequuntur. Thales mileſius. Empedocles & qui cum eo. epicurei. Euſebius in li. de prep. euang. origenes. ſuper Io. c. 1.

Principium

Deus æternus.

eſt

eſt antipophora .i. reſponſio tacitę obiectionis eorum, qui dicunt mundum non habuiſſe principium. ſi deus æternus, ante mundi initium vbi locorum erat? reſponde vt in litera, q̃ regnabat vbiq;. nec vltra quæras. nec enim corporeus eſt deus, vt locis indigeat, quibus capiatur. ſed ſpiritus: qui omnia complet nec comprehenditur. tempora quæ ceperunt a ſolis & rerum productione. ſiquidem* tempus.
tempus interuallum eſt mundi, & motus ſolis, atq; progreſſionis. menſura. vt Varro & Speuſippus ſcripſere. ſic dictum ab ipſius ſolis ac lunæ curſus temperato tenore. tempora autem dixit in plurali, quia & ſi tempus ipſum ſit ſemper vniforme propter actus tamen qui in eo fiunt, tria dicimus eſſe tem
Ecleſiaſtis. 1. *pora. præſens præteritum & futurum. hinc ſapiens quærebat. quid eſt quod fuit? & ſibi ipſi reſpondens ait. ipſum quod futurum eſt. Quid eſt quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt. Nihil enim ſub ſole nouum.* in orbem in gyrum in continuam ſui reuolutionem. nam ex progreſſu & reditu ſolis ad orientem fit dies. ex proceſſu & regreſſu dierum fiunt hebdomadæ, ex quarum curſu & recur-* Tẽporis partes
ſu menſes: & ex menſium reuolutione annus. inde ætates, inde ſæcula & cætera ſi quæ ſunt tempo-
ecleſiaſt. 1. *rum nomina. hinc idem ſapiens. oritur (inquit) ſol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur. ibiq; renaſcens gyrat per meridiem: & flectitur ad aquilonem. luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus*
1. Methamor. *& in circulos ſuos reuertitur.* nullaq; car, ex Ouidio videntur hæc aſſumpta. qui ait. Nullus adhuc mondo præbebat lumina titan. Nec noua creſcendo reparabat lumina phœbe &c. * Quicquid erat. vide quam exquiſitè veréq; loquatur vates. nam ſi nulla adhuc erat creatura productis, & Deus æternus. ergo ante rerum productionem, quicquid erat, Deus illud erat.* filius huic tantum, ſubandi & ſpiritus ſanctus: de quo & Paulo infra ſubiungit. nam æternus eſt pater, æternus & filius, æternus eſt & ſpiritus ſanctus. nec tamen tres ęterni ſed vnus æternus. ſicuti nec tres dei, ſed vnus eſt Deus. habe ſemper ante mentis oculos ſymbolum Athanaſij. & omnia quæ hic & alibi de trinitate perſonarum dicuntur percipies & de vnitate ſubſtantiæ. ne in errorem ducaris. nec velis quærere, quomodo trinus & vnus? ſed ſimpliciter crede. quia ſcrutator maieſtatis opprimetur a gloria. nec .n.*
1. ad cor. 13. *vitæ præſentis, eſt, promiſſa beatitudo, ſed futura. quæ videbimus facie ad faciem: & cognoſcemus teſte apoſtolo ſicut & cogniti ſumus. nunc autem videmus tanquam per ſpeculũ in ęnigmata.* vel*

Nondum ſydereos mundi profuderat orbes:
Nondum mundus erat, nec dum ibant tẽpora in orbẽ.
Nullaq; cæruleo radiabant lumina cœlo.
Quicquid erat, Deus illud erat, quodcumq; vbicunq;
Complexus circùm, penitus ſe ſe omnis in vno.
Filius huic tantum, quem non effuderat vlla
Vel dea, vel ſolito mortali fœmina partu.
Ipſe ſed æterna genitor conceperat illum
Aeternum æternus (dictu mirabile) mente.
Haud olli terreni artus, moribundaue membra,
Sed ſine corpore erat. patris alta vt mente ſupremi
Conceptum, arcanoq; latens in pectore verbum.

dea, cum nulla ſit. hoc dicitur ad tollendum errorẽ qui poſſet ſubire ad opinionem gentilium falſa comparatione. qui multos deos ac deas eſſe dicebant. ac ex illorum coitu alios eſſe deos genitos exiſtimabant. vt ex Ioue & Iunone Vulcanum. ex Marte & Venere Cupidinem. ipſumq; Iouem cum fratribus ex Saturno & Opi. vide Theogoniam Heſiodi. noſtroſq; poetas, vel fœmina. & hoc ad idem tendit. ne exiſtimares filium dei ex concubitu ipſius cum mortali fœmina genitum eſſe. ſicuti fabulantur poetę ex Ioue & ſemele thebana audiere natum eſſe Bacchum. quem & Dionyſium & liberum patrem appellant. Herculem ex Alcmena vxore thebani regis adulterinum, & alios quam plures eodem modo genitos. quæ ideo mihi videntur eſſe confiſta. vt paſſim exemplo deorum ſtupris & adulterijs liceret indulgere.*
Aug. ſuper Ioan. greg. in hom. 7. ** conceperat, huius conceptionis quandam ſimilitudinem a longe tamen, dicit Auguſtinus & Gregorius nos poſſe colligere ex conceptione verbi noſtri. nam quemadmodum nos id quod mente concipimus .i. cogitamus. & antequam vocis miniſterio in proximiorum notitiam proferamus, & dum proferimus: nec non & poſtquam fuerit prolatum. verbũm noſtrum erat, eſt, & nobiſcum intra pectus idem manet, ac manebit. adeo quòd ſi nos æterni fuiſſemus: conceptus quoq; mentis noſtrę hoc eſt verbum ipſum fuiſſet & foret ęternum. pari modo & multo magis conceptus æterni patris ideſt, verbum ſapientia & virtus eius, æternus eſt. erat enim, & antequam in hominum notitiam ſive ex creatione rerum deueniret. etenim verbo domini cœlos eſſe formatos ait propheta. & ſapientia dei de*
pſal. 32. prouerb. 8. *ſe prędicat in prouerbijs Salomonis. antequam quicquam faceret dominus a principio, ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret nondum erant abyſſi &, ego iam concepta eram. &*
Verbi dei conceptio.

reliqua

*reliqua quæ in eandem ſententiam ibi ſequuntur. ſiue ex reuelatione diuina priuſquam patribus antiquis, vel ipſis vatibus notificaretur, ac demum in mundum a patre miſſum verbum miniſterio Ioannis Baptiſtæ vocis clamantis in deſerto toti manifeſteretur orbi. fuerat ipſum verbum apud patrem, manſitq; & manebit in æternum. * dictu mirabile. excedit enim omnem ſenſum non modo humanum ſed & angelicum. quia magnus & mirabilis dominus facitq; mirabilia ſolus.* olli. verbo, dei filio, ſapientiæ, ac virtuti patris. * terreni artus quales nobis terrenorum hominum filijs. ſpiritus quippe eſt deus. & non niſi ex ſpiritu ſpiritus gignitur. filius enim eſt omnimoda imago patris. & qualis eſt pater, talis eſt & filius coomnipotens, coæternus, coimmenſus, coæqualis & conſubſtantialis.* [Ex ſymbolo Athanaſij.] ** Sine corpore erat nunc autem idem corpus quod ex virgine ſibi inſeparabiliter aſciuit: retinet: & retinebit in æternum. * conceptum. hinc Auguſtinus Quiſquis (ait) poteſt intelligere verbum non ſolum antequam ſonet. verum etiam antequam ſonorum eius imagines cogitatione voluantur, Iam poteſt videre per hoc ſpeculum, atq; in hoc ænigmate aliquam verbi huius ſimilitudinem de quo dictũ eſt, In principio erat verbum. neceſſe eſt enim cum id quod ſcimus loquimur, ex ipſa ſcientia quam memoria tenemus, naſcatur verbum. quod eiuſmodi ſit omnino, cuiuſmodi eſt illa ſcientia de qua naſcitur.* [Lib. 15. de trin.] [Aug 83. quæſt.] [Verbum λογος] ** verbum. quod græcæ λογος, logos dicitur, latina & rationem & verbum ſignificat, ſed hoc loco melius verbum interpretatur. vt ſignificetur non ſolum ad patrem reſpectus, ſed ad illa etiã quæ per verbum facta ſunt operatiua potentia. Ratio autem & ſi nihil per eam fiat, rectè ratio dicitur. eſt autem verbum & in ipſo homine quod manet intus. nam ſonus procedit ex ore. Eſt verbum quod verè ſpecialiter dicitur illud quod intelligis ex ſono. non ipſe ſonus. verbum autem iſtud de quo hic, verbum Dei eſt. filius Dei eſt, virtus & ſapientia dei patris eſt. & ſicut numquam fuit deus ſine ſapientia & virtute, ſic numquam ſine verbo aut ſine filio pater Deus fuit. fatiſcant hic humanæ rationes, aut ſophiſticæ diſputationes, fide non ratione comprehenditur hoc myſterium. crede itaq; & intelliges ſi non credideris ad huiuſcemodi intelligentiam numquam peruenies. * vox edita tranſlatio eſt a prædicta ſimilitudine conceptionis verbi noſtri, priuſquam vocis vehiculo ad proximorum aures deferatur. ceterum Deus pater minime indiguit tali voce ad proferendum verbum ex ſe genitũ Deum de deo, lumen de lumine. * omnipotens Verbum, ſicut & omnipotens pater. * finiſq; & or, ex, hoc eſt ſine principio & ſine fine, quinimo ipſe (vt ait Ioannes) eſt α. καὶ ω. Alpha & omega .i. principium & finis rerum omnium, ante quem nullus: & a quo omnia ſumpſere principium. & ad quem & in quo omnia terminabuntur. & poſt quem nullus eſſe poterit. cum vniuerſa propter ſemet ipſum creauerit altiſſimus. & ex his vates expreſſit quod alijs verbis ait Ioannes Euangeliſta. In principia erat verbum & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum (modo ſequitur) & omnia per ipſum facta ſunt. * quo mare, hoc eſt quod ait propheta & refertur ab apoſtolo ad hebreos. Initio ſiue in principio .i. in filio tu domine .ſ. pater terram fundaſti.*

[Verbum dei] [Aug. ſuper Ioannem.] [Aug.] [Apoc. 1.] [glo. ord. ibi Prouer. 16. Io. c. 1.] [Pſal. 32. & pſal. c. 1. ad Hebreos. 1 Pſal 32.]

Quod nondum in volucres vox ædita protulit auras,
Omnipotens verbum, finiſq; & originis expers.
Quo mare, quo tellus, quo conſtat maximus æther.
Vtq; pater Deus, æquè etiam Deus vnica proles.
At geminos tu proinde deos fuge credere porrò,
Numen idem ſimul ambobus, deus vnus vterq; eſt.
Quin etiam, quo inter ſe ambo iunguntur, amorem
(Namq; ab vtroq; venit conſpirans mutuus ardor)

*& opera manuum tuarum ſunt cæli. & alibi. verbo domini cæli firmati ſunt. & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. * vtq; pater deus, ex quo omnia, * deus vn. proles per quam omnia, * geminos deos. ſic & Moyſes: Audi Iſrael dominus deus tuus vnus eſt.* [Num. 6.] ** idem numen. quia & ſi pater ſit Deus, & filius Deus non tamẽ duo Dei. ſed vnus eſt Deus. hæc ex Symbolo Athanaſij ſumpta ſunt. * Deus vnus vterq;. pluralitas eſt enim in perſonis: ſed identitas in ſubſtantia. vide Auguſtinum in libris de trinitate & alcuinum. nec enim humana ratione ſunt hæc excutienda, ſed ſincera fide complectenda. * ambo pater & filius. * amorem, ſpiritum ſanctum. qui & charitas & amor dicitur. & eſt tertia in Deo perſona. qui ſpiritus ſanctus a patre & filio vnica ſpiratione procedit. vnus Deus eſt cum patre & filio idem lumen, idem numen. de hoc vide Didimum in libello de ſpiritu ſancto * mutuus ar, patris in filium, & filij in patrem: vt tamen aliqua ſimilitudine licet imperfecta hæc aliquantiſper, o lector capias: Luminis habes exemplum. in quo tria hæc ſunt. ignis, ſplendor, & calor. vnica tamen eſt in his tribus ſubſtantia, & natura, adeo vt vnum numquam ſine alijs duobus eſſe poſſit, nec ab inuicem valeant ſeparari. proprietatiq; eſt in illis triplex. nam ignis exurit. ſplendor illuminat*

[Spiritus ſanctus.] [trinitatis figura.] [& de conſecr. diſt. 5. c. ſi & in 6. decr. de ſũ. trin. & fide Cath. c. vnico.]

minat, & calefacit calor. eadem tamen omnino res eſt. & ſi vnum eſſet æternum & reliqua. & quoniam fidelibus loquor: hac ſimilitudine doctorum ſanctorum contentus, trinitatem per perſonarum vnitatemq; ſubſtantiæ diuina vtcunq; deſcripſiſſe, ptranſibo. ne menſuram exigui ingenij mei tranſgreſſus, in profundum pelagus hoc demergar tanta magnitudinis mole depreſſus. & ne ſolis huius radijs nimis intentus, ardentiſſimo fulgore forſan oculorum lumine priuarer, vel ſaltem hebetarer. qui acutius & plura voluerit videre. habet Hylarium, Martinum, Auguſtinum ſanctos doctores, & nouiſſime Alcuinum. qui multos libros de trinitate compoſuerunt. hos perlegat, in his meditetur die noctuq;. inueniet quo exerceatur, ſaturetur, & expleatur, aflantem Maria. hoc eſt quod in primo geneſeos dicitur. & ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas.* cœliq; profunda. & hoc eſt quod Paulo ſupra citatum eſt. verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* cuncta vig,e,m, vnde canit eccleſia. ſpiritus domini repleuit orbem terrarum. & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis.* tris, perſonas .ſ. patrem filium & ſpiritum ſanctum.* vnum eſſe deum. nec enim tres ſunt dei, ſed vnus eſt deus,* ter numen vnum quia & pater perfectus eſt deus, & filius perfectus eſt deus, ſ*militer & ſpiritus ſanctus perfectus eſt deus. adeo vt cum interrogatus fueris, quis eſt pater? recte reſpondeas. deus eſt. ſic & quis eſt filius? deus. parimodo. & quis eſt ſpiritus ſanctus? deus. non tamen tres deos eſſe dicamus, quia tres deos dicere catholica religione prohibemur. vt in ſymbolo. & Auguſtinus ait Maledictus, qui ſolum verum deum patrem, & vnicum verum deum filium, & vnicum verum deum ſanctum ſpiritum non confitetur. & rurſus. Maledictus, qui vnicum numen in deitate trinitatis eſſe non confitetur. vide eundem Auguſtinum beatitudines imprecantem ſuper his qui rectè ſentiunt de trinitate perſonarum, & deitatis vnitate. & maledictiones ſuper male ſentientibus ingerentem. in ſermone de natiuitate domini. ſuper In principio. & breuibus quid tenendum & quid reſpuendum circa myſterium trinitatis inſtrueris.* deus. filius ac verbum patris. nam & ſi tota trinitas (cuius in ſeparabilia ſunt opera) myſterium incarnationis fuerit operata: ſolus tamen dei filius, non pater, non ſpiritus ſanctus homo factus eſt. quod & Ioannes ait, & verbum caro factum eſt .i. filius dei, factus eſt filius hominis: vt filios hominum faceret filios dei. vt docet Chriſoſtomus. quo autem pacto verbum dei humanam ſibi carnem aſciuerit: in ſuperiori libro expreſſum eſt. eo quo potuit meliori modo poeticè tamen. nunc Auguſtinum audiamus. Is.n. ait ſicut verbum noſtrum, quodammodo vox corporis fit aſſumendo eam: in qua manifeſtatur ſenſibus hominum. ſic verbum dei caro factum eſt, aſſumendo eam: in qua & ipſum manifeſtaretur ſenſibus hominum. & ſicut verbum noſtrum fit vox, nec mutatur in vocem. ita verbum dei caro quidem factum eſt. nec mutatum eſt in carnem. It. ex geſtis concilij Epheſini. ſicut ſermo noſter in corporeus, inuiſibilis eſt, & intractabilis: ſed cum induerit litteras & elementa, viſibilis factus aſpectu comprehenditur. tactu palpabilis & tractatur. ſic & uerbum dei, quod natura inuiſibile eſt, incorporeum, & in palpabile. factus homo, ex quo humanam ex uirgine carnem aſſumpſit, ex quo terrenam hanc noſtram induit ueſtem. & uiſibile & palpabile factum eſt. & hoc eſt quod ſcribit Ioannes in principio epiſtolæ. Quod fuit ab initio: quod audiuimus quod uidimus oculis noſtris: quod perſpeximus & manus noſtræ contrectauerunt de uerbo uita: & uita manifeſtata eſt. & uidimus & atteſtamur & annunciamus uobis vitam æternam. quæ erat apud patrem, & apparuit nobis.**

Pſal. 32.

Sapient. 1.

Aug. in ſermone nat. domini.

Super Io. c. 1.

Lib. 15. de trin.

Io. in epiſt. 1.

Omnipotens æquè numenq;, deumq; vocamus,
Afflantem Maria, ac terras cœliq; profunda
Afflatu quo cuncta vigent, quo cuncta mouentur,
Treisq; vnum eſſe deum, ter numen dicimus vnum.
Quoue magis mirere, Deus, quem cernimus ipſi
Factum hominem, atq; hominũ mortali corpore cretũ,
Non minus ac prius, æthcrea nunc regnat in aula
Cum genitore, pari ſimul omnia numine torquens.

atq; hominum. non intelligas duorum, quaſi ex Ioſeph & Maria fuerit genitus, qui eſſet error peſſimus. ſed perinde eſt, ac ſi dixiſſet, humano & mortali corpore cretum. omnes .n. hominum paſſiones (preter peccatum) aſſumpſit. quia non ex peccatrice carne, ſed uirtute ſpiritus ſancti genitus eſt. non minus ac prius, quam factus eſſet homo.* cum genitore, hoc eſt quod canit eccleſia. O, admirabile commertium, creator generis humani, animatum corpus aſſumens de uirgine naſci dignatus eſt & procedens homo ſine ſemine, largitus eſt nobis ſuam deitatem. & rurſus canit. Mirabile myſterium declaratur hodie: innouantur naturæ: deus homo factus eſt. id quod fuit permanſit: & quod non erat aſſumpſit. non commixtionem paſſus neque diuiſionem.* torquens. regens ac gubernans. etenim*

Leo in ſermone de natiuitate.

in officio domini.

nim

*nim pater in filio & filius in patre ſemper eſt. * ſpatijs n, e,ul, eſt enim ſuper omnia non elatus: intra omnia non incluſus: extra omnia non excluſus, mundum quippe pugillo continens non continetur. * omnibus inq; l, quia totus in toto, & totius in qualibet parte. * preſens. vnde & propheta. ſi aſcendero in cœlum tu illic es: ſi deſcendero infernum ades. & ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: etenim illuc manus, tua deducet me: & tenebit me dextera tua hinc & Gregorius. de regulo. ait. ſi enim perfectè crediſſet, proculdubio ſciret. quia non eſſet locus vbi non eſſet deus. * ſuffugiens. pro ſubter fugiens. non permittens ſe videri. quamuis non longè ſit ab vnoquoq; noſtrum: vt ait Paulus. * ſenſuq; rem, in ipſo quippe viuimus, mouemur, & ſumus. * molem om, mundi. * lux hu, diminuta comparatio Lucis creata ad increatam. hæc enim (teſte Ioanne) in tenebris lucet: & tenebræ eam non comprehendunt. illa vero nocturnis aduenientibus tenebris refugit ab orbe. quin & in tetris carceribus muro circumquaq; vallatis & tecto, ſi feneſtræ non adſint, aut penitus obſtructa ſint minime lucere poteſt. veluti nec in cauernis aut ſpecubus ſubterraneis. at illa lux vera. (vt ſupra dictum eſt) vbiq; preſens eſt, etiam in centro. terræ, inferniq; profundo. vnde & ſe audiendum fatetur Dauid. De profundis (inquit) clamaui ad te domine. domine exaudi vocem meam eſt tamen neceſſaria comparatio quia nulla conuenientior poſſet reperiri. hæc ideo dixi: vt cautus lector menti ſemper habeat auream Innocentij ſententiam. inter creatorem & creaturam non poteſt tanta ſimilitudo notari: quin inter eos maior ſit diſſimilitudo notanda. * recedit ſic neq; verbum patris, lux illa vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, tametſi caro factum ſit, tametſi mortales induerit artus, vt tenebroſa hominum corda illuminaret, atq; vt in tenebris noſtris luceret, non tamen receſſit a patre, non tamen ſeiunctis eſt ab origine ac lucis fonte. ſed totus in cœlo apud patrem & totus in terra apud matrem, ſiue in præſepio, ſiue pendens in cruce. ſemper & vbiq; preſens eſt omnibus. maxime inuocantibus eum in veritate. ſicut & nobis abiens pollicitus eſt. ecce vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſumationem ſeculi. & alibi. vbicumq; fuerint duo vel tres congregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorum dicit dominus. * ſint l, ſ, ſol. ſic neq; lux patris verbum eius. vſquam ſine patre eſt, vnde oritur. nec pater fons & origo Lucis æternæ, vſquam eſt abſq; luce ſua, abſq; verbo ſuo & filio ſuo. * quid verò impulerit. cauſam incarnationis filij dei ab alto repetens, creationem angelorum & ruinam, hominis plaſmationē, & caſum per tranſitum deſcribit. cauſa verò potiſſima & principalis humanati filij dei. breuiter ad exponitur ab apoſtolo Ioanne in euangelio & in epiſtola. ſic enim (ait) deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat. ſed habeat uitam æternam. & in epiſtola. in hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium ſuum unigenitum miſit deus in mundum, ut uiuamus per eum. & rurſus. in hoc eſt charitas: non quaſi nos dilexerimus deum: ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propiciationem pro peccatis. * errat, ut ſupra errātis more huc & illuc ſalutis*

Pſal. 138.
greg. in ho.
Act. one 17 ibidem.
Simulitudo creaturæ ad creatorem.
Innoc 3. in côc generali x de ſummatim c. 2 §. cū ergo.
Matth. 28.
Matth. 18.
Incarnationis verbi dei cauſa
Ioan. 3.
Epi. 1 Io. 4.

Nempe locis nullis ſpatijs non clauditur vllis.
Omnibus inq; locis idem omni tempore præſens,
Suffugiens noſtras acies, ſenſúq; remotus,
Cuncta replet deus, ac molem ſe fundit in omnem.
Lux humiles veluti per fundens lumine terras
Solis ab orbe venit, ſuppoſtaq; circuit arua,
Non tamen æthereo diuiſa ab ſole recedit
Illa vſquam, quamuis longinquas ambiat oras,
Nec ſine ſole ſuo eſt, lux, nec ſine luce ſua ſol.
Quid verò impulerit tantos adijſſe labores,
Atq; hæc ferre deum. dum morti obnoxius errat,
Dicam equidem. & repetens altas ab origine cauſas
Expediam, cœlum, & cœli quos ſuſpicis, orbes
Vix opifex rerum extuderat, terraſq; iacenteis,

æneid lib. 6

*uerba reſpergit. in hoc præconibus uerbi dei dans formam, ut non ſemper eodem in loco prædicent: ſed longè latèq; ſua ſemina ſpargant. * altas ab or, ca, renouat attentionem. * cœlum & ce, q. s, or, hirmos eſt hoc loco .i. unus ſenſus, protentus per multos uerſus. qualis & ille locus uergilij. Interea. uidet an, in, ual, re, eſt autem doctrina hæc aſſumpta ex intima Chriſtianæ religionis theologia. & qua maxime utebantur, apoſtoli, & ſancti martyres in prima Infidelium gentilium inſtructione: & in reſponſis ad magiſtratus perſequentes catholicā fidem. ut licet uidere; ex geſtis Mathei apoſtoli, & Andreæ: ſumma igitur hæc eſt. creatis in cœlo angelis ad miniſterium & laudem dei, Lucifer & ſocij ſuperbia propria moti, ſuo creatori contumaces, (ut pote qui parēs deo ſedes & honorem diuinum affectabant) deturbati ſunt ab æthereis*

Angelorum ruina.

ſedibus: & in hunc aerem caliginoſum partim, pro noſtra exercitatione, & partim in profunda terrarum demerſi, perpetuis ignibus excruciandi. in quorum locum placuit deo terrenos homines (vt qui nullam ex origine ſuperbiendi occaſionem eſſent habituri) plaſmatos, & quo ad interiorem hominem ad ſuam imaginem factos, poſt aliqualem obedientiæ eorum exercitationem, in cœlum recipere, & ex his angelorum ruinam adimplere. verum inuidia diaboli, poſtq; & ipſe homo ſeductus eſt factus inobediens cecidit: exul & deperditus in omni genere ſuo radicem malitiæ & peccati traduxit. creſcebatq; in dies humana nequitia, donec vſq; ad idolorum & ipſius diaboli culturam deueniret. volens itaq; deus terminare peccatum: & ſaluti humanæ conſulere primo verbo, deinde lege, poſtmodo prophetis, ſignis item, plagis, ac prodigijs prouidit ſed cum nec ſic errore ſuos admonitus agnoſceret mundus. tandem ex nimia victus dilectione, & ſanctorum precibus aſſiduis expulſatus miſis vnigenitum filium, qui & carnem indueret, & plenius homine inſtrueret. redemptionemq; lapſorum ſuo ſanguine faceret. demumq; redemptos & ex inferno carcere patres eductos aſcendens in cælum ſecum adduceret: vt tandem premiſſa ſupernæ beatitudinis mercede fruerentur. * orbes vij. planetarum. qui & cæli appellantur. Lunæ. videlicet Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis & Saturni. * Opifex, quaſi maximi operis artifex. hoc eſt omnium rerum creator. * extuderat, ſignato vtitur verbo .i. excogitauerat atq; expediuerat. * terraſq; iacentes. depreſſas in media orbis mole. de creatione rerum ſatis alibi dictum eſt. vide principium geneſeos, & Examerou Ambroſij. * aligeros populos. angelos. quos (vt aliqui uolunt) creauit cum dixit fiat lux. tametſi alij opinetur nullam a Moyſe creationis angelorum mentionem factam, propter illius populi adhuc rudis in capacitatem. * ter ternas acies. Dioniſius ariopagita in lib. de cœleſti hierarchia. & Gregorius in moralibus. ſcripſerunt. tres eſſe Hierarchias angelorum .i. ſacros principatus cœleſtis militiæ. ſummam, mediam, & infimam, & vnamquamq; tribus ordinibus expleri. in ſumma ſunt hi Seraphin, cherubin, & throni. in media, principatus poteſtates & dominationes, demum in poſtrema. virtutes archangeli & angeli. quorum ſignificata vocabulorum, & diſtinctiones officiorum, & quopacto homines ad eorum conſortia, & ad quem gradum poſſint peruenire. ſummatim docet Gregorius in ea pulcherrima homilia, cuius initium eſt. Eſtiuum tempus quæ legitur in dominica tertia poſt penth. ibi videas. * ſine corpore. quia ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi: propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis. vt ſcribit Paulus * incolerent. quin potius regerent, vt dicunt doctores ſuper illud euangelium. nam & virtutes cœlorum mouebuntur angeli qui præſunt ordibus cælorum concutientur, videntes tantam traſmutationem fieri. * æterno amore, qui dicitur ſpiritus ſanctus. vt ſupra viſum eſt. * communis foret, illud enim maximum bonum eſt, quod eſt maxime communicabile. * & multis conceſſa. neq; enim indigebat creaturis deus: quas creauit ob id ſolum vt bonitatem ſuam ſuper illas exponderet. nam (vt dicit ſapiens) vniuerſa propter ſemetipſum creauit Deus. * continuò, mox vt creati fuere angeli. * auū iuxta illud benedicite dominum omnes angeli eius. & alibi. Laudate dominum omnes angeli eius. & omnis ſpiritus laudet dominū.

> Cum ſimul aligeros populos, ſanctoſq; volucres
> Ter ternas acies, celerem, & ſine corpore gentem,
> Qui cœli incolerent ipſos ſeptemplicis orbes,
> Condidit æterno genitor ſucceſus amore.
> Vt ſua qua fruitur ſolus, natuſq; per æuum,
> Communis foret, & multis conceſſa voluptas
> Continuo, fuerat quos æquum dicere laudes
> Autoriq; deoq; ſuo, ac perſoluere grates,

* perſoluere grates. quos in tanto erexerat decore, vt cunctis eſſent excelſiores cælis: diuinaq; viſiones ſemper fuerentur: quæ ſumma eſt beatitudo præterea dicit Gregorius, angelo qui primus eſt conditus, qui dei Iude & cecidit, a Deo per prophetam ſic dictum fuiſſe. Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia: perfectus decore: in delitijs paradiſi Dei fuiſti. omnis lapis precioſus operimentum tuum. ſardius: Thophanus, & Iapſis, Chryſolithus, & onix, Berillus, & Saphirus, carbunculus, & ſmaragdus. ecce nouem dixit nomina lapidum: quia profecto 9. ſunt ordines angelorum, quibus nimirum ordinibus ille primus angelus ideo ornatus & opertus extitit: quia dum cunctis agminibus angelorum prelatus eſt: ex eorum comparatione clarior fuit. hæc Gregorius ſequitur in propheta de eius miro decore. Aurum quoq; opus tui decoris. & foramina tua in die qua conditus es, praparata ſunt. Tu cherub extentus & protegens: & poſui te in monte ſancto dei. in medio lapidum ignitorum ambulaſti, perfectus in vijs tuis a die conditionis tuæ: donec inuenta eſt iniquitas in te. in multitudine negotiationis tuæ, repleta ſunt interiora tua iniquitate & peccaſti.

Marginal notes: Hominis plaſmatio. — hominis lapſus — Iſidorus ſermone natiuit. — Deus homo factus. — Opifex extundo — gen. c. 1. & 2. — Angelorum hierarchiæ. — Ang. ordines. — hebre. 1. — prouerb. 16 i pſ. calviij. — in Hom. ſuprascripta eſtiuū tempus. — Luciferi decor ante ruinam. — ezech. 28. — Lapid. precioſorum nomina. — vbi ſupra

peccaſti. & eieci te de monte ſancto dei. & perdidi te O cherub protegens de medio lapidum ignitorum, Et eleuatum eſt cor tuum in decore tuo perdidiſti ſapientiam in decore tuo in terram proieci te. & reliqua. ibi vide. expoſitionemq; eorum per gloſ. & Gregorium in moralibus. * *regnandi ue, eam, vnde ad luciferum ſic p propheta dicitur. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer qui mane oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo. In cœlum conſcendam: ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti. in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. veruntamen ad infernum deiicieris in profundum laci.* Eſaie 14.

* *haud partem exiguam x. ſ. ex omni ordine vt aliqui opinantur nonnulli tot angelos cecidiſſe dicunt quot electi ſaluabuntur. vnde Gregorius dixit. decem dragmas habuit mulier euangelica: quia .ix. ſunt ordines angelorum. ſed vt compleretur electorũ numerus. homo decimus eſt creatus. ex quibus verbis videtur innuere. decimam partem angelorum ab electorum numero decidiſſe. vel chorum vnum integrum.* * *immemores conditionis ſuæ. cuius ſuperbia facit vnumquemq; obliuiſci, eſt enim initium omnis peccatis ſuperbia.* * *cæcique fur. de hac ruina angelorum ſic ait Gregorius ſuper Iob. Mire autem omnipotens deus naturam ſummorum ſpirituum bonam ſed mutabilem condidit: vt qui permanere nolent ruerent: & qui in conditione ſua conſiſterent, tanto in ea dignius, quanto ex arbitrio ſtarent. & eo maioris apud deum meriti fierent, quo mutabilitatis motum voluntatis ſuæ ſtudio fixiſſent. quia ergo ipſa quoq; natura angelica eſt in ſemetipſa mutabilis: quam videlicet mutabilitatem vincit, per hoc ꝙ ei qui ſemper idem eſt: amoris vinculis alligatur recte nunc dicitur: ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles. atq; eiuſdem protinus documentum mutabilitatis adiungitur. cum de apoſtaticis ſpiritibus ſubinfertur. & in angelis ſuis reperit prauitatem.* * *meliora ſecutos. non ꝙ apoſtatici bona fuerint ſubſecuti. ſed eſt quidam modus dicendi per abuſiuam comparationem.* * *armauit contra, Michaelem .ſ. principem cæleſti militiæ. alludit autem ad illud prælium de quo in apocalypſi beati Ioannis ſic habetur. Factum eſt prælium magnum in cœlo. Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone. & draco pugnabat & angeli eius. & non valuerunt: neq; locus inuentus eſt eorum amplius in cœlo. Et proiectus eſt draco ille magnus. ſerpens antiquus qui vocatus eſt diabolus & Sathanas &c. ibi tamen de alio loquitur prælio.* * *indecores. viles degeneres & indignos.* * *in imas ſedes inferni. de hoc prælio & demonum expulſione detruſioneq; in infernum. vide latius in*

Superbia. Iob. c. 4.

Michaelis conflictus cum dracone. apoc. 12.

fo. x. Tartarei proceres quę, pręlia toto egerimus cę lo &c.

Regnandi veſanus amor (quis ferret inultus?)
Haud partem exiguam inuaſit furijsq́; ſubegit,
Vt cuperent ſummo ſe ſe præferre parenti
Immemores, animis victi cæciq́; furore.
Non tulit omnipotens ſator, & meliora ſequutos
Armauit contra (nulla hinc mora) talia adortos
Indecores cœlo ſedes detruſit in imas
Noctis vbi horriferæ nigror, æternæq́; tenebræ.
Primus natus homo hinc, terris quem maximus autor
Et liquidis late dominum præfecerat vndis,
Quò mox pro ſuperis excuſsis aſtra teneret,

lib. primo in oratione luciferi regis inferni. * *æternæq; tenebræ. Exteriores videlicet. de quibus in Euangelio proiicite eum in tenebras exteriores illic erit fletus & ſtridor dentium.* * *hinc, cauſale, eſt nam propter reparandam angelorũ ruinam factus eſt homo.* * *natus homo. a domino deo plaſmatus. vt habetur in geneſi faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus Maris & volatilibus Cæli, & beſtijs vniuerſæ terræ, omniq; reptili quod mouetur in terra. de hac hominis & mundi creatione latius dictum eſt in primo ibi vide.* * *mox non tamen ita cito vt hæc dictio videtur ſonare ſed poſt aliquod certi temporis exercitium.* * *pro ſuperis excuſſis. apoſtaticis .ſ. angelis.* * *teneret. ſubaudi. ſi diuinis obtemperaſſet præceptis. quod non fecit a Diabolo ſeductus. ideo promiſſio illa in longiſſimum tempus eſt protracta videlicet vſq; ad redemptionem humanam a d. n. i. chriſto factam. vnde Leo Papa in ſermone natiuitatis domini ſic ait. Exultemus in domino quia illuxit dies redemptionis nouæ, reparationis antiquæ, fælicitatis æternæ. reparatur .n. nobis ſalutis noſtræ annua reuolutione ſacramentum, ab initio promiſſum, in fine redditum, ſine fine manſurum. & poſt pauca. quia gloriabatur Diabolus hominem ſua fraude deceptum, diuinis caruiſſe muneribus: & immortalitatis dote nudatum, duram mortis ſubiiſſe ſententiam, ſeq; in malis ſuis quoddam de preuaricatoris conſortio inueniſſe ſolatium. deum quoq; iuſtæ ſeueritatis exigente ratione erga hominem quem tanto honore condiderat, antiquam mutaſſe ſententiam, opus fuit dilectiſſimi ſecreta diſpenſatione conſilij. vt incommutabilis deus (cuius voluntas non poteſt ſua benignitate priuari) primam*

gen 1. & ſecundo.

fo. 31. hic ſuperũ ſator inſ, ſpec, ac tandem natus homo.

mam pietatis ſuæ diſpoſitionem ſacramento occultiori compleret: & homo diabolicæ iniquitatis ver-
*ſutia actus in culpam, contra dei propoſitum non periret. * ſubiecit. vnde pſalmiſta. omnia ſu-*
Pſal. 8. *biecisti ſub pedibus eius, oues & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi. volucres cæli & pi-*
ſcens Maris, qui pambulant ſemitas Maris. ſed quare modo non hæc omnia nobis obediunt? propter
inobedientiam noſtram. hac enim animaduerſione percuſſus eſt homo peccator, vt qui inobediens fuit
*Deo: patiatur & inobedientem ſibi creaturam. * ſquammigerum, piſcium ſerpentum ceterorumq;*
*reptilium ſquammas habentium. * pecudes vt dicuntur a poetis neptuni. hinc Horatius dixit: omne* Pecus.
cum protheus pecus egit altos viſere montes. nec te moueat. ꝙ dixit pecudes in genere fœminino.
nam itidem quod in neutro ſignificat. quicquid enim humana caret effigie, rectè ſiue pecudem, ſiue pe
Lib 4. geor. *cus dixeris. hinc Verg. de apibus. & pecudum (dixit) cuſtodia ſolers. & lucillus de piſcibus.*
præterea genus humanum, multaq; natantes ſquammigeræ pecudes. dicitur autem pecus teſte varo-
*rone, ꝙ pedibus abſq; vlla ratione huc illuc bruta ferartur. * tantum pro ſolummodo. nec .n. quanti* Tantum
tatis hic eſt aduerbium. floriferis aruis. de paradiſo voluptatis ac delitiarum intelligit. vbi flores nun*
quam marceſcunt, nec poma mittia cadunt. vide primũ librum vbi de hoc etiam dictum eſt. vnius arbo* Arbor ſcientiæ boni & mali.
ris. ſcientiæ v3. boni & mali. non ꝙ arbor illa vel fructus eius habeat in ſe ſcientiam boni vel mali. quia
omnis ſcientia inmediate a domino deo eſt. ſed ab euentu ſic eſt appellata. nam ex eo ꝙ homo poſt vetitũ
pomi eſum, in multa mala incurrit experiendo didicit, quantum intereſſet inter bona priora, quibus
fruebatur. obediens Deo: & mala ſubſequuta poſt ſuam inobedientiam. quæ tñ & ante per ſcientiam
*nouerat quidem ſed nondum per experientiam. * parcere, abſtinere. inde fit parſimonia; quæ abſtinen* Parcere
*tiæ virtutis eſt ſpecies. * vetito amore, deſiderio malo, ſeu gulæ concupiſcentia. vnde omnia mala (te* Concupiſcẽtia
ſte Aug.) oriuntur. nullum etiam peccatum hoc perículoſus eſt, ꝙ penè omnes homines aliquando fal-
lit. dum vel leue, vel nullum exiſtimant eſſe peccatum. & hinc quo minus vitatur, frequentius decipit,
maxime autem lurcones hos ſtudentes, quibus maiori ſunt curæ ientacula, prandia, merendæ, cœnæ,
potationes, & diurnæ nocturneq; comeſſationes, quam doctorum lectiones. Ecce (vt ait Ambroſius) gula.
gula nos a paradiſo deiecit: & ex immortalibus mortales fecit. adde tot vitæ huius erumnas: quas
quottidie infælices in hac valle miſeriæ ſuſtinemus. rectè itaq; quidam monachus etiam gelidę aquæ
*potum permetuens vix ſitim ſedare, non modo ad ſatietatem bibere audebat. * mali infelicis. ab effectu*

Deſertasq; domos ipſe. & genus omne ſuorum,
Omnigenumq́; vni ſubiecit ſecla animantum,
gen. 2. Squamigerum pecudes, & pennis picta volantum
Corpora, montinagumq; ſimul genus omne ferarum.
Tantum floriferis dominum cum imponeret aruis,
Arboris vnius fœtu illum parcere iuſſit.
At vetito captus mali infelicis amore
Coniugis hortatu, quam fraude illexerat anguis,
Immemor heu ſuperi violauit fœdera regis.
Vix auido arreptum pomum fœdauerat ore,
Cum pater imbripotens iam fulua è nube tonare
De ſuper auditus, ſæuasq; indicere pœnas
Iratus, quas ille olim, quas omnis ab illo

quod ex eius pomi eſu homi-
*ni infælicitas adheſerit. * co-*
niugis hortatu. ne (vt ait
Auguſtinus) homo ſuas con-
*triſtaret delitias. * illexerat,*
*deceperat falſis blandicijs. **
anguis Demon ſub ſerpentis
effigie. de hac re quia in pri-
mo libro abunde dictum eſt.
iccirco hic leuiter pertranſi-
mus vide etiam gen. ſecun-
*do cap. * pomum fœdauerat.*
quinimo ſe ipſum gulæ at-
que inobedientiæ vitio feda-
*uerat ergo Hipallage eſt. **
tonare. aut increpare. vel ſor-
te intonuit quòd nequaquam
*ſcriptum eſt. * ſæuas pœnas. mortis. ſudoris & multarum miſeriarum. * iratus, ſicut ho-*
mini videtur iniuſto: dum pro meritis. pœnas luit. nunquam verè iraſcitur deus: qui ſemper iu-
ſtus eſt: & rectum omne iudicium eius. leniusque ſemper punit, quam noſtra mereantur admiſſa; Adæ cupa fœlix.
*vt pote qui in ſumma exiſtens tranquilitate, omni humana paſſione caret. * ille primus parens no-*
*ſter adam. * omnis ab illo progenies quę virtute ſeminis infecti fuerat in lumbis eius incluſa. O pro-*
genies non ægre feras culpæ parentis huius pœnas luere. quia & miſericordia gratiam & conſortem
gloriam ſi volueris poteris obtinere. quia ſi ſocius es paſſionis poteris & conſolationis eſſe. memen-
to quod canit Eccleſia. O felix Adæ culpa, quæ filium dei habuit Redemptorem. inde maximum
Domini Dei Noſtri cognouimus amorem. qui filio proprio non pepercit, ſeruum vt redimeret hominẽ.

*O charitas immenſa, quas tibi gratias & Laudes debitas poterit humana perſoluere imbecillitas? * Clauſtra. forte alludit poeta ad id quod in geneſi ſcribitur. etenim eiecto homine de paradiſo, collocauit Dominus ante illum Cherubim habentem flammeum gladium atque verſatilem ad Cuſtodiendam viam ligni vitæ. & hunc gladium nonnulli Zonã torridam interpretantur. poſſumus etiam intelligere portas cœli de quibus ait Propheta. Attollite portas principes veſtras & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. aſcendente quippe domino in cælum apertæ fuerunt hę portę, & remota hęc clauſtra. * impia proles. peſſimus Cayn qui fratrem interfecit. * ſcelere nefando paricidij. Cayn enim motus inuidia. quod dominus de cælo reſpexiſſet ad fratrem Abel & ad munera eius: ad ſe verò nec ad munera ſua noluiſſet intendere, eductum foras in agrum fratrem fraudulenter interemit. * male ſuada libido. videtur mihi deſcribere. quod in geneſi pro magno ſcelere annotatur. vltra bigamiam lamech interfectoris Cayn. cum cepiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent. videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ: ingreſſi ſunt ad illas. quæ & genuerunt gigantes, potentes a ſęculo viros famoſos. videnſque Deus quod multa malitia hominum eſſent in terra (omnis quippe caro corruperat viam ſuam) diſperdam (inquit) eos cum terra. mandauitque Noe de fabricanda Archa propter diluuium, quo deleturus erat omnem carnem. quæ res & ex Euangelio comprobatur. vbi ſic legitur. ſic erit Aduentus filij hominis: ſicut in diebus Noe, quando erant edentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes: & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes. * hinc, ex præuaricatione primi parentis. vnde in nos manauit originale peccatum. radix & fomes malorum omnium noſtrorum. * labor additus. licet vates vati videatur alludere. qui in primo Georg. ſic ait. pater ipſe colendi haud facilem eſſe viam voluit: primuſq; per artem Mouit agros, curis acuens mortalia corda: Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno, et cætera vſque ibi. Mox & frumentis labor additus. vt mala culmos eſſet rubigo, ſegniſque horreret in aruis carduus: intereunt ſegetes, ſubit aſpera ſylua, Lappeq;, trubliq;: interq; nitentia culta: Infælix loliũ, & ſteriles dominantur auenæ &c. verè tamen tangit maledictionẽ illam. quia audiſti vocẽ vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperã tibi ne comederes: maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cũctis diebus vitæ tuæ ſpinas & tribulos germinabit tibi et comedes herbas terræ. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es: quia puluis es & in puluerem reuerteris. * morbique. penè ſimile eſt illud Horatij. poſt ignem ætherea domo ſubductum: macies & noua febrium Terris incubuit cohors: ſemotique prius tarda neceſſitas leti corripuit gradum. * poſſet. innocentiæ originaleſque iuſtitiæ veſtibus decoratus. * vincere ſecla. nam ſi Deo paruiſſet. poſt multos longæ vitæ annos mortis expers in cælum fuiſſet aſſumptus.*

Cayn

gen 3.

gen quarto.

ibidem

Originale peccatum.

gen. 3.

Adam ſi non peccaſſet.

Progenies lueret lucis ventura ſub auras.
Continuò ingenti cœlo ſunt addita clauſtra.
Impia tum primum proles exorta repente.
Et ſubito tellus ſcelere eſt imbuta nefando.
Emerſit fraus, emerſit maleſuada libido.
Hinc durus generi humano labor additus, hinc fons
Curarum, & triſtis patefacta eſt ianua leti,
Morbiq; & dolor, atq; fames, & turpis egeſtas.
Cum genus humanum curis ſine degere poſſet,
Plurimaq; in terris viuendo vincere ſecla.
Ex illo ſine more homines, ſine lege per agros
Degebant: tantum placabant ſanguine fuſo
Cœlicolum regem, bonus vt gregibuſq; ſibiq;.

** ex illo expulſionis tempore. eiecit enim deus hominem de paradiſo voluptatis poſt peccatum in hanc valem miſeriæ mundi huius. * ſine more ideſt conſuetudinis iure. * ſine lege ideſt iure ſcripto nam & lege illa natura regebantur. quæcumque vultis vt faciant vobis homines; & Vos eadem facite illis & contra. dicitur tamen in decretis. Ius naturale ab exordio rationalis creaturæ incipiens manet immobile. Ius verò conſuetudinis poſt naturalem legem exordium habuit. ex quo homines conuenientes in vnum ceperunt ſimul habitare. quod ex eo tempore factum eſſe creditur, ex quo Cayn ciuitatem ædificaſſe legitur. ſed poſſumus intelligere quod hic dicitur ſeruatum fuiſſe antequam conderetur vrbs prædicta. * ſanguine fuſo Ceſarum victimarum. quam rem primus Abel executus eſt. Is n. (vt dicitur in geneſi) obtulit Domino de primogenitis gregis ſui & De adipibus eorum. & reſpexit dominus ad Abel & ad munera eius. ad Cayn autem & ad munera illius non reſpexit. * bonus ideſt propitius. * gregibus quos Abel coegit. & poſt eum Iabel qui fuit pater habitantium in tentorijs atque paſtorum.*

Ius naturale.

Ius conſuetudinus.

Matth. 7. & in decr. 1. diſt. c. p.

idecr diſt. 6. §. fin.

gen. 4.

abel primus obtulit dño victimas.

gen. 4.

*ſtorum . * ſibique nam fuerat id remedium quo tollebatur originale peccatum , iuncta fide ac deuotione offerentium vſq; ad datam circumciſionem , quæ ſubinde vſq; ad Chriſtum valuit . tuncq; in baptiſmum tranſlata eſt . quo non ſolum tollitur originale , ſed & ianua cœli aperitur latiuſq; generalius ac perfectius, humano generi ſubuenitur . * ſatis aruis. Cayn primus agricola fuit edoctus a patre qui rerũ omniũ ſcientiam habuit . * vim cęli, multiplicem nimborũ tempeſtatum, imbrium, ventorũ vredinis & nebularũ, ceterorumq; malorũ, quæ melius norunt agricolæ. * indociles, ad docendum difficiles vt pote agreſtes adhuc & moribus inculti. * rerum ignari, maxima ad ſalutem animæ pertinentiũ: cum nullam preter naturalem legem cordibus ipſis inſitam a deo habuiſſent. * ac rationis , exculta bonis moribus & ſana doctrina intellige . alioquin cum ſit animæ pars ſuperior ratio: quo pacto illa caruiſſent ? ſed & dñs dixit Caym ſit ſub te apetitus tuus , & tu dominaberis illius . ratione vtiq; . hanc autem tantam ruditatem non in omnibus ſed in pluribus fuiſſe credendum eſt . * bis millibus orbi , tot enim anni computati ſunt a diluuio vſq; ad legem datam per Moyſen , non ab initio ſeculi . * oblitus . ad ſimilitudinem iudicis obliti . nec enim obliuio cadit in deo . * olympum: qui vſq; ad Chriſti aſcenſionẽ nemini patuit . exinde cunctis verè fidelibus ianua regni patet. * fingens cõponens, tranſlatio ſumpta a figulo. * acuens eorũ corda, nam ſicuti ferrum cote acuitur : ſic & humanũ ingeniũ diſciplina doctrinaq; maiorum. quin & veluti ferrum ferro, ſic & ingeniũ exacuitur ingenio. * leges. morum, iudiciorum ac ceremoniarum per Moyſen legislatorem . qui fuit in Ecleſia in ſolitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte ſina a quo legem accepit . vt docuit Stephanus prothomartyr . * dedit, vt in exodo & ſequentibus libris, * ritus moremq; ſacr. expexegis eſt. verbi, ſ. præcedentis explanatio. in leuitico maxime mores hi ſacrorum explicantur . tametſi in exodo & in numerorum libro ſæpe fieri iubeantur . * inſtituit . abrahæ primum data eſt iuſſio circuncifionis . deinde & per Moyſen innouatum eſt mandatum . ſicut & dominus in Euangelio teſtatus eſt , his verbis , propterea Moyſes dedit vobis circonciſionem . non*

Ingenium quo modo acuatur

Actuum 7.

exo. 20. & deinceps . Leuit. 1 & deinceps . exodi 12. 23. 29. 34. & numer. 7 8 & deinceps gen. 17. & exodi 12 to 41.

Circunciſio.

Afforet , atq; ſatis vim cœli auerteret aruis ,
Indociles , rerum ignari , ac rationis inanes .
Iſq; ferè ſtatus annorum bis millibus orbi
Conſtiterat , iam iamq; magis pater optimus iras
Oblitus veteres Paulum miteſcere cæpit .
Nondum homini tamen æthereum patefecit olympũ ,
Sed genus humanum fingens , acuenſq; monendo
Et leges dedit , & ritus , moremq; ſacrorum ,
Inſtituitq; genus noſtrum diſcriminis ergò
Lege iubens teſta circum præcidere acuta
Exiguam , vnde viri ſumus , omni incorpore partem .
Tum vatum impleuit venientis pectora veri ,
Qui populis lætum canerent demum affore tempus ,
Ianua aperta pijs cœli cum ſponte pateret .
Caſti autem interea manes , animeq; piorum
Sub terram vmbroſa expectabant valle ſedentes .
Iam vatum memores numerabant tempora & ambas

1 die Ianuarij

Lucæ 2.

*quia ex Moyſe eſt , ſed ex patribus . de hac autem circumciſione alibi dictum eſt . videat etiam quisquis huius rei ſtudioſus eſt Homeliã venerabilis Bedæ ſuper Euangelio circũciſionis domini . ceteroſq; doctores . ſuper eodem loco . * diſcriminis ergò . differentiæ cauſa . vt populus Iſrael ſicut in cultu veſtium ac morum a ceteris Populis differebat , ſic et in carne circumciſa differret . * teſta acuta . petrinis cultellis . petra autẽ (vt ait Apoſtolus) erat Chriſtus . * vnde viri ſum: genitalis membri peryphraſis . * omni in corpore . quæ totius corporis in ſe virtutem habet ratione ſeminis . ſicut & ſemen cuiuſlibet arboris magnæ (teſte Gregorio) quamuis minimum ſit , totius arboris molem , virtute in ſe continet . * vatum . prophetarum omnium . venturum ſi quidem meſſiam prædixerunt omnes : magis autem Eſaias . qui non modo Propheta ſed Euangeliſta videtur . David quoque multa de Chriſto cecinit in pſalmis . cuius & ipſe fuit figura . * canerent . hinc Dauid ait . cantate domino canticum nouum et cætera vſque ibi. Notum fecit dominus ſalutare ſuum in conſpectu gentium . quod vaticinium in die Epiphaniæ verificatum eſt . quando ſtella duce . gentiles magi cognitum dominum adorauerunt . * ianua cæli . hoc fuit initium prædicationis Ioannis Baptiſtæ & D. N. Ieſu Chriſti . pænitentiam (ſiquidem dixerunt) agite . appropinquat enim regnum celorum . nam lex & prophetæ vſq; ad Ioannem : exinde regnum dei Euangelizatur . ſed & petro datæ ſunt claues regni cęlorum . * caſti manes . animæ piorum quæ a deo ſponſo per ſpiritualem fornicationem minime receſſerunt . nec cum adultero Diabolo fœdus inierunt . eſt enim caſtitas vt docet Aug. generalis virtus , qua omnis arcetur concupiſcentia . quæcumque .n. anima quæ*

Petra Chriſtus

Hom. in octaua paſchæ in die Sãcti Thomæ in fine

pſ. xcvi.

Matth. 3.

Luc. 16. Matth. 16.

In hom. 10

Caſtitas

Virginitas animæ .

Virginitas mẽtis .

*ab illicitis ſenſuum motibus abſtinet, non ſolum caſta ſed & virgo iure merito poteſt appellari. mentis quippe virginitas eſt. integra fides: viua & ſolida ſpes: ac ſincera charitas. hinc etiam imperator dixit. caſtitas ſola eſt, quæ eſt poſſibilis Deo animas preſentare. vtique ſola ſic generaliter intellecta. * vmbroſa. qui & limbus & ſinus abrahæ dicitur. * tempora. hebdomadas annorum a* Dan 9. *Daniele predictas.* orantes. vt Moyſes qui dicebat. mitte Domine quem miſſurus es. & Dauid. oſten* Exodi 3. *de nobis Domine miſericordiam tuam. & ſalutare tuum da nobis. & iterum. Emitte lucem tuam &* Pſ. 83. P. xlij *veritatem tuam. Eſaias quoque. Emitte agnum Domine dominatorem terræ. & iterum, vtinam* Eſaiæ 16. *(ait) diſrumperes cœlos & deſcenderes.* deſiſteret ira. hinc & Dauid. ait. Numquid in æternum proijciet Deus? et cætera. item. Excita potentiam tuam & veni, vt ſaluos facias nos. Deus conuerte nos & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Domine deus virtutum quouſque iraſceris ſuper orationem ſerui tui? et cætera.* & 64. Pſal. 76. & 78. & 79. ** vnius noxa, præcipua primi parentis culpa: vnde & exteræ tamquam ex ſomite prouenerunt. * promiſſo cœlo, ſub conditione obedientiæ. * olim primus parentibus: tempore: quo plaſmati & in paradiſum delitiarum fuerunt introducti. ſimiliter & antiquis patribus ſub figura terræ promiſſionis. hinc dixit Dauid. Credo videre bona Domini in terra viuentium & rurſus ait. Tunc ſaciabor cum apparuerit gloria tua. Item Quis aſcendet in montem Domini; aut quis ſtabit in loco ſancto eius? ideſt in cœlo? reſpondet. innocens manibus & mundo corde &c. vide* Pſal. 23. *totum pſalmum Exurgat Deus. in quo predicitur Chriſti a mortuis reſurrectio, & animarum captiuarum in cœlum euectio: * luminis blandi ideſt viſionis dei, in qua beatitudo noſtra conſiſtit. * me-* Pſal. 67. *mor promiſſionis prædictæ. eſt autem Dauid. qui ait Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi* pſal 118. Octonario *ſpem dediſti. * aſſere ideſt appropria & applica nos cœlo. ſiue etiam vendica de manu hoſtis Diaboli, deinde cœlo nos inſere.* vij.

Tendebat paribus votis ad ſydera palmas
Cœleſtum regem orantes deſiſteret ita,
Parceret vnius genus omne extinguere culpa,
Parce pater. parce omnipotens, vox omnibus vna, pſal. 88.
Nos promiſſo olim. longe diſiungimur vnde
Luminis expertes blandi, memor aſſere cœlo. Eſaiæ xlv.
Haud nos eduxti nequicquam lucis ad auras.
Si qua tamen veteris ſuperant veſtigia culpæ.
Dilue rore tuó facilis, fonteſq; reclude
Diuinos. o quis ſuperum cœleſtia tandem
Flumina, cœleſtes nobis bonus irriget imbres.
Vos ò flammiferi labentes ætheris orbes Oſeæ 6.
Irrorate: vagæ nobis ſuccurrite nubes:
Optatam pluuiam: felicem effundite rorem.
Tuq; adeò quem iam expectant tot ſæcula votis Oſeæ. 14.
Promiſſum. inferni cui nutant mœnia mundi,
Summi vera patris ſoboles, cœli aureus imber

** haud nequicquam, nam Deus & natura nihil agunt fruſtra. eſt autem & hoc Dauid qui ait. Numquid enim vane conſtituiſti omnes filios hominum? * ro-* Ros diuinus quid ſignificat *re tuo ideſt ſanguine filij tui de quo dixit propheta. Rorate cœli deſuper & nubes pluant iuſtum. & rore in vellus gedeonis deſcendente figuratus eſt ſignificat etiam ros Dei miſericordiam. iuxta illud. miſericordia veſtra quaſi nubes & quaſi ros matutinus. Item dicit Deus. Ero quaſi ros & Iſrael germen. ſed & hoc in idem recidit. nam lex per Moyſen data eſt: miſericordia &*

aquę domini que ſint. *veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. * fontes. hinc ait propheta. Omnes ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, gratis bibite. & ipſe Dominus in Euangelio qui biberit ex aqua,* Io. 4. *quam ego dabo: non ſitiet in æternum: ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in æternam vitam. & rurſus clamabat dicens. ſi quis ſitis, veniat ad me: & bibat. qui credit in me: ſicut dicit ſcriptura. flumi-* Io 7. *na de ventre eius fluent aquæ viuæ. hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in* Pſal. 63. *eo. * flammiferi orbes. hoc eſt illud Eſaie vaticinium, de quo ſupra. Rorate cęli de ſuper &c. * opta-*

pluuia dei quæ *tam pluuiam. de qua inquit Dauid. pluuiam voluntariam ſegregabis deus hereditati tuæ. & infir-* Pſal 71. *mata eſt, tu vero perfeciſti eam. & de filio Dei. deſcendet (inquit) ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. quod exponens Eccleſia ſic ait. quando natus es ineffabiliter ex virgine tunc, impletæ ſunt ſcripturæ. ſicut pluuia in vellus deſcendiſti, vt ſaluum faceres genus huma-*

Vellus ... *num: te laudamus deus noſter. hoc & idem & latius interpretatur Hieronimus. vellus itaque* Hier. ſermone de *(ait) cum ſit de corpore. neſcit corporis paſſionem. ſic & ſancta virginitas, cum ſit in carne, vitia* aſumptione *carnis neſcit. cœleſtis plane imber in virgineum vellus placido ſe infudit elapſu: & tota diuinitatis* Marię virginis. *vnda ſe contulit in carne: quando verbum caro factum eſt: & habitauit in nobis ac deinde per crucis*

patibulum

patibulum expreſſum, terris omnibus pluuiam ſalutis effudit, & ſtillicidia gratiæ humanis præſtitit mentibus. * tuque ſummi vera patris ſoboles, quod eſt infra. * inferni mundi. tres mundos aliqui dixere, ſuperum vbi ſoli habitant viuentes, & nullus moritur. medium vbi nos ſumus viuentes, ſed mortales. infernum vbi mortuorũ animæ plectuntur. ſed & hic mundus infernus triplex eſſe dicitur. limbus. qui & abrahæ ſinus in ſuperiori parte, in quo piorũ animæ olim Chriſti redemptoris aduentum ab exutu primi Abel iuſti quieſcentes expectabant. & totis votis quotidie (Vt vates hic dicit) expoſcebant. medius, qui & purgatorius vocatur, vbi pœnitentum animæ, hinc non plenæ mundatæ exeuntes, ad purum expurgantur. Tartarus demũ infimus, nocentum carcer perpetuus. vbi ignis eſt æternus: qui paratus eſt diabolo & angelis eius. in quem & maledicti homines poſt reſurrectionem mittentur in die iudicij. nonnulli dixerunt duos eſſe mundos. maiorem, qui prædictas omnes complectitur partes. & minorem, qui eſt homo, quẽ & græcæ μικρόκοσμον appellant q. totius mundi imaginem quandam præſeferat. alij multo plures mundos eſſe finxerunt. qui & magno Alexandro lachrimandi occaſionẽ dederunt. q. iam tot ac tantis confectis bellis, nec adhuc vnum acquisiuiſſet. * ſoboles. fili dei. * aureus imber. de quo ſupra dictum eſt. * rumpe. vtinam diſrumperes cœlos & deſcenderes, clamabat Eſaias. * fractis portis. more militari. * talibus & cum lachrimis. nam vt ait beda, incarnatio ſaluatoris noſtri, ex quo patribus capit promitti, multis eſt ſanctorum lachrimis & luctu ſemper expectata: donec veniret. * eadem non verba ſed eandem rem expetebant diuerſis licet verbis; vt ſupra oſtenſum eſt. * quos patres afflictos ex longa nimis mora, & orantes iam tãdem educi ex infernali carcere. * ſarcire, replere & reparare. hinc ſarta tecta dicuntur ruinoſa ædificia reparata. * ruinas. angelorum ſedes apoſtatarum caſu euacuatas. hoc prædixerat Dauid. Iudicauit in nationibus: implebit ruinas. * cum verò hic latè exponitur quod ſuccincte dicit Ioannes. Intantum deus dilexit mundum vt vnigenitum ſuum daret. cum enim potuiſſet ſolo nutu nos ſaluos facere, quos ex nihilo creauit. vel ſaltem miſſo angelo ex poteſtate tenebrarum educere maluit tamen vnigenitum mittere ad redemptionem ſalutis humanæ vt nobis ſignificaret, quanto charitatis ardore nos amaret. illiq; vicem pro modulo redderemus. & ſuper omnia eum diligeremus. * diuelleret, affixos & addictos illis

Baſilius & Chryſo. ſup Luc. c. 16. Ex Aug. in lib. de igne purgatorio & Greg. in dialog. lib. 3 c. xli. & deinceps & multa cap. Matth. 25.

Limbus qui & ſinus abrahæ.

Purgatorius.

Beda in ho. dominicæ 2 poſt Epiph.

Sarcire
Sarta tecta

Pſal. 109.

Filius dei quære miſſus redimere nos.

Rumpe moras agè. ſydereos rumpe ocyus orbes,
Aetheris huc fractis vi multa allabere portis.
Talibus orabant omnes, eademq; canebant,
Quos pater omnipotens ſuperum ſarcire ruinas
Iam meditans cœli penitus miſeratus ab arce eſt.
Cum verò æthereas nutu recludere portas
Poſſet, & alitibus potius de ciuibus vnum
Mittere, qui regnis manes diuelleret atris
In ſuperum referens ſedes, ſtellantia templa,
Ipſe ſui vt memores magis, ac maioribus arctos
Vinciret meritis homines, qui cuncta piaret,
Factum hominem, e ſummo natũ ipſum miſit olympo.
Ne tamen ignaris mortalibus appareret,

tenebris, non amore, ſed culpa. nam ſicuti timor domini & reliqua ſapientiæ ac ſpiritus dona, ſunt quidam ſpirituales claui in altum defixi: quibus homines amori ſui creatoris inhærent. & quodammodo affiguntur, ſic & variæ criminum culpæ, poteſtati tenebrarum nos addicant & affigunt. * ſtellantia templa. non quod ibi ſint tales ſtellæ, quales in firmamento cœli nos eſſe videmus. ſed quia cœleſtes ſpiritus lucidiores ſtellis ibi ſunt, animæ quoque beatorum Lucis ſtolla indutæ, ſtellarum vicæ funguntur. vnde Daniel dixit. qui autem docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. quin & ſoli comparantur, dicente Domino fulgebunt iuſti ſicut ſol in conſpectu dei. * memores magis. ſe naſcens (ait eccleſia) dedit ſocium, conueſcens in edulium, moriens in precium. ſe regnans dat in præmium. & quare? niſi vt viuentes ac morientes tanto ſemper beneficio memores eſſemus & grati. * arctos vinciret, hoc eſt vinciendo nos arctos & obſtrictos in amorem ſui redderet. etenim ſi officia mortalium amicorum inuicem exhibita, in mutuum amorem animos obſtringunt. quanto magis tot ac tanta immortalis dei beneficia nobis exhibita in charitatem eius nos non deuinciant. * factum hominem interpretatio eſt eius quod ait Ioannes Euangeliſta verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, non extranſitione diuinitatis in carnem, ſed aſſumptione humanitatis in Deum. * ne tamen ignaris, ſic enim erat homo, vt lateret in illo Deus: ideo miſſus eſt ante illum magnus homo: per cuius teſtimonium inueniretur pluſquam homo. & quis eſt hic? fuit homo miſſus a deo, cui nomen erat Ioannes: hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. * natum ipſum

Dan. 12.

Sapient. 3. & Matth. 13.

Aug. ſuper Ioannem.

Ioannes Baptiſta.

*Emphaticos. quo nihil nobilius, maius, aut carius pater habuit. * ignotus, ſicut athenienſibus olim ſuis ara (teſte Paulo) inſcripta ignoto deo.* nouusq;. contra illud noui recẽtesq; venerũt, quos nõ colnerunt patres eorum. & alibi. ſi audieris me non erit in te Deus recens. quare refert Hier. apoſtolũ dixiſſe. Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſaecula.* ſe ipſe dei met tmeſis eſt figura, pro, ipſemet. vel ſemet. hoc eſt quod obiecerunt ei iudei. Tu de teipſo teſtimonium dicis. teſtimonium tuum non eſt verum. quibus is reſpondit. & ſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo, verum eſt teſtimonium meum quia ſcio vnde venio, aut quo vado. & alibi de Ioannis teſtimonio dixerat. vos miſiſtis ad Ioannem: & teſtimonium perhibuit veritati. & poſt pauca, ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne. opera quæ dedit mihi pater vt perficiã: ea ipſa opera quæ ego facio, teſtimoniũ p̃hibent de me. quia pater miſit me. * contra leges auitas. de vno & ſolo deo colendo. iuxta illud Moyſi. Audi Iſrael dominus deus veſter deus vnus eſt. cum autẽ dicitur filium dei dominũ noſtrũ I. Ch. deum eſſe, prima fronte male intelligentibus max. iudeis, quorũ corda ſunt excecata. videntur duo dei eſſe introducti. cum tamẽ verè, vnicus ſit deus pater & filius ac ſpiritus ſanctus, vt ẽt ſupra oſtenſum eſt.* vatem egregiũ. prophetam & pluſquã prophetã: quo inter natos mulierum nullus maior vnquã ſurrexit. ipſe eſt. n. de quo dixit p̃ prophetã dñs pater filium alloquens. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te.* Ioannẽ. quod interpretatur in quo eſt gratia dei. eo q̃ gratiã noui teſtamenti. i. Chriſtũ p̃ quem noua gratia facta eſt. ſuo primũ teſtimonio mundo innotuit, * plenum numine.*

Act 17. Deut 32. Pſal. 80. Hebr. 13. Io. 8. Io 5. Dct. 6. Matth. 11. Malach. 3. Lucæ 1.

Ioannes quid ſignificat.

Ignotuſq;, nouusq;, ſuis neue ilicet illum
Finibus arcerent pulſum, quod ſe ipſe dei met
Progeniem leges contra memoraret auitas,
Præmiſit vatem egregium his in finibus ortum
Nomine Ioannem Heliſabe quem numine plenum
Zachariæ extrema parit infœcunda ſenecta,
Gentibus ipſe deum vt natum prænuncius ore
Proderet, atq; ſua ſpes feſſo oſtenderet orbi.
Ille hominum primis vitans veſtigia ab annis
Horridus in ſolis agitauit montibus œuum
Montibus, & ſyluis, & littoribus deſertis.
Speluncæ tectum horrentes, victum aſpera nullo
Arbuta terra dabat cultu, aut ſudantia truncis
Mella cauis: liquidi præbebaut pocula fontes

Lucæ 1. Hier. in ſermone d̃ natiuite virg.

nam in vtero matris adhuc exiſtẽs, Spiritu ſancto repletus eſt ad ſalutationem Mariæ virginis: q̃ & angelus prædixerat. patri Zachariæ, dum in templo adoleret incenſum. infœcunda quę fuerat ante ſterilis (vt ait Lucas) & ambo p̃ceſſerant in diebus ſuis. partus autẽ talis ſenectæ mirabiliores eſſe ſolent. i. quibus magis miraculũ operatur quã natura. vt ẽt dixit angelus Ioachino patri virginis. * prenuncius. ſic et angelus gabriel dixit Zachariæ. Et ipſe precedet ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ, vt conuertat corda patrum in filios. & incredulos ad prudentiam iuſtorum: parare domino plebem perfectam. * feſſo orbi, ex longa Chriſti redemptoris expectatione. * ſpes enim quę differtur affligit animam. * Ille Ioannes. hoc eſt quod breuibus verbis innotuit Lucas, cum dixit. puer autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu: & erat in deſertis vſq; ad diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael. * vitans hominum veſtigia, quorum amicitia & conuerſatione potuiſſet deprauari: & vt neminem ſubinde vereretur redarguere. canit etiam eccleſia. Antra deſerti teneris ſub annis, ciuium turmas fugiens petiſti. Ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſes. præbuit hirtum tegimen camellus Artubus ſacris: ſtrophium bidentes: cui latex hauſtum: ſociata paſtum Mella locuſtis. * horridus. inſtar horridi & montani paſtoris. prædicator quippe futurus pænitentiæ, vt ſuo exemplo liberius auditores ab illecebris mundi auocare poſſet, duram hanc in deſertis primæ ætatis vitam tranſegit. contra eos predicatores, qui molliter enutriti in delitijs viuunt, & exiſtimant ſe hoc pacto poſſe alios ad aſperam pænitentiam inducere. ſed falluntur. nam homines exemplo magiſquam verbo mouentur. * montibus. anadiploſis eſt. geminatio eiuſdem verbi concinnam reddens orationem. * ſpeluncæ horr, tectum dabant quod eſt infra. Meſozeugma quippe eſt. quia habet in medio proprietatem verbi. * mella ſudantia, æſtus feruore. nam in cauis arboribus & in cauernis rupium, foraminibusque petrarum in illis regionibus apes mellificant. æſtiuo autem tempore vndique mella fluunt. hinc dicitur in libro regum. omniſq; terræ vulgus venit in ſaltum, in quo erat mel ſuper faciem agri. Ingreſſus eſt itaq; populus ſaltum & apparuit fluens mel: & poſt pauca, Extenditque ſummitatem Virgæ Ionathas & intinxit in fauum mellis quod cum comediſſet illuminati ſunt oculi eius. tali melle veſcebatur Ioannes in Deſerto. Eſca autem eius inquit Matheus erant Locuſtæ*

Lucæ 2. In himnis natalis eius. 1. reg. c. 13 Math. c. 3.

Spes que differtur. Exempla magis quã verba proſunt. Mel ſilueſtre. locuſtæ.

& mel Silueſtre. porrò quænam fuerint hæ locuſtæ, quibus veſcebatur: longa contentione diſpu-
Aug. lib. 2. confeſſ. tant autores. quidam enim (vt nephas dictu) ab horrent animalibus his ſeu potius reptilibus in
eſcam cædentibus Ioannem fuiſſe pollutum. interpretanturque ἀκρίδας. ideſt locuſtas geuimina ar-
borum, herbarumque, nec non genicula, rapunculos & poma ſilueſtria cæteraq; huiuſmodi, vnde
victus ſatis durus præſtatur heremũ incolentibus. vtcumq; ſit, Hilarius, Hier. & Rabanus reptilia hæc
eſſe interpretati ſunt. rabani autem verba tantummodo ſubieci, ne ſim prolixior. is .n. ait. Tenui vi-
ctu contentus Ioannes, & ex minimis volatilibus & melle inuento in truncis arborum. in dictis autem
Arnulphi galliarũ Epi reperimus minimum genus locuſtarũ fuiſſe in deſerto iudeæ, quæ corpuſculis in
modum digiti manus, exilibus & breuibus facile capiuntur. coctæq; in oleo pauperem præbent guſtum.
ſimiliter narrat in eodem deſerto eſſe arbores habentes lata folia & rotunda, lactei coloris & melliti ſa
poris: quæ natura fragilia manibus fricantur & edũtur. & hoc eſt ꝙ mel ſilueſtre dicitur. hæc rabanus
refert vide Amb. ſuper Luc. cap. 3. aſſerentem verè fuiſſe reptilia hæc volatilia quo magis (inquit)
ad fructum inutiles, ad vſum laboris inertes ad tactũ fugaces. vagæ ſaltu, ore ſtridulæ ſunt locuſtæ: eo cõ
Lucæ 1. uenientius his populi gentilis figura coaptatur. &c.* liquidi fontes. & hoc futurũ ꝓdixerat angelus. Cilicium.
vinum & ſiceram non bibet. propter hanc extremam victus parcitatem, dixit Dominus. venit Ioan
nes neque manducans neque bibens. & dicunt demonium habet.* veſtis, e, p, hir, villis. cilicinam
.n. tunicam indutus erat, quæ fit ex duris & longis camellorũ ſetis. ꝓ Lumbari tñ ouina pelle vtebatur.
& hoc eſt ꝙ ſcribit Matthæus. Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camellorũ: & Zonam Veſtis qualis eſſe debet.

Veſtis erat pellis hirſutis horrida villis.
Tantum lętificas gaudebat ſpargere voces
Affatus nemora, & montis, ac littora ponti.
Tanta ſed haud latuit virtus tamen. ilicet ingens
Fama viri circumfuſas penetrauit ad vrbes.
Iamq; illum cœlo de miſſum credere gentes,
Qui, tot veridicæ. vt quondam cecinere Sibyllæ,
Humanum genus horrificis educeret vmbris.
Et iam concurſu populi illum accedere magno

pelliceam circa lumbos ſuos. ſup
qbus verbis ait Chryſoſtomus
Seruis Dei non cõuenit habere
veſtimentum ad ſpeciem viſio-
nis, vel ad carnis delectamentũ.
ſed tantum tegumentũ nudita-
tis habebat .n. Ioan. veſtem nõ
mollem neq; delicatã, ſed cilici-
nam grauem & aſperã & con
terentem corpus, potius quam
confouentem. vt de virtute
Lucæ 3. animæ eius, ipſe habitus corporis loqueretur.* lætificas voces, lætitiam de proximo aduentu Meſ-
ſiæ afferentes. dicebat .n. ego vox clamantis in deſerto, dirrigite viam domini: rectas facite ſemitas
eius. * nemora ideſt ſilueſtres, montanos & littoreos incolas agreſtes. videlicet & ruricolas ho-
mines. ad quid enim verbi dei preco incaſſum ſurdis rupibus & inanimatis quercubus voces iactaſ-
ſet.* littora ponti. non maris magni, ſed ſtagni genezareth. qui mare tiberiadis dicitur hebreorum
more. qui omnem magnam aquarum congregationem appellant mare iuxta illud geneſeos; congrega-
tionem verò aquarum appellauit Maria. * haud latuit virtus. nec enim poteſt abſcondi ciuitas in
gen. 1. montibus poſita. neque accendunt lucernam & ponunt eam ſub modio: ſed ſuper candelabro ponunt
Matthei 5. eam: vt luceat omnibus qui in domo ſunt. nam ipſe Ioannes, (vt ait Dominus) erat lucerna ar-
dens & lucens.* circumfuſas vrbes. hoc eſt quod Matthæus & Marchus ſcripſerunt. Tunc exibat.
Matth. 3. ad eum Hieroſolyma & omnis iudea, & omnis regio circa Iordanem & Baptizabantur ab eo in
Marci 1. Iordane confitentes peccata ſua.* Illum Meſſiam ſiue Chriſtum.* credere pro credebant. ſic &
Lucæ. 3. Lucas inquit. Exiſtimante autem populo & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Ioanne: ne
forte ipſe eſſet Chriſtus. & hæc exiſtimatio ex viſa illius ſanctitate, victu, cultu, & ſolitudine
fuerat exorta.* veridicæ ſibyllæ. nouem fuerunt celebres. quæ de Chriſto venturo vaticinatæ ſunt
Aug. in lib. ad manicheos. de quibus vide Lactantium, & Euſebium. nam de earum teſtimonio dicit Auguſtinus. Si quid ve- Sybillæ.
ri de deo Sybilla, vel Orpheus, alijne gentilium vates, aut Phyloſophi predixiſſe perhibentur:
valet quidem ad reuincendam paganorum vanitatem: non tamen ad iſtorum auctoritatem com-
plectendam. quantum enim diſtat de Chriſti aduentu inter prædicationem angelorum, & confeſ-
ſionem demonum: tantum inter auctoritatem prophetarum & curioſitatem ſacrilegorum.* hor-
rificis vmbris ideſt de tenebris ignorantiæ interioribus, & exterioribus inferni. * Accedere, pro
Io. 1. accedebant ſacerdotes ſilicet & Leuitæ Iudeorum miſſi ab Hieroſolymis vt interrogarent eum tu
quis es? & confeſſus eſt: & non negauit: & confeſſus eſt: quia non ſum ego Chriſtus: & in-
terrogauerunt eum: quid ergo Helias es tu? & dixit non ſum: Propheta es tu? & reſpondit.

*non. dixerunt ergo ei: Quis es? Vt reſponſum demus his qui miſerunt nos? quid dicis de teipſo?
ait. ego vox clamantis in deſerto &c.* quis nam, Chriſtus? an Helias? an Propheta?* vnde domo
qua nam tribu Iudæ an leui? ſacerdotaline ſtirpe, an regia? ex qua Chriſtus fuerat oriundus.* quid
ferret quidnā annunciaret, pacemne ac redemptionē populi? an futuram cladem aliquā: qui mos pro-
phetarum extiterat.* an ipſe Chriſtus iam dudum pmiſſus.* obductæ circumdatæ inuolutæq;. ſimilis eſt* Lucæ 1.
*hæc vox oraculo Zachariæ patris. viſitauit (inqt) nos oriens ex alto: Illuminare his qui in tenebris &
in vmbra mortis ſedent, ad dirrigendos pedes noſtros in viam pacis. ita & dixerat Simeon ille ſenex.
Lumen ad reuelationē gentiū, & gloriā plebis tuæ Iſrael.* me lucem hoc eſt ꝙ ait Euang. nō erat ille* Lucæ 2.
lux. ſed vt teſtimoniū phiberet de lumine. furamur. hoc ex greg. qui ait. cum tantæ virtutis eſſet Ioan* Io. 1.
nes: vt Chriſtus credi poſſet: elegit ſolide ſubſiſtere in ſe: ne humana opinione raperetr inaniter ſupra ſe. greg. i ho.
& poſt pauca. negauit planè ꝙ non erat. ſed non negauit ꝙ erat. vt veritatem loquens, eius membrum dominicæ
fieret, cuius ſibi nomen fallaciter non vſurparet. Lucifer, ſic Aug. Lucifer ante Solem, Preco ante* quartæ ad-
Iudicem, milles ante ducem, vox ante verbum, & mittitur. Ioannes ante Chriſtum. iubar veſtrum.* uentus.
*Solem Iuſtitiæ, Lucem illam veram, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.
* ceu mortalis. in ſimilitudinem mortalis hominis, quo ad omnia, preter peccatum. vnde Apoſto-* Philip. 2.
*lus. ſemetipſum exinaniuit: formam ſerui accipiens. in ſimilitudinem hominum factus. & habitu in-
uentus vt homo.* fronde feſta. non niſi in die Palmarum domino factum eſt iſtud.* numen quod
in homine latebat.*

Scitatum, quiſnam, vnde domo? quid ferret? an ipſe
Afforet è cœlo, miſeris qui gentibus olim
Auxilio venturus eum bis, terq; rogabant.
Ille ſed vmbroſis repetebat talia ab antris.
Gaudete ò tenebris iamdudum, ac nubibus atris
Obductæ gentes: lux ecce optata propinquat. Matthei 3
Ne verò, ne me ignari vos credite lucem
Promiſſam (immeritos neq; enim furamur honores)
Tantum ego, ceu ſolem naſcentem Lucifer antè
Exoritur, nitidoq; diem denunciat aſtro,
Prædico actutum vobis iubar affore veſtrum. Matthei 3.
Iam iam aderit deus, ecce deus mortalibus oris Marci 1.
Ceu mortalis adeſt: venienti occurrite læti: Lucæ 3.
Fronde vias feſta decorate, tapetibus agros, Ioan. 1.
Et numen digno venerati agnoſcite honore:
Diſcite iuſtitiam interea, atq; aſſueſcite recto,
Et duce me ſcelus infectum lauite amne liquenti,
Ipſe autem æthereа diuinitus eluet aura
Omne malum ac veteris penitus contagia culpæ.

** iuſtitiam. generalem virtutem elegit, qua cæteræ comprehenduntur.* recto. duobus verbis prædicationem totam Ioannis mirè expreſſit. dicebat autem is. venientibus Phariſeis & ſaduceis ad baptiſmum. progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere a ventura ira? facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. & alia huiuſmodi multa, quæ licet in* Baptiſma Ioannis. *Euangelio videre.* ſcelus infectum. non tamen credendum eſt Baptiſmo Ioannis peccata potuiſſe deleri. ſed tantum figura erat Baptiſmi Chriſti, per quem ſolum peccata tolluntur. dicente eodem Ioanne. Ecce agnus dei: Ecce qui tollit pec-* greg i ho. dominicæ quartæ aduentus.
*cata mundi. vnde Gregorius ſuper illis verbis ipſius Ioannis, Ego baptizo vos aqua: medius autem
veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis &c. Ioannes (inquit) non ſpiritu, ſed Aqua baptizat: quia
peccata ſoluere non valens baptizatorum corpora per aquam lauat: peccata non relaxat. mentem
per veniam non ſanat. cur ergo baptizat, qui per Baptiſmum peccata non relaxat? niſi vt præcur-
ſionis ſuæ ordinem ſeruans. quia naſciturum naſcendo præuenerat: Baptizaturum quoq; Dominum
baptizando præueniret. & qui prædicando factus eſt præcurſor Chriſti. Baptizando etiam eius præ-
curſor fieret imitatione Sacramenti.* amne Liquenti, liquidi fluuij Iordanis aqua, vbi & ipſe Do-
minus Ieſus a Ioanne Baptizatus eſt.* ipſe autem, Dominus Ieſus Chriſtus.* æthereа. quinimo ſu-
peræthereа Spiritus ſancti gratia. & hoc eſt quod apud Mattheum legimus Ioannem dixiſſe. Ego
quidem Baptizo vos aqua in pœnitentiam qui autem poſt me venturus eſt fortior me eſt: cuius non* Io. 1.
ſum dignus calceamenta portare. ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni. cuius ventilabrum in Lucæ 3.
manu ſua: & permundabit aream ſuam: & congregabit triticum in horreum ſuum: paleas autem
Secula aurea. *comburet igni inextinguibili.* veteris & culpæ. peccati originalis: ſed & actualis. mundatur enim
penitus homo in baptiſmo, & renouatur.* ſecla aurea ideſt optima. fuerunt autem in Chriſti eccleſia.
quamdiu multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. ſubinde. Paulatim diſcolor effecta*

eſt

*eſt ætas imminuta charitate ex augmento malitiæ & concupiſcentiæ. * mutato mundo, ideſt mundi regimine. a diabolo in Chriſtum, a ſacerdotibus Iudeorum in Apoſtolos Chriſti. tunc enim iudicio mun-*
Ioannis.12 *di facto, princeps eius eiectus eſt foras. tunc fortis alligatus eſt, & vaſa illius dirrepta ſunt. tunc demũ*
Matth. 12. *mali agricolæ vineæ domini malè perditi ſunt: & vinea locata eſt alijs agricolis. * ex vrbibus finiti-*
Luce xi. *mi, ſic & Marcus ait. Et egrediebatur ad eum omnis Iudeæ regio: & Hieroſolymitæ vniuerſi: & ba-*
Math 21. *ptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata ſua. * vltro commiſſa fatentes, exemplum*
Luce. 10. *hinc ſumitur confitendi peccata. ac meliorem vitam promittendi eis qui baptiſma deſiderant. nec enim*
Marci. 1. *verè nouam vitam quis incohare poteſt: niſi prius eum veteris pœniteat. * Ecce autem mirandum eſt*
Chriſoſt. ſuper Math. ca. 3 *quod ſubdit. * deus ipſe. ſic & Chriſoſtomus admirans ait, cum proceſſerit lucifer, lux ſolis non expe-ctat occaſum eius. ſed eo procedente egreditur. & ſuo lumine obſcurat illius candorem. ſic & Chri-ſtus non expectauit vt curſum ſuum Ioannes impleret, ſed adhuc eo docente apparuit. & Remigius in-quit, venit Ieſus ad Ioannem: ideſt deus ad hominem: dominus ad ſeruum: Rex ad militem, & lux ad lucernam. * ceu cætera turba. non quòd ipſe baptiſmo indigeret. ſed vt vim regenerandi aquis præbe-*

baptizatur Chriſtus & quare.

Aug. ſuper Ioane & in ſermone de Epiphania *ret. vnde Auguſtinus Saluator (ait) ideo baptizari voluit, non vt ſibi mundiciam acquireret, ſed vt nobis fluenta mundaret. item, quia voluit facere quod faciendum omnibus imperabat, vt bonus magi-ſter doctrinam ſuam non tam verbis inſinuaret: quàm & actibus exerceret. ſimul & vt baptiſmate*
Hier ſuper Math. *ſuo Ioannis baptiſma comprobaret. * inexpertum. hinc Chriſoſtomus ad hoc autem ad baptiſmum ve-nit: vt qui humanam ſuſcepit naturam, totum humanæ naturæ inueniatur impleſſe myſterium. nam quamuis ipſe non erat peccator: tamen naturam ſuſcepit peccatricem. propterea & ſi pro ſe baptiſma-te non egebat. tamen in alijs carnalis natura opus habebat. * ſubijſſe neceſſe eſt. vt cognoſcerent ſer-ui, quanta alacritate debeant currere ad baptiſma domini, quando ipſe non dedignatus eſt accipere ba-ptiſma ſerui. * imitari facta*

Ambr. ſup Luc. cap 3.

Seclaq; mutato ſuccedent aurea mundo.
Talibus anditis, cunctis ex vrbibus ibant
Finitimi, quà Iordanis fluit agmine dulci,
Orantes pacem, atq; vltro commiſſa fatentes,
Quos vates puro nudos luſtrabat in amne.
Ritè cauis capiti inuergens ſacra flumina palmis.
Ecce autem deus ipſe etiam, ceu cætera turba,
Luſtrandi ſeſe ſtudio clam tendit ad amnem,
Nil vt inexpertum moribundo in corpore linquat,
Mortali quod fas homini, & ſubijſſe neceſſe eſt,
Ne pigeat ſeros imitari facta nepotes.
Abſtinuit primùm vates, tactuſq; refugit,
Matth. 3. Agnoſcenſq; deum, palmas vtraſq; tetendit
Supplex accurrenſq; vadis mirantibus ipſis.
Paruit inde tamen iuſſus, diuinaq; membra
Horreſcenſq;, tremenſq; liquenti perluit amne.
Protinus aurifluo Iordanis gurgite fulſit,
Et ſuperum vaſto intonuit domus alta fragore.
Inſuper & cœli claro delapſa columba eſt.

*nep. hoc eſt quod ait Ambro-ſius. quæ etiam ſit dominici cau-ſa baptiſmatis, dominus ipſe de-clarat dicens: ſic decet implere omnem iuſtitiam: quæ eſt ergo iuſtitia? niſi quia quod alterũ tibi facere velis: prior ipſe in-cipias: & tuo alios horteris exemplo. nemo igitur refugiat lauacrum gratiæ: quando Chri-ſtus lauacrum pœnitentiæ non refugit. * abſtinuit primùm va-tes ſic et in Euangelio legimus. venit Ieſus a Galilea in Iorda-nem ad Ioannem, vt baptizare-tur ab eo. Ioannes autem pro-hibebat eum dicens. Ego a te de-beo baptizari. & tu venis ad me? reſpondens autem Ieſus di-xit ei. ſine modo: ſic enim de-*
Chriſoſt ſuper Math. cap 3. *cet nos implere omnem iuſtitiam. tunc dimiſit eum. * ſupplex. quaſi diceret. vt tu ò domine me ba-ptizes, eſt idonea ratio, vt iuſtus efficiar. vt autem ego baptizem te, quæ nam eſt ratio? cum omne bo-num de cælo deſcendat in terram, non de terra aſcendat in cælum. * accurrens. genuflexus. * vadis mirantibus ipſis, ideſt aquis ſtantibus & admodum mirantis ſe habentibus. nam qualibet creatura ſuo pro modulo inſeruit creatori: & nutui illius mox paret. ſicuti quando exiſtens in nauicula dominus conturbauit profundum maris: deinde imperauit ventis, & mari, & facta eſt tranquilitas magna. ſi-*
Matth. 8. *militer & quando plantis eius ſeſe calcabile reddidit. * horreſcenſq; tremenſq;. iuxta illud ſeruite do-*
Psal. 2. *mino in timore: & exultate ei cum tremore. * fulſit. tunc enim (vt aiunt Euangeliſtæ) Baptizato*
Matth. 3 *Ieſu; & aſcendente de aqua, aperti ſunt cæli. & ſpiritus ſanctus deſcendit in ſpecie columbæ ſuper eũ:*
Mar. 1. *& facta eſt vox de cælo dicens Tu es filius meus dilectus, in te cõplacuit mihi. * vaſto fragore, propter ſubitum caſmæ .i. aperturam cæli. vt demonſtraretur nobis quoq; poſt acceptum baptiſma cæli aditum*

patere

ſpiritus ſanctus in ſpecie & quare.

patere & ſpiritum ſanctum dari. * delapſa columba eſt. cuius figura fuit illa columba quę veſperi ramum tulit oliuæ his qui erant in arca in pacis & tranquilitatis ſignum. nam dilluuio quo perditi ſunt peccatores: figurabatur baptiſma quo peccata delentur. columba verò ſpiritus ſanctus, qui baptizatis infunditur, oliuæ ramo ſancta chriſmatis vnctio: qua & Chriſtiani dicuntur. quare ſpiritus ſanctus apparuit in ſpecie columbæ. Chriſoſtomus & Rabanus docent. quorum verba quia notatu digna ſunt duximus hic ſubijcienda. Ideo autem ſpiritus ſanctus (inquit Chriſoſtomus) ſpeciem columbæ ſuſcepit. quoniam præ omnibus animalibus hæc cultrix eſt charitatis, omnes autem iuſtitię ſpecies, quas habent ſerui dei in veritate, poſſunt habere ſerui diaboli ſed in ſimulatione. ſolam autem charitatem ſancti ſpiritus, non poteſt immundus ſpiritus imitari. ideo ergo hanc priuatam ſpeciem charitatis ſibi ſeruauit ſpiritus ſanctus: quia per nullius teſtimonium ſic cognoſcitur vbi eſt ſpiritus ſanctus, ſicut per gratiam charitatis. Rabanus quoq; ait. ſignantur etiam vij. virtutes in baptizatis per columbam ſicuti. vij. dona ſunt ſpiritus ſancti. columba enim ſecus fluenta habitat, vt viſo accipitre mergat ſe, & euadat. ita & ſancti ſecus diuina fluenta ſcripturæ reſident: vt incurſum diaboli euadant. columba meliora ſemper grana eligit, ita & ſancti ſanas & meliores ſententias. quibus animo paſcantur, eligunt. illa alienos etiam pullos nutrit. hi homines qui diaboli fuerunt pulli, doctrina nutriunt & exemplo. illa non lacerat roſtro vel vnguibus: & hi bonas ſententias lacerando non peruertunt hereticorum more. ea felle caret: hi quoq; ira irreconciliabili carent. illa in cauernis petræ nidificat. iſti in plagis mortis Chriſti, qui petra firma eſt, nidum ponunt, ideſt ſpem ac refugium ſuum collocant. ea gemitum pro cantu habet. iſti quoq; pro cantu ingemiſcunt, more prophetæ dicentis: laboraui in gemitu meo: lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrimis meis ſtratum meum rigabo. pluribus verbis & venerabilis Beda has columbæ proprietates myſticę proſequitur in homelia octauæ Epiphaniæ.

Chriſoſt. ſuper Matth. cap. 3.

columbæ proprietates. vij

Pſal. 6.

Vertice per purum candenti argentea pluma
Terga, ſed auratis circum, & rutilantibus alis.
Iamq; viam latè ſignans ſuper aſtitit ambos,
Cœleſtiq; aura pendens afflauit vtrumq;.
Vox ſimul & magni rubra genitoris ab æthra
Audita eſt nati dulcem teſtantis amorem.
Intereà aligeri iuuenes gens incola cœli
Miſſi aderant liquido pendentes aere circùm,
Carbaſeoſq; ſinus, mantiliaq; alba ferebant,
Iuſſa miniſteria; vt nati membra humida herilis
Rorantemq; ſacro ſiccarent flumine crinem.
His actis deus euaſit, fluuiumq; reliquit,
Quem vates longo ripam ordine circunfuſis

* afflauit vtrumq;. ſedit tamen ſuper caput Ieſu, & non Ioannis (vt ait Hieronymus) ne quis putaret vocem patris ad Ioannem factam, et non ad dominum. ſed nec vllus exiſtimet Chriſtum ante baptiſmum ſpiritu ſancto caruiſſe: cum etiam ex ſpiritu ſancto fuerit conceptus. ſed in hac viſibili ſuſceptione, nunc corpus ſuum, ideſt Eccleſiã præfigurare dignatus eſt. in qua baptizandi erant accepturi ſpiritum ſanctum. vt docet Auguſtinus. * vox ſimul. hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui. ex qua docemur (teſte Hieronymo) Myſterium trinitatis in baptiſmate demonſtratum eſſe. nam dominus Ieſus (qui eſt dei filius) baptizatus eſt. ſpiritus ſanctus deſcendit in habitu columbæ. vox patris filio teſtimonium perhibentis audita eſt. quamuis autem pater & filius & ſpiritus ſanctus ſint vna natura. firmiſſime tamen tenendum eſt (vt ſcribit Auguſtinus) tres eſſe perſonas. patremque eſſe ſolum qui dixit: hic eſt filius meus dilectus. & filium ſolum eſſe ſuper quem illa vox patris inſonuit. & ſpiritum ſanctum ſolum eſſe, qui in ſpecie columbæ ſuper Chriſtum baptizatum deſcendit, & hoc eſt etiam quod dixit Ioannes Apoſtolus. tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, pater, verbum, & ſpiritus ſanctus. & hi tres vnum ſunt. qui plura de hac re voluerit videre legat Auguſtinum in lib. de trinitate. * interea aligeri. quamuis hæc in Euangelio nõ legantur potuiſſe tamen fieri ex eo colligimus. quòd Chriſto eſurienti poſt ieiunium victoria obtentã ſcribitur in Euangelio Matthei, Angelos acceſſiſſe: & ei miniſtraſſe vt domino. ſuper quibus verbis dicit Chriſoſtomus, Angelos ad miniſterium illi ſemper & in terris preſto fuiſſe. * iuſſa miniſteria, ſeruorum obſequia. nam ſi omnes Angeli (vt ait Paulus) ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi, propter eos qui capiunt hæreditatem ſalutis, quanto magis in ipſius conditoris obſequium? * nati herilis, filij dei omnium heri & domini. ipſe eſt enim paterfamilias qui (teſte Greg.) regit quos condidit: & electos ſuos ſic in hoc mundo poſſidet: quaſi ſubiectos dominus in domo. * quem vates. hic ponit Ioannis Baptiſtæ teſtimonium de Chriſto. quod tale eſt. hic erat quem dixi, qui poſt me venit: an-

Hier. ſuper math c. 3.

Aug. lib. 15 de trin.

Aug. de fide ad Petrũ

maxime in lib 4.

Chriſoſt ſuper matt cap. 3.

Io. Baptiſtę Teſtimonium de Chriſto.

Ioan. 1.

Ioan. 13. Chriſoſt ſuper matth. 23.

Oſtendit,taliq; abeuntem eſt voce ſecutus.
En,ego quem terris toties iam iam affore quondam
Pollicitus,deus,ecce deus,qui crimina noſtra
Turicremas agnus veluti mactatus ad aras
Morte luet,ſuperoq; volens cadet hoſtia patri.
Hunc optate ducem,hunc vobis optate magiſtrum.
Ex illo vates nemora, & loca ſola relinquens
Vrbes per medias ibat,populiſq; canebat
Aduenisse deum,promiſſum numen adeſſe.
Credita res paucis,donec ſe oſtendere coràm
Suprà hominem cœpit deus ipſe ingentibus orſis.
Nam primùm numero ex omni delegit amicos
Bis ſenos,queis cum curas,durumq; laborem
Partiri,& caſus poſſet deducere in omnes.
Ante quidem ſolus terdenos egerat annos.
Sed ne fortè putes multis è millibus illi
Nos ideò placuiſſe,dolis quòd, & arte magiſtra
Spectatos longè ante alios deprenderit omnes,
Aut opibus,claraq; domus à ſtirpe potentes.
Omnibus obſcurum genus,& ſine luce penates,
Atq; humilis fortuna,nec aſtu prædita vita.

*te me factus eſt,quia prior me erat & de plenitudine eius nos omnes accepimus. & gratiam pro gratia. Quia lex per Moyſen data eſt: gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. & iterum poſt pauca ſubiungitur. Altera die vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe: & ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. hic eſt de quo dixi: poſt me venit vir: qui ante me factus eſt: qui prior me erat: & ego neſciebam eum. ſed vt manifeſtetur in Iſrael: propterea veni ego in aqua baptizans. * agnus, i. innocens, mittis, & ſimplex vt agnus. de quo Eſaias prædixerat. ſicut ouis ad occiſionem ducetur: & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. vmbra huius agni ac figura fuerat ille agnus, qui quotannis in paſchate immolabatur. & qui mane ac veſpere quottidie mactabatur. ſed ille typicus agnus nullius omnino peccatum ſuſtulit. hic vero peccatum vniuerſi orbis terrarum. * ad aras. quæ res quottidie fiebat in templo, vt modo diximus. ſed hic agnus cæleſtis in ara crucis immolatus eſt. & igne charitatis in ipſo feruore paſſionis abſumptus. * hoſtia gratiſſima quidem. nec vlla vmquam ei gratior oblata eſt, vel poterit offerri. * ducem in prælio ſpirituali. nec enim (vt ait Apoſtolus) eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates: aduerſus mundi rectores tenebrarum harum: contra ſpiritualia. nequitiæ in cæleſtibus. * magiſtrum. vnde & ipſe dixit. nolite vocari magiſtri: vnus eſt enim magiſter veſter Chriſtus. & alibi. vos me vocatis magiſter, & domine: & bene dicitis: ſum etenim. & vt ait Chryſoſtomus ipſe eſt vnus omnium magiſter: qui omnes homines naturaliter docet. ſi enim homo hominem erudiret: omnes homines diſcerent, qui habent doctores: nunc autem quia non homo docet, ſed deus: multi quidem docentur: pauci autem diſcunt. non enim homo præſtat homini intellectum docendo: ſed à deo præſtitum per admonitionem exercet. fruſtra quippe exterius diſcipulorum aures a voce magiſtrali pulſantur. niſi interius adſit qui doceat. * ex illo ſcilicet tempore. * promiſſum antiquis patribus vt ſæpe dictum eſt. * ingentibus orſis, ideſt cœptis, vel ſignis: quæ orſus eſt facere. & de quibus infra. * bis ſenos. hoc eſt quod deſcribit Matthæus Euangeliſta Marcus quoq; & Lucas. elegit duodecim ex diſcipulis quos et Apoſtolos nominauit. Simonem quem cognominauit Petrum. & Andream fratrem eius: Iacobum et Ioannem: Philippum & Bartholomeum: Matthæum & Thomam: Iacobum Alphei, & Simonem qui vocatur zelotes: Iudam Iacobi qui & Tadeus dicitur. & Iudam Scarioth qui fuit proditor. porrò iccirco duodecim elegit: vt ſpiritualis fidelium generatio patrum antiquorum carnali correſponderet generationi. & vt figura. xij. fontium & lxx. palmarum ex. xij. Apoſtolis & lxx. diſcipulis adimpleretur. * curas partiri. vos ideo dixi amicos (ait dominus) & non ſeruos: quia omnia quæ audiui, a patre meo nota feci vobis. ſeruus autem neſcit quid faciat dominus eius. & alibi: vos eſtis qui permanſiſtis mecum in temptationibus meis. * terdenos annos. huius ſiquidem ætatis fuit quando a Ioanne baptizatus eſt: vt ait Lucas Euangeliſta baptizatus autem petijt deſertum. vbi poſt quadrageſimale ieiunium tentatus eſt. & conſummata omni tentatione egreſſus eſt ad prædicandum Euangelium regni. & tunc cepit aggregare ſibi diſcipulos: nam tricennalis & virilis ætas eſt maxime apta ad doctrinam verbi dei diſſeminandam. * arte magiſtra, qua magiſtros facit vel aſtuta calliditate. * aut opibus, cla, do, ſic & Auguſtinus ait, non elegit reges, aut ſenatores, vel phyloſophos aut oratores: quinimo pauperes, plebeios & indoctos piſcatores, ne ſi doctus eligeretur: fortaſſis ideo diceret ſe electum, quia doctrina ſua meruerit*

Marginal notes: Eſaias. 53. — Theoph. ſuper Io. 1. — Eſai. 6. — Matth. 23. — Matth. 10. Marc. 3. Lucæ. 6. — Ioan. 15. Lucæ. 22. Lucæ. 3. Lucæ. 4 & Matth. 4. gregor. nazanz. ſuper Luc. 3 — Aug. in ſermonem de calendis ianuarii. & ſuper Ioanné.

agnus quare Chriſtus. — magiſter verus quis eſt. — Apoſtolorum xij. nomina. — Apoſtoli quare. xij. & diſcip. lxxij. — xxx. anno ætatis ad prædicandū. — pauperes & ignobiles quare electi.

*manuductus voluerit credere reſurrectionem domini. * Thaddeus hic & Iudas & Lebeus dictus eſt frater Iacobi minoris, poſt aſcenſionem domini miſſus eſt ad Edeſſam ciuitatem: vbi Abagarum regẽ curauit. is & frater domini in Euangelio appellatur, quòd ex eius eſſet cognatione, in meſopotamia & in ſuperioribus ponti Euangelizans efferas, & indomitas gentes, & quaſi belluarũ natura præditas ſancto dogmate mitigauit. & fidei dominicæ ſubiecit. ſepultus eſt in Eritho Armeniæ vrbe. * Simon Chananeus ad diſtinctionem Simonis Petri vocatus eſt. eo ꝙ fuerit ex Chana vico Galilex: vbi aquas dominus mutauit in vinum. ipſe eſt qui in alio Euangeliſta dicitur Zelotes, eo ꝙ Chana zelus interpretetur. ſed & ipſe zelo dei feruens cum Euangelium Chriſti circumquaq;, & in ægiptum vſq; prædicaſſet. poſt martyrium Iacobi hieroſolimitanæ Eccleſiæ rexit Epiſcopatum. & cum iam centeſimum atque vigeſimum annum ageret: temporibus Traiani Imperatoris ab Attico conſulari tentus eſt. & poſt plurima ſupplicia crucifixus eſt. iudice nihilominus ipſo & amicis, ſenis patientiam admirãtibus. * mutis natantibus, piſcibus minime vocalibus. * Iacobus de quo modo diximus Thadei frater hieroſolimorum primus Epiſcopus, cuius ſanctæ vitæ conuerſationem conſtantemq; paſſionem Hieronymus in libro virorũ illuſtrium eleganter deſcripſit, ibi eam vide. * cognato ſanguĩ fretus. quia Mariæ ſororis matris domini filius fuit, vt idem Hieronymus atteſtatur. genitus ex Alpheo patre. * vt genus indecores. figurate: idest quemadmodum genere ſumus ignobiles. * dura, vtpote hebraica, atq; apud Romanos Barbara. ſiquidem gentem omnem præter ſuam ac grecam, barbaram exiſtimabant. * inſueta romanis. ſ. nõ iudeis. * aſpera dictu, propter aſpirationum frequentiam, & diſſimilem noſtris nominibus deſinentiam. vide & ipſe Hieronymus interpretum eloquentiſſimus, ſcribit ſe nominum horum difficultate defeſſum, bis aut ter ex ſpe diſcendi linguam hanc penè decidiſſe. ſed tandem labor improbus omnia vicit. ſed & ipſe vates in his elimandis plurimum elaborauit. * haud facies ſenſus eſt. non ſola facie incompta ſumus horridi. ſed & pectore ſetoſo, totoq; corporis ſqualore, & duris nominibus ipſis horridi videmur agreſtes. * meliore fortuna quin deteriore, vtpote teloneari publiciq; vſurarij. quos hominum occiſores (teſte Cicerone) Cato ille priſcus appellauit. nam cum ab eo quidam quæreret quid maxime in re fami-*

Thadeus quidẽ Iudas. Abagarumquis curauit.

ex Eccleſiaſtica hiſtoria.

Simon Zelotes

Iacobus Apoſtolus.

Hier. li vir. illu. c. 2.

Barbara quæ gens.

fœnerari quid eſt.

Cic. offic. lib. 2. circa finem.

Addunt ſe ſocios Thomas, Thaddæus, eademq;
Arte Simon, Cana quem genuit Galileia amicum
Fluminibus patrijs, mutiſq; natantibus hoſtem.
Namq; Iacobus ei cognato ſanguine fretus
Alphæo natus patre ſe ſubiunxerat ante.
Vt genus indecores penè omnes, ſic quoq; noſtra
Nomina dura vides, inſueta, atq; aſpera dictu.
Haud facies ſola eſt impexis horrida barbis.
Tres alij neq; enim longè meliore ſequuti
Fortuna addiderant ſeſe, Mattheus, & æuo
Iam grauis, effœtiſq; Petri iam proximus annis
Bartholomæus, & ipſe mali fabricator Iudas.
Vix memorem quæcunq; oculis, quæcunq; ſub illo
Auribus his hauſi repetens miracula rerum;
Tempore tam paruo (vix terna hyberna peracta.
Ex quo illi ſocij dignatus nomine iungor)

*liari expediret. reſpondiſſetq; bene paſcere primum. ſatis bene paſcere, ſecundum: tertiumque bene veſtire, ſubaudi vitibus colles. quartumq; arare. at is: quid (inquit) fœnerari? quid (ait Cato) id eſt hominem occidere. adde quòd veteres Romani. pœnam dupli furto, vſura vero quadrupli eſſe ſtatuerant. * Mattheus. de ſua vocatione ſic ipſe ſcribit. Cum tranſiret inde Ieſus, vidit hominem ſedentem in teloneo Mattheũ nomine. & ait illi ſequere me. Et ſurgens ſecutus eſt eum. & factum eſt diſcũbente eo in domo: ecce multi publicani et peccatores venientes diſcũbebant cum Ieſu & diſcipulis eius, & vidẽtes phariſei dicebant diſcipulis eius. quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter? at Ieſus audiens ait. non eſt opus valentibus medicus: ſed male habentibus. huius Apoſtoli meminit etiam Hieronymus in prædicto libro, quem vide. * Bartholomeus. de uocatione huius. nihil amplius ex Euangelio habemus niſi ꝙ in Apoſtolorum Cathalogo cum alijs deſcribitur. pro Chriſto excoriatum legimus, atq; crucifixum ab Aſtriage Rege eo ꝙ fratrem eius Polemium Regem inferioris Indie cõuertiſſet ad fidem Chriſti, mirè fuit hic ſanctitatis & deuotionis: centies in die, totiesq; in nocte genua flectebat. expulſis demonibus Aſtaroth & Berith populos Lycaoniæ & Armeniæ & Indie inferioris ad fidem Chriſti conuertit. * mali. proditionis quo mali genere neſcio vtrum aliud maius poſſit reperiri. & iccirco malum, vates appellauit emphaticos. * vix memorem. tangitur hic quod ipſe Ioannes Euangeliſta teſtatum reliquit in fine Euangelij ſui. ſunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mũ-*

reſfamil. quid maxime expediat.

Matthei uocatio.

Hier. lib. uirorum illuſtr. c 3.

Bartholomeus.

Ioan. vlt.

dum

dum capere poſſe eos,qui ſcribendi ſunt libros.* hauſi.i.percepi.duobus æqua bene ſeruit,oculis & auribus.ſenſus autem eſt. quæcunq; vidi & audiui. * terna hyberna.pars pro toto quale & illud maronis.Ternaq; tranſieriut rutulis hyberna ſubactis . verum hic nulla diuiſio temporis facta eſt vt ibi,neque enim æſtatis vlla mentio præceſſit.iccirco ſynecdoche eſt . pars anni pro toto anno . * tam vaſtum æquor . metaphorice,tam magnum mare.pro,tam immenſa miraculorum multitudine.hac tranſlatione ſæpe vtimur in communi ſermone.quandocunq; magnitudinem ac rei narrandæ difficultatem volumus exprimere . * haud mollia fatu,i.difficilia relatu.etenim de dei magnalibus,non ſine timore & tremore loquendum eſt,ne labilis lingua nonnihil de ſuo , deo indignum intermiſceat . * ingrediar tamen ad loquendum ſcilicet.ex hac memorata rerum multitudine,magnitudine atq; difficultate non paruam captauit attentionem : & feſſum animum auditoris quodammodo inſtaurauit ad audiendum . * mitto pro omitto apheresis eſt.& eſt color rhethoricus , & occupatio . dicit enim ſe velle omittere tanquam nota,quæ tamen narrat. * inſignijt.inſignem & claram reddidit . * regem bethanes.Lazarum ex Bethania,quem quatriduannum & prope iam fetentem in ſepulchro ſuſcitauit dominus.vt in primo libro abundè viſum eſt. * innumeros,infirmos.ſ.ad mortem.Scriptum eſt enim quod omnes malehabentes & varijs langoribus ac tormentis oppreſſos curauerit.& quotquot vel fimbriam veſtimenti eius tetigiſſent: ſalui erant facti a quacunq; detenti fuerant infirmitate . * in limine leti. quos a vicina morte reuocauit.* duræ mortis . inexorabilis.vel durè iuxta illud . O mors quàm amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantia ſua : viro quieto:& cuius viæ directæ ſunt in omnibus,& adhuc valenti accipere cibum . * tam prius enum.hyperbole eſt.Sicut & illud Ioannis de quo ſupra. nec ipſum arbitror mundum capere poſſe , qui ſcribendi ſunt libros . hunc enim loquendi modum (dicit ibi Auguſtinus) græco nomine hyperbolen vocant . quando ſic verba,rem quæ indicatur excedunt:vt voluntas loquentis nec fallentis appareat . qui modus ſicut in hoc loco , ita in nõnullis alijs diuinis literis inuenitur. * multi cap, oc, & in primo lib. hic verſus expoſitus eſt.breuiſq; ſenſus is eſt . quòd multis cæcis donauit viſum:& ſurdis auditum:et claudis greſſum . * his aut claudis de quibus modo præmiſerat. aut certe,his,pro alijs.vt etiam paraliticos denotet ab eo curatos . quorum mẽbra adeo ſopita & reſoluta morbo dicuntur:vt omni penitus ſibi ſolito careant exercitio. quod Gregorius docet in homelia de ſeruulo paralitico.ita vt neq; manum ad os poſſet apponere, nec ſeſe in alterum latus euoluere . poſſumus nihilominus intelligere & de his qui habebant aridas manus : & de ea muliere quæ per multos annos non poterat ſe erigere.nam & hos omnes curauit.*ſerpentia,vlcera. leproſos dicit ab eo mundatos.* immunda. vnde et leproſi immundi a lege reputabuntur:& procul ab aliorum conſortio iubebantur habitare : ne ex contagio cęteri inficerentur. * tumefacta præcordia.hydropicos innuit.de quibus ſic Auguſtinus.hydropicum recte comparamus diuiti auaro . ſicut enim ille quanto magis abundat humore inordinato : tanto amplius ſitit : ſic & iſte quanto eſt copioſior diuitijs,quibus non bene vtitur,tanto ardentius illa concupiſcit . de hoc morbo

Marginal notes (left): metaphora q̃n utendum eſt. — de deo modeſte loquendum — occupatio color rhetoricus. — mors quibuſdam ſera. — hyperbole. — paralyticus. — leproſus immũdus. — hydropicus qui & quem ſignificet.

Marginal notes (right): æne.lib.1. — Matth. 4. Matth. 14. & Marc. 6. — Eccleſiaſ 41 — Ioã. ca.fin. — greg. in homel. 60. — Marci. 3. Lucæ. 13. Matth.xi. Luc.7.&17 — Auguſt. de quæſt. Euã.

Nec me tam vaſtum nunc currere oporteat æquor.
Pauca ſed e multis,& ea haud mihi mollia fatu,
Ingrediar tamen,& breuiter tua iuſſa capeſſens
Expediam . mitto modò quæ monimenta reliquit
Finitimas (tibi nota reor) non parua per vrbes.
Namq; omnem egregijs factis inſignijt oram.
Quis neſcit nuper reuocatum ad munera vitæ
Palmiferæ regem Bethanes,lumine quarto
Quem vidit Sol extinctum,impoſitumq́; ſepulchro:
Vt ſileam innumeros,quibus ipſe in limine leti
Affuit, & duræ de mortis fauce reuulſit?
Nam prius enumerem,quot ponto aquilonibus vndæ
Spumeſcant vaſto,quot inundent littora arenis,
Quàm quot opem morbos varios in corpore paſſis
Supplicibus tulit,& validos,lætosq́; remiſit.
Multi capti oculis,clauſis multi auribus orti,
Ne poſſent vllas audire,aut edere voces:
Claudi alii imparibus vix ægrè paſſibus ibant:
His rigor ex longo immotos ſopiuerat artus:
Illis ſemeſo ſerpentia corpore hiabant
Vlcera,& illuuies membris immunda fluebat.
Nec deerant,tumefacta quibus præcordia & aluus
Inſyncera ſitim miſeris adduxerat acrem,
Nullæ artes poterant,quam nulla extinguere aquæ vis.
Tum quibus aſſiduis concuſſa tremoribus vſq;
Nutabant,tremuloq́; lababant corpore membra;

Beda in he. 17. domini ci poſt pẽth. *morbo ſic etiam venerabilis Beda ſcribit. hydropis ab aquoſo humore vocabulum trahit. grçce enim hydor aqua vocatur. eſt autem humor ſubcutaneus de vitio veſicæ natus cum inflatione turgente,& anhelitu fetido,propriumq; eſt hydropici;quanto magis abundat humore inordinato, tãto amplius ſitire. & ideo rectè etiam comparari poſſe ei:quem fluxus carnalium voluptatum exuberans aggrauat.*

Lucæ.14. *ſpecifice tamen vnum tantummodo hydropicum legimus a domino curatum eſſe. de quo vide Lucam.* tremuli.x. fratres.

Aug lib.de ciuit.dei & in ſermone de mirac beati Stephani. ** tremulo corpore. tales arbitror hos fuiſſe: quales illi.x.fratres ex Cæſarea capadocia, quos narrat Auguſtinus maledicto matris viduæ nobiliſſimæ fœminæ correptos. tam acri pœna diuinitas eſſe coercitos. vt horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum. qui a deo meritis beati Stephani curati ſunt in Eccleſia Hypponenſi. porrò de his in ſpecie nihil habemus ex Euangelio: ſed tantum in genere (vt modo diximus.) quòd omnes languidos vel tactu fimbriæ curabat quacumque detinerentur*

Matth. 9. Lucæ 4. *infirmitate. * quos febris ſuple coquebat. ſicuti ſocrum Simonis,de qua Lucas. Surgens autem Ieſus de ſynagoga introiuit in domum Simonis: Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea: & ſtans ſuper illam imperauit febri: & dimiſit illam. & continuo ſurgens miniſtrabat illis. ſic etiam procul abſens ſanauit filium reguli qui tam ardẽti vrebatur febre; vt de eo ſcribat Ioannes ipſe,quòd incipiebat mori. verum eadem hora diei.vij. qua rogatus dominus dixerat patri,vade filius tuus viuit,nunciauerunt ei ſerui quòd reliquerat eum febris. * humor. ex cuius alteratione febris cauſari dicitur. * cæci morbi,occulti langoris. deus enim quandoq; morbos incurabiles immittit. quorum cauſas non poſſunt deprehendere medici, nec curare. vt diutius affligantur ægri, vel fortè pro peccatorum pœnitentia,aut alio iuſto (licet occulto nobis,iudicio)* quosuè ani, e, a, m, b, Ery. i qui a demonijs vexabantur. quales erant illi de monumentis exeuntes ſæui nimis: de quibus ait Matthæus. quòd nemo poterat tranſire per viam illam. quos tamen curauit miſſis demonibus in gregem porcorum. alios quoq; multos paſſim referunt Euangeliſtę a ſpiritibus immundis ab eo fuiſſe liberatos. exibant enim demonia a multis clamantia,Ieſu fili Dauid veniſti ante tempus torquere nos. & ſcimus te quòd es filius dei,ipſe vero eijciens ſpiritus verbo,non ſinebat eos loqui. * ſtratis vt illi duo paralitici quibus imperatum eſt.vt ſurgerent,tollerentq; ſtrata ſua & ambularent. in teſtimoniũ vera ac integræ ſanitatis acceptæ de his omnibus ægris a domino curatis, quia & in primo lib.huius, dictum eſt abundè: ideirco facile hic tranſeundum duximus. ne verboſos commentarios facere videamur. ſiquis tamen voluerit ſingulorum hyſtoriam perlegere. videat capita locorum in margine adiecta. & ſuo poterit ſatis deſiderio facere. * obſeruatus agebat. vide ſuper hoc Matth. caput quartũ. & xiiij. * perq; vias. leproſi multi per vias mundati ſunt. ſed & Barthimeus cæcus per viam illuminatus eſt. * ſanctiq; ad lim, templi. hoc maxime factum eſt quando eiecit ementes & vendẽtes de templo. tunc enim ſeri pſerunt Matthæus & Ioannes multa eum ſigna feciſſe. * ſido nia ora. hic tangitur ſuſcitatio filij viduæ. de qua ſic ait Lucas. ibat Ieſus in ciuitatẽ quæ vocatur Naim. & ibant cum eo diſcipuli eius & turba copioſa plebis. cum autem appropinquaret portæ ciuitatis. Ecce defunctus efferrebatũ filius vnicus matris ſuæ. quam cum vidiſſet dominus miſericordia motus ſuper eam, dixit illi: noli flere. Et acceſſit,& tetigit loculum.hi autem qui portabant ſteterunt.Et ait adoleſcens tibi dico ſurge.Et reſedit qui erat mortuus: & cepit loqui. & dedit illum matri ſuæ. accepit autem omnes timor: & magnificabant deum,dicentes.quia propheta magnus ſurrexit in nobis: & quia deus viſitauit plebem ſuam. & exijt hic ſermo in vniuerſam iudæam de eo,& omnem circa regionem. *. Naim,hæc vrbs eſt galileæ prouinciæ in ſecundò miliario montis Tabor. de*

Reguli filius curatur. (Ioan 4.) — Socrus Simonis curatur. — morbi incurabiles unde. — curati ſunt multi. — Matth 8. Matth 4 8. 9. 12. 15. 17. Marci 1.3 6 9.16 Luc 4 7.8. 11. 12. 13 Marci.2.& Ioan.5.

Math 8. Marci 1. Lucæ.17. Marci.10 Lucæ 18. Math.21. Ioan.2. Lucæ.7.

Ignea quo febris,aut corrupti corporis humor,
Et quos præterea vis cæci incognita morbi,
Verſabat lecto totos diſtracta per artus,
Quosuè animis captos agitans male habebat Erinnys.
Omnibus aſpectu ſolo, tactuuè ferebat
Diuus opem,ſubito linquebant corpora morbi,
Et ſtratis ipſi ſurgebant protinus ægri.
Atq; ideo quacumq; viam obſeruatus agebat,
Semper eum opperiens turba ingens ſtrata iacebat
Per fora,perq; vias,ſanctiq; ad limina templi.
Nondum aliquem tamen infernis reuocauerat vmbris
Morte obita,cum ſidonia remearet ab ora,
Et Naim ingreſſus ſocijs comitantibus altam eſt
Ecce autem ingentem longo procedere pompam
Ordine flammarum aſpicimus,mœſtamq; per vrbem
Audimus luctum,cauſam tum deniq; luctus
Cernimus egregiis iuuenis miſerabile corpus

viduæ filij ſuſcitatio. — Naim.

qua

*qua dictum eſt ſupra in Cathalogo vrbium terræ promiſſionis. * ſocijs comitantibus. multi dominum comitabantur, & multi funus proſequebantur: vt multi eſſent tanti miraculi teſtes. * miſerabile corpus. Erumnæ molem quam Euangeliſta modicis verbis expoſuit, fęcundo vates ingenio late explicat. Sic & Gregorius Niſenus. mater (inquit) vidua erat, & non ſperabat filios vlterius procreare: non habebat in quem aſpectum dirrigeret vice defuncti. hunc ſolum lactauerat: ſolus aderat alachritatis cauſa in domo. quicquid matri dulce ac precioſum hic ſolus extiterat. * dulci pub, æuo. florentis ſignificat temporis horam primam producentem lanuginem. qui paulo ante mulcebris erat maternorum oculorum aſpectui, Iam aſpirans ad tempus ſponſalium. virga generis: ſucceſſionis ramus: baculus ſenectutis.* * *molli pheretro. eo quòd antiqui lectulum cadaueri ſubſternebant. quin & plures lectulos in funebri pompa efferebant. hinc ſeruius ſuper illo Verg. verſu, vel qua tiberine videbis funera. propter ſexcentos lectulos hoc dixiſſe refert. niſi velis dicere eſſe hypallagen. vt mollis iuuenis dicatur eſſe impoſitus duro potius pheretro. * qualis. apta comparatio. florentem adoleſcentem pulcherrimis floribus aſſimilat. * manibus cruentis, barbararum mos hic eſt fœminarum. * matres miſeræ matri compatientes. * vt deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus. qui miſericors eſt & miſerator, motus eſt etiam a miſeranda matris paſſione, quæ poterat vnumquemq; ad fletum & lachrimas prouocare. nec enim eſt dolor ſuper matris dolorē vnigenitum deflentis. * parcere lam, iubens autem dominus ceſſare a lachrimis qui mœſtos conſolatur: monet nos a preſentibus defunctis conſolationem recipere. reſurrectionem ſperantes. * admotuſq; ma, tenuit pheretrum vita obuians morti. ideo autem non ſolo verbo peragit miraculum, ſed & manu mulcet. vt cognoſcas efficax eſſe ſacrum Chriſti corpus ad humanam ſalutē. eſt enim corpus vitæ: & caro verbi omnipotentis, cuius habet virtutem. ſicut enim ferrum igni adiunctum perficit opus ignis. ſic poſtquàm caro vnita eſt verbo, quod viuificat omnia, ipſa quoque facta eſt viuificatiua, & mortis expulſiua. * innexuit, nam prius morte ſoluta fuerat. * Ecce erigitur puer, ſtatim ad imperium vocantis domini. nec enim ſaluator ſimilis eſt Heliç deflenti filium ſareptanæ: nec qualis Heliſeus qui proprium corpus applicuit corpori defuncti: nec qualis eſt Petrus. qui pro Thabita orauit. ſed ipſe eſt qui non entia vocat. qui mortuos vt viuos alloqui poteſt. nam omnes illi viuunt. * nec vero. hic narrat alterius mortui ſuſcitationem de quo ſic Euāgeliſta venit ad Ieſum quidam princeps ſynagogæ cui nomen Iairus. qui cadēs ad pedes eius rogabat eum: vt intraret domum eius, quia vnica filia erat ei ferè annorū. xij. & hæc moriebatur. cumq; ſurgens ſequeretur illum, per viā tactu fimbriç ſanata muliere emoroyſſa. venit. quidam ad principem ſynagogæ dicens, quia mortua eſt filia tua. noli vexare illum, Ieſus audito hoc verbo reſpondit patri puellæ, noli timere. crede tantum, & ſalua erit. Et cum veniſſet domum, non permiſit intrare ſecum quemquàm, niſi Petrum, & Iacobum & Ioannem: & patrem & matrem puellæ. flebant autem omnes, & plangebant illam. at ille dixit, nolite flere, non eſt mortua puella ſed dormit: & deridebant eum. eiectaq; turba tumultuante cum tibicinibus lugubre canentibus carmen Ieſus tenuit manū puellæ, et clamauit dicens, Thabitacumi. quod eſt*

Beda.

funebres lectuli.

dolor maximus

caro Chriſti uiuificatiua.

Cirÿllus.

Helias & Heliſeus ſuſcitant mortuum.

Treus ſupe Lucæ cap. 3. reg. 17. 4. reg. 4.

Petrus Thabitam ſuſcitauit.

Actuum. 9

Lucæ. 20.

Luc. 8. marc. 5. matth. 9.

ſuſcitatur filia archiſynagogi.

Thabitacumi.

Impoſitum molli pheretro, quem merſit acerba
Morte dies, dulci cum vix pubeſceret æuo,
Atq; omnem vultu florenti dempſit honorem.
Qualis quem pede preſſit agro bos ſigna relinquens,
Paulatim laſſa languet ceruice Hyacintus,
Aut roſa, quam molli decerpens pollice virgo
Vepribus in denſis lapſam ſub ſole reliquit.
Vrbe furens tota genitrix miſeranda, capillos
Sciſſa, genaſq; ambas manibus fœdata cruentis
Ibat: eam circum pariter per denſa viarum
Pulſabant ſæuis matres plangoribus aſtra.
Ipſi orbam ciues miſerantur, ei vnica proles
Ille relictus erat vidui ſolatia lecti.
Vt deus exanimis iuuenili in corpore vidit
Pallorem, & molli pictas lanugine malas,
Parcere lamentis iubet, & conſidere pompam,
Admotuſq; manu mulcens immobile corpus,
Rurſum animam gelidis membris innexuit, ecce
Erigitur puer, (& cunctis mirabile viſum)
Proſiluit raptim in medios, vacuumq; pheretrum
Liquit, & amplexans ſolatus voce parentem eſt.
Nec verò multis etiam poſt menſibus idem
Egregiam amiſſa donauit Luce puellam,
Cui calor, & toto de pectore fugerat omnis
Halitus aereas penitus dilapſus in auras.

eſt interpretatum puella tibi dico ſurge.& continuo ſurrexit,& ambulabat.iuſſitq; illi vt darent manducare.& ſtupuerunt parentes eius ſtupore magno.quibus ne alicui dicerent quod factum erat, præcepit. amiſſa Luce,vitæ huius.*halitus .flatus & ſpiritus omnis .hęc ideo ſcribuntur quia recens mortua erat puella. nam cum pater domo recederet iturus ad Ieſum erat in extremis .* Iarus . pro Iairus nam & gracè ſic ſcribitur. Ιάειρος.interpretatur autem illuminatus.eo ꝙ myſtice ſignificet Moyſen patrem ſynagogę Iudeorum,qui nunc vſq; deprecatur dominum pro ſpirituali ſuſcitatione filiæ ſuę mortuæ : quam impetraturus eſt poſt curam Emoroyſſæ.i.gentilitatis. nam cum plenitudo gentium ſubintrauerit:tunc omnis Iſrael ſaluus fiet.hinc dixit propheta.Ethiopia præueniet manus eius deo.*largus*

Hier. ſuper Mar. c. 5. Et Beda ibidem. Rabanusque ſup Math. c 9.

Iayrus.

Virginis ipſe pater factum teſtatur Iarus
Largus opum,pollens lingua,& popularibus auris.
Quid repetam,purum viuo cùm è fonte liquorem
In vinum conuertit,opes miſeratus amici?
Forte olim aerei ſpectans de vertice montis,
Ioan. 2. Cùm Sol emenſo depreſſior iret olympo,
Ingentem vidit numerum effluxiſſe ſequentum,
Matres,atq; viros,quos per deſerta locorum
Duxerat oblitosq; ſui,oblitosq; ſuorum.
Subſtitit hic miſeratus, eos iam tertia namq;
Math. 14. Muneris expertes Cereris lux acta videbat.
Marc. 6. Hic neq; erant fruges,vicina nec oppida, poſſent
Luc. 9. Vnde dapes petere,argento,victumq; parare.
Ioan. 6. Arboreos necdum fœtus decoxerat æſtas.

aqua in vinum. panibus. v. multos ſatiauit.

*opum:p,l,& p, au, hæc omnia congeſta ſunt ad maiorem miraculi euidentiam , vt fides dictis adhiberetur.*quid repetã. nam de hoc miraculo mutationis aquæ in vinum ſæpe dictũ eſt ſupra.* forte olim aerei etc. hic exponit miraculum quinq; panum et duorum piſcium.quibus ſaciauit dominus quinque millia hominum abſq; paruulis & mulieribus.& ſi omnes euãgeliſtæ narrent hanc hiſtoriã, quia tamen hic late author illã proſequitur,non mihi graue erit ſubiungere verba Ioannis . qui latius cæteris eã deſcripſit.Cũ ſubleuaſſet ergo(inquit) Ieſus oculos:et vidiſſet quia multitudo maxima venit ad cũ:dicit ad Philippũ,vñ ememus panes,vt mãducẽt hi?hoc aũt dicebat tentãs eũ. ipſe.n. ſciebat,quid eſſet facturus:reſpõdit ei Philippus.ducentorũ denariorũ panes nõ ſufficiũt eis : vt vnuſquiſq; modicũ qd accipiat.dicit ei vnus ex diſcipulis eius Andreas frater Simonis Petri.Eſt puer vnus hic:qui hẽt quinq; panes bordeaceos et duos piſces:ſed hæc quid ſunt inter tãtos?dicit ergo Ieſus.facite hoĩes diſcũbere.erat aũt fœnũ multũ in loco.diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinq; millia.Accepit ergo Ieſus panes:et cũ gratias egiſſet:diſtribuit diſcũbentibus.ſimiliter & ex piſcibus quantũ volebãt.vt aũt impleti ſunt,dixit diſcipulis ſuis.colligite q̃ ſupauerunt fragmẽta,ne pereãt.collegerũt ergo et impleuerũt.xij.cophinos fragmentorũ plenos,ex.v.panibus bordeaceis,& ij.piſcibus:q̃ ſuperfuerũt his qui mãducauerãt.illi ergo hoĩes cũ vidiſſent quod Ieſus fecerat ſignũ dicebãt,quia hic eſt verè Propheta qui vẽturus eſt in mundũ.* deuertice mõtis.in quẽ aſcẽderat erudiẽs nos a tumultibus,et ab ea q̃ eſt in mũdo turbatione quantũ poſſumus quieſcere debere.nã apta ad philoſophiã eſt ſolitudo.*cũ ſol. tãgit ꝙ habet in Mattheo.veſpere aũt facto acceſſerũt ad eũ diſcipuli eius dicẽtes.deſertus eſt locus,et hora iã ꝑteriit:dimitte turbas:vt eũtes in caſtella emãt ſibi eſcas.*ingentẽ numerũ,vidẽtes.n.turbæ ſigna quæ faciebat,vndiq; ad illum properabãt.ſic et nos deberemus eſſe prompti ad verbum dei audiendum quo non minus etiam nunc anima paſcuntur:quàm tunc corpora fuerint cibata.* matres atq; viros.ideo matres viris præpoſuit quia ſolent eſſe promptiores ad verbum dei audiendum.& magis deuotæ.* oblitosq; ſui ob,ſuo,propter miram dulcedinem verborum domini.& ingentem ſignorum ſtuporẽ. *miſeratus eos iam tertia hęc duo ex altero ſimili miraculo ſumpta ſunt.bis enim pauit turbas.& ante ſecundam cibationem ſic a Marco ſcribitur . Cum iterum multa turba eſſet cum Ieſu , nec haberent quod manducarent , conuocatis diſcipulis ait illis . miſereor ſuper turbam,quia ecce iam triduo ſuſtinent me,nec habent quod manducent:& ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam , deficient in via . quidam enim ex eis de longe venerunt . Et reſponderunt ei diſcipuli . vnde illos quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine ? & interrogauit eos.quot panes habetis ? qui dixerunt.ſeptem.& præcepit turba diſcumbere ſuper terram.Et accipiens.vij panes gratias agens fregit,& dabat diſcipulis ſuis, vt apponerent.& appoſuerunt turbę.Et habebant piſciculos paucos.& ipſos benedixit,& iuſſit apponi.Et mãducauerunt,& ſaturati ſunt:& ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis.vij. ſportas. erant autem qui manducauerant,quaſi quattuor millia.*muneris cereris.i.panis quod dei munus eſt.ne fabulas aniles ſequamur,cererẽ . videlicet frugum inuentricẽ . cum dixerit dñs Adę.in ſudore vultus tui veſce*

Marc. 8.

panibus. vij. ſatiauit multos.

Vix tandem inuentus puer eſt ex agmine tanto,
Quinq;,viæ auxilium,qui ſecum liba ferebat,
Atq; duos,dederat quos huc pia mater eunti
Incluſos myrto,& bene olenti gramine piſces.
Sed quid enim hæc adeò tam multis millibus autē?
Et iam diffiſi ſocii muſſare querentes,
Quos bonus affatu Chriſtus ſolatus amico
In cœtum vocat,ac paucis ita deinde profatur:
Nemo hodie numero è tanto non lætus abibit:
Hinc ſupplex tali genitorem voce precatur.
Summe parens,ope cuius alit terra omnia,quiq;
Et ſole,& liquidis fœcundas imbribus agros,
Si quondam Iſacidum generi per inhoſpita eunti
Diuinas epulas cœlo es largitus ab alto,
Semine ſi nullo conſtant,quæcunq; creaſti,
Et nihil omnino fuerant cœlum,æquora,tellus,
Adſis obſcœnamq; famem tot millibus arce.
Hæc tantum;dehinc gramineo diſcumbere campo
Imperat effuſos cœtus,dapibusq; parari.
Inde in fruſta ſecat læto cerealia vultu
Liba minutatim,& populos partitur in omnes
Millia quinq; hominum campis ſaturanda ſedebāt
Ecce(incredibile auditu,mirabile viſu)
Omnibus in manibus viſæ ſuccreſcere partes Marci. 6
Exiguæ,dapibusq; epulati largius omnes.
Et frugum pariter,laticumq; expleta cupido eſt.
Quin & reliquias menſis ſuperantia fruſta
Vix caua congeſtas bis ſex cepere caniſtra.

ceres pro pane nec panis nutrix. *ris pane tuo.ſed et Cayn filius eius fuit agricola.* arboreos fœtus,poma vel nuces.*decoxerat,feruore ſuo ad maturitatē perduxerat.nā non minus in arbore fructus calore ſolis decoquunt, q̄ in ardenti clibano panis.*puer.legi quendā Papiæ vrbis hiſtoriā texentē,qui aſſerit puerū hunc fuiſſe.* Syrus. *S.Syrū eiuſdē vrbis primū antiſtitē.*quinq; Liba.i. hordeaceos panes.poſuit Liba,quia tali panis ſpecie pueri libēter veſcunt.* atq; duos.ſ.piſces quod eſt infra.* incluſos myrto.inuolutos.hac herba calidè & bene olē*- Myrtus. *tis natura, ferè oēs ſalſi piſces inuoluunt intra ſportulas qñ circūſeruntur.* ſed quid hac? eſtimabat aūt Andreas qui hac dixerat, ꝙ* Heliſeus multiplicauit panes. *ſicuti olim Heliſeus. xx. panibus multiplicatis centum pauerat prophetas.ita dñs.ex quinq; panibus xxv.homines potuiſſet quidem paſcere,ſed non plures.& propterea ſubiunxit. ſed quid hac inter tantos? ſed hac ſua eſtimatio non erat vera. nam eodem pacto dñs qui totū orbē paſcit,ex paucioribus, ſicut ex pluribus, turbas poterat cibare.quia lōgè aliud eſt,eſſe dñm: aliud eſſe prophetam dñi. * diffiſi ſocij.de hac tanta dñi ptāte.nec mirum.adhuc.n.rudes erant.& paulatim ex miraculorū oſtēſione plātata in cordibus eorum fides, per tpa augebat.vnde et legunt dixiſſe dño.adauge nobis fidē.* muſſare,tacito murmure queri.* bonus Chriſtus vel.expoſitio eſt vocabu*- muſſare quid. Chriſtus quid. *li.nā χρηςὸς.gracè.latinè. bonus, vtilis,frugi & ſuanis eſt. vel ideo dicit bonus Chriſtus.quia deus ē. nā nemo bonus niſi deus ſolus. & hoc eſt cōtra manicheos dicētes panes et alia huiuſmodi inferiora oīa creata eſſe a malo deo.ſed vt videtis hic,boni dei patris, bonus deus filius panes multiplicauit.nā ſi creaturę mala fuiſſent(vt ait Theophilus) nequāq̄ bonus mala multiplicaſſet.*pcatur.nō ꝙ ſupplici indigeret pce in panū multiplicatione, qui mortuos ſolo excitabat impe*- agendum gratias ante cibū. *rio.ſed vt fideles inſtrueret.vt quotieſcumq; ad menſam accedunt.prius gratias deo ſtudeant ſupplices agere.* ſumme parēs.ſatis plana eſt hac oratio.* Iſacidū generi. Iudeorū populo ab Iſaco ducenti originē.* per inhoſpita,per inhabitata & inuia deſerti arabia.quod eſt inter mare rubrū,& terrā promiſſionis.* diuinas epulas.mãna.ſ.de quo canit Dauid panē angelorū manducauit homo.& alibi. panē de cælo praſtitiſti eis oē delectamentum in ſe habentem,& ſaporis omnis ſuauitatem. verū de hac cæleſti* Pſal. 77. & 104. & ſapientie 16. *eſca ſatis ſupradictum eſt.* creaſti.proprie vtiq; creare.eſt de nihilo aliquid facere hinc dixit Chriſoſt.*- creare. *nondum apparentibus panibus,iuſſit eos diſcumbere.vt diſcas quoniam non entia,vt entia ei ſubſiſtūt. ſicut Paulus ait.qui vocat ea qua non ſunt,tanquàm ea quę ſunt.* obſcenamq; famem. & quę oſcitare famelicos cogit.& q̄ ad obſcena perpetienda plerumq; impellit & facienda.* hac tantū.ſubaudi dixit.* gramineo cāpo.erat.n.paſcha quod in primo menſe veris perficiebatur.* diſcūbere.ad litterā dicit Alcuinus,homines diſcumbere dicimus.iacendo comedere more antiquo.* dapibus.ſed quàm delicatis? diſcamus hic(ait Chriſoſt.) qui voluptati attendimus:quanā comedebant mirabiles viri illi et magni, & quantitatē eorū quę inferebantur,& vilitatem menſa eorū.nempe quinq; tantū panes habebant. & illos hordeaceos.atq; duos piſces.magis,vt eſſent infirmitatis ſolatium,q̄ voluptatis incentiuū.vt cognoſcas q̄ modicis naturam eſſe cōtentam.at q̄ noſtra eſt luxuria? delicatiſſimis magnoq; emptis precio ferculis viuit.& immenſa voragini gula noſtra,et docti nō ſatisfaciūt coqui.* dapibus epulati. nunq̄*

obſcena. diſcumbere. natura modicis contēta eſt

antea

antea tã lanto vſi fuerãt cõtinuiõnẽ ſi mãna quo patres antiqui ſunt cibati, oẽ inſe delectamentũ dicebãt habere, atq; oĩs ſaporẽ ſuauitatis:et tñ manibus parabãt angelorũ. q̃to magis hic panis manibus ipſius dñi multiplicãdo ꝑparatus? bis ſex caniſtra. ſed quare nõ plura vel pauciora? pp. xij. apoſtolos. quibus fragmẽta eruditionis diuinæ. i. ſecretiora intellectu, q̃ nõ põt capere multitudo: illis erãt credenda. myſticè igĩ hęc ſacra refectio ſic eſt intelligenda. v. panes. v. ſunt libri Moyſi. qui ideo hordeacei dicebanẽ. pp aſperitatẽ ꝑceptorũ. & quia vitale aĩa alimentũ corporalibus ſacris obtegebaẽ, ſicut hordei*

cophini. 12.

panum. 5. myſtica. intelligẽtia.

Accipe nunc aliud, quod paucis antè diebus
Vidimus: arbor erat foliis denſiſſima in agro
Deſerto, vnde olim pendentia poma viator
Carpebat ſitiens: heros qui hàc fortè tenebat
Puluerulentus iter, quæſiuit in arbore fœtus
Incaſſum, infœcunda comas nam, & brachia tantũ
Luxurians latè circùm tendebat opaca.
Non tulit, ac verbis ſterilem execratus acerbis;
Continuo (manifeſta audis) exaruit arbos,
Et folia aereas volitarunt lapſa per auras.
Nec minus eſt olli imperii maris æquora in alta:
Vni omnes vndæ aſſurgunt, fluctusq; quieſcunt.
Vnius edicto: vidi, vidi ipſe furentes
Actuum. 2. Illius hybernos ad vocem ponere Coros,
Vimq; omnem, motas quæ flabris aſperat vndas.
Nondum luna ſuum ter curſum plena peregit,

medula, tenaciſſima palea tegitur. duo piſces. dicti ſunt Pſalmorũ & prophetarũ. puer qui hæc habebat populus erat iudeorũ: de quo dicit apoſtolus, ꝙ adhuc ſub tutoribus & actoribus erat: & a pedagogo regebaẽ vſq; ad diffinitũ tps a patre deo. frãgẽdo panes multiplicati ſunt, qñ poſt reſurrectionẽ aperuit illis ſenſũ, vt intelligerent ſcripturas. tunc ſatiauerũt turbas: qñ miſſi ad ꝑdicandũ cõuerterunt iudeos, et maxime in prima Petri ꝑdicatione. qñ appoſita ſunt ad dñm circiter tria millia: et deinceps multa millia. qui voluerit hoc pane plenius refici, videat Aug. & vener.

Ficulneæ exſiccatio.

Augu. ſuper Ioanné. c 6 Beda in ho. dñicæ quartæ quadr.

Bedã alioſq; doctores ſup hoc loco. accipe nũc al, hic narraẽ mirabilis exſicatio ficei arboris. de qua ſic ait Mattheus Euãg. Mane Ieſus reuertẽs in ciuitatẽ eſuriit. & vidẽs fici arborẽ vnã ſecus viã, venit ad eã. & nihil inuenit in ea niſi folia tantũ. & ait illi. Nunq̃ ex te fructus naſcanẽ in ſempiternũ. & areſacta eſt cõtinuo ficulnea. & vidẽtes diſcipuli mirati ſunt dicẽtes. qũo cõtinuo aruit?* arbor erat: myſtice vt docet Hier. arborẽ hãc ſynagogã iudeorũ eſſe intelligimus. q̃ iuxta viã erat, quia legẽ habebat, nec tñ credebat in viã. i. in Chriſtũ: qui dicit. ego ſum via veritas & vita.* poma. i. ficus large ſumpto vocabulo.* carpebat ſitiẽs. alludit ad id quod fieri ſolet.* heros Xps.* quæſiuit in arbore fœtus. i. fructus bonorũ operũ. hos fœtus & in nobis, et nũc q̃rit dñs. quare ò heretici cauete a ſubſequẽti maledictione.* comas tãtũ. nihil inuenit in ea niſi folia tãtũ. i. traditiones phariſaicas, i. ictationẽ legis abſq; fructibus veritatis.* nõ tulit. ſed neq; et nũc feret. ſi venerit dñs ad fideles in tẽtationibus fructũ iuſtitiæ requirẽs: et inuẽtus fuerit aliquis nihil iuſtitiæ habẽs, niſi profeſſionẽ tãtũmodo fidei. ꝙ eſt folia ſine fructu. mox exiccabit eũ. vt hoc ipſum quod videbaẽ fidelis, eſſe amittat.* ſterilẽ execratus. ſic & aĩam ſterilẽ execraẽ. qñ fallacẽ quẽpiã, qui viuere eſtimaẽ, nõ aũt fructificat, manifeſtũ facit fieri qualis ſit. ne ꝑ figmentũ innocẽtiũ corda fureẽ.* nec minus quã telluris.* aſſurgũt et quieſcũt. hæc verba dicta ſunt a propheta de d. Ieſu. Qui deſcẽdũt inquit in mare in nauibus faciẽtes oꝑationẽ in aquis. Ipſi viderũt oꝑa dñi: & mirabilia eius in ꝑfundo. Dixit & ſtetit sps ꝑcellæ: et exaltati ſunt fluctus eius. Aſcẽdũt vſq; ad cælos et deſcẽdunt vſq; ad abyſſos: aĩa eorũ in malis tabeſcebat. Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius, et oĩs ſapiẽtia eorũ deuorata eſt. Et clamauerũt ad dñm cũ tribularenẽ: & de neceſſitatibus eorũ eduxit eos. Et ſtatuit ꝑcellã eius in aurã, & ſiluerũt fluctus eius. Et lætati ſunt quia ſiluerũt: et deduxit eos in portũ volũtatis eorũ cõfiteanẽ dño miſericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominũ. equidẽ non modo propheta ſed Euãgeliſta mihi viſus eſt in deſcriptione ſubitę tẽpeſtatis huius, & trãquillitatis: quã hic autor tãgit. ſed iã videamus ipſa Euãgelij verba. Aſcẽdẽte Ieſu in nauiculã ſecuti ſunt eũ diſcipuli eius. Et ecce motus magnus factus eſt in mari. ita vt nauicula operireẽ fluctibus: ipſe vero dormiebat. Et acceſſerũt diſcipuli eius: et ſuſcitauerũt eũ dicẽtes. dñe ſalua nos, perimus. Et dixit eis quid timidi eſtis modicæ fidei? tũc ſurgẽs imperauit vẽtis & mari. & facta eſt trãquillitas magna. porrò hoĩes mirati ſunt dicentes qualis eſt hic? quia venti. & mare obediunt ei.* vidi, vidi, anadiploſis eſt. qualia ſunt illa maronis. ſic ſic iuuat ire ſub vmbras. & Me me adſum qui feci, in me conuertite ferrũ.* hybernos coros. hyemales ventos ab occaſu ſolſtitiali flãtes, qui & gracè ἀργέσται hoc eſt albi et ꝑcelloſi appellanẽ. vulturno aduerſanẽ. cauri & quõq; vocanẽ mutato, ò, in, au, vñ Virg. ſemꝑ hyems: ſemꝑ ſpirãtes frigore cauri. hic tñ poſiti ſunt pro quibuſcũq; procelloſis ventis. eſt. n. ſpecies pro genere.* ter curſum. nondum tres*

Ficulneæ areſactæ myſtica intelligentia.

Pſ. 106.

Matth. 8.

tempeſtas deſcribit.

anadiploſis.

Virg. æneid. 4. & 9.

cori qui & cauri.

tempeſtas altera.

elapſi ſunt menſes. cum ſubito. hic alia deſcribitur tẽpeſtas de qua, ſic ait Io. Euang. vt autem ſero factum eſt, deſcenderunt diſcipuli eius ad mare. Et cum aſcẽdiſſent nauim venerunt trans mare in capharnaum. Et tenebræ iã factę erant, & non venerat ad eos Ieſus. Mare autẽ vento magno flante exurgebat. cum remigaſſent ergo quaſi ſtadia xxv. aut xxx. vident Ieſum ambulantem ſupra mare & proximum naui fieri. & timuerunt. ille autem dixit eis. ego ſum nolite timere. voluerunt ergo accipere eũ in naui, & ſtatim nauis fuit ad terrã ad quã ibant.* dum retia ducimus. atqui reliquerant nauim, & retia quare iterum ad retia redierunt? cum ſcriptum ſit nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno dei. huic queſtioni reſpondet Greg. negotium quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, hoc ẽt poſt conuerſionem repetere culpã non fuit. vnde poſt conuerſionem ad piſcationem Petrus rediit: Mattheus vero ad theloniũ negotium non reſedit. ſunt n. pleraq; negotia, quę ſine peccatis exhiberi aut vix, aut nullatenus poſſunt. quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc neceſſe eſt, vt poſt conuerſionem animus nõ recurrat.* iam iam. ſic videbatur nauigantibus formidoloſis.* nos trepidare. pro trepidabamus, vel ſubaudi cepimus.* leti diſcr. par. i. modico mortis interuallo. legimus enim quendam phyloſophum interrogaſſe nauigãtem mercatorem, quanta eſſet ſpiſſitudo ſeu craſſitudo ſpondarum nauis. cumq; is quattuor digitorum reſpondiſſet. tam exiguo (inquit) ſpacio procul eſtis a morte. quam minori igitur diſtabunt, ſi etiã mari fluctuoſo inſit tẽpeſtas?* ducem noſtrũ. d. Chriſtum Ieſum.* nuper paulo ante. veſperam.* ſpectantem, quin potius mare concitantem vt timentes diſcipuli præſentiam eius deſiderarent, in quo ſpem auxilij ab omni periculo repoſitam habebant. hinc Propheta dixit. Qui conturbas profundum maris: & ſonum fluctuum eius tu mitigas.* impune per vndas. virtutem ſuæ diuinitatis in hoc oſtendens. vt confiderent per eum tempeſtatem ſolutam iri. ſed illi magis timuerunt.* veram faciem, tangit quòd Mattheus & Marcus ſcripſerunt, diſcipulos putaſſe eum fantaſma eſſet, vt viderunt ſupra mare ambulantem. vbi Theophilus inquit. vide autem quoniam cum Chriſtus debebat eorum pericula compeſcere. tunc maiorem eis incutit timorem. vt maiorem orationis feruorem efficeret. ſequitur enim quòd conturbati omnes exclamauerunt.* haud ſimulatum cernere corpus, ideſt verum, quidam hereticus ſcripſit corporale pondus non habuiſſe dominum. Sed Eccleſia reprobat tale contentum. ait enim Dionyſius Pauli diſcipulus. Ignoramus qualiter non infuſis pedibus corporale pondus habentibus & materiale onus deambulat in humidam & inſtabilem ſubſtantiam. de hac re vide Bedã in Hom. huius Euangelij.* ni ſeſe. dicens confidite ego ſum nolite timere.* quonam fiducia. ſic et Mattheus refert eũ dixiſſe. habete fiduciã ego ſum nolite timere.* indubitare dediſcite. hoc eſt nolite dubitare, ſed credite meis dictis.* atq; ratẽ inſiliens. i. nauim conſcendẽs. ſicut ait Marcus. Et aſcẽdit ad illos in nauim ceſſauit ventus.* celeriq; volauimus ęquora curſu. hoc eſt quod dixit Ioan. Euang. & ſtatim nauis fuit ad terrã ad quã ibant. põt ẽt eſſe hoc vnũ fuiſſe ſignũ quod narrat Mattheus & Marcus. et tũc aſcẽdẽs nauim placauit mare. alterũ quod narrat Ioãnes, in quo quidẽ voluerũt eũ accipere in nauim, ſed opus non fuit, quia ſtatim nauis applicuit terræ, ad quam ibant. arbitror tamen authorem vtrumque ſimul hic narraſſe propter ſignorum ſimilitudinem. Myſtice autem labor diſcipulorum in remigando, & ventus contrarius, labores ſanctæ Eccleſiæ deſignat: q̃ inter vndas ſeculi, aduerſantes & immundorũ flatus ſpirituum,

Cùm ſubito in lento deprenſis marmore nobis
Nocte fere media, dum retia ducimus, orta eſt
Turbida tempeſtas, & pontus inhorruit ater
Fluctibus elatis, & concurſantibus vndis,
Inflictamq; ratem iam iam ſalis hauſerat æſtus,
Nos trepidare metu leti diſcrimine paruo,
Cum procul ecce ducem, quem nuper liquimus alto
Littore ſpectantem fluctus ſcopulo illidentes,
Ferre iter aſpicimus medias impune per vndas
Suſpenſum, tumidoq; pedes haud tingere ponto,
Horruimus viſu ſubito, nec credere quibam
Me veram faciem, haud ſimulatum cernere corpus
Tam celeres egiſſe vias ſine remige in vndis,
Ni ſeſe verbis dum nos hortatur amicis,
Vltro oſtendiſſet: quonam fiducia vobis
Iam nunc pulſa mei ceſſit? timor omnis ab eſto
Indubitare meis tandem dediſcite dictis.
Sic ait, atq; ratem, quæ iam ſuperantibus vndis
Ceſſerat, inſiliens ſolo tumida æquora nutu
Placauit, poſuitq; minacia murmura pontus.
Sic terræ in tutum poſitis adnauimus vndis
Incolumes, celeriq; volauimus æquora curſu.

Marginal notes:

negotiũ quod repeti poſſit.

greg. in homel feriæ. 4 poſt paſcha.

nauigantibus propiqua mors

Chriſtus ambulat ſupra mare.

Matth. 14. Marc. 7.

Marc. 7.

Chriſoſt. ſuper Ioan.

tempeſtatis myſtica ſignificatio.

ſpirituũ,ad quietẽ patriæ cœleſtis peruenire conatẽ.bene autẽ dicitẽ: quia nauis erat in medio maris: & ipſe ſolus in terra.quia nonnunq̃ Eccleſia tãtis gentilium preſſuris afflicta eſt: vt redemptor ipſius eã prorſus deſeruiſſe videretẽ.ſed videt dñs ſuos laborantes in mari:quia eos ne in tribulationibus deficiãt ſuæ reſpectu pietatis corroborat,& aliquando manifeſto adiutorio liberat.& hoc eſt ad eos venire,nauimq; conſcendere,atq; ad portum,ſalutis deducere. namq; magiſtratus. hic ſubinferẽ didrachmatis* Dydrachmatis ſolutio.

Matt.c.17. *exactio & ſolutio.de qua ſic ait Mattheus.cũ veniſſent capharnaum, acceſſerũt qui didrachma accipiebant ad Petrum,& dixerunt ei,magiſter veſter non ſoluit didrachma.ait ẽt.Et cum intraſſet in domũ*

Nec mora,vix ſiccum attigerat tellure potitus:
Ecce aliud dictu magis,ac mirabile viſu.
Namq; magiſtratus aderant in littore miſſi
Aera repoſcentes,quæ pendere lege quotannis
Regibus antiqua,pro ſeſe quiſq; iubemur.
Accipit hos placidus,quos dum ſermone moratur
Petrum ad ſe vocat,& fidam ſummiſſus ad aurem
Vade ait,& iacto quem primum traxeris hamo
Aequoribus,piſcem cultro ſcrutabere acuto.
Intus erit,regi quod iuſſi pendimus ambo.
Iuſſa facit ſenior: trahit hamo ad littora prædam
Argentumq; viris dat piſcis in ore repertum.
Horreſco,quoties ſtimulis immitibus actus
Quidam animo ſubit,idem illo quo tempore vidi,
Dum legerem expoſitos hoc ipſo in littore piſces,
Obſeſſum furiis,atq; ore immane furentem.
Hunc olim (vt perhibent) vetito genuere parentes

præuenit eum Ieſus dicẽs. quid tibi videtẽ Simon? Reges gentiũ a quibus accipiunt tributũ vel cenſum? à filijs ſuis, an ab alienis? Et ille dixit ab alienis. dixit illi Ieſus: ergo liberi ſunt filij:vt autem non ſcãdalizemus eos:vade ad mare:& mitte hamum: & eum piſcem qui primus aſcenderit tolle: Et aperto ore eius,inuenies ſtaterem:illũ ſumens da eis pro me et te. antiqua lege.hoc.n.dñs (vt docet Hilarius) lege lata omni Iſraeli cõſtituerat. vt ſolueret vnuſquiſq; pro redẽptione corporis et aĩæ in miniſterio tẽpli ſeruiẽtium.vel lege Cæſaris.* accipit hos placidus,poeticè intellige: verè autem placidus:quia cum non teneretur ſoluere,vtpote regis æterni filius,& ipſe rex regum, ac dñs dominantium,necnon & ſecundum carnẽ ex ſtirpe regia filius Dauid,ne tñ ſcandalizaret eos: iuſſit cenſum reddi.quod eſt magnum nobis humilitatis exemplum.* vade ait & iacto.quid primum (ait*

Hier.ſuper Matth. *Hier.)in hoc loco mirer neſcio:vtrum præſcientiam,an magnitudinem ſaluatoris? præſcientiam q̃ nouerat piſcem habere in ore ſtaterem.& q̃ primus ipſe capiendus eſſet.magnitudinem atq; virtutem,ſi ad eius verbum ſtater in ore piſcis creatus eſt.& quod futurum erat,ipſe loquendo fecerit.* cultro piſcatorio lato & magno:nam quibus in menſa vtimur teſte ſeruio,cultelli non cultri vocantẽ.* ambo. Ecce quam magnifacit Petrum,vt in ſolutione cenſus æqualẽ ſibi faciat.Iã.n.in caput Eccleſiæ poſt ſe illũ deſignabat.* iuſſa facit ſenior.admirare inquit Chriſoſt.Petri fidẽ,qui obſtupeſcis de Chriſti virtute.quoniã rei tã difficili obediuit.ideoq; de fide eũ remunerans copulauit eũ ſibi in tributi datione, quod fuit abundãtis honoris.* argẽtũ.Staterẽ,qui eſt põdus duorũ didrachmatũ.etenim cõſuetudo erat,vt vnuſquiſq; pro ſe didrachma redderet.* horreſco.quoniã hæc hiſtoria de furibundo demoniaco a dño cura-* ſtaterẽ in ore piſcis. culter & cultellus.

Marci. 5. Luc.8. *to ſatis prolixe a Marco & Luca Euãg.narratẽ:& multo prolixius hic a vate fœcundiſſimo exponitẽ:iecirco nõ totã ab initio,ſed particulatim vbi viſũ fuerit oportunũ,ſubijciã.* ſtimulis immitibus.demonũ furijs.* quidã.de quo ſic ſcribit Lucas.Et cũ de naui d.Ieſus egreſſus eſſet ad terrã gergeſenorũ:occurrit illi vir quidã.qui habebat demoniũ iã tẽpibus multis.et veſtimento nõ induebatẽ: neq; in domo manebat: ſed in monumentis.is vt vidit Ieſum:procidit ante illum:& exclamans voce magna dixit.quid mihi & tibi eſt Ieſu fili dei altiſſimi? obſecro te ne me torqueas etc.* atq; ore inmane furentẽ.hæc verba videntẽ eſſe decerpta,ex alio demoniaco,quẽ ſimiliter curauit dñs deſcendens de monte,in quo fuerat transfiguratus.amat.n.poeta plura miracula ſimul tãgere.maxime q̃ ſunt eiuſdẽ generis. de quo ſcribit Marcus* demoniaci furentis curatio.

Marci. 9. *in hunc modũ.Magiſter attuli filiũ meũ ad te habentẽ ſpiritũ mutũ:qui vbicumq; eum apprehenderit, allidit illum,& ſpumat,& ſtridet dentibus,& areſcit.& Paulo poſt interroganti dño, quantum temporis eſt,ex quo ei hoc accidit? ſubiunxit pater,ab infantia,& frequenter eum in ignem, & in aquam miſit:vt eũ perderet.& iterũ poſt pauca.cũ dñs dixiſſet.ſurde & mute ſpiritus ego tibi præcipio exi ab eo:& amplius ne introeas in eũ.& clamãs & multũ diſcerpẽs exijt ab eo.* hũc primũ.ſ.de quo ſupra. *vt perhibent.huius rei autores non potui reperire:ſi proximus fuiſſem vati ab illo expetijſſem.ſi quis autẽ poſt me inuenerit,rogo vt addat.nec enim puto huic rei ſeria fabulas immiſcere poetam.* vetito* Filii demoniaci curatio. Turpiſſimæ Nuptæ.

*concubitu,adulterino : & ſacro tpe,quo à licito ẽt abſtinendũ eſt,in venerationẽ ſacrorũ.*inconceſſis. nefarijs ac ſceleſtis nuptijs.*torũ adulterinũ,nõ propriũ.nã & ſi fuiſſet peccatũ.non tñ exitiale ſcelus. *dei cum ſacra vetarent.Ecce altera probibito crimina duplicans, & quodãmodo ſacrilegiũ inducens.*

ſcænoſegia.

**ſcenis opacis.i.in feſto ſcenophegie:qñ iudei(vt ſcribit Aug.)faciebant tabernacula ad ſimilitudinẽ eorũ,in quibus habitauerunt cũ ex ægipto educti peregrinarent in heremo. dicebaturq; dies ille feſtus græco vocabulo σκηνοφύσια ἀπὸ τῦ σκηνῆς.ꝙ eſt tentorium & φαγεῖν.ꝙ eſt comedere. quia.viij.diebus ſub tẽtorijs cõmorantes comedebãt.alij.dictã volunt.ἀπὸ τῦ σκῆνος & πήγνυμι.ꝙ eſt figo.ſubaudi tẽtoria.quia in ſolitudine tabernacula figentes,eã ibi ſolẽnitatẽ celebrabant.*tpe longo.nã & ſi aliquantulũ peccatores ad pœnitentiã deus ſuſtinet. qñq; tñ ſubitã ad terrorẽ aliorũ vindictã exercet atq; vera acerbã.*

iudicia domini ſed abſconſa.

**cum iã maturi pondera partus.ſed quare non eodẽ ſceleris tpe cum adultero & ipſa adultera cohercita eſt? iudicia dñi abyſſus multa.vera tñ & iuſtificata in ſemetipſa.fortaſſis tãdiu eſt dilata,vt infans materni ſceleris fieret teſtis ambulans ſuper terrã,ad exẽplum aliarum.*

exacto uentre naſcitur infans

** duos,nõ adulterũ intelligas: qui iandudũ perierat. ſed matrẽ & infantẽ.* execte genitri eis.hoc modo dicũt poetę ẽt bachũ ortũ eſſe execto matris vtero, q̃ ſimiliter fulmine perierat.*exẽptus extractus. * eduxere, educauerũt*

Educo. cas.

ſeu aluerunt.nã educo,cas.duplex ꝑteritũ hẽt.eduxi.& educaui.l3. aliq velint,educo,ducis, duxi, hãc ſignificationẽ habere.quod nuſq̃ legitũ,niſi in ꝑterito. ſcelerata par,*

Filius an portet iniquitatem patris.

*fac,luit.at cõtra filius nõ portabit iniquitatẽ patris. id verũ niſi ſimilis fuerit patri in delicto. iuxta illud. Ego ſum deus zelotes vindicãs acta patrũ ĩ filios vſq; in quartã gñationẽ in his qui oderunt me. ſed dicendũ eſt hunc eſſe tot plagis percuſſũ magis in deteſtationẽ ſceleris paterni ad exẽplum aliorum. & ad gloriã dei manifeſtãdã in illo, ꝑ mirabilẽ curationẽ,q̃ in vindictã.nã ex hac cæcitate alijſq; plagis inflictis, dicemus cũ Chriſoſtomo de alio cæco nato:de quo dixerunt diſcipuli.Rabbi quis peccauit hic,an parentes eius vt cæcus naſceretũ? magis beneficium accepiſſe, q̃ vindictã ſuſtinuiſſe. etenim per has plagas peruenit ad interiorẽ lucẽ.*oculorum luce negata.iſtud ex neutro Euãg.nec ex vllo doctore quẽ ego viderim ſuper Euangelijs colligitũ.ꝙ hic demoniacus ẽt cæcus eſſet natus.quare arbitror poetã ꝑ trãſitũ more ſuo voluiſſe attingere illuminationẽ famoſi cæci nati de quo mõ dixi.ſed quia nec eius aperta intẽtio eſt:et hiſtoria cæci illius nimis lõga eſt.ſufficiat ẽt mihi ex ſñia mea locũ obſcurũ exoluiſſe.* obſtructæq; aures.ſed neq; ex Euãg.habetũ ꝙ ẽt ſurdus eſſet.niſi dicamus id ſumptũ eſſe ex alterius* Ioan.9.

ſurdus etiã mutus.

demoniaci cura.cui dixit ſurde & mute ſpiritus ego ꝑcipio tibi exi ab eo.& ne amplius introeas in eũ. Marci.9

**haurire & red,voc,hoc eſt audire nec loqui.cõſequẽs.n.eſt.vt qui penitus ſurdus naſcitũ, ẽt mutus remaneat.nã ex auditu diſcitũ loquella.*Erebi legio:ex Euangelica hiſtoria iſtud bene decerptum eſt. nã eum diceret illi dñs.Exi ſpiritus immunde ab hoĩe iſto.et interrogabat eum,quod tibi nomẽ eſt? Et dicit. legio mihi nomen eſt:quia multi ſumus.non ꝙ ipſe ignoraret numerũ eorũ.ſed vt ex eorũ confeſſione,*

etiam

Concubitu iuncti,atq; inconceſſis hymenæis.
Quippe thorum aſcendere,dei cum ſacra vetarent,
Cum ſcenis gens indulget noſtra omnis opacis.
Sed non gauiſi ſcelere illi tempore longo
Nam ſubito amplexus interq;, & gaudia adulter
Sacrilegam tenues animam exhalauit in auras
Infelix,ſcelerĩq; eadem nox prima nefando,
Et pariter ſuprema fuit diſcrimine paruo.
Illam autem æthereis flammis diuinitus ignis
Corripuit,cùm iam maturi pondera partus
Vrgerent,eademq; duos leto hora dediſſet,
Infans ni foret exectæ genitricis ab aluo
Exemptus,paruum patris eduxere ſorores.
Ipſe etiam mox immeritus ſcelerata parentum
Facta luit,iucunda oculorum luce negata,
Obſtructæq; aures penitus manſere, nec illi
Aut vllas haurire datum eſt,aut reddere voces.
Quin etiam ſimul atq; adoleuit,protinus ægrum
Arripuit furor,infernæ vis effera gentis.
Centum illum furiæ,centum illum (flebile) peſtes
Victum exercebant,Erebi legio acta latebris,
Horrendaſq; hominis ſingultus ore cientes
Edebant voces,ac terrificos mugitus.
Illum omnes exclamantem,atq; inſueta frementem
Horrebant,trepidiq; fuga ſe in tecta ferebant,
Siquando nodis ruptiſq; immane cathenis
Incautis liber cuſtodibus euaſiſſet: Ioan.9.
Iamq; ille oblitus fratres,iamq; ille ſorores
Amplius haud greſſum patris intra tecta ferebat.
Verum more feræ ſyluis degebat,& antris,
Sicubi ſaxa caua,aut æuo conſumpta ſepulchra,

Lucæ. 8. *Et cæteri ſciāt multitudinem habitantiū demonū,vt exinde mirabilior curātis virtus appareat.* ſiquādo nodis ruptis.& hoc ait Lucas,multis.n.tēporibus arripiebat illū.& vinciebatur cathenis:& cōpedibus cuſtoditus,ruptis vinculis agebatur a demonio in deſertū.* aut ēuo conſumpta ſepul, ſic & Marcus ait: domiciliū habebat in monumentis.& neq; cathenis iam quisquā poterat eum ligare: quoniam ſæpe compedibus & cathenis vinctus, dirrupiſſet cathenas: & cōpedes cōminuiſſet:& nemo poterat eū domare.Et ſemper die ac nocte in monumētis & in montibus erat clamās & concidens ſe lapidibus. ſed quare libentius in monumentis morabatur? reſpondet Chriſoſtomus.ꝙ erroneū dogma nitebantur demones inſtruere. vt crederent homines decedentiū animas in demones conuerti.* manibus poſt terga reuinctis. hic manifeſte vates cōtradicit euāgeliſtis.ideo pertranſeo.* tollere ad aſtra.ſed quare tantā ferocitatem permittebat dñs his demonibus quæ in humanā ſæuiebant creaturā? vt nos perpēdamus (ait Cyryllus) quales eſſent demones erga nos:ſi illis ꝑ peccatū ſupponeremus nos ipſos,ne vnq̄ velimus eis ſubijci. & ſic vno patiente ędificantur q̄plures.* pugnator taurus.*

animę decedentiū an in demones uertantur.

Ater,egens,corpuſq; abiecto nudus amictu.
Talem igitur nodo manibus poſt terga reuinctis
Chriſti ad conſpectum,ſi fors miſereſceret ipſe,
Vi multa conſanguinei cariq; trahebant.
Ille autem obniti contrà,dum rumpere nodos
Tendit,& horrendos clamores tollere ad aſtra.
Qualis vbi longis pugnator taurus ad aras
Funibus arripitur,ſæuo fremit ore per vrbem,
Et ſpumas agit,& cornu ferit aera adunco.
Inſtant hinc famuli,atq; illinc,& verbera crebri
Ingeminant,quaſſantq; ſudes per terga per armos.
Marci. 5. Diffugiunt vulgus trepidum,in tutumq; recepti
Lucæ. 8. Porticibus gaudent longè ſpectare periclum.
Talis erat iuuenis ſpecies immane furentis
Quem tandem ante deum feſſi ſtatuere rogantes
Ferret opem,ſaltem furijs tam triſtibus illum
Solueret,excuteretq; animo crudelia monſtra.
Hic heros palmas in cœlum ſuſtulit ambas,
Concipienſq; preces genitorem in vota vocauit.
Ecce autem magnum,ſubitum,& mirabile monſtrum,
Audiri exululare lupi,latrare canes ceu,
Tam diras iactat voces lymphatus ab ore.
Non tam immane ſonat ſeſe frangentibus vndis

hc ſpectaculū olim apud Romanos crebro poterat in arena deinde in capitolio videri.noſtris tēporibus ceſſit ab vſu.quia nouerūt Chriſtifideles impoſſibile eſſe taurorū aut hircorū ſanguine hoīm peccata deleri.iccirco iuxta conſiliū ſapiētis vitulos aratro ſinunt creſcere, & tauros gñis propagationi deputant,& meliori hoſtiā corpore.ſ.ac ſanguine d. n. i. Ch. placare ſtudent altiſſimū. inſtāt ſimilē fere ſpeciē oſtētant macellarij noſtri tēporis in bobus ſaginatis:quos per totā vrbē circūducunt cū ingenti ſtrepitu ante feſta natalicia. quos deinde ad macellū perductos quaſi ad arā mactant oblatos.* ſudes. paxillos fortes ac duros.* per armos. partes adorſo hinc inde anteriores,q̄ in hominibus humeri vocant̄,in iumentis recte appellant̄ armi.vñ & arma dicta ſunt. ꝙ olim ex armorū ipſorū corio aprime fierēt.tametſi varo exiſtimet ab arcēdis hoſtibus arma dicta eſſe.* vulgus trepidū, aptiſſimū epitheton eſt.ſic & mobile atq; incertū.* recepti,ſubaudi vulgares hoīes & trepidi.eſt autē figurata locutio.* genitorē in vota vocauit.potuit hoc fieri,licet ex Euāg.nō colligatur. nō ꝙ ipſe d.Ieſus indigeret,cū legamus.eū ſpiritibus immūdis magna ſemp ꝑtāte imperaſſe.hinc fuit et illa admiratio iudeorū.Quidnā eſt hoc? Quanā doctrina hæc noua? quia in ꝑtāte ſpiritib. immūdis imperat,et obediūt ei? melius ergo eſt arbitrari hoc fieri potuiſſe ad eruditionē diſcipulorū et noſtrā.* lupi luporū vlulatus effingūt demones,et canū,atq; aliarū beſtiarū: vt mittāt hoīes in errorē peſſimū: aīas irrationabiliū belluarū in hoīes trāſire: et cōtra hoīm defunctorū in belluas.quā quidā ēt non indocti philoſophi ſcdm ſæculū exiſtimauere: & in ſcriptis reliquere.cū verè beſtiarū oīm aīæ mortales ſint,et cū ipſo corpore moriant̄.hominū aūt immortales.quæ a vinculis defuncti corporis ſoluta, pro meritis ſibi paratas ſedes petūt.ſicuti legimus in Euangelio mortuus eſt mēdicus:& portatus eſt ab angelis in ſinū abraæ. mortuus eſt & diues,& ſepultus eſt in inferno.vbi ēt poſitus in tormentis vidit abraā a lōge,et Lazarū in ſinu eius.* lymphatus,furore vexatus.ſic & apud Valeriū Flac.lymphauerat vrbē.i.furore repleuerat.Statius quoq;.It lymphāte deo.i.in furorē trahēte.putabāt.n.antiqui,ꝙ ſiquis vel numina aquarū (quas nymphas vocāt) vidiſſet: in furorē protinus verterēt.* nō tā immane,tā terribiliter accōcitè,vel cū tāto ſtrepitu.* frāgentibus vndis.ex mutua colliſione,& ſaxorū impulſu.* aquarū maxime torrentiū flu*

Margin notes: Hebr. 10. — Catonis. — Thure deū pl,u,ſ,c,ar. — boues ſaginati — vulgi epitheta. — Chriſtus quare orauit. — Marci. 1. — animæ hominū nō in canes vel alias tranſeunt beſtias. — Lucæ. 16. — Stat. lib. — lymphatus.

*niorũ qualis eſt trebia in agro placẽtino. * clauſtra alta, quę vt ait Varro & Seruius a quodã cõſule Romano adiecta ſunt: vt aquas palantes ſtrictim in nartã vel narten fluuium deriuaret. veruntamẽ aquæ violentia interdum ex clauſtra rumpuntur. & tunc contingit ꝙ hic a uate dicitur.* lacus velini. de quo & Virg. Qui nomentum vrbem, qui roſea rura velini. eſt autem lacus hic velinus iuxta agrum: qui roſulanus vocatur. et poſtquàm deductus eſt in dictos fluuios. tanta ſecuta eſt eo loco fertilitas: vt etiã perticę longitudinem altitudo ſuperaret herbarum. & quantum per diem demptum eſſet. tantum per noctem creſcebat. quam rem Virg. ad ſuam prouinciam transtulit dicens. Et quantum longis carpent armenta diebus, exigua tantum gelidus ros nocte reponet.* cœli crepitus. tonitrua dicit.* aurea templa, propter ſtellas quæ fulgoris ſunt aurei.* mole catenarum, hypermeter verſus. abũdans ſyllaba. quæ tamen a ſequentis verſus initio ſcandendo colliditur. * ponti vento concitati. * inſtat vi multa. non ꝙ ei quicquàm difficile ſit, ſed quia magnum tormentum demoni eſt ab hominis leſione ceſſare. et tanto dimittit grauius, quanto poſſidet durius.* trepidare. ſcit enim demon quod ipſum propter peccata certiſſima moratur pœna. ſed quia tempus huius vltimæ pœnæ nundum aduenerat. & interim permiſſum eſſet inter homines ad exercitium eorum conuerſari. metuebat, ne propter exceſſum malorum, quæ perpetrauerat, non expectato vltimæ pœnę tempore, ſeſe iuberet in profundum abyſſi recipi: & in æternum torqueri. & iccirco (vt ait Marcus) deprecabatur eũ multum: ne ſe expelleret extra regionem. * vera dei at, ind, prop. malicioſe hoc dicit demon magis adulationis gratia, quam ꝙ crederet ita eſſe. numquàm .n. perfecte demon cognouit. D. N. I. Chr. eſſe verum dei filium, donec vidit illã profetiam Eſaiæ impletam. tanquàm ouis ducetur ad occiſionem: & velut agnus coram tondente ſe non aperiet os ſuum &c. quæ ibi ſequuntur. tunc voluit prohibere, ſed non potuit, propter animos Iudeorum nimis inflammatos.*

Velinus lacus.

Seruius in 7. æneid.

hypermeter verſus.

Chriſoſt ſuper Marcũ cap. 5.

Rupibus ex altis ingens decurſus aquarum,
Rumpantur clauſtra alta lacus ſi fortè velini,
Totaq; præcipitent valles ſtagna ardua in imas
Omnis ea vt regio fiat mare, & oppida circum
Merſa natent, metuatq; ſacris Roma obruta templis.
Nunc cœli crepitus imitantur, cùm ſuperùm rex
Fulminat, & tonitru quatit ætheris aurea templa.
Nunc ferri ſonitum, aut ruptarum mole catenarum
Ingenti horrificum ſtridorem, aut murmura ponti.
Circùm omnis tellus, circum cœlum omne remugit.
Inſtat vi multa deus, increpitatq; morantes.
Iamq; illi trepidare intus, pacemq; precari.
Quid nunc vera dei, atq; indubitata propago
Conceſſo in pœnas nos ò de corpore trudis?
Egreſſis ſaltem pecora hæc inuadere detur.
(Setigeri tum fortè ſues ea littora propter
Paſcebant) nos ne horrifico ſic merge barathro,
Neuè iube terræ inferioris operta ſubire.
Annuit: extemplò videas procul ecce nigrantem

concesſo ad tẽpus, non in perpetuum, quia neq; in æternum iraſcitur deus. ſed cũ iratus fuerit, etiam miſericordiæ recordabitur. trudis inuitos eijcis. nã trudere proprie eſt, inuitum et reluctantem quo nolit trahere, aut vnde nolit violenter extrahere.* pecora hæc in, de, nota. hic, ò lector quàm diminuta ſit demonum poteſtas, vt neq; in porcos vim habeat, niſi prius deo permittẽte. & hoc eſt ꝙ ait Lucas. & rogauerunt eum, ne imperaret illis. vt in abyſſum irent. Erat aũt ibi grex porcorũ multorũ paſcentium in monte, rogabãtq; eum, vt permitteret eis in illos ingredi: & permiſſit illis. Exierunt ergo demonia ab homine. & intrauerunt in porcos. & impetu magno grex præcipitatus eſt in mare, ad duo milia, & ſuffocati ſunt in mari.* ea littora propter .ſ. iuxta ea littora. ſicut & illud pp aquæ riuum, vir, pę, in her. ſed hic eſt etiam anaſtrophe figura. velut Verg. ſurgit mare littora cõtra.* horrifero barathro. in abyſſi profundo tenebris & horrore pleno. nã omne tenebroſum eſt & horribile.* ne ſic, ſubaudi cito et ante præfixũ tẽpus vltimi noſtri ſupplicij.* terra inf, op, ſub. hoc eſt in inferna demergi. τοιουτοι.* annuit conceſſit. ſed quare petierũt demones pmitti ſibi in porcos intrare magiſq̃ in alia pecora? & quare id dñs mitis, ac benignus cõceſſit, in tã grãde damnũ dñorum? ad primũ reſpondet Remigius. ideo aũt nõ petierũt mitti in homines, quia illũ cuius virtute torquebantur, humanã ſpeciem geſtare videbant. nec in pecora velut munda animalia, quæ in templo dei offerrebantur. petierunt autem vt in porcos mitterentur. quia nullum animal eſt immundius porco. & demones ſemper in ſpurcitijs delectantur, ex hoc etiam datur intelligi (vt docet Theophilus) ꝙ demones intrant in homines more porcorum viuentes. & volutabro voluptatũ ſeſe inuoluentes ſuffocant in infernũ ſine reſpectu miſericordię, per impetũ maturæ mortis. ad ſecundũ reſpondet Chriſoſtomus.*

trudere.

demonum prętus diminuta.

propter.

demões in porcos intrare quare permiſit dominus.

ſtomus. vt furiam quam contra homines habent demones, per impetuoſam necem porcorum demon
Beda. *ſtraret tantorum. & ꝙ multo peiora vellent hominibus infligere ſi poſſent. & vt per interfectionem*
Titus. *porcorum hominibus ſalutis occaſio preberetur. illos ſ. porcorum dominos damni neceſſitas ad ſaluatorem adduxit. quia frequenter cum Deus damnat homines in rebus poſſeſſis, confert beneficium animabus. * nigrantem, gregem, ꝙ eſt infra ſignificat autem Porcos qui vt plurimum nigris operiuntur ſetis. * vis effera, demoniorum cruda violentia, * ſtagna alta. in profundum Lacus. * feſſos artus, ſubaudi habens. & eſt figurata locutio. ſic & exemptus Brachia .i. ſoluta habens Brachia. * mordicus, infaciem cadens. & eſt tranſlatio ſumpta a fortibus ac magnanimis Ducibus. qui confoſſi vulneribus oppetebant. hoc eſt ore terram mordicus petebant. ne cum gemitu mori audirentur.* Mordicus.
** adhuc ſingultans. propter reliquias nimia exagitationis. * laceſſit anhel .i. cum labore reſpirabat. * æger age, an, pul, videtur innuere, ꝙ moriebatur. quia agere animam ſignificat mori. ſed ſatius eſt intelligere, ꝙ vix ſpiritum exhalabat. ex quo addidit pulmonibus. nam alarum pulmonis exagitatione & remiſſione concipitur atq; emittitur illa vitalis aura, qua & ſpiritus, & anima, & flatus dici ſolet.*

Mollibus haud ſtimulis furiarum errore ſubactum
In diuerſa gregem nunc huc nunc protinus illuc.
Nec mora, nec requies: intus vis effera ſæuit,
Donec præcipites ſeſe alta in ſtagna dedere,
Et cunctis pariter vita eſt erepta ſub vnda.
At iuuenis feſſos ſubito collabitur artus
Exemptus tandem nodoſis brachia vinclis.
Matth. 12. Mordicus ora ſolo impreſſus cunctatur, adhucq;
Luce 11. Singultans, pectusq; laceſſit anhelitus ingens,
Expiransq; animam pulmonibus æger agebat.
Quem iuxta genitore deo ſatus aſtitit, oraq;
Attingens dextra, atq; oculos, aureſq; recluſit,
Iamq; videt, loquiturq; & corda oblita reſidunt.
It vulgi clamor ſuper aurea ſydera ouantis,
Supremiq; patris ſobolemq; deumq; fatentur.
Sed quid non ipſe eualeat? quin nos quoq; miſſos
AEgris iuſſit opem ferre, auxilioq; leuare
Præſenti: mortis multos de faucibus atris
Non opibus hominum, nulla reuocauimus arte.
Luce 9. ſed & Matth 9 Marci 3. Verùm implorato ter tantùm voce magiſtri
Nomine ſurgebant ſtratis, ibantq; refecti.
Omni autem ex numero ſeſe vix obtulit vnus,
Quem ſtimulis actum ſæuis cæcoq; furore
Incaſſum victi tentauimus, acrior illum
Vſq; adeò magis, atq; magis vis intus agebat.
Cui cùm ferret opem Diuus mox optimus ipſe
Iratus, quòd parua fui fiducia nobis,

** recluſit. vult poeta .v. miracula in hoc iuuene patrata eſſe. demones eiectos. penè moriturum mox curatum. cecus videt. mutus loquitur. & ſurdo aures expanduntur. primum tantum ex hoc Euangelij loco ſumptum eſt, vt etiam ſupra diximus. cetera ex diuerſis locis colecta ſunt. fortè breuitatis gratia, ne plures demoniacos a Domino diuerſis temporibus & locis curatos, ſingulatim enarraret.* Miracula 5. in eodem homine patrata. ** nos quoq; miſſos. vnde & Apoſtoli dicti ſunt, miſſi a deo.* Apoſtoli. ** iuſſit opem ferrè. tangitur hic, poteſtas a domino data diſcipulis, quando miſit eos prædicare, adhuc viuens. de qua ſic ait Lucas. conuocatis autem .xij. Apoſtolis dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia demonia: et vt langores curarent & miſit illos prædicare regnū dei, & ſanare infirmos. * opibus hominum .i. medicamentis quibus homines medici vtuntur in egris curandis. * nulla*
Marci 16. *arte .ſ. medica, multoq; minus magica & mala. vt obijciebatur eis a gentilibus & inuidis. * voce mag, quin nomine magiſtri implorato, voce noſtra. ipſe ſ. dixit qui crediderint in me, in nomine meo Demonia eijcient. Linguis loquentur nouis & ſi quid mortiferum biberint nō eis nocebit. ſuper agros*
Matth. 17. & Luce 9. *manus imponent & benè habebunt. * vix obtulit vnus. qui a patre oblatus eſt. de quo ſic ait Mattheus. deſcendens Ieſus de monte, in quo transfiguratus eſt. cum veniſſet ad turbam, acceſſit ad eum homo genibus prouolutus ante eum dicens, Domine miſerere filio meo: quia Lunaticus eſt: & male patitur: nam ſepe cadit in ignem, & crebro in aquam. Et obtuli eum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eum reſpondens autem Ieſus ait. O generatio incredula & peruerſa. quouſq; ero vobiſcum? vſq; quo patiar vos? Afferte huc illum ad me. & increpauit illum Ieſus. & exijt ab eo Demonium: & curatus eſt puer ex illa hora. * iratus. vitio non hominibus. nec ſ. credendum eſt (vt hic ſcribit Hieronymus) ꝙ tedio ſuperatus, mitis, ac manſuetus Dominus, in verba ſutoris eruperit.* Demoniacus liberatur.

ſed

ſed ꝙ *in ſimilitudinem medici, ſi egrotum videat contra ſua præcepta ſe gerere dicat. vſq; quo accedam in domum tuam? vſq; quo artis perdam induſtriam?* ꝙ *autem nou ſit iratus homini ſed vitio, ac per vnum hominem iudeos arguat infidelitatis, patet ex hoc iuſſit afferri puerum & curauit.* " *vi*

Apoſtoli quare non potuerunt curare.

Eti tent, fuerunt Apoſtoli fruſtrati voto, cum propter ſuam, tum & propter nullam patris fidem, nam impoſſibilitas curandi teſte Hieronymo non adimbecillitatem curantium, ſed magis ad eorum qui curandi ſunt fidem referenda eſt. nam quis potentior ipſo Domine in curationibus & miraculis? & tamen de eo dicitur. & non poterat ibi virtutem vllam facere: niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatem eorum. " *iratus, infidelitati non tantum diſcipulorum, quantum & patris incredulitati, turbæq; iudeorum. legitur .n. reſpondiſſe patri dicenti, ſi quid potes adiuua nos miſertus noſtri: ſi potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti. cumq; pater ipſe pueri cum lachrimis exclamans diceret. credo Domine, adiuua incredulitatem meam. turbaq; concurreret, tunc eiecit Demonium, ne crederent illud ſibi impoſſibile eſſe.* " *parua ſui fiducia. hæc obiurgatio non ſtatim habita eſt in preſentia turbarum. ſed cum introiſſet in domum: diſcipuli interrogauerit eum ſecreto dicentes. quare nos non potuimus eijcere eum? & dixit illis: propter incredulitatem veſtram. etenim ſi habueritis fidem, ſicut granum ſynapis; & dixeritis huic monti, tranſi hinc: & tranſibit: & nihil impoſſibile erit vobis. hoc autem genus non eijcitur niſi per orationem, & Ieiunium.* " *tales peſtes. per quas carnis ſuggeſtiones inflammantur.* " *modo ſpiritus oratione confirmetur. & caro per ieiunium maceretur.* * *parcendum dapibus tamen .i. Ieiunandum eſt. vbi ſunt Heretici dicentes Dominũ nolle vt Ieiunemus? quia Ieiunauit ipſe pro nobis, quibus reſpondendum eſt autoritate Gregorij,* " *quid itaq; homo pro ſe pati debet? ſi tanta deus pro hominibus pertulit? Ieiunauit pro nobis Chriſtus, vt noſtris normam Ieiunijs imponeret, ac virtutem daret. vtq; optimus magiſter prius faceret, deinde doceret. Ieiunauit ipſe pro te, ne tu pro te ipſe Ieiunare* " *recuſares. Sancta itaq; res eſt & ſalubris Ieiunium, quo & grauiora demonum: hominumq; tentamenta ſuperantur,*

Marci 6.

Marci 9. Matth. 17

Ieiunandũ eſſe

greg. in ho. 16.

Ieiuniũ ſancta res eſt & ad quid valet.

Corporibus tales facile inquit pellere peſtes
Parcendum dapibus tamen, è cœloq; petendum.
Nec ſolis verò hæc nobis conceſſa facultas
Sed nomen quicumq; meum vulgauerit, omnia
Fas audere, mei modo ne fiducia deſit.
Ille etiam iuſſos immani corpore montes
Transferet, & verſo ſiſtet vaga flumina curſu.
Ite animis igitur certi confidite, neue
Inſtabili titubate fide. iacite aurea veri
Semina vbiq; , orbem veſtra perfundite luce

iraquoq; domini hoc remedio ſingulari placatur. & vt ait Chriſoſtomus Ieiunium multam ſapientiam imponit: hominem quaſi angelum de cœlo conſtituit. & incorporeas poteſtates impugnat. ſed & oratione opus eſt, quare ſubdit. * *e cœloq; petendum. oratione .ſ. cui Comes ſit fides, atq; humilitas. dicit .n. alibi Dominus quicquid orantes petitis, credite: quia accipietis. & ſapiens ait, Oratio humiliantis ſe penetraret nubes.* " *quicumq; me arbitror hic tangi quod in calce Euangelij Marci legimus, ſigna autem eos, qui crediderunt, hæc ſequentur. in nomine meo demonia eijcient: linguis loquentur. nouis: ſerpentes tollent. Et ſi mortiferum quid biberint, nou eis nocebit. ſuper egros manus imponent & bene habebunt,* * *montes transferet. ſi quis dixerit: vbinam apoſtoli leguntur montem tranſtuliſſe? illud dicendum, quia multo maiora fecerunt. mortuos plurimos ſuſcitantes. dicuntur autem poſt apoſtolos ſancti quidam apoſtolis minores, montes neceſſitate imminente tranſtuliſſe S. Anianus Epiſcopus ed Lexandriæ & S. Benedictus ſi autem Apoſtolorum tempore montes non ſunt tranſlati non fuit, quia non potuerunt: ſed quia noluerunt vtilitate non imminente. vel myſticè. montis tranſlatio non eius ſignificatur quem oculis carnis aſpicimus. ſed illius qui a domino tranſlatus fuerat. ex Lunatico ſupradicto. qui per prophetam dicitur corrumpere omnem terram. vnde & literæ Euangelij hic ſenſus eſt. Dicetis monti huic .i. ſuperbo Diabolo. tranſi hinc .i. ab obſeſſo corpore. in altum muris .i. in profundum inferni. & tranſibit.* " *vbiq; ſciendum eſt bis eſſe xij. Apoſtolos a domino ad prædicandum miſſos. primo multo ante paſſionem. ſed tunc præcepit in viam gentium ne abirent: & in ciuitatẽ ſamaritanorum ne intrarent: ſed potius, ite (inquit) ad oues quæ perierunt domus Iſrael. ſecundo poſt reſurrectionem. ſed tunc iuſſum eſt, vt docerẽt omnes gentes, & vt Euangelium prædicarent omni creaturæ. de hac vltima videtur hic innuere. ex quo dicit. vbiq; . & orbem ve, per, lu, verum iſtud per anticipationem accipiendum eſt. quaſi ex perſona fieret poeta. multu melius quadraret.* * *perfundite Luce. ſic Luceat*

Oratio qualis.

Marci vlt.

montes an tranſlati?

Chriſoſt. ſuper Matth. c. 17.

Hieronymus.

Hieremiæ 51.

Apoſtoli bis miſsi.

Matth. 10.

Matth vlt.

Marci vlt.

Lux luceat.

(inquit

(inquit Dominus) Lux veſtra coram hominibus : vt videant bona opera veſtra . glorificent patrem lux luceat .
veſtrum , qui in cœlis eſt . orbem obductum ten, .i. homines mundum diligentes , tenebris ignoran-*
tiæ , & infidelitatis , ac peccatorum circundatos . alta nocte, τὸ αὐτον.i. profunda peccatorum cali-*
gine . vos. hom, lux. ſic & in Euangelio , vos eſtis (ait Dominus) lux mundi . ſuper quibus ver-*
bis , dicit Remigius . ſicut ſol dirigit radios ſuos : ita & Dominus , qui eſt ſol iuſtitiæ direxit Apoſto- doctores ſal & lux .
los ſuos ad effugandas humani generis tenebras. nam ſicut doctores teſte Chryſoſtomo propter bonam
conuerſationem ſunt ſal, quo populus conditur . ita propter verbum doctrinæ ſunt lux , qua ignoran- lxxii. diſcipuli.
tes illuminantur . alios ſubiunxit lxxij. diſcipulos . quia totidem gentibus Euangelium prædicandũ*
erat . vt quomodo duodecim primo . propter duodecim tribus Iſrael : fuerant electi ; ſic & hi , pro-
Lucæ.10. *pter exteras gentes cœleſti lumine imbuendas .* conſortes tantorum operum , mundi v3. conuerſio-*
nis . & hoc eſt quod ſcribitur a Luca . poſt hæc autem deſignauit dominus , & alios . lxxij. & miſit
illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipſe venturus. ſeptem elegit de-*
cies. ſicut autem. xij. Apoſtolos formam Epiſcoporum præmonſtrare nemo eſt qui dubitet : ſic & hos . xii. apoſtolorũ figura.& lxx. diſcipulorum .
lxxij. figuram presbyterorum. i. ſecundi ordinis ſacerdotum geſſiſſe ſciendum eſt. quorum figura præceſ-
ſit in illis lxx. ſenioribus Iſraelitici populi a Moyſe iubente domino electis. in quibus deus ſpiritum in-
fudit. In numeris etiam ſcriptum eſt. quod venerunt filij Iſrael in Helim, vbi erant . xij. fontes & lxx.
palmæ. per. xij. autem fontes, ſacros intelligimus Apoſtolos, a quibus ſicut a fontibus ſaluatoris ſalutis
ſcientiam haurimus. & per lxx. palmas hos. lxx. diſcipulos mundi victores futuros . palma quippe vi-
ctoriæ ſignum eſt. Itẽ eſt palma (vt ait Cyrillus) arbor bonæ medullæ, bene radicata & fertilis. & ſem- palma.
per naſcens in aquis, alta ſimul & ſurſum expanſas porrigens frondes. quæ omnia myſtice interpreta-
ta his ſanctis diſcipulis optime conueniunt. exiguum numerum. dicebat enim dominus . Meſſis quidem*
Lucæ.10. *multa, operarij autem pauci, ro-*

Obductum tenebris, atq; alta nocte ſepultum . — *gate autem dominum meſſis, ut*
Vos hominum lux, vos ſquallentis lumina mundi . — *mittat operarios in meſſem ſuã*
Sic fatus nobis alios ſubiunxit, vt eſſent — ** tot ſatis eſſe ferebat ſed hoc* meſſis multa & operarii pauci myſt.
Conſortes tantorum operum, ſocijq; laborum , — *(ait Gregorius) non ſine graui*
Et ſeptem elegit decies, tamen ipſe dolebat — *mœrore temporibus noſtris lo-*
Exiguum numerum, neq; tot ſatis eſſe ferebat — *qui poſſumus . operarij autem*
Tanto operi , ac veluti qui centum vertit aratris — *pauci . quia & ſi ſint qui bona*
Tellurem, & campos raſtris exercet auitos , — *audiant, deſunt qui dicant . Ec-* contra ſacerdotes .
Cùm matura ſeges iam flauis canet ariſtis, — *ce totus mundus plenus eſt ſa-*
Si deſint, qui meſſem operis (quæ plurima) condant , — *cerdotibus . ſed tamen in meſſe*
Fluctuet, atq; viros aliis conducat ab oris . — *dei, rarus valde reperitur ope-*
Quid memorem, vt mentes hominũ, curasq; latenteis — *rarius. quia officium quidem ſa-*
Quod fieri certo nequeat ſine numine, cernat ? — *cerdotale recipimus , ſed opus*
Quippe animis dubios, taciti dum vana timemus , — *officij non implemus.* tãto ope-*
ri, infidelium conuerſioni. ſicut

ait Beda meſſis multa eſt omnis turba credentium (qui tamen adhuc eo tempore non credebant.) ope-
rarij pauci ſunt Apoſtoli, & imitatores eorum. qui mittuntur ad meſſem. ac veluti. de hac pulcherri-*
ma ſimilitudine, ſic ſcribit Chriſoſtomus. ſicut colonus exiens ad meſſes lætatur. ſic etiam vos, ò Apo-
ſtoli & diſcipuli domini, multo alacrius neceſſarium eſt exire in mundum. nam hoc negocium meſſis eſt.
agros vobis exhibẽs præparatos. ſi deſint. ſuper hoc & Cyrillus inquit. ſicut agri ſpecioſi meſſores mul-*
*tos exigunt. ſic & multitudo crediturorum Chriſto plures requirunt prædicatores . * quid memorem.*
Luc.6.7.xi. *color eſt; qui dicitur præoccupatio.* vt mentes hom, cernat . quod eſt infra. ſæpe dominus noſter Ieſus*
Matth.9. *Chriſtus aduerſantium phariſeorum cogitationes cernens reprehendit, exemplum ſume . de paralytico*
Marci 2.
Lucæ.5. *iacente in lecto. cui cum dixiſſet dominus. confide fili, remittuntur tibi peccata tua. quidam de ſcribis di-*
xerunt intra ſe. hic blaſphemat. & ſubiungitur. cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum. dixit. vt quid co-
gitatis mala in cordibus veſtris ? quid eſt facilius dicere ? dimittuntur tibi peccata tua: an dicere ſur-
*ge & ambula ? * animis dubios. veluti. cum venerunt transfretum: & obliti ſunt panes accipere. quia*
Matth.16. *dixit eis. cauete a fermento phariſeorum. at illi cogitabant inter ſe dicentes. quia panes non accepimus.*
ſciens autem Ieſus dixit. quid cogitatis inter vos modicæ fidei ? quia panes non habetis? nondum recor-
Lucæ.24. *damini quinq; panum & quinq; milium hominum &c. * caſtigans dictis . ſicuti & cum reſurrexiſſet* Iudeorum [illegible]
a mortuis. in medioq; eorum ſtans dixiſſet. pax vobis, ego ſum, nolite timere . conturbati verò & con- [illegible]

territi

territi exiſtimaſſent ſe ſpiritum videre.dixit eis:quid turbati eſtis : & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? videte manus meas & pedes meos,quia ego ipſe ſum.palpate & videte &c. quos mente dolos.veluti quando coſilium inierunt,vt caperent eum in ſermone.& miſſerunt diſcipulos cum herodianis qui dixerunt ei,magiſter ſcimus quia verax es,& viam dei in veritate doces : & non eſt tibi cura de aliquo,non enim reſpicis perſonam hominum.dic ergo nobis.quid tibi videtur? Licet cenſum dari Cæſari an non? cognita autem Ieſus nequitia eorum ait.Quid me tentatis Hypochritæ? oſtendite mihi numiſma cenſus &c.vſq; ibi reddite quæ ſunt Cæſaris,Cæſari:& quę ſunt dei,deo. Item quando adduxerunt mulierē in adulterio deprehenſam:& dixerunt.magiſter,hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio.in lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? hoc autem dicebāt tentantes eum:vt poſſent accuſare eum.&c.* cæci,propria interius excęcati malitia.* fæmina, Martha nomine,vt putant aliqui.* nec latuit,quæ tamen latere poſſe ſperauerat . * ſanguinis immundi flumen ideſt fluxum.hanc hiſtoriam narrant Mattheus & Lucas.dum n.pergeret d.Ieſus ad ſuſcitandam archiſynagogi filiam ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur annis xij.acceſſit retro: & tetigit fimbriam veſtimenti eius:dicebat enim intra ſe. ſi tantum tetigero veſtimentum eius,ſalua ero . At Ieſus conuerſus & videns eam dixit.confide filia.fides tua te ſaluam fecit . & ſalua facta eſt mulier ex illa hora.* ſiqua,ſubaudi via,vel ſi quo pacto . * hanc v, vi, re, ſal, ſiquidem in medicos erogauerat omnē ſubſtantiam ſuam:nec ab vllo potuerat curari.hinc & Gregorius ait.ſolam ſpem in tanta diffidentia reperit,vt procideret domino.* dum pubes.i.dum a concurrentibus turbis comprimeretur.* illa ſubit.clā adit.* ad tactum.fidei ſcilicet.non veſtimentorum tantum.nec enim teſte Chriſoſtomo. ſola veſtimenta mulierem ſaluauerunt.nam & milites ſortiti ſunt ea intra ſe,nec ſalui facti ſunt.* latuiſſe pu, necdum habebat dignam opinionem de eo.putans latere eum,qui cuncta nouit,etiam antequàm fiant.* præſenſit deus.audiuit quidem dominus tacitas mulieris cogitationes:& tacens liberauit tacentem:paſſus ſua ſponte ſanitatis rapinam:ſed poſtea miraculum publicauit:ne deinceps mulier remorſum conſcientię pateretur,quaſi quæ ſurripuerit gratiam.ſed & corrigit eam,quia latere putauerat. demum & fidem illius cunctis notam facit ad imitationem aliorum.* ſeſeq; tegentem.nam vt ſcribit Lucas . Cum retro accedens,eum mulier tetigiſſet,dixit Ieſus.quis eſt qui me tetigit? negantibus autem omnibus , dixit Petrus. præceptor turbæ te comprimunt,& affligunt,& tu dicis quis eſt qui me tetigit ? & dixit Ieſus.Tetigit me aliquis : nam & ego noui virtutem de me exiſſe.videns autem mulier quia non latuit,tremens venit, & procidit ante pedes eius.& ob quam cauſam tetigerat eū , indicauit coram omni populo . & quemadmodum confeſtim ſanata ſit.* affatus placide.his .ſ.verbis.filia fides tua te saluā fecit.vade in pace.* ante oculos meos . Iacobi quoq; fratris eius ac Petri . Tacitus innuit transfigurationem domini factam ſuper monte Tabor . ſed eam Pilato ideo apertæ nō exprimit.quia deſcendentibus illis de monte præceperat Ieſus . vt nemini dicerent viſionem : donec filius hominis a mortuis reſurrexiſſet.hanc tamen hiſtoriam in fine.lib.primi cū poeta late proſecuti ſumus . * mortalia membra.ex gloria immenſitate inſolita.ſic forſan potuit prima facie videri.nequaquàm tamen priſtinam formam vel faciem perdidit.nec corporis veritatē amiſſit vt clarè teſtatur.Hieronymus. * luce ſuper: qualis habetur apud ſuperos.nam interior diuinitatis eius gloria ſeſe per totum corpus effudit.* non infra ſolis ſpeciem,quin & ſupra ſolis ſpeciem.ſed quia nihil in hoc mundo lucidius ſole inuenitur.iccirco ad manifeſtandam tantæ glorię claritatem , dictum eſt effulſiſſe faciem eius tamquàm ſolem.* patuit deus . ſeſe deum eſſe manifeſtauit.* hominem oblitus.quem de virgineo ſed mortali cor-*

Matth. 22. Ioan. 8. Matth. 9. Luc. 8. Luc. 8.

Emoroiſſe curatio.

veſtimenta nō curāt ſed fides.

Caſtigans dictis nos ſæpe erexit acerbis.
Mirantes . quoties ipſis etiam hoſtibus olim
Prædixit , quos mente dolos , quæ furta pararent .
Incaſſum , dum cæci odijs agitantur iniquis .
Fœmina nec latuit biſſenas paſſa per annos .
Sanguinis immundi manans de corpore flumen .
Illa quidem ardentis morbi confecta dolore
Ponè ſequebatur , ſi quà illum tangere poſſet ,
Hanc vnam rata nempe viam reſtare ſalutis ,
Ergo dum pubes fluit vndiq; , & agmina inundant ,
Illa ſubit , leuiterq; extremum appendit amictum .
Ad tactum veter effugit de corpore morbus .
Iamq; abitum latuiſſe putans clam mente parabat ,
Præſenſit Deus , & pauidam , ſe ſeq; tegentem
Affatus placidè monitis impleuit amicis .
Vidi oculos ante ipſe meos mortalia nuper
Aut membra exutum , aut perfuſum luce ſuperna

Trāſfiguratio.

poro

greg. i hó. marturum. pore matris traxerat. * moribundo, pro mortali, vel moriturο. niſi forte vates alluſerit ad dictum Gregorij. temporalis vita æterna vita comparata, mors eſt potius dicenda quam vita. ipſe enim quotidianus defectus corruptionis, quid eſt aliud quam quædam prolixitas mortis? * multa tulit, famem, ſitim, frigus & calorem, laborem curasq; ingentes. & deniq; noſtras omnes ærumnas præter peccatum, quia non mortalium more peccatorum ſed ex ſpirituſancto genitus eſt. * neceſſe eſt, velimus nolimusuè. * ſponte qui, potuiſſet enim, & non pati tanquam Dominus, & peccato immunis. vnde patiendi neceſſitas nobis illata eſt. * imitanda ſubaudi veſtigia voluntariæ paſſionis. quam ſi propriam abnegantes voluntatem ſponte ſubierimus, merito coronabimur. ſin autem vel inuiti cogemur, meritóq; priuabimur. hinc & beatus Petrus inquit. Chriſtus pro nobis paſſus eſt: vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. * ideo. vt hominem ſeſe oſtenderet. * hilares menſas nuptiarum, & conuiuiorum, in quibus apponitur vinum. quo (teſte propheta) corda hominum exhila-
Pſal. ciij. rantur. * bonus .i. facilis, ac blandus. infirmitatiq; hominum condeſcendens. nam & iccirco communem vitam duxit inter homines. ne quiſpiam refugeret vitæ eius veſtigia tanquam horrida & nimis

Moribundus.
Paſſus eſt Chriſtus multa, & nos.
bonus.
Commune vitam quare duxit Chriſtus.

Non infra ſolis ſpeciem dare corpore lumen.
His, multisq; alijs, ego quæ creberrima vidi,
Per terras patuit ſignis Deus: haud tamen vnquam
Se ſe hominem oblitus moribundo corpore cretum
Multa tulit quoq;. mortales quæ ferre neceſſe eſt.
Atq; id ſponte quidem. nobis imitanda relinquens.
Sæpe hilares menſas ideo, & conuiuia adiuit.
Nec cætus, bonus eſt hominum aſpernatus in vrbe,
Sæpe etiam inſidias inimicæ gentis & iras
Suffugiens vt homo, male tuti limina templi
Exijt obiecitq; cauam pro tempore nubem,
Nec ſe in conſpectum latebris dedit obitus atris,
Dum fremerent hoſtes nequiequam. & ſaxa pararent.
Atq; equidem memini (vix actus voluitur annus)
Nuper Ioannis comperta cæde recenti,

difficilis ſequi. qualia fuerunt Ioannis Baptiſtæ, & ſimilium * inimicæ gentis. Nazareorum primo qui voluerunt eum ex vertice montis præcipitare. ſed ipſe tranſiens per medium illorum Ieſus abiuit. deinde Hyeroſolimorum. & maxime ſcribarum atq; Phariſeorum, qui ſæpe voluerunt eum tenere & lapidare. * ſuffugiens. clam vel ſubterfugiens. * vt homo. nam vt Deus nihil læſionis ſentire poterat. & vbiq; tutus erat. * male tuti templi. color a contrario. cum templa immunitatem fugitiuis ſoleant præſtare. vnde & Aſylla dicebantur. * exijt. tangitur hic illa prolixa diſputatio Domini & phariſeorum in templo. in cuius fine dicitur. cum dixiſſet eis Ieſus. amen amen dico vobis: antequam Abraam fieret, ego ſum. tulerunt lapides, vt iacerent in eum. Ieſus abſcondit ſe, & exiuit de tem-
æneid 5. & ex home ro. plo. * obiecit cauam nubem. hoc fabuloſum videtur ex Vergilio decerptum. in quo introducitur neptunus ſic veneri loquens de liberatione æneæ ex impari congreſſu achillis. pelida tunc ego forti congreſſum æneam, nec dijs, nec viribus æquis, Nube caua eripui, cæterum Aug. ſuper hoc exitu domini de templo & de manibus lapidantium. ſic inquit. non autem abſcondit ſe in angulo templi quaſi
gregorius. timens, aut in domunculam fugiens. vel poſt murum, aut columnam diuertens, ſed cælica poteſtate inuiſibilem inſidiantibus ſe conſtituens. * dedit abditus. qui tamen ſi diuinitatis ſuæ potentiam exercere voluiſſet tacito nutu mentis in ſuis eos actibus ligaret, aut in pœnas ſubitæ mortis obrueret. ſed qui pati venerat, exercere interim iudicium nolebat. * nequicquam quia nolenti nocere non poterant
Matth. 14. * actus annus. nam tribus annis prædicauit Dominus Ieſus. & in ſecundo traditus eſt Ioannes, * cæde recenti. de qua ſic ſcribit Matth. Herodes tenuit Ioannem: & alligauit eum: & poſuit eum in carcerem, propter herodiadem vxorem fratris ſui. dicebat enim illi Ioannes. non licet tibi habere eam & volens illum occidere timuit populum, quia ſicut prophetam eum habebant. die autem Natalis Herodis ſaltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi. vnde cum iuramento pollicitus eſt ei dare quodcumq; poſtulaſſet eb eo. at illa præmonita a matre ſua, da mihi (inquit) hic in diſco caput Ioannis Baptiſtæ. Et contriſtatus eſt rex, propter iuramentum autem, & eos qui pariter recumbebant, iuſſit dari. miſitq; & decollauit Ioannem in carcere & allatum eſt caput eius in diſco: & datum eſt puellæ: & illa attulit matri ſuæ. & venientes diſcipuli eius tulerunt corpus ac ſepelierunt. * vxorem filiam regis arabum qui illam Phylippo ademit, & Herodi tradidit. * admonitus a Ioanne, qui dicebat ei, non licet tibi habere fratris tui viuentis adhuc vxorem. * abijt. nam cum audiſſet Ieſus occiſum Ioannem, ſeceſſit inde in nauiculam, in locum deſertum ſeorſum. * cautus ne & ipſe in-

Inimici Chriſti qui nam.
Ieſus quomodo abſcondit ſe.
Ioannis cædes.

terciperetur

terciperetur ab illo. cum necdum veniſſet hora eius. vnde & in Euangelio, cum quidam ei dixiſſet. exi, & vade hinc: quia Herodes vult te occidere, reſpondit. ite & dicite vulpi illi. Ecce eijcio demonia: & ſanitates perficio hodie & cras. & tertia die conſumor. verumtamen oportet me hodie & cras & ſequenti die ambulare. quia non capit Prophetam perire extra Hieruſalem: hoc autem magis cauendum erat, quia exiſtimabat Herodes eſſe Ioannem. d. Ieſum qui a mortuis ſurrexiſſet. & ideirco virtutes operarentur in illo.* nec Rex ipſe herebi. Lucifer diabolus & ſerpens antiquus. qui & ſathan, & draco in diuinis ſcripturis appellatur. porrò nullus exiſtimet, poſt cædem Ioannis dominum Ieſum fuiſſe a diabolo tentatum: cum multo ante id contigeris. ſcriptumque ſit, cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, miſit ad eum diſcipulos: vt interrogaret eum. Tu es qui venturus es? tametſi hic poſt enarretur. quia ſaltim hic opera Chriſti, nulla temporis habita ratione vt in mentem veniebant Ioãnes exponebat.* abſtinuit domino. ſic & Leo Papa inquit, quē tentare non audeat? qui nec ab ipſo domino Ieſu Chriſto conatus ſuæ fraudis abſtinuit? quondam. poſtquàm baptizatus eſt a Ioanne. Tunc ductus eſt Ieſus a ſpiritu in deſertum: vt tentaretur a diabolo. & cum ieiunaſſet. xl. diebus & xl. noctibus poſtea eſuriit. Et accedens tentator dixit ei. ſi filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. qui reſpondens dixit. ſcriptum eſt. non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo quod procedit de ore dei. Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatē: & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, & dixit ei. ſi filius dei es, mitte te deorſum: ſcriptū eſt enim. quia Angelis ſuis deus mandauit de te: & in manibus tollent te. ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait ille Ieſus rurſum. ſcriptum eſt, non tentabis dominum deum tuum. Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum ſeorſum. & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. & dixit ei. hæc omnia tibi dabo: ſi cadēs adoraueris me. tunc dicit ei Ieſus. vade ſathana. ſcriptum eſt enim. dominum deum tuum adorabis: & illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce Angeli acceſſerunt. & miniſtrabant ei.* quaterdenos ſoles. xl. dies. ſed non vltra proceſſit ieiunando quàm Moyſes & Helias: ne incredibilis videretur carnis aſſumptio. & vt quadrageſimi Ieiunij noſtri poneret menſuram. ſimul & inſtruens nos. quòd ſi ipſe Ieiunauit, qui Ieiunio non indigebat. quanto magis nos Ieiunare oportet.* frugum ſine munere. ſic & Gregorius in Homelia ipſe inquit author omnium. in. xl. diebus nullum omnino cibum ſumpſit. nos quoque quantum poſſumus quadrageſimæ tempore carnem noſtram per abſtinentiam affligamus. Quadragenarius autem numerus cuſtoditur: quia virtus Decalogi per libros. iiij. ſancti Euãgelij impletur, denarius etenim quater ductus in quadragenarium ſurgit. Item ſicut in lege offerre debemus decimas rerum: ita offerre ei contendimus decimas dierum. alias rationes huius ſacratiſſimæ quadrageſimæ ponunt doctores ſancti, quas ideo non referimus, quia & hæ ſufficiunt nobis: & volentibus eas videre in promptu ſunt. deſpicientibus verò ſuperſunt.* pertulerat. ſubaudi & poſtea eſuriit. tunc enim diabolus tentandi ſpem aſſumpſit.* flammea geſtamina. de quibus dictum eſt in primo per hæc incentiua gulæ intelligit, æſtumq; immenſi deſiderij edacitatis.* ſemiferi capitis. alluſit picturæ.* fruſtra. nec enim eſt prudentia vlla vel malicia contra dominum. ſcribit etiam beatus Iacobus. reſiſtite diabolo. et fugiet a vobis.* præmia. ſed quæ? inuidorum gaudia: quæ viſi fecere dolores. & proximorum ruinæ.* ſuperi tu certa parentis ſi noſti ò diabole certam eſſe ſuperi parentis progeniem, quare tentas vt ſcias? ſed tua agnoſco præcipua eſſe arma, adulationes: quibus inanis gloriæ cupidos parentes primos feſelliſti. nō ſic

Quem rex vxorem præreptam reddere fratri
Admonitus tenebris ferro obtruncarat in atris,
Vrbibus his abijt cautus, populiſq; relictis
Digreſſus, ſyluæ elapſum accepere profundæ.
Nec rex ipſe Erebi generis fœdiſſimus hoſtis
Humani, noſtras qui recto auertere mentes
Nititur, abſtinuit dominoue, deoue pepercit.
Forte etenim comitum ſtrepitus, turbamq; ſequentū
Dum fugeret quondam, ſe clam ſubduxerat heros
Cœtibus, & ſolus lucis degebat in altis
Iamq; quaterdenos frugum ſine munere ſoles
Condiderat, totidemq; famem per inhoſpita noctes
Pertulerat, cum iam tempus ratus ecce nocendi
Affuit extemplò multis cum millibus hoſtis,
Noctipotens, quos tartareis ducebat ab antris
Flammea ſemiferi capitis geſtamina quaſſans,
Iamq; ſui fruſtra ſpe præmia præcipit æſtus,
Ergo illi meditans nequicquam illudere dictis
Talibus aggreditur: ſuperi tu certa parentis
Progenies, veruſq; deus, tibiq; omnia parent.

Matth. 14 Lucæ. 13.
Diaboli noīa.
Matth. 14.
Matth. xi.
Diabolus tentat omnes.
Leo in ſermone. xl.
Diabolus Chriſtū temptauit.
Matth. 4.
Chriſtus quare xl. diebus ieiunauit.
Chriſoſt. in homel.
Quadrageſima
greg. in ho. dñicæ primæ quadrageſimæ.
greg. in ho. pdicta Aug. in lib 83. q. & in ſermo. quadr. Chriſoſt. i hom. & ſup matth. cap. 3. Iacobi. 4.
Diabolus eiſdē tentationibus impetijt Chriſtum quibus & primos parētes

ſic falles contemptorem eius dominum Ieſum. qui gloriam propriam non quærit. habet autem qui quærat & iudicet. * *quid durare fame, non tantum honeſta, ſed & neceſſaria videtur ſuggerere.* * *adorea liba. panes ſimilaceos ex flore farinæ confectos, hoc eſt optimos. eſt autem aduertendum (vt ait Gregorius) eisdem ſuggeſtionibus dominum tentaſſe, quibus & primum parentem, quem ex gula tentauit, cum dixit cibum ligni vetitum abſq; mortis periculo comedi poſſe. ex vanagloria, cum dixiſſet eritis ſicut dij. Ex auaritia, ſcientes, bonum & malum. auaritia enim non ſolum pecuniæ eſt. ſed & dominationis, atq; altitudinis, cum ſupra modum ſublimitas ambitur. quibus autem modis primum hominem ſtrauit, eiſdem ſecundo homini tentato ſuccubuit. per gulam enim tentat, cum dicit. dic vt panes iſti lapides fiant. per inanem gloriam cum dicit. ſi filius dei es, mitte te deorſum. per ſublimitatis auariciam, cum regna mundi oſtendit, dicens hæc omnia tibi dabo. ſi cadens adaraueris me.* * *nec diuum lat, do, qui nouit abſcondita cordium: & omnia præuidit antequam fiant.* * *ſunt mihi, quam eleganti vates periphraſi deſcribit illud euangelicum quod ex libro deutoronomij deprompſit Chriſtus. non in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo quod procedit exore dei. ſuper quo notandum eſt inquit Greg. ꝙ tentatus a diabolo dominus, ſacri eloquitij præcepta reſpondit. & qui tentatorem ſuum mergere in abyſſum poterat. virtutem ſuæ potentiæ non oſtendit. quatenus nobis præberet exemplum vt quotiēs a prauis hominibus aliquid patimur. ad doctrinam excitemur, potiusquam ad vindictam.* * *inſtat. vt quem fame vinci non poſſe viderat, regnandi cupiditate forſan ſuperaret. eſt enim multorum hominum hæc dira libido.* * *laudis de cuius immenſa cupidine dixit Maro. & Cicero. honos alit artes. & omnes accenduntur ad ſtudia gloriæ. verum ea duplex eſt. vera & ex virtute procedens. quæ nec appetita ſeſe extollit. vnde ſapiens dixit, in ſapientiæ læua diuitias eſſe ac gloriam. in dextera verò longitudinem dierũ. falſa autem & inanis eſt ex ambitione. quam omnes fugiendam duxere cordati. chriſtianis tamen neutra eſt appetenda, ne fumo inani, mercedem permutent æternam. nam ꝙ vermis ligno, vnde naſcitur: hoc præſtat vnde oritur gloria virtuti adde ꝙ gloria ſuos ſemper proſequitur & ambit conte mptores: deſpicit vero ſuos ac execratur appetitores.* * *vt cum ſollicitum. quam pulchra comparatione pectus inanis gloriæ vento iactatum ante oculos lectorum vates depingit.* * *crebra, crebro, nomen pro aduerbio.* * *arcet. cul fuget* * *ſubuectari ſinit. ſuſtollit permittit. nemini videatur durum, ꝙ deus homo in ſanctam ciuitatem a Diabolo dicatur aſſumptus. neq; humanæ aures hoc expaueſcant. iniquorum .n. omnium caput diabolus eſt. quid eſt autem mirum ſi ſe ab illo permiſit in montem duci, aut ſupra pinnaculum aſſumi. qui ſe permiſit, a, membris illius crucifigi?* * *ſe Deum confeſſus claro numine. hoc minime verum eſt. nam hoc eſt quod diabolus tentando inueſtigabat. vtrum, eſſet filius Dei. ſed hoc numquam potuit aperte cognoſcere. ſicut apoſtolus ait. ſi enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. hinc & Chriſoſtomus ſuper Matth. ſcribit. Diabolus ex ſecundo reſponſu incertus tranſit ad tertiam*

[Margin: greg. in ho. — Deut. 8. — Contra tentatores ſacris vtendum eſt eloquijs. — Laudis cupido. — numine appetenda Laus. — greg in ho. — Chriſtus a diabolo aſſumptus — 1. Corinth. 2.]

Quid durare fame confecto corpore pergis?
Nec ſubito in totidem conuertere adorea liba,
Hæc circum quæ ſaxa vides ingentia, tentas?
Non diuum latuere doli, atq; hæc reddidit ore.
Sunt mihi mortali toſtæ pro munere fruges
Sermones patris auditi, diuinaq; verba.
Quæ quoties animo repeto memor, effugit omnis
Pulſa fames ſubito, menſæq; oblita cupido.
Dixerat: his tamen auditis, haud deſtitit hoſtis
Congreſſu victus primo, pugnãmq; retentat,
Atq; alijs ſuper, atq; alijs aſſultibus inſtat.
Terq; nouos ſemper cœpti irritus integrat aſtus,
Nequicquam nunc regnorum, nunc laudis inani.
Immotum tentans animum præuertere amore.
Vt cum ſollicitum tollunt mare fluctibus euri,
Crebra ferit, ſæuitq; minaci verbere in alta
Littora, ſed ſaxis alliſa reuertitur vnda.
Nec deus hæc ſubitò quamuis præſentiat, arcet
Conantem, patiturq; dolos ſibi nectere vanos.
Nunc ſe marmorei ſupra faſtigia templi,
Nunc rupem ſupra, ſcabrumq; crepidine ſaxum
Subuectari vltro ſinit, & ſpem accendit inanem.
Cum verò viciſſe ratus iam gaudia dira
Conciperet fruſtra illi inhians, ſe protinus heros
Ipſe deum claro confeſſus numine coram
Irrita furta, doloſq; exibat ſempet apertos.
Qualis vbi excuſſis per plana euaſit habenis

Proſecuti. vide & lucæ Euangelium. * centumq; alij eorum ſocij. vel moribus haud diſſimiles. * incautum quia ſcriptum viderat. cum peruerſo peruerteris. & alibi. Qui tetigerit picem: inquinabitur ab ea. * contagia dira. i. peccatores. quibus cum verſari periculoſum eſt. ne ad ſua nos trahant ſtudia peſſima. hinc Salamon ait. fili mi, ſi te lactauerint peccatores: non eas cum eis. quid ergo? maleſaciebat dominus? nequaquam. Lucæ 19.

Peccatoris contagia.

Peccatoribus qui poſsint interdum conuiuari & qui non

Nec tamen, id faceret dum creber, defuit olim
Qui falli ratus incautum, pro crimine magno
Obijceret, quòd non fugeret contagia dira.
Ipſe ſed, vt medicam veluti languentibus ægris
Ferret opem, totam quærebat ſponte per vrbem,
Sicubi mortales mentem caligine preſsi,
Quos nocte eriperet bonus, ad lucemq; vocaret
In tenebris cæco miſeratus pectore volui.
Id ſuperis, ſuperum id magno cordi eſſe parenti,
Seq; ideo claro miſſum memorabat olympo.
Inſuper & cœlum compleret quanta docebat
Lætitia, ætherei quanto gens incola regni
Acciperet plauſu, ſiquis mortalibus oris
Inuentor ſcelerum, atq; pij contemptor, & æqui
Iuſticiam colere inciperet, rectumq; tueri.
Sicut ouem in cautus paſtor, qui è millibus vnam
Amiſit feræ oblitam decedere nocti
Cum gregibus, vbi per rupes, perq; aſpera triſtis
Queſiuit dumeta diu loca cuncta volutis
Conuiſens oculis, demum ſi fortè repoſta,
Paſcentem, valle inuenit, ſubito arripit illam,
Sublatamq; humero ſtabulis lætiſſimus infert,

Animarum langor corporum langore præcioſior.

Ezech 34.

diuerſum quippe eſt. interdum peccatoribus adeſſe, vt moniti redeant in viam. & eis commorari adhærereq; fauendo ſtudijs eorum nequiſſimis. hoc maxime cauendum eſt. illud non: vſq; quaq; fugiendum his præcipuæ qui morum grauitate, eaq; ætate ſunt præditi, vt conſortio eorum corrumpi non poſſint. * Languentibus ægris. non corpore. ſed animo. cuius ægritudinem multo periculoſiorem dolet Auguſtinus a proximis non ita curari: ſicut & corporis: quæ ſaluti æternæ plerumq; vtilis eſt. * quærebat velut oues perditas. id ante: nim ſe facturum per profetam ante promiſſerat. Ecce ego ipſe requiram oues meas & viſitabo eas: & poſt pauca. quod perierat requiram. & quod abiectum erat reducam. & quod confractum fuerat alligabo: & quod infirmum fuerat conſolidabo. quod pingue & forte cuſtodiam. * caligine. ignorantia & infidelitate. maliciaq;. vnde corda hominum excæcantur. * nocte. interioribus peccatorum tenebris. quibus ad exteriores gehennæ deducuntur. * bonus. propicius, ac miſericors, & miſerator dominus, multæq; miſericordiæ & verax vt canit propheta dei pſaltes. * ideo. vt peccatores ad pænitentiam conuerteret. atq; vt genus humanum a uinculis peccatorum eriperet: ereptosq; ſaluaret. * quanta lætitia. dicebat enim maius gaudium fieri in cælo ſuper vno peccatore pænitentiam agente, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis: qui non indigent pænitentia. * colere inciperet. ſed vnde hoc. quia plerumq; hi qui nullis ſe oppreſſos peccatorũ mollibus ſciunt: ſtant quidem in via iuſtitiæ: ſed tamen ad cæleſtem patriã anxiè non anhelant: plerũq; pigri remanent ad exercenda bona præcipua: quia ſecuri ſibi ſunt, ꝙ nulla commiſerint mala grauiora. At contra nonnumquam hi, qui ſe aliqua illicita egiſſe meminerunt: ex ipſo ſuo dolore compuncti, ad amorem dei inardeſcunt. & quia erraſſe ſe à Deo conſiderãt, damna præcedentia, lucris ſequentibus recompenſant, alias rationes vide in hom. Greg. * ouem. clare deſcribitur hic quod habetur Lucæ. xv. quis ex vobis homo qui habet centũ oues: & ſi perdiderit vnam ex illis: nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto: & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? & cum inuenerit eam: imponit in humeros ſuos gaudens, & veniẽs domum, conuocat amicos & vicinos, dicens illis. congratulamini mihi: quia inueni ouem meam quæ perierat. dico vobis ꝙ ita gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pænitentiã agente, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pænitentia. * e, millibus vnam. numerus eſt pro numero. centum quippe dicitur in Euang. habent autem quandam perfectionis ſimilitudinem hi duo numeri, centenarius & millenarius. quamobrem inuicem ponuntur alter pro altero. hinc ergo percipe latitudinem regni ſaluatoris noſtri: cuius nos homines, centeſima portio ſumus. * amiſit. hoc factum eſt: quando peccando homo paſcua vitæ reliquit: nonaginta verò reliquit in deſerto. quando filius dei factus homo, angelorum choros reliquit in cælo. & vt perfecta ouium ſumma integraretur in cælo, ꝑditus homo q̃rebatur in terra. * ſublatãq; humero. mira paſtoris clemẽtia, nã inuentã nõ punijt ouẽ, non vrgendo truſit ad gregem, ſed ſupponens humero portauit eam tunc autem (vt ait Greg.)

Bonus.

P. 85.

Lucæ 15.

De peccatoribus conuerſis quare maius gaudium quam de iuſtis.

greg in ho. Eſtiuũ tempus.

Ouis perdita queritur.

Hom. dominicæ 3. poſt penth.

Lucæ 10.

Matth. 18.

Ouis inuentæ expoſitio.

Cyrillus & Ambroſius.

ouem

*ouem humeris impoſuit : quando humanam naturam ipſe ſuſcipiens peccata noſtra portauit. * ſtabulis lætiſ, infert. inuenta oue domum rediȷt. quia paſtor noſter Chriſtus reparato homine, ad regnum cæleſte rediȷt: captiuamq; (vt dixit propheta) aſcendens in altum duxit captiuitatem. * domus omnis. cæleſtium ſpirituum. beatarumq; animarum. * iccirco quia mittis ac humanus quærit ouem deperditam*

Intranti dulces occurrunt oſcula nati
Præripere, & reducem plauſus domus excipit omnis.
Iccirco neq; colloquijs muliebribus heros
Abſtinuit, nuperq; legens ſamaritidos oræ
Ioann. 4. Rura ſub antiquis ſichareæ mœnibus vrbis,
Viderat ad fontem venientem vt forte puellam,
Implôrauit aquam ſupplex, putealiaq; hauſit;
Munera, qui pelago, qui fluminibusq; ſonoris
Imperat, & vaſtum largis rigat imbribus orbem.
Cuius ad imperium populis ſitientibus olim
geneſi 34. Delicuit rupes, atq; vndis plurima fluxit:
Secreti nos interea mirarier omnes,
Ipſe ſed admonitam, atq; vltro commiſſa fatentem
In lucem è tenebris, altaq; è nocte vocabat.
Sæpe illi pueros, æuo & florente puellas
Flore comam preſſos, & molli fronde reuinctos
Summiſere piæ, metuunt dum cuncta parentes.
Quò teneris animis pulchræ virtutis amorem
Inſereret, ſtimulisq; rudes impleret honeſtis:
Impubem turbam affatus placido ore monebat,

Samaritanæ allocutio.

** ſamaritidos. genitiuus græcus ab eo q; eſt. ſamaritis, ſamaritidos. de hac autem regione & vrbe ſamaria ſatis dictũ eſt ſupra. * ſicharea. poſſeſſiuum a Sichar. ſic enim appellatur in Euang. Ioannis. vnde hæc hyſtoria deprompta eſt. quam vtpote prolixam nimis non interſerimus. ſed ibi licebit eam videre. porrò hæc vrbs ſichem olim dicebatur. quam Symeon & Leui filij Iacob, ſichimitarum cæde vaſtam fecerunt, pro dyna ſorore a regis filio rapta & vitiata. * puteáliaq; aquam putei. nam idem & fons & puteus Iacob dicebatur. teſte Aug. qui ſup hoc loco ſic ſcripſit. Omnis puteus (inquit) eſt fons. ſed nõ omnis fons, puteus: vbi enim aqua de terra manat. & vſum præbet, haurientibus fons dicitur. ſed ſi in promptu & ſuperficie ſit, fons tantum dicitur. ſi autem in alto & in profundo ſit: ita puteus vocatur vt nomen fontis non amitat. * hauſit, non aquam materialis illius putei. ſed id quod per aquam ſignificabatur, ſalutem vʒ. illius mulieris. cui & dixerat. ſi ſcires donum dei: & quis eſt qui dicit tibi, mulier da mihi bibere: tu forſan petiſſes ab eo: & dediſſet tibi aquam viuam. * pelago .i. huic ſeculo. ſpiritualiter intelligendo. * fluminibusq; ſonoris .i. principibus magnis. * largis imbribus cæleſtis doctrinæ. * populis ſitientibus duodecim tribubus iſraeliticis ex ægipto profugis & terram promiſſionis per deſertum grande petentibus. * delicuit, liquefacta dedit aquas. * plurima nomen pro aduerbio .i. abundanter largaq; ſecuta ſunt aquæ poſt percuſſionem virgæ Moyſi. * mirarier. pro mirabamur. ſic enim dicitur in Euangelio & mirabantur diſcipuli, quia cum muliere loquebatur. non quod malum aliquod ſuſpicarentur: ſed ſuperabundantem Chriſti manſuetudinem. quoniam ita perſpicuus exiſtens ſuſtinuit loqui cũ tanta humilitate mulieri inopi, & Samaritanæ. quærebat enim & in ea ouem perditam, qui venerat quærere quod perierat. * admonitam. quod quinque viros habuerat, & quem habebat, non erat ſuus vir. * vltro fatentem. nec enim negauit vocem domini. ſed reſpondit. domine vt video propheta es tu: & paulo infra clamabat. venite & videte hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci: numquid ipſe eſt Chriſtus? * in lucem vitæ æternæ, in cognitionem ſui qui eſt Lux, & vita. * e tenebris peccatorum, ignorantiæ & infidelitatis. * altaq; è nocte. ex profundo criminum ſomno: in quo iamdudum ſopita iacebat. * pueros. hic tangitur quod in Euang. Matth. legitur. Tunc oblati ſunt domino paruuli: vt manus eis imponeret, & oraret. diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus verò ait eis ſinite paruulos venire ad me. talium eſt enim regnum cælorum. & cum impoſuiſſet eis manus: abijt inde. * ſummiſere. conſuetudo fuit apud veteres, vt paruuli offerrentur ſenioribus: quatenus eorum manu vel ore benedicerentur. & iuxta hanc conſuetudinem paruuli oblati ſunt domino. * metuunt dum cuncta: ex precedentibur enim virtutibus eius expertis fuerant, quoniam per impoſitionem manuum eius, & orationem repelluntur omnia mala. conſiderantes etiam impoſſibile eſſe, vt poſtquam per tactum dominus dederit in eis diuinam virtutem: vt ruina, aut demonium aliquod tangere eos poſſit. * impleret honeſtis. præſens locus inſtruit omnes parentes. vt filios ſacerdotibus offerant. non enim ſacerdos manus imponit. ſed Chriſtus in cuius nomine imponuntur. * Luſtra-*

Sichem

Puteus & fons

Aquæ putei expoſitio.

Aug. Chriſ.

Matth. 19. Mar. 10. & Lucæ 18

Paruuli a domino ſuſcipiuntur

Remigius. origenes.

paruuli ſunt ſacerdotibus offerendi.

Concubitu iuncti,atq; inconceſſis hymenæis.
Quippe thorum aſcendere,dei cum ſacra vetarent,
Cum ſcenis gens indulget noſtra omnis opacis.
Sed non gauiſi ſcelere illi tempore longo
Nam ſubito amplexus interq;,& gaudia adulter
Sacrilegam tenues animam exhalauit in auras
Infelix,ſceleriq; eadem nox prima nefando,
Et pariter ſuprema fuit diſcrimine paruo.
Illam autem æthereis flammis diuinitus ignis
Corripuit,cùm iam maturi pondera partus
Vrgerent,eademq; duos leto hora dediſſet,
Infans ni foret exectæ genitricis ab aluo
Exemptus,paruum patris eduxere ſorores.
Ipſe etiam mox immeritus ſcelerata parentum
Facta luit,iucunda oculorum luce negata,
Obſtructæq; aures penitus manſere, nec illi
Aut vllas haurire datum eſt,aut reddere voces.
Quin etiam ſimul atq; adoleuit,protinus ægrum
Arripuit furor,infernæ vis effera gentis.
Centum illum furiæ,centum illum (flebile) peſtes
Victum exercebant,Erebi legio acta latebris,
Horrendaſq; hominis ſingultus ore cientes
Edebant voces,ac terrificos mugitus.
Illum omnes exclamantem,atq; inſueta frementem
Horrebant,trepidiq; fuga ſe in tecta ferebant,
Siquando nodis ruptiſq; immane cathenis
Incautis liber cuſtodibus euaſiſſet: Ioan. 9.
Iamq; ille oblitus fratres,iamq; ille ſorores
Amplius haud greſſum patris intra tecta ferebat.
Verùm more feræ ſyluis degebat,& antris,
Sicubi ſaxa caua,aut æuo conſumpta ſepulchra,

concubitu,adulterino : & ſacro tpe,quo à licito ẽt abſtinendũ eſt,in venerationẽ ſacrorũ. inconceſſis. neſarijs ac ſceleſtis nuptijs.* torũ adulterinũ,nõ propriũ.nã & ſi ſuiſſet peccatũ.non tñ exitiale ſcelus. *dei cum ſacra vetarent.Ecce altera probibito crimina duplicans, & quodãmodo ſacrilegiũ inducens.*

ſcænofegia.

**ſcenis opacis.i.in feſto ſcenophegie:qñ iudei (vt ſcribit Aug.) faciebant tabernacula ad ſimilitudinẽ eorũ,in quibus habitauerunt cũ ex ægipto educti peregrinarenť in heremo. dicebaturq; dies ille feſtus græco vocabulo σκηνοφύγια απο τυ σκηνής. q́ eſt tentorium & φαγεῖν. q́ eſt comedere. quia. vij.diebus ſub tẽtorijs cõmorantes comedebãt.alij.dictã volunt.απο τυ σκῆνος & πήγνυμι. q́ eſt figo,ſubaudi tẽtoria.quia in ſolitudine tabernacula figentes,eã ibi ſolẽnitatẽ celebrabant.* tpe longo.nã & ſi aliquantulũ peccatores ad pœnitentiã deus ſuſtinet. qñq; tñ ſubitã ad terrorẽ aliorũ vindictã exercet atq; verã acerbã.*

iudicia domini ſed abſconſa.

** cum iã maturi pondera partus.ſed quare non eodẽ ſceleris tpe cum adultero & ipſa adultera cohercita eſt? iudicia dñi abyſſus multa.vera tñ & iuſtificata in ſemetipſa.fortaſſis tãdiu eſt dilata, vt inſans materni ſceleris fieret teſtis ambulans ſuper terrã,ad exẽplum aliarum.* duos,nõ adulterũ in-*

exacto uentre naſcitur infans

telligas: qui iandudũ perierat. ſed matrẽ & infantẽ. exectæ genitricis.hoc modo dicũt poetę ẽt bachũ ortũ eſſe execto matris vtero, q̃ ſimiliter fulmine perierat.*exẽptus extractus. * eduxere, educauerũt ſeu aluerunt.nã educo,cas.duplex*

Educo. cas.

pteritũ hẽt.eduxi.& educaui. lz. aliq velint,educo,ducis, duxi, hãc ſignificationẽ habere.quod nuſq̃ legiť,niſi in pterito. ſcelerata par, fac,luit.at cõtra filius nõ portabit iniquitatẽ patris. id verũ niſi ſimilis fuerit patri in delicto. iuxta illud. Ego ſum deus zelotes vindicãs acta patrũ ĩ filios vſq; in quartã gñationẽ in his qui oderunt me. ſed dicendũ eſt hunc eſſe tot plagis percuſſũ magis in deteſtationẽ ſceleris paterni ad exẽplum aliorum. & ad gloriã dei manifeſtãdã in illo, p mirabilẽ curationẽ,q̃ in vindictã.nã ex hac cæcitate alijsq; plagis inflictis, dicemus cũ Chriſoſtomo de alio cæco nato:de quo dixerunt diſcipuli.Rabbi quis peccauit hic,an parentes eius vt cæcus naſcereť? magis beneficium accepiſſe, q̃ vindictã ſuſtinuiſſe. etenim per has plagas peruenit ad interiorẽ lucẽ.* oculorum luce negata.iſtud ex neutro Euãg.nec ex vllo doctore quẽ ego viderim ſuper Euangelijs colligiť. q́ hic demoniacus ẽt cæcus eſſet natus.quare arbitror poetã p trãſitũ more ſuo voluiſſe attingere illuminationẽ ſamoſi cæci nati de quo mõ dixi.ſed quia nec eius aperta intẽtio eſt:et hiſtoria cæci illius nimis lõga eſt.ſufficiat ẽt mihi ex ſuia mea locũ obſcurũ exoluiſſe.* obſtructæq; aures.ſed neq; ex Euãg.habeẽ q́ ẽt ſurdus eſſet.niſi dicamus id ſumptũ eſſe ex alterius*

Filius an portet iniquitatem patris.

Ioan. 9.

ſurdus etiã mutus.

*demoniaci cura.cui dixit ſurde & mute ſpiritus ego pcipio tibi exi ab eo.& ne amplius introeas in eũ. *haurire & red,voc,hoc eſt audire nec loqui.cõſequẽs.n.eſt.vt qui penitus ſurdus naſciť, ẽt mutus remaneat.nã ex auditu diſciť loquella.* Erebi legio:ex Euangelica hiſtoria iſtud bene decerptum eſt. nã cum diceret illi dñs.Exi ſpiritus immunde ab hoĩe iſto.et interrogabat eum,quod tibi nomẽ eſt? Et dicit. legio mihi nomen eſt:quia multi ſumus.non q́ ipſe ignoraret numerũ eorũ.ſed vt ex eorũ confeſſione,*

Marci. 9

e.

etiam

Lucæ.8. *Et cæteri ſciãt multitudinem habitantiũ demonũ, vt exinde mirabilior curãtis virtus appareat.* ſiquã do nodis ruptis. & hoc ait Lucas. multis. n. tẽporibus arripiebat illũ. & vinciebatur cathenis: & cõpedibus cuſtoditus, ruptis vinculis agebatur a demonio in deſertũ.* aut ꝗuo conſumpta ſepul, ſic & Marcus ait: domiciliũ habebat in monumentis. & neq; cathenis iam quisquã poterat eum ligare: quoniam*

Ater, egens, corpusq; abiecto nudus amictu.
Talem igitur nodo manibus poſt terga reuinctis
Chriſti ad conſpectum, ſi fors miſereſceret ipſe,
Vi multa conſanguinei cariq; trahebant.
Ille autem obniti contrà, dum rumpere nodos
Tendit, & horrendos clamores tollere ad aſtra.
Qualis vbi longis pugnator taurus ad aras
Funibus arripitur, ſæuo fremit ore per vrbem,
Et ſpumas agit, & cornu ferit aera adunco.
Inſtant hinc famuli, atq; illinc, & verbera crebri
Ingeminant, quaſſantq; ſudes per terga per armos.
Marci. 5. Diffugiunt vulgus trepidum, in tutumq; recepti
Lucæ. 8. Porticibus gaudent longè ſpectare periclum.
Talis erat iuuenis ſpecies immane furentis
Quem tandem ante deum feſſi ſtatuere rogantes
Ferret opem, ſaltem furijs tam triſtibus illum
Solueret, excuteretq; animo crudelia monſtra.
Hic heros palmas in cœlum ſuſtulit ambas,
Concipiensq; preces genitorem in vota vocauit.
Ecce autem magnum, ſubitum, & mirabile monſtrum.
Auditi exululare lupi, latrare canes ceu,
Tam diras iactat voces lymphatus ab ore.
Non tam immane ſonat ſeſe frangentibus vndis

ſæpe compedibus & cathenis vinctus, dirrupiſſet cathenas: & cõpedes cõminuiſſet: & nemo poterat eũ domare. Et ſemper die ac nocte in monumẽtis & in montibus erat clamãs & concidens ſe lapidibus. ſed quare libentius in monumentis morabatur? reſpondet Chriſoſtomus. ꝙ erroneũ dogma nitebantur demones inſtruere. vt crederent homines decedentiũ animas in demones conuerti. manibus poſt terga reuinctis. hic manifeſte vates cõtradicit euãgeliſtis. ideo pertranſeo.* tollere ad aſtra. ſed quare tantã ferocitatem permittebat dñs his demonibus quæ in humanã ſæuiebant creaturã? vt nos perpẽdamus (ait Ciryllus) quales eſſent demones erga nos: ſi illis ꝓ peccatũ ſupponeremus nos ipſos, ne vnq̃ velimus eis ſubijci. & ſic vno patiente ędificantur* (animę decedentiũ an in demones uertantur.)

q̃plures. pugnator taurus. hc ſpectaculũ olim apud Romanos crebro poterat in arena deinde in capitolio videri. noſtris tẽporibus ceſſit ab vſu. quia nouerũt Chriſtifideles impoſſibile eſſe taurorũ aut hir*
Hebr. 10. *corũ ſanguine hoĩm peccata deleri. iccirco iuxta conſiliũ ſapiẽtis vitulos aratro ſinunt creſcere, & tau*
Catonis. *ros gñis propagationi deputant, & meliori hoſtia corpore. ſ. ac ſanguine d. n. i. Ch. placare ſtudent al*
Thure deũ pl, u, ſ, c, ar. *tiſſimũ.* inſtãt ſimilẽ fere ſpeciẽ oſtẽtant macellarij noſtri tẽporis in bobus ſaginatis: quos per totã vr* (boues ſaginati)
bẽ circũducunt cũ ingenti ſtrepitu ante feſta natalicia. quos deinde ad macellũ perductos quaſi ad arã mactant oblatos. ſudes. paxillos fortes ac duros.* per armos. partes adorſo hinc inde anteriores, q̃ in hominibus humeri vocanẽ, in iumentis recte appellanẽ armi. vñ & arma dicta ſunt. ꝙ olim ex armorũ ipſorũ corio aprime fierẽt. tametſi varo exiſtimet ab arcẽdis hoſtibus arma dicta eſſe.* vulgus trepidũ,* (vulgi epitheta.)
aptiſſimũ epitheton eſt. ſic & mobile atq; incertũ. recepti, ſubaudi vulgares hoĩes & trepidi. eſt autẽ figurata locutio.* genitorẽ in vota vocauit. potuit hoc fieri, licet ex Euãg. nõ colligatur. nõ ꝙ ipſe d. Ieſus indigeret, cũ legamus. eũ ſpiritibus immũdis magna ſemp ꝑtãte imperaſſe. hinc fuit et illa admiratio* (Chriſtus quare orauit.)
Marci. 1. *iudeorũ. Quidnã eſt hoc? Quænã doctrina hæc noua? quia in ꝑtãte ſpiritib. immũdis imperat, et obediũt ei? melius ergo eſt arbitrari hoc fieri potuiſſe ad eruditionẽ diſcipulorũ et noſtrã.* lupi luporũ vlulatus effingũt demones, et canũ, atq; aliarũ beſtiarũ: vt mittãt hoĩes in errorẽ peſſimũ: aĩas irrationabiliũ belluarũ in hoĩes trãſire: et cõtra hoĩm defunctorũ in belluas. quã quidã ẽt non indocti philoſophi ſcđm ſaculũ exiſtimauere: & in ſcriptis reliquere. cũ verè beſtiarũ oĩm aĩæ mortales ſint, et cũ ipſo corpore moriantẽ. hominũ aũt immortales. quæ a vinculis defuncti corporis ſoluta, pro meritis ſibi paratas ſedes pe* (animæ hominũ nõ in canes vel alias tranſeunt beſtias.)
Lucæ. 16. *tũt. ſicuti legimus in Euangelio mortuus eſt mẽdicus: & portatus eſt ab angelis in ſinũ abraæ. mortuus eſt & diues, & ſepultus eſt in inferno. vbi ẽt poſitus in tormentis vidit abraã a lõge, et Lazarũ in ſinu eius.* lymphatus, furore vexatus. ſic & apud Valeriũ Flac. lymphauerat vrbẽ. i. furore repleuerat. Sta* (lymphatus.)
Stat, lib. *tius quoq;. It lymphãte deo. i. in furorẽ trahẽte. putabãt. n. antiqui, ꝙ ſiquis vel numina aquarũ (quas nymphas vocãt) vidiſſet: in furorẽ protinus verterẽ.* nõ tã immane, tã terribiliter accõcitè, vel cũ tãto ſtrepitu.* frãgentibus vndis. ex mutua colliſione, & ſaxorũ impulſu.* aquarũ maxime torrentiũ flu*

*niorũ qualis eſt trebia in agro placẽtino. * clauſtra alta, quę vt ait Varro & Seruius a quodã cõſule Romano adiecta ſunt: vt aquas palantes ſtrictim in nartã vel narten fluuium deriuaret. veruntamẽ aquæ violentia interdum ex clauſtra rumpuntur. & tunc contingit ꝙ hic a uate dicitur. * lacus velini. de quo & Virg. Qui nomentam vrbem, qui roſea rura velini. eſt autem lacus hic velinus iuxta agrum: qui roſulanus vocatur. et poſtquàm deductus eſt in dictos fluuios. tanta ſecuta eſt eo loco fertilitas: vt etiã perticę longitudinem altitudo ſuperaret herbarum. & quantum per diem demptum eſſet, tantum per noctem creſcebat. quam rem Virg. ad ſuam prouinciam tranſtulit dicens. Et quantum longis carpent armenta diebus, exigua tantum gelidus ros nocte reponet. * cœli crepitus. tonitrua dicit. * aurea templa, propter ſtellas quæ fulgoris ſunt aurei. * mole catenarum, hypermeter verſus. abũdans ſyllaba. quæ tamen a ſequentis verſus initio ſcandendo colliditur. * ponti vento concitati. * inſtat vi multa. non ꝙ ei quicquàm difficile ſit, ſed quia magnum tormentum demoni eſt ab hominis leſione ceſſare. et tanto dimittit grauius, quanto poſſidet durius. * trepidare. ſcit enim demon quod ipſum propter peccata certiſſima moratur pœna. ſed quia tempus huius vltimæ pœnæ nundum aduenerat. & interim permiſſum eſſet inter homines ad exercitium eorum conuerſari. metuebat, ne propter exceſſum malorum, quæ perpetrauerat, non expectato vltimæ pœnę tempore, ſeſe iuberet in profundum abyſſi recipi: & in æternum torqueri. & iccirco (vt ait Marcus) deprecabatur eũ multum: ne ſe expelleret extra regionem. * vera dei at, ind, prop. malicioſe hoc dicit demon magis adulationis gratiá, quam ꝙ crederet ita eſſe. numquàm. n. perfecte demon cognouit. D. N. I. Chr. eſſe verum dei filium, donec vidit illã profetiam Eſaiæ impletam. tanquàm ouis ducetur ad occiſionem: & velut agnus coram tondente ſe non aperiet os ſuum &c. quæ ibi ſequuntur. tunc voluit prohibere, ſed non potuit, propter animos Iudeorum nimis inflammatos.*

Velinus lacus. — Seruius in 7. æneid.

hypermeter verſus.

Chriſoſt ſuper Marcũ cap. 5.

Rupibus ex altis ingens decurſus aquarum,
Rumpantur clauſtra alta lacus ſi fortè velini,
Totaq; præcipitent valles ſtagna ardua in imas
Omnis ea vt regio fiat mare, & oppida circum
Merſa natent, metuatq; ſacris Roma obruta templis.
Nunc cœli crepitus imitantur, cùm ſuperùm rex
Fulminat, & tonitru quatit ætheris aurea templa.
Nunc ferri ſonitum, aut ruptarum mole catenarum
Ingenti horrificum ſtridorem, aut murmura ponti.
Circùm omnis tellus, circum cœlum omne remugit.
Inſtat vi multa deus, increpitatq; morantes.
Iamq; illi trepidare intus, pacemq; precari.
Quid nunc vera dei, atq; indubitata propago
Conceſſo in pœnas nos ò de corpore trudis?
Egreſſis ſaltem pecora hæc inuadere detur.
(Setigeri tum fortè ſues ea littora propter
Paſcebant) nos ne horrifico ſic merge barathro,
Neuè iube terræ inferioris operta ſubire.
Annuit: extemplò videas procul ecce nigrantem

trudere.

demonum pręſtus diminuta.

**conceſſo ad tẽpus, non in perpetuum. quia neq; in æternum iraſcitur deus. ſed cũ iratus fuerit, etiam miſericordiæ recordabitur. * trudis inuitos eijcis. nã trudere proprie eſt, inuitum et reluctantem quo nolit trahere, aut vnde nolit violenter extrahere. * pecora hęc in, de, nota hic, ò lector quàm diminuta ſit demonum poteſtas, vt neq; in porcos vim habeat, niſi prius deo permittẽte. & hoc eſt ꝙ ait Lucas. & rogauerunt eum, ne imperaret illis, vt in abyſſum irent. Erat aũt ibi grex porcorũ multorũ paſcentium in monte, rogabãtq; eum, vt permitteret eis in illos ingredi: & permiſſit illis. Exierunt ergo demonis ab homine. & intrauerunt in porcos. & impetu magno grex præcipitatus eſt in mare, ad duo milia, & ſuffocati ſunt in mari. * ea littora propter. i. iuxta ea littora. ſicut & illud pp aqua riuum, vir, pe, in ter. ſed hic eſt etiam anaſtrophæ figura. velut Verg. ſurgit mare littora cõtra. * horrifero barathro. in abyſſi profundo tenebris & horrore pleno. nã omne tenebroſum eſt & horribile. * ne ſic, ſubaudi cito et ante præfixũ tẽpus vltimi noſtri ſupplicij. * terra inf, op, ſub. hoc eſt in inferna demergi. τοαυτον. * annuit conceſſit. ſed quare petierũt demones pmitti ſibi in porcos intrare magisꝙ in alia pecora? & quare id dñs mitis, ac benignus cõceſſit, in tã grãde damnũ dñorum? ad primũ reſpondet Remigius. ideo aũt nõ petierũt mitti in homines, quia illũ cuius virtute torquebantur, humanã ſpeciem geſtare videbant. nec in pecora velut munda animalia, quæ in templo dei offerrebantur. petierunt autem vt in porcos mitterentur. quia nullum animal eſt immundius porco. & demones ſemper in ſpurcitijs delectantur, ex hoc etiam datur intelligi (vt docet Theophilus) ꝙ demones intrant in homines more porcorum viuentes. & volutabro voluptatũ ſeſe inuoluentes ſuffocant in infernũ ſine reſpectu miſericordię, per impetũ maturæ mortis. ad ſecundũ reſpondet. Chriſoſtomus.*

propter.

demões in porcos intrare quare permiſit dominus.

ſoſtomus. vt furiam quam contra homines habent demones, per impetuoſam necem porcorum demon
Beda. *ſtraret tantorum. & ꝙ multo peiora vellent hominibus inſligere ſi poſſent. & vt per interfectionem*
Titus. *porcorum hominibus ſalutis occaſio praeberetur. illos .n. porcorum dominos damni neceſſitas ad ſaluatorem adduxit. quia frequenter cum Deus damnat homines in rebus poſſeſſis, confert beneficium animabus. * nigrantem, gregem, ꝙ eſt infra ſignificat autem Porcos qui vt plurimum nigris operiuntur ſetis. * vis effera, demoniorum cruda violentia, * ſtagna alta. in profundum Lacus. * feſſos artus, ſubaudi habens. & eſt figurata locutio. ſic & exemptus Brachia .i. ſoluta habens Brachia. * mordicus, infaciem cadens. & eſt tranſlatio ſumpta a fortibus ac magnanimis Ducibus. qui con-* Mordicus.
*foſſi vulneribus oppetebant. hoc eſt ore terram mordicus petebant. ne cum gemitu mori audirentur. * adhuc ſingultans. propter reliquias nimia exagitationis. * laceſſit anhel .i. cum labore reſpirabat. * æger age, an, pul, videtur innuere, ꝙ moriebatur. quia agere animam ſignificat mori. ſed ſatius eſt intelligere, ꝙ vix ſpiritum exhalabat. ex quo addidit pulmonibus. nam alarum pulmonis exagitatione & remiſſione concipitur atq; emittitur illa vitalis aura, qua & ſpiritus, & anima, & flatus dici*

Mollibus haud ſtimulis furiarum errore ſubactum
In diuerſa gregem nunc huc nunc protinus illuc.
Nec mora, nec requies: intus vis effera ſæuit,
Donec præcipites ſeſe alta in ſtagna dedere,
Et cunctis pariter vita eſt erepta ſub vnda.
At iuuenis feſſos ſubito collabitur artus
Exemptus tandem nodoſis brachia vinclis.
Matth. 12. Mordicus ora ſolo impreſſus cunctatur, adhucq;
Lucæ 11. Singultans, pectuſq; laceſſit anhelitus ingens,
Expiranſq; animam pulmonibus æger agebat.
Quem iuxta genitore deo ſatus aſtitit, oraq;
Attingens dextra, atq; oculos, aureſq; recluſit,
Iamq; videt, loquiturq; & corda oblita reſidunt.
It vulgi clamor ſuperaurea ſydera ouantis,
Supremiq; patris ſobolemq; deumq; fatentur.
Sed quid non ipſe eualeat? quin nos quoq; miſſos
AEgris iuſſit opem ferre, auxilioq; leuare
Præſenti: mortis multos de faucibus atris
Non opibus hominum, nulla reuocauimus arte.
Lucæ 9. ſed & Matth 9 Marci 3. Verùm implorato ter tantùm voce magiſtri
Nomine ſurgebant ſtratis, ibantq; refecti.
Omni autem ex numero ſeſe vix obtulit vnus,
Quem ſtimulis actum ſæuis cæcoq; furore
Incaſſum victi tentauimus; acrior illum
Vſq; adeò magis, atq; magis vis intus agebat.
Cui cùm ferret opem Diuus mox optimus ipſe
Iratus, quòd parua fui fiducia nobis,

*ſolet. * recluſit. vult poeta v. miracula in hoc iuuene patrata eſſe. demones eiectos. penè moriturum mox curatum. cecus videt. mutus loquitur. & ſurdo aures expanduntur. primum tantum ex hoc Euangelij loco ſumptum eſt, vt etiam ſupra diximus. cetera ex diuerſis locis colecta ſunt. fortè breuitatis gratia, ne plures demoniacos a Domino diuerſis temporibus & locis curatos, ſingulatim enarraret. * nos quoq; miſſos. vnde & Apoſtoli dicti ſunt, miſſi a deo. * iuſſit opem ferre, tangitur hic, poteſtas a domino data diſcipulis, quando miſit eos prædicare, adhuc viuens. de qua ſic ait Lucas. conuocatis autem .xij. Apoſtolis dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia demonia: et vt langores curarent & miſit illos prædicare regnũ dei, & ſanare infirmos. * opibus hominum .i. medicamentis quibus homines medici vtuntur in egris curandis. * nulla*
Miracula 5. in eodem homine patrata.
Apoſtoli.
Marci 16. *arte .ſ. medico, multoq; minus magica & mala. vt obijciebatur eis a gentilibus & inuidis. * voce mag, quin nomine magiſtri implorato, voce noſtra. ipſe .n. dixit qui crediderint in me, in nomine meo Demonia eijcient. Linguis loquentur nouis & ſi quid mortiferum biberint nõ eis nocebit. ſuper ægros*
matth. 17. & Lucę 9. *manus imponent & benè habebunt. * vix obtulit vnus. qui a patre oblatus eſt. de quo ſic ait Mattheus. deſcendens Ieſus de monte, in quo transfiguratus eſt. cum veniſſet ad turbam, acceſſit ad eum homo genibus prouolutus ante eum dicens, Domine miſerere filio meo: quia Lunaticus eſt: & male patitur: nam ſepe cadit in ignem, & crebro in aquam: Et obtuli eum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eum reſpondens autem Ieſus ait. O generatio incredula & peruerſa. quouſq; ero vobiſcum? vſq; quo patiar vos? Afferte huc illum ad me. & increpauit illum Ieſus. & exijt ab eo Demonium. & curatus eſt puer ex illa hora. * iratus, vitio non hominibus. nec .n. credendum eſt (vt hic ſcribit Hieronymus) ꝙ tedio ſuperatus, mitis, ac manſuetus Dominus, in verba furoris eruperit.* Demoniacus liberatur.

ſed

ſed ꝙ in ſimilitudinem medici, ſi egrotum videat contra ſua præcepta ſe gerere dicat. vſq; quo acce-
dam in domum tuam? vſq; quo artis perdam induſtriam? ꝙ autem non ſit iratus homini ſed vitio,
Apoſtoli quare non potuerunt curare. ac per vnum hominem iudeos arguat infidelitatis, patet ex hoc iuſſit afferri puerum & curauit.* vi
cti tent, fuerunt Apoſtoli fruſtrati voto, cum propter ſuam, tum & propter nullam patris fidem,
nam impoſſibilitas curandi teſte Hieronymo non adimbecillitatem curantium, ſed magis ad eorum qui
curandi ſunt fidem referenda eſt. nam quis potentior ipſo Domino in curationibus & miraculis? &
tamen de eo dicitur. & non poterat ibi virtutem vllam facere: niſi paucos infirmos impoſitis mani- Marci 6.
bus curauit, & mirabatur propter incredulitatem eorum.* iratus, infidelitati non tantum diſcipu-
lorum, quantum & patris incredulitati, turbæq; iudeorum. legitur .n. reſpondiſſe patri dicenti, ſi
quid potes adiuua nos miſertus noſtri: ſi potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti. cumq; pater
ipſe pueri cum lachrimis exclamans diceret. credo Domine, adiuua incredulitatem meam. turbaq;
concurreret, tunc eiecit Demonium, ne crederent illud ſibi impoſſibile eſſe.* parua ſui fiducia. hæc
obiurgatio non ſtatim habita eſt in preſentia turbarum. ſed cum introiſſet in domum: diſcipuli inter- Marci 9.
rogauerit eum ſecreto dicentes. quare nos non potuimus eijcere eum? & dixit illis: propter incredu- Matth. 17
litatem veſtram. etenim ſi habueritis fidem, ſicut granum ſynapis; & dixeritis huic monti, tranſi
hinc: & tranſibit: & nihil impoſſibile erit vobis. hoc autem genus non eijcitur niſi per orationem,
& Ieiunium.* tales peſtes. per quas carnis ſuggeſtiones inflammantur. modo ſpiritus oratione con-
Ieiunandū eſſe firmetur. & caro per ieiunium maceretur.* parcendum dapibus tamen .i. Ieiunandum eſt. vbi ſunt
Heretici dicentes Dominū nolle vt Ieiunemus? quia Ieiunauit ipſe pro nobis, quibus reſpondendum eſt
autoritate Gregorij, quid itaq; homo pro ſe pati debet? ſi tanta deus pro hominibus pertulit? Ieiuna greg. in ho. 16.
uit pro nobis Chriſtus, vt noſtris normam Ieiunijs imponeret, ac virtutem daret. vtq; optimus ma-
Ieiuniū ſancta res eſt & ad quid valet. giſter prius faceret, deinde doceret. Ieiunauit ipſe pro te, ne tu pro te ipſe Ieiunare recuſares. San-
cta itaq; res eſt & ſalubris Ieiunium, quo & grauiora demonum: hominumq; tentamenta ſuperan-

> Corporibus tales facile inquit pellere peſtes
> Parcendum dapibus tamen, è cœloq; petendum.
> Nec ſolis verò hæc nobis conceſſa facultas
> Sed nomen quicumq; meum vulgauerit, omnia
> Fas audere, mei modo ne fiducia deſit.
> Ille etiam iuſſos immani corpore montes
> Transferet, & verſo ſiſtet vaga flumina curſu.
> Ite animis igitur certi confidite, neue
> Inſtabili titubate fide. iacite aurea veri
> Semina vbiq;, orbem veſtra perfundite luce

tur, itaquoq; domini hoc re-
medio ſingulari placatur. &
vt ait Chriſoſtomus Ieiunium
multam ſapientiam imponit:
hominem quaſi angelum de cæ
lo conſtituit. & incorporeas
poteſtates impugnat. ſed &
Oratio qualis. oratione opus eſt, quare ſub-
dit.* e cœloq; petendum. ora-
tione .ſ. cui Comes ſit fides,
atq; humilitas. dicit .n. alibi
Dominus quicquid orantes pe
titis, credite: quia accipietis. & ſapiens ait, Oratio humiliantis ſe penetraret nubes.* quicumq; me
arbitror hic tangi quod in calce Euangelij Marci legimus. ſigna autem eos, qui crediderunt, hæc ſe Marci vlt.
quentur. in nomine meo demonia eijcient: linguis loquentur. nouis: ſerpentes tollent. Et ſi mortife-
montes an tranſlati? rum quid biberint, non eis nocebit. ſuper egros manus imponent & bene habebunt.* montes tranſ- Chriſoſt. ſuper Matth. c. 17.
feret. ſi quis dixerit: vbinam apoſtoli leguntur montem tranſtuliſſe? illud dicendum quia multo ma-
iora fecerunt. mortuos plurimos ſuſcitantes. dicuntur autem poſt apoſtolos ſancti quidam apoſtolis
minores, montes neceſſitate imminente tranſtuliſſe S. Anianus Epiſcopus ed Lexandriæ & S. Benedi
ctus ſi autem Apoſtolorum tempore montes non ſunt tranſlati non fuit quia non potuerunt: ſed quia
noluerunt vtilitate non imminente. vel myſticè. montis tranſlatio non eius ſignificatur quem oculis Hieronymus.
carnis aſpicimus. ſed illius qui a domino tranſlatus fuerat. ex Lunatico ſupradicto. qui per prophe- Hieremiæ 51.
tam dicitur corrumpere omnem terram. vnde & litera Euangelij hic ſenſus eſt. Dicetis monti huic .i.
Apoſtoli bis miſsi. ſuperbo Diabolo. tranſi hinc .i. ab obſeſſo corpore. in altum maris .i. in profundum inferni. & tran
ſibit.* vbiq; ſciendum eſt bis eſſe xij. Apoſtolos a domino ad predicandum miſſos. primo multo ante
paſſionem. ſed tunc præcepit in viam gentium ne abirent: & in ciuitatē ſamaritanorum ne intrarent: Matth. 10.
ſed potius, ite (inquit) ad oues quæ perierunt domus Iſrael. ſecundo poſt reſurrectionem. ſed tunc Matth vlt.
iuſſum eſt, vt docerēt omnes gentes, & vt Euangelium prædicarent omni creaturæ. de hac vltima Marci vlt.
videtur hic innuere. ex quo dicit. vbiq;. & orbem ve, per, lu, verum iſtud per anticipationem acci-
Lux luceat. piendum eſt. quaſi ex perſona fieret poetæ. multo melius quadraret.* perfundite Luce. ſic Luceat

(inquit

*(inquit Dominus) Lux veſtra coram hominibus : vt videant bona operà veſtra . glorificent pàtrem veſtrum, qui in cœlis eſt . * orbem obductum ten, .i. homines mundum diligentes , tenebris ignorantiæ , & infidelitatis , ac peccatorum circundatos . * alta nocte, τὸ αὐτὸν .i. profunda peccatorum caligine . * vos. hom, lux. ſic & in Euangelio , vos eſtis (ait Dominus) lux mundi . ſuper quibus verbis dicit Remigius . ſicut ſol dirigit radios ſuos : ita & Dominus , qui eſt ſol iuſtitiæ direxit Apoſtolos ſuos ad effugandas humani generis tenebras. nam ſicut doctores teſte Chryſoſtomo propter bonam conuerſationem ſunt ſal, quo populus conditur . ita propter verbum doctrinæ ſunt lux , quæ ignorantes illuminantur . * alios ſubiunxit lxxij. diſcipulos . quia totidem gentibus Euangelium prædicandũ erat . vt quomodo duodecim primo . propter duodecim tribus Iſrael : fuerant electi ; ſic & hi , propter exteras gentes cœleſti lumine imbuendas . * conſortes tantorum operum , mundi vz. conuerſionis . & hoc eſt quod ſcribitur a Luca . poſt hæc autem deſignauit dominus , & alios . lxxij. & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipſe venturus. * ſeptem elegit decies. ſicut autem. xij. Apoſtolos formam Epiſcoporum præmonſtrare nemo eſt qui dubitet : ſic & hos . lxxij. figuram presbyterorum .i. ſecundi ordinis ſacerdotum geſſiſſe ſciendum eſt. quorum figura præceſſit in illis .lxx. ſenioribus Iſraelitici populi a Moyſe iubente domino electis. in quibus deus ſpiritum infudit. In numeris etiam ſcriptum eſt. quod venerunt filij Iſrael in Helim, vbi erant . xij. fontes & lxx. palmæ. per. xij. autem fontes, ſacros intelligimus Apoſtolos, a quibus ſicut a fontibus ſaluatoris ſalutis ſcientiam haurimus. & per lxx. palmas hos .lxx. diſcipulos mundi victores futuros . palma quippe victoriæ ſignum eſt. Item eſt palma (vt ait Cyrillus) arbor bonæ medullæ, bene radicata & fertilis. & ſemper naſcens in aquis, alta ſimul & ſurſum expanſas porrigens frondes. quæ omnia myſtice interpretata his ſanctis diſcipulis optime conueniunt. * exiguum numerum. dicebat enim dominus . Meſſis quidem*

[Margin: lux lucat. — doctores ſal & lux. — lxxii. diſcipuli. — Lucæ. 10. — xii. apoſtolorũ figura. & lxx. diſcipulorum. — palma. — Lucæ. 10.]

Obductum tenebris, atq; alta nocte ſepultum .
Vos hominum lux, vos ſquallentis lumina mundi .
Sic fatus nobis alios ſubiunxit, vt eſſent
Conſortes tantorum operum, ſocijq; laborum ,
Et ſeptem elegit decies, tamen ipſe dolebat
Exiguum numerum, neq; tot ſatis eſſe ferebat
Tanto operi , ac veluti qui centum vertit aratris
Tellurem, & campos raſtris exercet auitos ,
Cùm matura ſeges iam flauis canet ariſtis,
Si deſint, qui meſſem operis (quæ plurima) condant ,
Fluctuet, atq; viros aliis conducat ab oris .
Quid memorem, vt mentes hominũ, curasq; latenteis
Quod fieri certo nequeat ſine numine, cernat ?
Quippe animis dubios, taciti dum vana timemus ,

*multa, operarij autem pauci, rogate autem dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuã * tot ſatis eſſe ferebat ſed hoc (ait Gregorius) non ſine graui mœrore temporibus noſtris loqui poſſumus . operarij autem pauci . quia & ſi ſint qui bona audiant, deſunt qui dicant. Ecce totus mundus plenus eſt ſacerdotibus . ſed tamen in meſſe dei, rarus valde reperitur operarius. quia officium quidem ſacerdotale recipimus , ſed opus officij non implemus. * tãto operi, infidelium conuerſioni. ſicut ait Beda meſſis multa eſt omnis turba credentium (qui tamen adhuc eo tempore non credebant.) operarij pauci ſunt Apoſtoli, & imitatores eorum. qui mittuntur ad meſſem. * ac veluti. de hac pulcherrima ſimilitudine, ſic ſcribit Chriſoſtomus. ſicut colonus exiens ad meſſes lætatur. ſic etiam vos, ò Apoſtoli & diſcipuli domini, multo alacrius neceſſarium eſt exire in mundum. nam hoc negocium meſſis eſt. agros vobis exhibẽs præparatos. * ſi deſint. ſuper hoc & Cyrillus inquit. ſicut agri ſpecioſi meſſores multos exigunt. ſic & multitudo crediturorum Chriſto plures requirunt prædicatores . * quid memorem, color eſt; qui dicitur præoccupatio. * vt mentes hom, cernat . quod eſt infra. ſæpe dominus noſter Ieſus Chriſtus aduerſantium phariſeorum cogitationes cernens reprehendit. exemplum ſume . de paralytico iacente in lecto. cui cum dixiſſet dominus. confide fili, remittuntur tibi peccata tua. quidam de ſcribis dixerunt intra ſe. hic blaſphemat. & ſubiungitur. cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum. dixit. vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris ? quid eſt facilius dicere ? dimittuntur tibi peccata tua: an dicere ſurge & ambula ? * animis dubios. veluti. cum venerunt transfretum: & obliti ſunt panes accipere. quia dixit eis. cauete a fermento phariſeorum. at illi cogitabant inter ſe dicentes. quia panes non accepimus. ſciens autem Ieſus dixit. quid cogitatis inter vos modice fidei ? quia panes non habetis? nondum recordamini quinq; panum & quinq; milium hominum &c. * caſtigans dictis . ſicuti & cum reſurrexiſſet a mortuis. in medioq; eorum ſtans dixiſſet. pax vobis, ego ſum, nolite timere . conturbati verò & con-*

[Margin: meſſis multa & operarii pauci myſt. — contra ſacerdotes. — Luc. 6. 7. xi. Matth. 9. Marci 2. Lucæ. 5. — Matth. 16. — Lucæ. 24. — Iudeorum infidelitas.]

territi exiſtimaſſent ſe ſpiritum videre.dixit eis:quid turbati eſtis : & cogitationes aſcendunt in corda
veſtra? videte manus meas & pedes meos,quia ego ipſe ſum.palpate & videte &c. quos mente do-* Matth.22.
los.veluti quando coſilium inierunt,vt caperent eum in ſermone.& miſſerunt diſcipulos cum herodia-
nis qui dixerunt ei,magiſter ſcimus quia verax es,& viam dei in veritate doces : & non eſt tibi cura
de aliquo,non enim reſpicis perſonam hominum.dic ergo nobis.quid tibi videtur? Licet cenſum dari Cæ
ſari an non? cognita autem Ieſus nequitia eorum ait.Quid me tentatis Hypochritæ? oſtendite mihi num
miſma cenſus &c.vſq; ibi reddite quæ ſunt Cæſaris,Cæſari:& quę ſunt dei,deo.Item quando adduxe- Ioan.8.
runt mulierē in adulterio deprehenſam:& dixerunt.magiſter,hæc mulier modo deprehenſa eſt in adul
terio.in lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? hoc autem dicebāt
*tentantes eum:vt poſſent accuſare eum.&c.*cæci,propria interius excæcati malitia.* fœmina, Martha*
nomine,vt putant aliqui. nec latuit,quæ tamen latere poſſe ſperauerat . * ſanguinis immundi flumen* Matth.9.
ideſt fluxum.hanc hiſtoriam narrant Mattheus & Lucas.dum n.pergeret d.Ieſus ad ſuſcitandam ar- Luc.8.
chiſynagogi filiam ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur annis xij.acceſſit retro: & tetigit fim
briam veſtimenti eius:dicebat enim intra ſe. ſi tantum tetigero veſtimentum eius,ſalua ero . At Ieſus
conuerſus & videns eam dixit.confide filia.fides tua te ſaluam fecit . & ſalua facta eſt mulier ex illa
hora. ſiqua,ſubaudi via,vel ſi quo pacto . * hanc v, vi, re, ſal, ſiquidem in medicos erogauerat omnē* Luc.8.
ſubſtantiam ſuam:nec ab vllo potuerat curari.hinc & Gregorius ait.ſolam ſpem in tanta diffidentia re
Emoroiſſe curatio. *perit,vt procideret domino.* dum pubes.i.dum a concurrentibus turbis comprimeretur.* illa ſubit.clā*
adit. ad tactum.fidei ſcilicet.non veſtimentorum tantum.nec enim teſte Chriſoſtomo. ſola veſtimenta*
veſtimenta nō curāt ſed fides, *mulierem ſaluauerunt.nam & milites ſortiti ſunt ea intra ſe,nec ſalui facti ſunt.* latuiſſe pu, necdum*
habebat dignam opinionem de eo.putans latere eum,qui cuncta nouit,etiam antequàm fiant. præſen-*
ſit deus.audiuit quidem dominus tacitas mulieris cogitationes:& tacens liberauit tacentem:paſſus ſua
ſponte ſanitatis rapinam:ſed poſtea miraculum publicauit:ne deinceps mulier remorſum conſcientię pa
teretur,quaſi qua ſurripuerit gratiam.ſed & corrigit eam,quia latere putauerat. demum & fidem il
lius cunctis notam facit ad imitationem aliorum. ſeſeq; tegentem.nam vt ſcribit Lucas . Cum retro ac*
cedens,eum mulier tetigiſſet,dixit Ieſus.quis eſt qui me tetigit? negantibus autem omnibus , dixit Pe-
trus. præceptor turbæ te com-
primunt,& affligunt,& tu di
cis quis eſt qui me tetigit ? &
dixit Ieſus.Tetigit me aliquis :
nam & ego noui virtutem de
me exiſſe.videns autem mulier
quia non latuit,tremens venit,
& procidit ante pedes eius.&
ob quam cauſam tetigerat eū ,
indicauit coram omni populo .
& quemadmodum confeſtim
ſanata ſit. affatus placide.his .*
ſ.verbis.filia fides tua te saluā
fecit,vade in pace. ante ocu-*
los meos . Iacobi quoq; fratris
eius ac Petri . Tacitus innuit
transfigurationem domini fa-
Trāſfiguratio. *ctam ſuper monte Tabor . ſed*
eam Pilato ideo aperta nō ex-
primit.quia deſcendentibus illis de monte præceperat Ieſus . vt nemini dicerent viſionem : donec filius
hominis a mortuis reſurrexiſſet.hanc tamen hiſtoriam in fine.lib.primi cū poeta late proſecuti ſumus .
**mortalia membra.ex gloria immenſitate inſolita.ſic forſan potuit prima facie videri.nequaquàm ta-*
men priſtinam formam vel faciem perdidit.nec corporis veritatē amiſſit vt clarè teſtatur.Hieronymus.
** luce ſuper: qualis habetur apud ſuperos.nam interior diuinitatis eius gloria ſeſe per totum corpus ef*
fudit. non infra ſolis ſpeciem,quin & ſupra ſolis ſpeciem.ſed quia nihil in hoc mundo lucidius ſole in-*
uenitur.iccirco ad manifeſtandam tantæ glorię claritatem , dictum eſt effulſiſſe faciem eius tanquàm
*ſolem.*patuit deus .ſeſe deum eſſe manifeſtauit.*hominem oblitus.quem de virgineo ſed mortali cor-*

Caſtigans dictis nos ſæpe erexit acerbis.
Mirantes . quoties ipſis etiam hoſtibus olim
Prædixit , quos mente dolos , quæ furta pararent .
Incaſſum , dum cæci odijs agitantur iniquis .
Fœmina nec latuit biſſenas paſſa per annos .
Sanguinis immundi manans de corpore flumen .
Illa quidem ardentis morbi confecta dolore
Ponè ſequebatur , ſi quà illum tangere poſſet ,
Hanc vnam rata nempe viam reſtare ſalutis .
Ergo dum pubes fluit vndiq; , & agmina inundant ,
Illa ſubit , leuiterq; extremum appendit amictum .
Ad tactum veter effugit de corpore morbus.
Iamq; abitum latuiſſe putans clam mente parabat ,
Præſenſit Deus , & pauidam , ſe ſeq; tegentem
Affatus placidè monitis impleuit amicis .
Vidi oculos ante ipſe meos mortalia nuper
Aut membra exutum , aut perfuſum luce ſuperna

greg I ho. matratum. pore matris traxerat.* moribundo, pro mortali, vel moriturо. niſi forte vates alluſerit ad dictum Gre- Moribundus.
gorij. temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors eſt potius dicenda quam vita. ipſe enim quotti-
dianus defectus corruptionis. quid eſt aliud quam quædam prolixitas mortis? * multa tulit, famem, Paſſus eſt Chriſtus multa, & nos
ſitim, frigus & calorem, laborem curasq; ingentes. & deniq; noſtras omnes erumnas preter pecca-
tum: quia non mortalium more peccatorum ſed ex ſpirituſancto genitus eſt. * neceſſe eſt, velimus no-
limusuè. * ſponte qui, potuiſſet enim, & non pati tanquam Dominus, & peccato immunis. vnde
patiendi neceſſitas nobis illata eſt. * imitanda ſubaudi veſtigia voluntariæ paſſionis. quam ſi propriam
abnegantes voluntatem ſponte ſubierimus, merito coronabimur. ſin autem vel inuiti cogemur, me-
ritoq; priuabimur. hinc & beatus Petrus inquit. Chriſtus pro nobis paſſus eſt: vobis relinquens
exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. * ideo. vt hominem ſeſe oſtenderet. * hilares menſas nuptia-
Pſal. ciij. rum, & conuiuiorum. in quibus apponitur vinum, quo (teſte propheta) corda hominum exhila- bonus.
rantur. * bonus .i. facilis, ac blandus. hiſtrionaliſq; hominum condeſcendens. nam & iccirco commu- Communé vitam quã e duxit Chriſtus,
nem vitam duxit inter homines. ne quiſpiam refugeret vita eius veſtigia tanquam horrida & nimis

Non infra ſolis ſpeciem dare corpore lumen.
His, multisq; alijs, ego quæ crebettima vidi,
Per terras patuit ſignis Deus: haud tamen vnquam
Se ſe hominem oblitus moribundo corpore cretum
Multa tulit quoq;. mortales quæ ferre neceſſe eſt.
Atq; id ſponte quidem, nobis imitanda relinquens.
Sæpe hilares menſas ideo, & conuiuia adiuit,
Nec cœtus, bonus eſt hominum aſpernatus in vrbe,
Sæpe etiam inſidias inimicæ gentis & iras
Suffugiens vt homo, male tuti limina templi
Exijt obiecitq; cauam pro tempore nubem,
Nec ſe in conſpectum latebris dedit obitus atris,
Dum fremerent hoſtes nequicquam, & ſaxa pararent.
Atq; equidem memini (vix actus voluitur annus)
Nuper Ioannis compertá cæde recenti,

difficilia ſequi. qualia fuerunt
Ioannis Baptiſta, & ſimilium
* inimica gentis. Nazareo- Inimici Chriſti qui nam.
rum primo qui voluerunt eum
ex vertice montis præcipitare.
ſed ipſe tranſiens per medium
illorum ilieſus abiuit. deinde
Hyeroſolimorum. & maxi-
xime ſcribarum atq; Phariſeo
rum, qui ſæpe voluerunt eum
tenere & lapidare. * ſuffugi-
ens. vitans vel ſubterfugiens.
* vt homo. nam vt Deus nihil
læſionis ſentire poterat: &
vbiq; tutus erat. * male tuti
templi. color a contrario. cum
templa immunitatem fugitiuis
ſoleant præſtare. vnde & Aſylla dicebantur. * exijt. tangitur hic illa prolixa diſputatio Domini &
phariſeorum in templo. in cuius fine dicitur. cum dixiſſet eis Ieſus. amen amen dico vobis: antequam Ieſus quomodo abſcondit ſe.
Abraam fieret, ego ſum. tulerunt lapides, vt iacerent in eum. Ieſus abſcondit ſe, & exiuit de tem-
æneid 5. & ex homero. plo. * obiecit cauam nubem. hoc fabuloſum videtur ex Vergilio decerptum. in quo introducitur ne-
ptunus ſic veneri loquens de liberatione æneæ ex impari congreſſu achillis. pelida tunc ego forti con-
greſſum æneam, nec dijs, nec viribus æquis, Nube caua eripui, cæterum Aug. ſuper hoc exitu do-
mini de templo & de manibus lapidantium. ſic inquit. non autem abſcondit ſe in angulo templi quaſi
gregorius. timens, aut in domunculam fugiens, vel poſt murum, aut columnam diuertens, ſed cœlica poteſtate
inuiſibilem inſidiantibus ſe conſtituens. * dedit abditus. qui tamen ſi diuinitatis ſuæ potentiam exer-
cere voluiſſet tacito nutu mentis in ſuis eos actibus ligaret, aut in pœnas ſubitæ mortis obrueret. ſed
qui pati venerat, exercere interim iudicium nolebat. * nequicquam quia nolenti nocere non poterant Ioannis cedes.
Matth. 14. * actus annus. nam tribus annis prædicauit Dominus Ieſus. & in ſecundo traditus eſt Ioannes. * cæ
de recenti. de qua ſic ſcribit Matth. Herodes tenuit Ioannem: & alligauit eum: & poſuit eum in car
cerem, propter herodiadem vxorem fratris ſui. dicebat enim illi Ioannes. non licet tibi habere eam &
volens illum occidere timuit populum, quia ſicut prophetam eum habebant. die autem Natalis He-
rodis ſaltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi. vnde cum iuramento pollicitus eſt ei dare
quodcumq; poſtulaſſet ab eo. at illa præmonita à matre ſua, da mihi (inquit) hic in diſco caput Io-
annis Baptiſtæ. Et contriſtatus eſt rex, propter iuramentum autem, & eos qui pariter recumbe-
bant, iuſſit dari. miſitq; & decollauit Ioannem in carcere & allatum eſt caput eius in diſco: & da-
tum eſt puellæ: & illa attulit matri ſuæ. & venientes diſcipuli eius tulerunt corpus ac ſepelierunt.
* vxorem filiam regis arabum qui illam Phylippo ademit, & Herodi tradidit. * admonitus à Ioanne,
qui dicebat ei, non licet tibi habere fratris tui viuentis adhuc vxorem. * abijt. nam cum audiſſet Ie-
ſus occiſum Ioannem, ſeceſſit inde in nauiculam, in locum deſertum ſeorſum. * cautus ne & ipſe in-
terciperetur

Quem rex vxorem præreptam reddere fratri
Admonitus tenebris fetro obtruncarat in atris,
Vrbibus his abijt cautus, populiſq; relictis
Digreſſus, ſyluæ elapſum accepere profundæ.
Nec rex ipſe Erebi generis fœdiſſimus hoſtis
Humani, noſtras qui recto auertere mentes
Nititur, abſtinuit dominoue, deoue pepercit.
Forte etenim comitum ſtrepitus, turbamq; ſequentũ
Dum fugeret quondam, ſe clam ſubduxerat heros
Cœtibus, & ſolus lucis degebat in altis
Iamq; quaterdenos frugum ſine munere ſoles
Condiderat, totidemq; famem per inhoſpita noctes
Pertulerat; cum iam tempus ratus ecce nocendi
Affuit extemplò multis cum millibus hoſtis,
Noctipotens, quos tartareis ducebat ab antris,
Flammea ſemiferi capitis geſtamina quaſſans,
Iamq; ſui fruſtra ſpe præmia præcipit æſtus,
Ergo illi meditans nequicquam illudere dictis
Talibus aggreditur: ſuperi tu certa parentis
Progenies, veruſq; deus, tibiq; omnia parent.

terciperetur ab illo. cum necdum veniſſet hora eius. vnde & in Euangelio, cum quidam ei dixiſſet. exi, & vade hinc: quia Herodes vult te occidere, reſpondit. ite & dicite vulpi illi, Ecce eijcio demonia: & ſanitates perficio hodie & cras. & tertia die conſumor. veruntamen oportet me hodie & cras & ſequenti die ambulare, quia non capit Prophetam perire extra Hieruſalem. hoc autem magis cauendum erat, quia exiſtimabat Herodes eſſe Ioannem. d. Ieſum qui a mortuis ſurrexiſſet. & iccirco virtutes operarentur in illo. nec Rex ipſe herebi. Lucifer diabolus & ſerpens antiquus, qui & ſathan, & draco in diuinis ſcripturis appellatur. porrò nullus exiſtimet, poſt cædem Ioannis dominum Ieſum fuiſſe a diabolo tentatum: cum multo ante id contigerit. ſcriptumque ſit, cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, miſit ad eum diſcipulos: vt interrogarẽt eum. Tu es qui vẽturus es? tametſi hic poſt enarretur. quia ſaltim hic opera Chriſti, nulla temporis habita ratione vt in mentem veniebant Ioãnes exponebat.* abſtinuit domino. ſic & Leo Papa inquit, quẽ tentare non audeat? qui nec ab ipſo domino Ieſu Chriſto conatus ſuæ fraudis abſtinuit? quondam. poſtquàm baptizatus eſt a Ioanne. Tunc ductus eſt Ieſus a ſpiritu in deſertum: vt tentaretur a diabolo. & cum ieiunaſſet. xl. diebus & xl. noctibus poſtea eſurijt. Et accedens tentator dixit ei. ſi filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiant? qui reſpondens dixit. ſcriptum eſt. non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo quod procedit de ore dei. Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatẽ: & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, & dixit ei. ſi filius dei es, mitte te deorſum: ſcriptũ eſt enim, quia Angelis ſuis deus mandauit de te: & in manibus tollent te. ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait ille Ieſus, rurſum. ſcriptum eſt, non tentabis dominum deum tuum. Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum ſeorſum. & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. & dixit ei. hæc omnia tibi dabo: ſi cadẽs adoraueris me. tunc dicit ei Ieſus. vade ſathana, ſcriptum eſt enim. dominum deum tuum adorabis: & illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.* quaterdenos ſoles. xl. dies. ſed non vltra proceſſit ieiunando quàm Moyſes & Helias: ne incredibilis videretur carnis aſſumptio. & vt quadrageſimi Ieiunij noſtri poneret menſuram, ſimul & inſtruens nos. quòd ſi ipſe Ieiunabit, qui Ieiunio non indigebat. quanto magis nos Ieiunare oportet.* frugum ſine munere. ſic & Gregorius in Homelia ipſe inquit author omnium. in. xl. diebus nullum omnino cibum ſumpſit. nos quoque quantum poſſumus quadrageſimæ tempore carnem noſtram per abſtinentiam affligamus. Quadragenarius autem numerus cuſtoditur: quia virtus Decalogi per libros. iiij. ſancti Euãgelij impletur, denarius etenim quater ductus in quadragenarium ſurgit. Item ſicut in lege offerre debemus. decimas rerum: ita offerre ei contendimus decimas dierum. alias rationes huius ſacratiſſimæ quadrageſimæ ponunt doctores ſancti, quas ideo non referimus, quia & hæ ſufficiunt nobis: & volentibus eas videre in promptu ſunt. deſpicientibus verò ſuperſunt.* pertulerat. ſubaudi & poſtea eſurijt. tunc enim diabolus tentandi ſpem aſſumpſit.* flammea geſtamina, de quibus dictum eſt in primo per hæc incentiua gulæ intelligit, æſtumq; immenſi deſiderij edacitatis.* ſemiferi capitis, alluſit picturæ.* fruſtra. nec enim eſt prudentia vlla vel malicia contra dominum. ſcribit etiam beatus Iacobus, reſiſtite diabolo, et fugiet a vobis.* præmia. ſed quæ? inuidorum gaudia: quæ viſi fecere dolores, & proximorum ruinæ.* ſuperi tu certa parentis ſi noſti ò diabole certam eſſe ſuperi parentis progeniem, quare tentas vt ſcias? ſed tua agnoſco præcipua eſſe arma, adulationes: quibus inanis gloriæ cupidos parentes primos fefelliſti. nõ*

ſic

Margin notes:

Matth. 14. Lucæ. 13.

Diaboli noĩa.

Matth. 14.

Matth. xi.

Diabolus tentat omnes.

Leo in ſermone xl.

Diabolus Chriſtũ temptauit.

Matth. 4.

Chriſtus quare xl. diebus ieiunauit.

Chriſoſt. in homel.

greg. in ho. dñicæ primæ quadrageſimæ.

Quadrageſima

greg. in ho. pdicta Aug. in lib 83. q. & in ſermo. quadr. Chriſoſt. I hom. & ſup matth. cap. 3.

Iacobi. 4.

Diabolus eiſdẽ tentationibus impetijt Chriſtum quibus & primos parẽtes

ſic falles contemptorem eius dominum Ieſum. qui gloriam propriam non quærit. habet autem qui quærat & iudicet. * quid durare fame, non tantum honeſta, ſed & neceſſaria videtur ſuggerere. * adorea liba. panes ſimilaceos ex flore farinæ confectos, hoc eſt optimos. eſt autem aduertendum (vt ait

greg. in ho.

Gregorius) eisdem ſuggeſtionibus dominum tentaſſe, quibus & primum parentem, quem ex gula tentauit, cum dixit cibum ligni vetitum abſq; mortis periculo comedi poſſe. ex vanagloria, cum dixiſſet eritis ſicut dij. Ex auaritia, ſcientes bonum & malum. auaritia enim non ſolum pecuniæ eſt. ſed & dominationis, atq; altitudinis, cum ſupra modum ſublimitas ambitur. quibus autem modis primum hominem ſtrauit, eiſdem ſecundo homini tentato ſuccubuit. per gulam enim tentat, cum dicit. dic vt panes iſti lapides fiant. per inanem gloriam cum dicit. ſi filius dei es, mitte te deorſum. per ſublimitatis auariciam. cum regna mundi oſtendit, dicens hæc omnia tibi dabo. ſi cadens adaraueris me. * nec diuum lat. do, qui nouit abſcondita cordium: & omnia præuidit antequam fiant. * ſunt mihi, quam eleganti vates periphraſi deſcribit illud euangelicum quod ex libro deutoronomij deprompſit Chriſtus.

Deut. 8.

non in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo quod procedit ex ore dei. ſuper quo notandum eſt inquit Greg. ꝙ tentatus a diabolo dominus, ſacri eloquitij præcepta reſpondit. & qui tentatorem ſuum mergere in abyſſum poterat. virtutem ſuæ potentiæ non oſtendit. quatenus nobis præberet exemplum

Contra tentatores ſacris vtendum eſt eloquijs.

vt quotiēs a prauis hominibus aliquid patimur. ad doctrinam excitemur, potiusquam ad vindictam. * inſtat. vt quem fame vinci non poſſe viderat, regnandi cupiditate forſan ſuperaret. eſt enim multorum hominum hæc dira libido. * laudis de cuius immenſa cupidine dixit Maro. & Cicero. honos alit artes. & omnes accenduntur ad ſtudia gloriæ. verum ea duplex eſt. vera & ex virtute procedens. quæ nec appetita ſeſe extollit. vnde ſapiens dixit, in ſapientiæ læua diuitias eſſe ac gloriam. in dextera verò longitudinem dierū. falſa autem & inanis eſt ex ambitione. quam omnes fugiendam duxere cordati. chriſtianis tamen neutra eſt appetenda, ne fumo inani, mercedem permutent æternam. nam ꝙ vermis ligno, vnde naſcitur: hoc præſtat vnde oritur gloria virtuti adde ꝙ gloria ſuos ſemper proſequitur & ambit conte mptores: deſpicit vero ſuos ac execratur appetitores. * vt cum ſollicitum. quam pulchra comparatione pectus inanis gloriæ vento iactatum ante oculos lectorum vates depingit. * crebra, crebro, nomen pro aduerbio. * arcet.

Laudis cupido.

numine appetenda Laus.

greg in ho.

cul ſuget * ſubuectari ſinit. ſuſtollit permittit. nemini videatur durum, ꝙ deus homo in ſanctam ciuitatem a Diabolo dicatur aſſumptus. neq; humanæ aures hoc expaueſcant. iniquorum .n. omnium caput diabolus eſt. quid eſt autem mirum ſi ſe ab illo permiſit in montem duci, aut ſupra pinnaculum aſſumi. qui ſe permiſit, a, membris illius crucifigi? * ſe Deum confeſſus claro numine. hoc minime verum eſt. nam hoc eſt quod diabolus tentando inueſtigabat. vtrum, eſſet filius Dei. ſed hoc numquam

Chriſtus a diabolo aſſumptus

1. Corinth. 2.

potuit aperte cognoſcere. ſicut apoſtolus ait. ſi enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. hinc & Chriſoſtomus ſuper Matth. ſcribit. Diabolus ex ſecunda reſponſij incertus tranſit ad

tertiam

Quid durare fame confecto corpore pergis?
Nec ſubito in totidem conuertere adorea liba,
Hæc circum quæ ſaxa vides ingentia, tentas?
Non diuum latuere doli, atq; hæc reddidit ore.
Sunt mihi mortali toſtæ pro munere fruges
Sermones patris auditi, diuinaq; verba,
Quæ quoties animo repeto memor, effugit omnis
Pulſa fames ſubito, menſæq; oblita cupido.
Dixerat: his tamen auditis, haud deſtitit hoſtis
Congreſſu victus primo, pugnámq; retentat,
Atq; alijs ſuper, atq; alijs aſſultibus inſtat,
Terq; nouos ſemper cœpti irritus integrat aſtus,
Nequicquam nunc regnorum, nunc laudis inani.
Immotum tentans animum præuertere amore.
Vt cum ſollicitum tollunt mare fluctibus euri,
Crebra ferit, ſæuitq; minaci verbere in alta
Littora, ſed ſaxis alliſa reuertitur vnda.
Nec deus hæc ſubitò quamuis præſentiat, arcet
Conantem, patiturq; dolos ſibi nectere vanos.
Nunc ſe marmorei ſupra faſtigia templi,
Nunc rupem ſupra, ſcabrumq; crepidine ſaxum
Subuectari vltro ſinit, & ſpem accendit inanem.
Cum verò viciſſe ratus iam gaudia dira
Conciperet fruſtra illi inhians, ſe protinus heros
Ipſe deum claro confeſſus numine coram
Irrita furta, doloſq; exibat ſempet apertos.
Qualis vbi excuſſis per plana euaſit habenis

*tertiam tentationem.quia Chriſtus retia ventris diſruperat:retia vanæ gloriæ tranſierat: ponit ei retia auaritiæ,ſed neq; his potuit inuolui.*qualis clara eſt comparatio hæc verumtamen ſine non conuenit. quia tamen capitur equus:frænoq; ſubigitur.iuxta illud anchiſę maroniani,ſed tamen iidem olim curru ſuccedere ſueti.Quadrupedes: & fræna iugo concordia ſerre. Chriſtus verò a demone nequaquam valuit vllo tempore teneri.vnde & ipſe dominus dixit.venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquàm.Quinimo ipſe leuiathan hamo domini captus eſt, & detentus exoculatus & ſubneruatus.* ludit.pro illudit.* alteq;.hypermetrus verſus.* abiit victus.hoc ad noſtram proficit conſolationē. non tamdiu homines dei diabolus tentat:quandiu vult.Sed quandiu Chriſtus permittit. nam & ſi permittit eum pauliſper tentari:propter infirmam naturam tamen cito repellit.vnde & Apoſtolus dixit. fidelis eſt deus,qui non permittet vos tentari ſupra id, quod poteſtis:quin & faciet cū tentatione prouentum.*centum volu,min,numerus finitus pro infinito.*miniſtri.Tu ò homo recognoſce vnius perſonæ vtranq; naturam:quia & homo eſt quem diabolus tentat.& idem ipſe deus cui ab angelis miniſtratur.* aſtabant.alluſio eſt ad illud Danielis.Millia millium miniſtrabant ei.& decies millies centena millia aſſiſtebant ei.* opemq; ferre,non auxilium vt inualido:ſed miniſterium vt domino. hinc manifeſtū eſt (inquit Chriſ.) quòd non propter neceſſitatem impotētiæ eius illi miniſtrabant.ſed propter honorē. poteſtatis ipſius.*norint ipſi Iudei.noſcamus & nos vt fugiamus eas.peccatorum duo ſunt genera, publicorum & efricatæ frontis:qui & ſe peccatores non negant.qualis Mattheus, Zacheus & Magdalena.hi vel ſero, & vt aiunt doctores,facile conuertuntur.alterum ſecretæ peccantium, & peccata ſub quadam virtutis, aut fictæ religionis ſpecie tegētium, hi difficillimè, vel numquàm corriguntur. quinimmò in correctores tū maxime exardeſcunt, cum ſimulatas eorum techuas expandunt et reuelāt. tales erant illius temporis ſcribæ,ſacerdotes,& pharyſei.qui cum eſſent auariſſimi volebant videri liberales ex ſonitu tubæ ante dationem elemoſinarum. & indeuoti, in publico longas orationes orabant:& tunc maxime viduarū domibus exhauriendis inhyabant,cumq; eſſent irreligioſi,ex ſtricta ſabbati cuſtodia religioſiſſimi quærebant apparere.cum tamen templum domini facerent ſpeluncam latronum.multis manuum & calicū lotionibus mūditiæ ſtudebant exteriori.cum tamen interius pleni eſſent ſcelerum immūdicijs.inuidiaq; & odio flagrabant & ambitione inaniq; glória incendebantur. vnde iuremerito a ſaluatore dicebantur hypocritæ, & ſepulchris perſimiles dealbatis:quæ foris apparent hominibus ſpecioſa: intus verò plena ſunt cadaueribus mortuorum & omni ſpurcitia.hæ ſunt cauſæ,quibus dominum inſequebantur odio inextinguibili.hæ ſunt & cauſæ,quibus veros dei præcones,nonnulli noſtri temporis phariſei inſenſiſſimo inſectātur odio.*quæ capto affigunt.i.obijciunt ac pertinaciter aſcribunt.alia littera habet affingunt.i. confingunt non vera.& eſt præpoſitio pro præpoſitione.*homines inter,anaſtrophæ.*magis affabilis pro affabilior.affabilis autem eſt,non qui facile affatur.i.alloquitur alios.ſed quem vnusquisq; facile alloquatur.*pietate,pio amore in deum patriam & parentes.ponitur & impropriè pro clementia & miſericordia.*omnes correctos tamen.quos errorum pœnitet.cæteris enim delinquentibus venia dari non poteſt.* hoſtis.quem amare,cui dimittere iubet,& pro quo orare.cuiq; mandat ſubuenire egenti.vt carbones ignis charitatis ſuper caput eius congerantur.* ciuis iam ſupernæ aſcriptus patriæ.quem vtpote proximum ſicuti nos ipſos tenemur dilligere.& omnia quamuis dura,etiam mortem ipſam pro ſalute animæ illius ſuſtinere.* nullo diſcrimine.quia pro vtriſq; mortuus eſt.*impune.ſine experta vindicta.quia ſeipſum minime vltus eſt.quamuis poſſet. * ideo.propter facilitatem clementiæ ac veniæ.*digna atque indigna.modus eſt loquendi.digna atque indigna pati. cum tamen verè ex his quæ obijciebātur*

Liber equus ludit famulos hinc inde ſequentes,
Sæpe hic diſſimulans;atq; illic improbus hęret,
Perq; viam oblatas interdum paſcitur herbas.
Aſt vbi iam videt inſtantes, elabitur alteq;
Emicat,& ſpatia tranſmittit maxima campi.
Quam ſpeciem expertus nequicquā vbi deniq; ſenſit
Hoſtis atrox, abiit victusq;,deumq; reliquit,
Cui volucres centum pluma pernice miniſtri
Aſtabant miſſu genitoris,opemq; ferebant.
Si verò cauſas odiorum, ac ſemina quæris
Tantorum,cur gens omnis opponitur vni,
Hæc norint ipſi. certè non talia geſſit,
Quæ capto affingunt odiis crudelibus acti
Non homines inter magis eſt affabilis alter,
Non pietate prior,venia complectitur omnes.
Hoſtis,Ciuis,ei nullo diſcrimine habentur.

Marginal notes:

Æneid. 3.

Iob. 40.

Diabolus nō tātum quātū vult tentat.

Danielis.7.

Angelorum numerus

Chriſoſt.ſuper math. 3

peccatorū duo genera.

hypochritarum qualitates.

affabilis.

pius amor.

venia incorrectis non datur.

Matth. 5.
Rom. 12.

Matth. 22.
Ioan. 10.

digna indigna pati.

Num 16. pſal cv. Luc 9. *tur nullis dignus eſſet, ob innocentis vitæ puritatem. * nutu, ictu oculi, ſola voluntate. * perdere, morte temporali vel æterna, aut certe vtraq;. ſicuti olim perdidit Dathan & Abiron, quos hyatu telluris abſortos infernus deglutiuit. * ſera, affert hic exemplum pacientia domini de quo ſic ait Lucas factum eſt dum complerentur dies aſſumptionis eius. & ipſe firmauit faciem ſuam, vt iret in Hieruſalem.* Dathan & Abiron. Patientia domini.

Ioan.4.

Multi impune ideò digna, atq; indigna ferenti
Obi e cere, omnes nutu cum perdere poſſet.
Sera olim cum ſidoniam ſub nocte per oram
Ferret iter feſſus, nos parua excluſit ab vrbe
Gens fera, nec tecto eſt dignata heroa precantem.
Nos igitur triſtes ſupremum orare parentem
Aſpiceret cœlo, nec gnatum ferret inultum,
Sed populum immitem cœleſti protinus igni
Corriperet, ſubitis & inhoſpita mænia flammis.
Non tulit, ac verbis nos indignatus amaris
Increpuit, potiuſq; vrbem miſeratus iniquam eſt.
Sæpe etiam autores ſcelerum haud ignarus adhibat,
Infameſq; domos, ſcelerataq; tecta ſubibat,
Quo moniti exuerent faſtus, moreſq; ſiniſtros,
Et ſecum inciperent paulatim aſſueſcere recto,
Ioan.4. Sic Mattheus, agri diues ſic noſter & ipſe
Zacheus, centumq; alij ad meliora vocati.

*Et miſit nuncios ante conſpectum ſuum. Et euntes intrauerunt in ciuitatem ſamaritanorum, vt pararent illi. Et nõ receperunt eum: quia facies eius erat euntis in Hieruſalem. cum vidiſſent autem diſcipuli eius Iacobus & Ioãnes: dixerunt. domine vis dicimus vt ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos? et dixit. neſcitis cuius ſpiritus eſtis. filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. * gens fera. inhoſpita Samaritanorum. nec enim fuiſſe puto ſichimitas: quos refert Ioannes rogaſſe dominum, vt apud eos manere dignaretur. & ibi manſiſſe duos dies. ſed alterius vrbis cuiuſpiam, regionis ſamariæ ciues. eſt enim regio illa ſatis longa, lataque vtpote qua olim complexa fuerat regnum decem tribuum Iſraelitici populi: potuit etiam eſſe ipſa ſebaſte caput regni. quæ olim ſamaria dicta fuerat: vt ſupra oſtendimus, in Cathalogo vrbium terræ promiſſionis. * nec tecto eſt dignata. quia non coutebantur iudei Samaritanis: vt oſtendit Ioannes. * nos Iacobus & Ioannes. qui cenſebant multo iuſtius eſſe, vt perirent Samaritani dominum non admittentes: quam illi duo ſacrilegi quinquagenarij ad heliam capiendum ab impio regè miſſi. ſuper quos ignem de cœlo deſcendiſſe deuoraſſeq; regum narrat hyſtoria. quod hi Samaritani dominum, illi ſeruum male habuiſſent. * non tulit, dominus qui patiens eſt, & multæ miſericordiæ. præuidebat quippe eos conuertendos. non enim (vt ait Ambroſius) ſemper in eos qui peccant vindicandum eſt. quia nonnunquam amplius prodeſt clementia tibi ad patientiam & lapſo ad correptionem. denique Samaritani iſti citius crediderunt: a quibus hoc loco ignis arcetur. ſicut Act. refert hyſtoria. cum audiſſent inquit apoſtoli qui erant Hieroſolymis quod recepiſſet Samaria verbum dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem qui cum veniſſent orauerunt pro ipſis: vt acciperent ſpiritum ſanctum. nondum enim in quemquam illorum ſuperuenerat. ſed Baptizati tantum erant in nomine domini Ieſu. tunc imponebant manus ſuper illos & accipiebant Spiritum ſanctum. * autores ſcelerum. hoc eſt quod a phariſeis illi obijciebatur. quod peccatores reciperet. quod publicanorum eſſet amicus, & manducaret cum illis quibus ita reſpondebat. non eſt opus valentibus medicus: ſed male habentibus. nec enim veni vocare iuſtos: ſed peccatores ad pœnitentiam. * ſcelerata tecta, ſceleratorum domos publicanorum. Zachei. & Matthei. * faſtus. ideo dicit faſtus: quia initium omnis peccati ſuperbia. * moreſque ſiniſtros ideſt peccata, quibus damnati ad ſiniſtram æterni iudicis velut hedi petulci locabuntur, maledicenturque: & ignem mittentur æternum. * paulatim. etenim nemo repente fit ſummus. nam omnis virtutis tres ſunt gradus. incipientium infirmorum; proficientium robuſtorum: & perfectorum. * ſic Mattheus. qui ſuam exponit conuerſionem his verbis. Tranſiens Ieſus vidit hominem ſedentem in Teloneo Mattheum nomine. Et ait illi, ſequere me. Et ſurgens ſecutus eſt eum. & factum eſt diſcumbente eo in domo: Ecce multi publicani & peccatores venientes diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. Et videntes phariſei dicebant diſcipulis eius: quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter? at Ieſus audiens ait. non eſt opus valentibus medicus: ſed male habentibus Euntes autem diſcite. quid eſt miſericordiam volo: & non ſacrificium. non enim veni vocare iuſtos: ſed peccatores. * Zacheus. conuerſionem huius ſupra cum autore late ſuimus proſecuti.*

Marginal notes: Christus a ſamaritanis non recipitur. — 4 Regum. 1.c. — Quinquagenarij duo igne combuſti. — In peccantes nõ ſemper vindicandum eſt. — Act. 8. — Superbia. — Math. 25. — Virtutum tres gradus. — Matthei conuerſio.

*ouem humeris impoſuit: quando humanam naturam ipſe ſuſcipiens peccata noſtra portauit. * ſtabulis lætiſ, infert. inuenta oue domum rediјt. quia paſtor noſter Chriſtus reparato homine, ad regnum cæleſte rediјt: captinamq; (vt dixit propheta) aſcendens in altum duxit captiuitatem. * domus omnis. cæleſtium ſpirituum. beatarumq; animarum. * iccirco quia mitis ac humanus quærit ouem deperditam*

Intranti dulces occurrunt oſcula nati
Præripere, & reducem plauſus domus excipit omnis.
Iccirco neq; colloquijs muliebribus heros
Abſtinuit, nuperq; legens ſamaritidos oræ
Ioann. 4. Rura ſub antiquis ſicharex mœnibus vrbis,
Viderat ad fontem venientem vt forte puellam,
Implorauit aquam ſupplex, puteali aq; hauſit,
Munera, qui pelago, qui fluminibusq; ſonoris
Imperat, & vaſtum largis rigat imbribus orbem.
Cuius ad imperium populis ſitientibus olim
geneſi 34. Delicuit rupes, atq; vndis plurima fluxit.
Secreti nos interea mirarier omnes,
Ipſe ſed admonitam, atq; vltro commiſſa fatentem
In lucem è tenebris, altaq; è nocte vocabat.
Sæpe illi pueros, æuo & florente puellas
Flore comam preſſos, & molli fronde reuinctos
Summiſere piæ, metuunt dum cuncta parentes.
Quò teneris animis pulchræ virtutis amorem
Insereret, ſtimuliſq; rudes impleret honeſtis:
Impubem turbam affatus placido ore monebat,

** ſamaritidos. genitiuus græcus ab eo q eſt. ſamaritis, ſamaritidos. de hac autem regione & vrbe ſamaria ſatis dictũ eſt ſupra. * ſicharex. poſſeſſiuum a Sichar. ſic enim appellatur in Euang. Ioannis. vnde hæc hyſtoria deprompta eſt. quam vtpote prolixam nimis non interſerimus. ſed ibi licebit eam videre. porrò hæc vrbs ſichem olim dicebatur. quam Symeon & Leui filij Iacob, ſicbimitarum cæde vaſtam fecerunt, pro dyna ſorore a regis filio rapta & vitiata. * puteali aq; aquam putei. nam idem & fons & puteus Iacob dicebatur. teſte Aug. qui ſup hoc loco ſic ſcripſit. Omnis puteus (inquit) eſt fons. ſed nõ omnis fons, puteus: vbi enim aqua de terra manat. & vſum præbet, haurientibus fons dicitur. ſed ſi in promptu & ſuperficie ſit, fons tantum dicitur. ſi autem in alto & in profundo ſit: ita puteus vocatur vt nomen fontis non amittat. * hauſit, non aquam materialis illius putei. ſed id quod per aquam ſignificabatur, ſalutem v3. illius mulieris. cui & dixerat. ſi ſcires donum dei: & quis eſt qui dicit tibi, mulier da mihi bibere: tu forſan petiſſes ab eo: & dediſſet tibi aquam viuam. * pelago .i. huic ſeculo. ſpiritualiter intelligendo. * fluminibusq; ſonoris .i. principibus magnis. * largis imbribus cæleſtis doctrinæ. * populis ſitientibus duodecim tribubus iſraeliticis ex ægipto profugis & terram promiſſionis per deſertum grande petentibus. * delicuit, liquefacta dedit aquas. * plurima. nomen pro aduerbio .i. abundanter largæq;* Aug. Chriſ. *ſecutæ ſunt aquæ poſt percuſſionem virgæ Moyſi. * mirarier. pro mirabamur. ſic enim dicitur in Euangelio & mirabantur diſcipuli, quia cum muliere loquebatur. non quod malum aliquod ſuſpicarentur: ſed ſuperabundantem Chriſti manſuetudinem. quoniam ita perſpicuus exiſtens ſuſtinuit loqui cũ tanta humilitate mulieri inopi, & Samaritanæ. quærebat enim & in ea ouem perditam, qui venerat quærere quod perierat. * admonitam. quod quinque viros habuerat. & quem habebat, non erat ſuus vir. * vltro fatentem. nec enim negauit vocem domini. ſed reſpondit. domine vt video propheta es tu: & Paulo infra clamabat. venite & videte hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci: numquid ipſe eſt Chriſtus? * in lucem vitæ æternæ, in cognitionem ſui qui eſt Lux, & vita. * e tenebris peccatorum, ignorantiæ & infidelitatis. * altaq; è nocte. ex profundo criminum ſomno: in quo* Matth. 19. Mar. 10. & Lucæ 18 *iamdudum ſopita iacebat. * pueros. hic tangitur quod in Euang. Matth. legitur. Tunc oblati ſunt domino paruuli: vt manus eis imponeret, & oraret. diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus verò ait eis ſinite paruulos venire ad me. talium eſt enim regnum cælorum. & cum impoſuiſſet eis manus: abijt inde. * ſummiſere. conſuetudo fuit apud veteres, vt paruuli offerrentur ſenioribus. quatenus eorum manu vel ore benedicerentur. & iuxta hanc conſuetudinem paruuli oblati ſunt domino. * metuunt dum cuncta. ex præcedentibus enim virtutibus eius expertis fuerant, quoniam per impoſitionem manuum eius, & orationem repelluntur omnia mala. conſiderantes etiam impoſſibile eſſe, vt poſtquam per tactum dominus dederit in eis diuinam virtutem: vt ruina, aut demonium aliquod tangere eos poſſit. * impleret honeſtis. præſens locus inſtruit omnes parentes. vt filios ſacerdotibus offerant. non enim ſacerdos manus imponit. ſed Chriſtus in cuius nomine imponuntur. * Luſtra-*

Samaritanæ allocutio.

Sichem

Puteus & fons

Aquæ putei expoſitio.

Paruuli a domino ſuſcipiuntur

Remigius. Origenes.

paruuli ſunt ſacerdotibus offerendi.

batque manu. pueros benedictionis ſuæ potentiſſima virtute muniebat. quæ omni Luſtratione ac expiatione validior erat. ne carmina dira, magorum, aut præſtigiarum fœminarum quas ſtriges vulgo appellant.* vis edita, emiſſa, immundorum ſcilicet ſpirituum.* elatos animo. ſuperbos quandoque diſcipulos. qui dixerunt ei. Quis putas maior eſt in regno cœlorum? &c. aduocans Ieſus paruulum: ſtatuit eum in medio illorum. & dixit. Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli: non intrabitis in regnum cœlorum. quicumque ergo humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte: hic maior eſt in regno cœlorum.* rebusq; exempla reliquit. ſuæ ſcilicet humiliationis. nam cum facta eſſet contentio inter diſcipulos, quis eorum videretur eſſe maior. dixit eis. Reges gentium dominantur eorum. & qui poteſtatem habent ſuper eos: benefici vocantur. vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis: fiat ſicut minor: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. nam quis maior eſt, qui recumbit; an qui miniſtrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum: ſicut qui miniſtrat.* vana. eſt enim maxima vanitas ambire primatum. cum ſcriptum ſit.* Match. 18.

Paruulorũ commendatio.

Humilitatis Chriſti exemplum.

Luc. 22.

Luſtrabatq; manu, ne carmina dira nocerent,
Ne ve vlla infernis premeret vis edita ab oris.
Quin etiam elatos animo ſuper omnia acerbis
Vrgebat dictis, rebuſq; exempla reliquit.
Mecum olim ſocij, abſentem dum quærimus illum,
Tendebant, feſsiq; via concedimus omnes
Speluncæ ante fores, denſis quam plurima opacat
Frondibus, & flexu ramorum protegit vlmus.
Multum hic inter nos quærentes vana moramur,
Quis noſtrum foret è numero præſtantior omni,
Dilectus vè ipſi magis, acceptusuè magiſtro.
(Mira loquar) nos vt primum ipſe in limine vidit,
Hæſit acerba tuens, iterumq; iterumq; rogauit,
Quis ſermo foret, ait, quæ iam certamina nobis.
Nos contra taciti nihil hiſcere, dum piget omnes
Verborum memores, fuerant quæ plurima vana.
Tum ſubito oſtendens puerum, cui mollibus annis
Laudis adhuc erat, & tumidi mens neſcia flatus,
Nulli fas, inquit, ſuperum aſpirare beatis
Concilijs, ſi non faſtus dediſcat inanes,
Et penitus famæ exuerit contemptor amorem,
Ceu puer hic nullam ſuſpirat pectore laudem.
Non aliter cœlum pateat, prius æquore ſalſo
Eſſe queant nubes, aut piſce viuere in aruis,
Arboris aut ſtirpes frondeſcere in ætheris oris.

Eccleſiaſt. 10. & 14. 1. Petri 1. cap. Eccleſiaſtes 1.

omnis potentatus vita breuis qui quærit primatum in terra confuſionem inueniet in cœlo. & omnis caro fœnum & gloria eius quaſi flos fœni. & vanitas vanitatum dixit eccleſiaſtes & omnia vanitas. præſtantior. videtur autem hæc quæſtio exinde ortum habuiſſe. q; cum dominus dixiſſet ſe eſſe migraturum ex hoc mundo ad patrem. oportebat aliquem eorum fieri principem aliorum, & quaſi domini vicegerentem.* mira loquar. qui eorum vanam quæſtionem abſens percepiſſet.* acerba tuens. nomen pro aduerbio.* rogauit, aphereſis eſt. pro interrogauit. non q; ipſe ignoraret eorum contentionẽ ſed vt ex propria reſponſione digni correctione apparerent. ſicut & alibi dixit duobus diſcipulis euntibus, in emaus. qui ſunt hi ſermones quos confertis ad inuicem ambulantes & eſtis triſtis?* nihil hiſcere. neq; os aperire audebamus præ pudore.* oſtendens puerum. ſic & in Marco legitur: venerunt Capharnaum & cum domi eſſent interrogabat eoſdẽ Ieſus. Quid in via tractabatis? At illi tacebant ſiquidem in via inter ſe diſputauerant, quis eorũ maior eſſet? Et reſidens vocauit xij. & ait illis. ſi quis vult primus eſſe: erit omniũ nouiſſimus, & omniũ miniſter. Et accipiẽs puerũ ſtatuit eum in medio eorũ quem cum cõplexus eſſet ait illis. quisquis vnũ ex huiuſmodi pueri recepit in nomine meo: me recipit: & quicũq; me ſuſceperit: nõ me ſuſcipit, ſed eũ qui miſit me.* tumidi flatus, nam paruuli nõ ſe extollũt, non perſeuerant in iracundia, leſi non meminere poſt modicũ offenſa, videntes pulchrã mulierẽ non delectantur: non aliud cogitant. & aliud loquuntur: ſic & vos niſi talem habueritis innocentiam, & animi puritatem: regnum cœlorum non poteritis intrare.* fama. i. inanis gloria. alioquin, crudelis eſt (inquit Auguſtinus) qui negligit famam ſuam: nam vita bona teſtimonium conſcientia noſtra, & ſi nobis ipſis ſufficiat: opinio tamen boni nominis, proximis noſtris eſt neceſſaria.* non aliter. ſenſus eſt. niſi conuerſi fueritis ab hac elatione & indignatione, in qua modo eſtis, & efficiamini omnes ita innocentes, & humiles per virtutem, ſicut paruuli ſunt per ætatem, non intrabitis in regnum cœlorum.* æquore ſalſo, color per impoſſibilia. non in aere ſedes eſt nubium, in æquore piſcium*

Interrogat Chriſtus ſciẽs.

Marci 9.

Maior quis in regno celorum

mittens puerorum mores.

Famam negligas.

Auguſtinus

*piſcium vita : & in terra arborum ſtirpes frondeſcunt . * horret adhuc animus . ex memoria male ambitæ ſedis.* mihi.Ioanni.* fratriq; Iacobo.ambobus filijs Zebedei . recenſetur .n. illa ambitioſa peti-* Filiorum Zebedei petitio .
matth. 2c. *tio matris filiorũ Zebedei.quã ſic refert Mattheus.tunc acceſſit ad eum mater filiorũ Zebedei, cum filijs ſuis adorãs & petens aliquid ab eo:Qui dixit ei.quid vis? Ait illi.dic vt ſedeant hi duo filij mei:vnus ad dexteram tuam , & alius ad ſiniſtram in regno tuo . reſpondens autem Ieſus dixit.Neſcitis quid petatis.poteſtis bibere calicem,quem ego bibiturus ſum? dicunt ei poſſumus . Ait illis . calicem quidem meum bibetis : ſedere autem ad dexteram meam , vel ad ſiniſtram non eſt meum dare vobis ſed quibus paratum eſt a patre meo .*

hieronimus Horret adhuc animus,mihi cum fratriq; popoſcit
Illum præcipuos fruſtra pia mater honores,
Scilicet ætherea ſuperi genitoris vt aula
Cœlicolum in medio celſa cum ſede ſederet
Subnixus , propior noſtrum reſideret vterque
Dextram alter iuxta amplexus , leuæ alter inhærens .
Extemplo grauis ille , obtutuq; aſper acerbo
Non matrem , (quid enim mater pietate merebat ?)
Sed nos , qui vano ignaram ſummiſimus aſtu ,
Corripuit meritos verbis haud mollibus vrgens ,
Vſq; deum premere elatos , longèq; ſuperbos
Auerti , quos famæ agitat laudumq; cupido .
Chriſoſtomus ſuper matth. Ipſe ideo haud impar genitori cum ſit , & illa
Quæ pater , æque eadem poſsit , tamen ora canentum
Sæpe ſibi laudes genitorem vertit in ipſum ,
Nil ſe audere hominem ſupra confeſſus , ab alto

** pia mater hæc eſt ſalome.quæ cum audiſſet dominum dixiſſe , ſe ſe tertia die reſſurrecturum: putauit mulier mox temporalium regum more in terris regnaturum . & auiditate fœminea preſentia cupit , immemor futurorum. terrenas filijs ambit ſedes , immemor cœleſtium, * præcipuos honores. videbant vtique ſeipſos præ ceteris honoratos : timebant verò petrum ſibi prælatum iri . * æthereа aula . hæc iuxta Chryſoſtomi opinionem . qui ait . nõ dicimus q̃ recte peteret hæc mulier ; ſed hoc dicimus : quia nõ terrena ſed cœleſtia filijs optabat . non enim ſentiebat ſicut cæteræ matres ; quæ corpora natorum amant : animas autem contemnunt . deſiderant illos valere in ſeculo iſto : & non curant quid ſint paſſuri in illo . vt oſtendant quia corporum ſunt parentes , non animarum . * cœlicolum in medio . eſtimo autem (inquit Chryſoſtomus) quod hi fratres cum audiſſent dominum de paſſione , ac reſurrectione ſua prophetantem , ceperunt dicere intra ſe : cum eſſent fideles , Ecce rex cœleſtis deſcendit ad regna tartarea , vt regem mortis deſtruat . cum autem victoria fuerit conſumata . quid aliud reſtat , niſi vt regni gloria ſubſequatur? qui autem ſeipſum donauit hominibus quomodo regni ſui ſocietatem non donabit? petentis negligentia reprehenditur : vbi de dantis miſericordia non dubitatur . * grauis ille autoritate , & verbis . * ſed nos fratres . * aſtu hoc ſcilicet . ſi nos rogamus magiſtrum : forſitan cæterorum fratrum corda concutimus . nam & ſi vinci a carne non poſſunt quaſi iam ſpirituales : tamen percuti poſſunt quaſi adhuc carnales . ergo ſummitamus matrem noſtram: vt ſuo nomine precetur pro nobis . ſi enim reprehenſibilis inuenta fuerit : facile merebitur veniam : ipſe enim ſexus excuſat errorem . ſi autem non fuerit importuna : facilius impetrabit mater pro filijs rogans . nam ipſe dominus qui maternos animos filiorum miſeratione impleuit , facilius exaudiet maternum affectum . corripuit meritos fratres : qui matrem ſummiſerant . nam domines occultorum cognitor , non ad verba intercedentis mulieris reſpondit : ſed ad conſilia ſuggerentium filiorum . * premere , ſubaudi ſert animus vobis . vel potius decet ne? * auerti . ab humilitate : quam vos verbo & exemplo docui .* gloria inanis premenda eſt.
** fama mundana , atque inanis gloria vt ſupra . * ipſe Dominus Ieſus dei filius . nam hic introducitur de ſeipſo loqui in tertia perſona more ſacrarum ſcripturarum . * haud impar . quinimo per omnia* Filius equalis eſt patri .
*patri æqualis , coomnipotens , & coæternus . * æque eadem poſſit . quæ & pater ſacitque . indiui-*
Io. 5. *ſibilia etenim ſunt opera trinitatis . hinc dicit in Euangelio pater meus vſque modo operatur , & ego operor . & alibi . ſicut pater ſuſcitat mortuos : ſic & filius quos vult , ſuſcitat . * genitorem ver-*
Io. 8. *tit in ipſum.ſicuti quando dicebat . non quæro gloriam meam : ſed honorifico patrem meum . & in ſuſcitatione Lazari . pater (inquit) gratias tibi ago quoniam audiſti me . ego autem ſciebam quia ſem-*
Io. 9. *per me audis:ſed propter populum qui circumſtat dixi:vt credant quia tu me miſiſti . & alibi . dicenti*
marci 10. *ſibi cuidã.Magiſter bone quid faciam:vt vitam æternam percipiam? reſpondit.quid me dicis bonũ? ne-mo bonus,niſi vnus deus.& cum rogaretur a quodam liberato a demone,vt eum eſſe ſecum pateretur.*
Lucæ 8. *dixit redi in domum tuam & narra quanta fecit tibi Deus . * confeſſus.hoc puto eſſe . quando dixit.nõ*

*poteſt filius ex ſe facere quicquam, niſi quod viderit patrem facientem. & Paulo poſt. poteſtatẽ dedit ei pater iudicium facere, quia filius hominis eſt. & generaliter vbicumq; humanã infirmitatem ꝓ nobis aſſumptã voluit oſtendere, & maxime in paſſione. * vires aſpiret. ei tamq̃; homini. * iccirco, vt doceret humanam iactantiam eſſe deuitandam. * plerumq; edixit. non ſemper, vt etiam ſe ſe deum eſſe demonſtraret.* Io. 5.

Iactantia deuitanda.

Ni patet omnipotens vires aſpiret olympo. Luc. 19.
Iccirco grauibus morbis quemcumq; leuaſſet,
Plerumq; edixit, ne factum proderet vſquam.
Quoue ſuas tegeret vires, cum tabida poſſet
Vlcera corporibus ſolo depellere nutu,
Aegras ſæpe tamen medicas legabat adundas,
Vt vitium exuerent omne auxiliaris aquæ vi.
Quid referam, quot eum populi, quot mœnibus vrbes.
Optauere ſibi, & voluere imponere regem? Matth. 8.
Mittentes trabeam, ſceptrumq́;, ſacramq; tiaram?
Ipſi etiam comites hortatu inſtare frequentes,
Armatus Syriæ regnandam inuaderet oram, Marci 5. & Matth. 9.
Mox fore continuo, vt ſua ſubiuga mitteret armis
Quodcunq; oceanus terrarum anfractibus ambit,
Immenſumq; nouis frenaret legibus orbem.
Cùm verò hortantes vrgerent, protinus ipſe Matth. 9.
Occuluit ſe ſe, monteſq́; aufugit in altos.
Immanes tamen Inuidia, & crudelibus iſti Io. 10.
Inſurgunt odijs, pœnaſq́; vno ore repoſcunt,
Vniuſq́; petunt caput omnes. ſcis quibus illum
Huc furijs traxere, quibus clamoribus omnem,
Implerunt trepidi captam velut hoſtibus vrbem.

*ſicuti cum permiſſit vt diceretur ei oſanna filio David benedictus qui venit in nomine domini. Oſanna in excelſis. vnde & iudeis ob id eum redarguentibus. non audis quid iſti dicunt? reſpondit. vtiq; amen amen dico vobis ſi tacuerint hi: Lapides clamabunt. * ne factum prod, vſ, ſicuti leproſo mundato. vide (inquit) nemini dixeris: ſed vade, oſtende te ſacerdoti. & ſuſcitata archiſynagogi filia, præcepit eis vehementer, vt nemo id ſciret. & cum duos cæcos illuminaſſet: comminatus eſt eis dicens, videte ne quis ſciat * ſæpe attamen. in toto textu Euangelico non niſi ſemel reperi, cæcum natum ad natatoria ſyloe miſſum fuiſſe magis certi myſterij gratia, quam occultandarum virium. de quo ſuo loco ſupra diſſeruimus. potuit tamen plures alios miſiſſe. quos Euangeliſta non retulerunt breuitati ſtudentes quia non omnia ſcripta ſunt. melius tamen arbitror hæc carmina myſtice intelligenda, quam ad litteram. omnes qui ad aquas Baptiſmi mittuntur: ideo legantur, vt omne vitium tam peccati originalis, quam actualis exuant auxiliaris aqua vi, in verbo domini conſecrata. alioquin (vt ait Aug.) Detrahe verbum. & quid eſt aqua niſi aqua? adde verbum: & fit ſacramentum vnde iſta tanta virtus aquæ? vt corpus tangat: & cor abluat? niſi faciente verbo. non quia dicitur, ſed quia creditur. nam & in ipſo verbo aliud eſt ſonus tranſiens, aliud virtus manens. * imponere regem. hoc magis oratoria per auxeſim quam ex veritate hyſtoria debet intelligi, nam ſemel tantum refert Ioannes ꝙ cum refeciſſet turbas ex quinque panibus: & clamarent homines quia hic eſt verè propheta: qui venturus eſt in mundum, Ieſus cognoſcens quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum regem: fugit in montem ipſe ſolus: nuſquam alibi in tota ſerie Euangelij legimus regium honorem a populis illi oblatum eſſe. niſi in die palmarum quando ſedens aſello Hyeroſolymam introiuit plaudentibus turbis. * Trabea toga fuit olim augurum ex croco & purpura. ſuetonius ſcribit tria eſſe trabearum genera. vnum quod dijs ſacrum erat tantummodo purpureum. alterum, purpureum quidẽ ſed habens aliquid albi admixtum. tertium augurale, ex purpura & croco mixtum: quod & ſupra diximus. huius meminit etiam Verg. Ipſe quirinali lituo, paruaq; ſedebat ſuccintus trabea &c. * ſacrãq; Tiarã i. regium coronã. qua & diadema dicitur. de qua idem Virg. ſed in genere maſculino. Hoc priami geſtamen erat: cum iura vocatis more daret populis, ſceptrumq; ſacerq; Tiaras. & Iuuenalis in fœminino genere ut hic. Et phrygia ueſtitur barca Tiara de hoc pileo phrygio Hieronimus ad fabiolam ſic ſcribit. quartum eſt genus veſtimenti: rotundum Pileolum: quaſi Sphera media ſit diuiſa: & pars altera ponatur in capite. hoc græci & noſtri Tiaram, nonnulli galerum uocant, non habet acumen in ſummo, nec totum vſque ad comas tegit. ſed tertiam partem a fronte inopertam reliquit. atque in occipitio vitta conſtrictus eſt: vt non facile labatur ex capite. * ipſi etiam. poeticum eſt hoc. & defenſori magis forſitan nociturum quam profuturum, * occuluit ſe ſe. hoc verum eſſe ſupra oſtendimus. * tamen. deeſt quamuis regium honorem etiam oblatum aufugerit, tamen ac ſi illum vſurpaſſet*

Baptiſmi laus.

Auguſtinus in ho 80. & 1 q. 1. c. detrahe.

Regius honos Chriſto habitus.

Io 6.

Matth. 21. Luc. 19. & Io. 12.

Trabea

Suetonius l lib de genere veſtium.

æneid. 7.

Tiaras.

paſſet, crudeles & impij iudei inſurgunt in illum. clamoribus illis v 3. crucifigatur crucifigatur.* patris mandata. de redemptione generis humani per mortem etiã crucis. hinc Paulus dixit. humiliauit ſe-*
Phy. lib. 2. *metipſus factum obediens patri vſq; ad mortẽ: mortẽ autem crucis.* obiens .i. cõplens.* certus. nam ſi cuti ſciebat, ita & prædixerat omnia: quæ ventura erant ſup ſe.* digna indigna pati, modus eſt loquen di: cum fuerit indigniſſimus omniũ, quæ paſſus eſt. nec .n. peccatũ vllum fecit. ſed odio habuerunt illum* Digna indigna pati.
Io. 18. *gratis. vt teſtatus eſt propheta.* vltro obtulit. hoc totum patet ex Euãg. ipſius Ioannis. nã ibi dicitur.*

Ipſe patris mandata obiens tulit omnia certus
Digna, indigna pati, nam ſe quærentibus vltro
Obtulit, & noctis cum munere poſſet opacæ
Defendi, bis ſe manifeſtum prodidit ipſe.
Vidi illos tamen ad capti procumbere vocem
Attonitos, terramq; graui conſternere caſu.
Nec verò ſacris aut templo demit honorem,
Nec gentis leges, veterumuè edicta refigit,
Quamuis viſceribus monet, & luſtralibus extis
Parcendum poſt hac, nec iam vltra cæde litandum.
Verùm alios longè ritus, moremq; ſacrorum
Indicat obſcura verborum ambage latere,
Legiferiq; aperit voces, animumq; magiſtri,
Quodq; magis mirere, ſciunt, & ſcire fatentur
Aereas venturum vatem lucis ad auras,
Vnus qui nobis cœli inuia clauſtra recludat,
E tenebriſq; pios vehat alta ad ſydera manes,
Id patribus promiſſum, omnes id voluere vates,
Hunc animis certi expectant miſeri quibus atris
Non datur in tenebris præſentem agnoſcere lucem,
Et medijs largi ſitiunt in fluminis vndis.

Ieſus itaq; ſciẽs omnia quæ ventura erant ſuper eum: proceſſit & dixit eis. quem quæritis? rẽſpõderunt Ieſum Nazarenum dicit eis Ieſus. Ego ſum. ſtabat autem & Iudas qui tradebat eum cũ ipſis. vt ergo dixit eis Ego ſum: abierunt retrorſum, & ceciderunt in terrã. defendi, latendo, vel fuga ſibi conſulendo.* bis ſe manifeſtum in medio enim eorum exiſtens (vt ait Chriſoſtomus) excæcauerat eorũ oculos. ne poſſent eum videre. vt pateret q̃ inuitum tenere non poſſent.* attonitos. vbi nunc militum cohors (ait Aug.) vbi terror & munimẽ armorũ? vna vox turbã odijs ferocem, armisq; terribilẽ. ſine vllo telo pcuſſit, repulit, strauitq; Deus .n. latebat in carne. hæc autem omnia fecit quæ poterant reuocare eorum animos a malo, & oſtendere: q̃ nolentẽ capere non poſſent. verum ſi numquam ſe ab eis permitteret apprehendi: non quidem illi facerent propter quod venerant. ſed nec ipſe faceret ꝓpter q̃ venerat. proinde quia tenere volẽtibus, & nõ valentibus, oſtendit poteſtatẽ ſuam. ſe deinde ꝑmiſit teneri. vt neſcientes facerẽt voluntatẽ ſuam.* graui caſu. retrorſum. ſ. qui caſus ꝓprie impiorũ eſt vt docet Greg. nam electi in faciem cadere dicuntur. quia ſe ipſos ſponte humiliant. impij verò retrorſum, quia ibi corruunt vbi q̃ tunc eos ſequitur, modo videre non poſſunt.* nec verò ſacris. hucuſq; confutauit Ioannes grauius crimen læſæ maieſtatis; quod illi obijciebant, eo q̃ omnis qui ſe facit Regẽ, contradicit cæſari. nunc alijs obiectionibus reſpõdet. ſiquidem illi fuerat obiectum: q̃ ſubuerteret legem.* ſacris, veris quorum aduentu figuræ & vmbræ cadere debebant. verùm de his alias ſupra late diſputatum eſt.* cæde. nec .n. ſanguine hircorum aut vitulorum poſſunt demi peccata (vt docet apoſtolus) ſed ſolo Chriſti ſanguine fuerant delenda.* ritus ceremoniarum.* moremq; ſacrorum .i. ſacramentorum nouæ legis. quæ ſunt. 7. Baptiſmus: Confirmatio: Ordo: Penitentia: Euchariſtia: Matrimonium, & Extrema vnctio. hæ ſunt 7. portæ Eccleſiæ Dei ſpiritualis. quibus fideles participant vtilitate ſanguinis Chriſti.* legiferi .i. Moyſi. vel ſeipſum legiferum dicit. qui legem nouam tulerit ad perfectionem veteris.* ſciunt. impij iudei. vt pote diuinæ legis doctores, & prophetarum interpretes.* & ſcire fatentur. ſicuti patuit quando ſciſcitatus eſt eos Herodes: vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixe-*

Chriſtus non niſi volens tentus eſt.

Cadũt impij retrorſum.

Peccata cuius ſanguine deleantur.

Sacramenta 7.

Legifer quis?

Deut. 18. *runt. in Bethleem Iudæ. ſic enim ſcriptum eſt per prophetam &c.* vatem venturum. de quo Moyſes.*
Ioan. 6. *prophetam ſuſcitabit vobis dominus de medio veſtri. hunc ſicut me audite &c. hinc & populi clamaſſe leguntur. hic eſt propheta magnus qui venturus eſt in mundum.* clauſtra recludat. hinc regius vates cecinit. Tollite portas principes veſtras: & Eleuamini portæ æternales. & introibit Rex gloriæ. E tene-*
Pſal. 39. *bris. idem propheta. eduxit me de lacu Miſeriæ & de luto fecis. & Zacharias: Tu quoq; in ſanguine te-*
Zach. 9. *ſtamẽti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu: ĩ quo non eſt aqua.* vehat alta ad ſydera manes ſic & ꝓpheta*
Pſal. 57. *Aſcendiſti ĩ altũ: cepiſti captiuitatẽ, accepiſti dona ĩ hominibus.* & medijs l, s, in fl, u, ne videatẽ alluſio ad fabulã tãtali, ſic myſticæ intelligẽ. ſitiunt .i. deſiderant videre lucem æternã: quæ eſt in medijs vndis*

largi fluminis, quod eſt in medio paradiſi. de quo canit David. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. & alibi torrente voluptatis tuæ potabis eos. & Ioannes in apoc. oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ ſplendidum, tamquam chryſtallum, procedentē de ſede Dei, & agni, in medio plateæ eius, & ex vtraq; par fluminis lignum vitæ. auerſa aerectitudine rationis. * ipſe, Ioannes. de ſua enim vocatione loquitur. de qua ſic ſcribit Matthæus Euangeliſta poſt vocationem Petri. vidit dominus alios duos fratres, Iacobum Zebedei, & Ioannem fratrem eius, in naui cum Zebedeo patre eorum reficientes retia ſua. & vocauit eos. Illi autem ſtatim relictis retibus, & patre ſecuti ſunt eum.* fortunas p. g. tria ſunt quæ relinquere debet qui venit ad Chriſtum. Actus carnales, qui per rhetia relicta deſignantur, mundi ſubſtantiam, quæ per nauem. & parentes. reliquerunt ergo nauem, vt fierent Eccleſiaſticæ nauis gubernatores. reliquerunt rhetia. vt non piſces afferrent ad patriam terreſtrem ſed homines ad cæleſtem. reliquerunt corporales parentes; vt ſpirituales omnium patres fierent.*

A. oc. 22

Iacobi Ioānisq; vocatio.

Matth. 4.

Conuerſus ad Chriſtum quinam debeat relinquere.

Nam quem non moueant. niſi prorſum auerſa volūtas
Tanta viri virtus, tot facta ingentia, talis,
Oris honos. ipſe vt vidiq; hauſiq; loquentem,
Et dulcem toto iactantem corpore amorem,
Fortunas, patriam, genitricem cuncta reliqui.
Id ſocij fecere: neq; hunc me deinde ſecutum
Pœnituit: verum quantum ingens ſæpe fauilla
Surgit ab exigua, ſemperq; fit acrior ignis.
Huius amor tantum mihi viſus creſcere in horas,
Et mage cor dulci ſemper flammeſcere cura.
Quiq; adiere ſemel, validis compagibus hærent.
Nec nos aut donis, aut verbis fallere crede
Pollicitis blandis illectos: omnia nobis
Aſpera promittit. cunctos diuerſa manere
Scilicet exilia extorres. paſsimq́, vagantes.
Promiſſis nec vana fides: adeò vſq; malorum
Pullulat ex alia, atq; alia denſiſsima ſylua.
Vnius ferro tantum caput excipit: vnum

Apoſtatas contra.

** id ſocij fecere. Petrus ſ. & Andreas. * pœnituit. vt multos noſtri temporis apoſtatas, retrogrados, qui non erubeſcunt etiam poſt factam profeſſionem de monaſterijs exire: a ſancta religione retrocedere habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. hi ſunt genus hominum peſſimum. de quibus Auguſtinus (inquit) ſicuti non inueni meliorem his qui in monaſterio profecerunt. ſic non inueni deteriorem his, qui a monaſterio defecerunt, & ſapiens. homo (inquit) apoſtata vir inutilis, graditur ore peruerſo. annuit oculis: terit pede: digito loquitur: prauo corde Machinatur malum. & omni tempore iurgia ſeminat. huic extemplo veniet perditio ſua. & ſubito conteretur, nec habebit vltra medicinam.* creſcere etenim non progredi in via dei, regredi eſt. hinc Paulus ait. quæ, quidē retro ſunt obliuiſcens ad ea verò quæ ſunt priora me extendens deſtinatum proſequor ad brauium ſupernæ vocationis Domini Noſtri Ieſu Chriſti.* validis compagibus. charitatis nexibus.* aſpera promittit. toleranda in hoc ſeculo, vt cum eo regnemus in altero, nam ſi ſocij paſſionum fuerimus: erimus & conſolationum: ſi compaſſi fuerimus, & conregnabimus. hæc autem promiſſa, & ſi paſſim in diuerſis locis Euangelij habeantur: præcipue tamen in ſermone Domini habito in monte exponuntur. vbi enarrantur 8. beatitudines fidelium quarum vltima fere omnes complectitur paſſionum aſperitates; de quibus hic loquitur. Beati (inquit) qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. quoniam ipſorum eſt regnum cælorum & Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint: & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me. gaudete & exultate: quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. ſic enim perſecuti ſunt prophetas qui fuerunt ante vos. & alibi. Ite mitto vos ſicut oues in medio luporum. & rurſus. Qui vult venire poſt me, abneget ſemet ipſum: & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* exilia. cum perſecuti (inquit) vos fuerint in hanc ciuitatem: fugite in aliam. & alibi, non eſt ſeruus maior domino ſuo. ſi me perſecuti ſunt: & vos perſequentur.* denſiſſima ſilua, malorum congeries. & in hoc græcos eſt imitatus, qui ſyluam & materiam rerum omnium & matrem appellant, Pithagoras etiam & plato ſyluam malam ac peſtiferam nuncupant. & vt Deus eſt fons & cauſa omnium bonorum, ſic ſyluam cauſam omnium malorum ponunt.* vnius caput. Ioannis ſ. ipſius, tangitur hic quod in ſuo Euangelio Ioannes enarrat. cum dixiſſet dominus Petro. paſce oues meas: tunc ſubiunxit. cum eſſes iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem ſenueris: extendes manus tuas. & alius cinget te: & duces quo tu non vis hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet deum. Et cum hoc dixiſſet: dicit ei ſequere*

Prouerb. 6.

Progrediēdum eſſe.

Philip. 3.

Socij paſsionū &c.

Matth. 5.

Matth. 10.
Luc. 10.
Luc. 9.

Sylua.

Io. 21.

Ioannes amoratiſsimus erat.

me

*me.conuerſus Petrus vidit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus,ſequentem:qui & recubuit in cœna ſupra pectus eius.& dixit.domine quis eſt qui tradet te?hunc ergo cum vidiſſet Petrus: dicit Ieſu . domine hic autem quid?dicit ei Ieſus.Sic eum volo manere donec veniam quid ad te?tu me ſequere. Exijt ergo ſermo iſte inter fratres,q, diſcipulus ille non moritur.Et non dixit ei Ieſus non moritur : ſed ſic eũ volo manere donec veniam : quid ad te ? * placida clau,lu.m,ſicut in patrum libris inuenimus(ait Beda)cum longo confectus ſenio Ioannes ſciret imminere ſibi diem receſſus ſui,conuocatis diſcipulis, poſt monita exhortationem,ac miſſarum celebrationem,vltimum eis vale fecit.deinde deſcendens in defoſſum ſepulturæ ſuæ locum,facta oratione appoſitus eſt ad patres ſuos:tam liber à dolore mortis , quàm à corruptione carnis inuenitur alienus,idem teſtatur Hieronymus in prologo Euangelij eius.& Ambroſius cum reſurrexiſſe teſtatur his verbis.quòd clauſis tumuli penetralibus poſſit dominus ſpirituale corpus educere:Ioannis Apoſtoli habemus exemplum ; quem tumulus ſuſceptum claudere potuit ; cuſtodire non potuit . nam depoſitum corpus perdidit,non aſſumpſit.hic clauſis tumuli foribus gratia reſurrectionis ablatus eſt.* cædes cruentas.quòd & factum eſt.nam Petrus & Andreas crucifixi.Iacobus capite truncatus eſt.Thomas & Mattheus gladio periere transfoſſi,ſic reliqui diſcipuli domini per varia tormenta coronam martirij adepti ſunt.* contemnere.iuxta illud.niſi quis renunciauerit omnibus quę poſſidet,non poteſt meus eſſe diſcipulus.* opeſq; partiri.iuxta illud.ſi vis perfectus eſſe:vade & vende vniuerſa quæ poſſides:& da pauperibus.& veni ſequere me.& habebis theſaurum in cælo.quod fecere diſcipuli.ſicut legimus Petrum dixiſſe domino. Ecce nos reliquimus omnia . & ſequuti ſumus te,quid ergo erit nobis ? & in Act. Apoſt.quotquot poſſeſſores agrorum,aut domorum erant, vendentes offerebant precia:& ponebant ante pedes apoſtolorum.diuidebaturq; ſingulis, prout cuiq; opus erat.* Quos circ.m,al,f,i,ideſt infirmis,nudis & eſurientibus.hoc eſt in opera miſericordiæ diuitias impendere.iuxta illud Euangelicum.Eſuriui & dediſtis mihi manducare &c.* pauperiemq; pati, iuxta illud beati pauperes,quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.vnde & ipſe Ieſus omnium dominus mox vt ortus eſt,in præſepio eſt reclinatus,quia non erat ei locus in diuerſorio . vixitq; ita pauper vt non haberet aliquando vbi caput reclinaret.mortuuſq; eſt nudus in cruce,& in alieno conditus eſt ſepulchro,* Silice in nuda.quando pernoctabant in montibus cum domino,aut in deſertis.* ariſtas . & quia in die Sabbati vellebant ſpicas,& manu fricantes manducabant,redarguebatur dominus a phariſeis dicentibus . Ecce diſcipuli tui faciunt:quod nõ licet facere ſabbatis &c.* indomitis frugibus.nõ mola fractis,nec coctis,ſed ſic comeſis vt reperiuntur in agro. * vndam præ vini defectu.* ſufficiant.i. ſumminiſtrent & ſuggerant.* ærumnas.onerosos & ex virtute prouenientes labores,ideoq; nec ſubterfugiẽdos : ſed quos æquo animo tolerare debemus. vnde & ærumnæ herculis dictæ . labores quos ſuſtinuit virtutis amore.Cicero etiã dixit ærumnam eſſe ægritudinẽ laborioſam.* hauſimus ſuſtinuimus . variæ ſignificationis eſt verbum hic tamen eſt alluſio . ad calicem domini bibendum ad ſuſtinendas tribulationes . multas,paſſiones et anguſtias. & demum ſi oportuerit necem ipſam non recuſandam.* penuria adaxit edẽdi plautinum eſt vocabulum in aulula,Nominare,adegit,dixit Virgilius. Exiguam in cererem penuria adegit edendi .i. compulit ſiue coegit.* exhauſtos,exinanitos.* vſus,quottidiani victus et veſtitus.* regum opibus. quid enim habent amplius reges præter victum & veſtitum?numquid morientes ferunt ſecũ diuitias ſuas? certe ſicuti nudi egrediuntur de ventre matris:& nudi reuertuntur illuc ſicut & nos.hoc ſolum habent amplius.*

Beda in homelih. Ş .10. & Hier. in prologo Ioannis .

Amb. in ſermone de ſanctis inter vtrunque paſcha :

Acta . 4.

Matth.12.

Cicero.li. 4. tuſc.

æneid.7.

Ioannis mors .

Ioannis reſurrectio.

qua morte perierint diſcipuli domini.

renunciandum eſt ſęculo .

pauper Xps.

Sabbatis ſpicæ manducantur .

Ærumna .

haurio .

adaxit.

reges nihil amplius habent q̃ nos.

(Quiſquis is) eſt placida clauſurum lumina morte :
Aſt alios cædes omnes inſtare cruentas,.
Noſtra iubet nos intereà contemnere, opeſq;
Partiri,atq; inopi miſerorum impendere turbæ,
Quos circumueniunt morbiq;, algorq; , fameſq;
Pauperiemq; pati,rebuſq; aſſueſcere egenis.
Multi nos ideo viderunt ſæpe per agros
Aut ſilice in nuda proiectos ducere ſomnos,
Aut grauidas feſſos rerum decerpere ariſtas,
Indomitiſq; famem ſolari frugibus vndamq;
Alta haurire cauis pronos ad flumina palmis,
Aut ſiquos vſquam tellus dabat arida fontis .
Non mihi perpetuam ſi centum pectore aheno
Sufficiant vocem linguæ,percurrere poſſem ,
Quantas quoq; modo ærumnas, quantoſq; labores
Hoc ducente animis durantes hauſimus æquis .
Nam licet interdum penuria adaxit edendi
Exhauſtos,rerumq; inopes, quas flagitat vſus ,
Regum opibus tamen vſq; animos æquauimus altos

potentes.

amplius.quia cui multum committitur:multum repetetur ab eo.& potentes qui non bene ſe geſſerint, potenter tormenta ſuſtinebũt.recte vtiq; dixit Hieronymus,victus & veſtitus Chriſtiano delitiæ ſunt. iuxta Apoſtoli ſententiam.nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium quia nec auferre quid poſſumus.habentes autem alimenta,& quibus tegamur: his contenti ſimus. animos altos,in cœlum ſemper intentos:& icirco quæq; terrena ſunt deſpicientes.* mens ditiſſima ille vere diues eſt:qui nihil concupiſcit. nam inopem non facit opum defectus: ſed immoderatus earum appetitus.vnde & Hieronymus antiquum dictum eſt.auaro tam deeſt quod habet; quàm quod non habet. credenti totus mundus diuitiarum eſt.infidelis aũt etiam obolo indiget.Sic ergo viuamus,quaſi nihil habentes,& omnia poſſidentes.* nec minus quàm ſi diuitias polliceretur,atq; delitias mundi huius.nec enim minus allicit aut minores habet ſtimulos doctrinę veritas;quàm diuitiarum cupido.modo mentes auditorũ ſanæ ſint.* idẽ animus,contemnendarum opum.* haud ſecus.hanc comparationem nos Papienſes & vidimus, & ter iam experti ſumus.maximo gallorum rege vrbi noſtræ bellum infenſiſſimum indicente.* iurata manus: more antiquæ romanorum militiæ loquitur.apud quos tria erant militiæ genera.legittima, coniuratio: & euocatio.legittima cum ſinguli iurabãt pro repub.ſe eſſe fortiter facturos,nec mortem recuſaturos: nec abibant niſi completis ſtipendijs,hoc eſt militiæ temporibus.coniuratio autem fiebat propter tumultum ex vicini belli periculo exortum.tunc enim quia ſingulos interrogare nõ vacabat, ex capitolio prólatis vexillis:qui remp.ſaluam eſſe volebant conueniebant.& quia omnes ſimul iurabãt,dicebatur hęc militia coniuratio. euocatio autem fiebat quando ad diuerſa loca, diuerſi propter cogendos exercitus mittebantur. modo ergo hic duo ſunt genera militiæ legitima & euocatio.* dirus amor.cupido inuadẽdi bona proximorum.* agglomerant adiunguntur. ſic & Vergilius. Et lateri agglomerant noſtro. * deſertos ſaltus. ſæpe a domino hoc factitatum legimus,vt orationi vacaret.& vt diſcipulis locũ quieſcendi,& ſpacium præberet.erant enim qui veniebant & redibant multi, adeo vt aliquando nec manducandi quidem ſpacium haberent.* memini,hoc fuit in principio prædicationis domini. nam vt refert Marcus & Lucas.factum eſt cum turba irruerent in eum, vt audirent verbum dei: & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum genezareth.vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum.piſcatores autem deſcenderant:& lauabant rhetia..Aſcendens autem in vnam nauim; quæ erat Simonis, rogauit eum a terra reducere puſillum. Et ſedens docebat de nauicula turbas.* prætexeret,circundaret,& cooperiret.* ſupra morem.parũ enim morata turba irruebat in eum,nulla tanti domini & magiſtri habita ratione.nec enim τὸ πρέπον .i. decorum.plebs nouit ſeruare.excuſabiles tamen erant. diligentes quippe eum,& mirantes opera eius tenere cupiebant eũ ne diſcederet ab eis. quis enim non cupiſſet adherere lateri huiuſmodi miracula facienti? quis noluiſſet vel ſolam proſpicere faciem? aut os talia loquẽtem prope intueri?* cymbam.i. nauiculam Petri.* fortè parata, quia vt diximus piſcatores deſcenderant ad lauanda & reficienda rhetia, (vt ait Mattheus.) nam tantus erat paupertatis exceſſus.vt non habẽtes vnde noua emerent,laniata & vetera repararent.* liquidum æquor.nec proprie dictum mare ſalſum erat iſtud.ſed ſtagnum genezareth. quod Iordanis interfluit.* orſus,loqui cepit.quid autem tunc prædicauerit non Lucas ſed Marcus aperit. dicens eum propoſuiſſe

Et mens in paruis aderat ditiſſima cuiq;
Nec minus ingentem huc comitum aduentare nouorũ
Cernere ſemper erat numerum,matreſq; viroſq;,
Omnibus idem animus quibus,& mens certa ſequendi.
Haud ſecus ac bellum ſi cui rex maximus vrbi
Indixit,iamq; arma ciet, iamq; agmina cogit
Cladem oræ,exitiumq; ferens, populiſq; ruinas,
Non tantum iurata manus, lectæq; cohortes
Incedunt:ſed præterea quos dirus habendi
Duxit amor varia cupidos diteſcere præda,
Agglomerant multi,atq; iniuſſi caſtra ſequuntur.
Non ſat erant lateq; viæ, campiq; patentes
Tot populis,iret quacumq;,ſequentibus vltro.
Sæpe Heros ſeſe ingenti ſubducere turbæ,
Et montes petere,& deſertos quærere ſaltus.
Atq; equidem memini, cum propter ſtagna profectus
Ferret iter,paſſimq; manus prætexeret ingens
Littora,& vrgeret ſupra denſiſſima morem,
Proripuit ſeſe,ac cymbam quæ fortè parata,
Inſiliit,ſubitoq; iubens præcidere funem
Teli intra iactum liquidum proceſſit in æquor.
Conſtitit hinc,terramq; aſpectans,plenaq; circum
Littora,diuinis affari vocibus orſus,

Marginal notes: victus & veſtit. — Hier. in prologo Bibliæ ad Tim. 6. — diues vere. — Hier. i prologo Bibliæ cap. 8. — doctrina alliciit homines. — Seruius. In principio 8 æneidos. — militiæ tria genera. — agglomerant. — æneid 2. — Marci. 1. & 6. Luc.4. & 9.& 10.11. — Marc. 4. & Lucæ.5. — prætexere. — Chriſoſt. — Chriſtus de naui turbas docet

*poſuiſſe parabolam ſeminantis.Exijt (ait) ſeminans ad ſeminandum. & dum ſeminat aliud cecidit circa viam.& venerunt volucres cœli & comederunt illud.Aliud verò cecidit ſuper petroſa, vbi non habuit terram multam:& ſtatim exortum eſt.quoniam non habebat altitudinem terræ: & quando exortus eſt ſol:exeſtuauit.Et eo quòd non habebat radicem exaruit.Et aliud cecidit inter ſpinas:& aſcenderunt ſpinæ,& ſuffocauerunt illud : & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam,& dabat fructum aſcendentem & creſcentem:& afferebat vnum triceſimum:& vnum ſexageſimum:& vnum centeſimum.& dicebat.qui habet aures audiendi audiat. expoſitionem autem parabolę quærite in Euangelio nam nec ipſe dominus tunc turbis illam expoſuit, ſed diſcipulis dumtaxat ſeorſum a turbis, dum eſſet ſingularis. * iuſtitia veræ, non phariſaicæ: quę in ablutionibus, & traditionibus quibuſ-* Iuſtitia.
Math. 5. *dam legi diuinæ contrarijs,conſiſtebat & hypocriſi. quare dominus dixit diſcipulis ſuis. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plusquàm ſcribarum & phariſeorum,non intrabitis in regnum cœlorum. & rurſus. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus,vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum,qui in cœlis eſt.Iuſtitiam autem dicit vniuerſalem virtutem in ſe cæteras continentem.& propriè eſt iuſtitia,obſeruatio mandatorum dei.nec ſolum veteris legis,ſed et Euangelicę. * aperire viam,ſalubri doctrina ſua. quam clauſerant illius temporis doctores quos con-*
Lucę. xi. *tra dominus clamabat.ve vobis legis periti, qui tuliſtis clauem ſcientiæ vos non introiſtis: & eos qui introibant prohibuiſtis.* arrectis auribus cacephaton eſt, ideſt intentis animis. * intercluſi vndis. ne irruerent in eum. * inhiabant, ore etiam aperto attenti audiebant. quaſi minus aures ſufficerent ad-* inhiare.
audiendum ſermonem eius & ad hauriendam dulcedinem tantam verborum oris eius. ſilebant æquora: nec mirum loquente creatore ſi muta ſileant elementa. * modo.paulo antequàm inciperet loqui do-*
Math. 7.

Iuſtitiæq; aperire viam, & veſtigia recti.
Hic illic ſtabant. arrectis auribus omnes
Intercluſi vndis,inhiabantq; agmine longo
Attoniti,miraq; animos dulcedine capti.
Ipſe loquebatur,circùm ſedata ſilebant
Aequora,vbiq; modò ſpirantibus incita flabris,
Frondiferæq; domus auium ſine murmure circùm
Stabant immotæ procuruo in littore ſyluæ.
Sed non intereà longeuæ parcere matres
Vocibus:illum omnes mirari inſueta loquentem,
Felicemq; vteri matrem,felicia matris
Hubera clamabant,quæ talem enixa tuliſſet,
Et teneris immulſiſſet plena hubera labris.
Namq; docebat humi fœdè,in tenebriſq; volutas
Ad cœlum mortale genus ſuſtollere mentes,
Et lucem aſpicere,& vanis de ſueſcere curis.
Tum pacem hortari: placidam ſuper omnia mittes
Pacem optate viri,tumidoſq; remittite flatus,
Demiſſiq; animis nil vanæ laudis egentes,
Mortales contemnite opes,contemnite honores,

*minus. * flabris,flatibus ventorum. * inſueta loquentem. erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens:et non ſicut ſcribæ eorum et phariſei,vt ſcribit Mattheus. * fœlicemque vteri ma,hoc eſt quod ſcribit Lucas. Loquente eo ad turbas Extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: beatus venter qui te portauit: & vbera quę ſuxiſti. at ille dixit. Quinimo beati,qui audiunt verbum dei: & cuſtodiunt illud. * labris. Sancta dei genitrix perpetua virgo Maria hinc quidem beata extitit. quòd verbi dei incarnandi miniſtra facta eſt temporalis:ſed inde multo eſt beatior quòd fide prius quàm vtero cõceperit: & cordis charitate deum tota dilexerit: quàm ꝙ* beatus uenter Mariæ.

vberibus cœleſti lacte repletis eſurientem aluerit.infantem Ecce iam implebatur ipſius virginis vaticinium.Ex hoc beatam me dicent omnes generationes.Beata (etiam nunc canit Eccleſia) es virgo Maria: quæ dominum portaſti,& creatorem mundi:genuiſti qui te fecit:& in æternum permanes virgo. humi fœde. hoc eſt contra auaros,qui terrena tantummodo ſpectantes,in cœlum nolunt oculos attollere.* auaritiam contra.
** in tenebris.nam auaritia excecat humanam mentem. * lucem.virtutem.vel ipſum Chriſtum dominũ qui eſt lux vera quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.vnde ipſe dixit. quandiu ſum in mundo,Lux ſum mundi. * vanis curis,fluxibilium rerum.* pacem hortari. quam mediator ipſe* Lux. pax triplex.
dei & hominum triplicem conciliauit.inter hominem ſcilicet & deum.inter angelos & homines.ac in-
Aug. de verbis domini. *ter iudeos & gentiles.ipſe enim eſt pax noſtra:qui fecit vtraque vnum.eſt autem pax vt docet Auguſtinus ſerenitas mentis.tranquillitas animi:ſimplicitas cordis:amoris vinculum: conſortium charitatis. Nec poterit ad hereditatem domini pertinere:qui teſtamentum pacis noluerit obſeruare.nec poteſt ha-* pax quid eſt & eius laudes.

bere

bere concordiam cum Chriſto:qui diſcors voluerit eſſe cum Chriſtiano.beati.n. pacifici quoniam filij dei vocabuntur. tumidos flatus ſuperbie. nam beati pauperes ſpiritu,quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* vanę laudis.mundana,ſcilicet laudem vero quæ eſt a deo licet expectare.* mortales opes.quæ*

diuitiæ ueræ.

& ipſæ cito pereunt.& dominis plerunq; mortis cauſa exiſtunt. honores ſimiliter mundi huius: quos ambitioſi ſuſpirant cæleſtes autem honores licet præſtolari.vnde Gregorius ſi vere diuites eſſe cupitis: veras diuitias amate.ſolæ autem diuitiæ veræ ſunt:quæ nos diuites virtutibus faciunt. ſi culmen veri honoris quæritis: ad cæleſte regnum tendite.: ſi gloriam dignitatum diligitis: in illa ſuperna angelorum curia aſcribi feſtinate.* paruoq; beati. modicis quippe natura ipſa contenta eſt.* diu nihil mortæ,ſententia mezentij ad equum Rhebum.tamen & naturalis & vera.nam.mille anni ante oculos domini(vt ait Propheta)tanquàm dies externa quæ preterijt.& homo (inquit Iob) natus de muliere, breui viuens tempore:repletur multis miſerijs. hinc dicebat Gregorius ſi conſideremus fratres charissimi,quæ & quanta ſunt,quæ nobis promittuntur in cœlis: vileſcunt animo omnia quæ habentur in terris. Terrena nanque ſubſtantia ſupernæ fœlicitati comparata,pondus eſt,& non ſubſidium: ſic etiam & temporalis vita æternæ vitæ comparata: mors eſt potius dicenda quàm vita. ipſe enim quottidianus defectus corruptionis quid eſt aliud quàm quædam prolixitas mortis? hic, ideſt in hoc mundo.* haud propriæ ſedes.huic ſimile eſt illud Apoſtoli.non habemus hic ciuitatem manentem: ſed futuram inquirimus.* longum.quinimo in perpetuum & ęternum annum.quia regni eius non erit finis.* regna cæleſtia ſcilicet.* manent nos expectant.* graues artus.grauis quidem ſarcina iuſtis hæc caro mortalis videtur.vnde Paulus.cupio(dicebat)diſſolui.& eſſe cum Chriſto.& alibi exclamabat. Infœlix ego homo:quis me liberabit de corpore mortis huius?* melioribus oris.Quæ autem lingua (inquit Gregorius) dicere,vel quis intellectus capere ſufficit illa ſupernæ fœlicitatis quanta ſint gaudia? angelorū choris intereſſe:cum beatiſſimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſiſtere:præſentem dei vultum cernere, incircumſcriptum lumen videre: nullo mortis metu affici:incorruptionis perpetuæ munere lętari.vbi demum ſunt omnia bona,& nulla mala.* rerum cæleſtium,non terrenarum.*peritura voluptas, de quā Pſal.inebriabuntur ab vbertate domus tuæ:& torrente voluptatis tuæ potabis eos. quoniam apud te eſt fons vitæ. & in lumine tuo*

greg. in homel. 60.

diu nihil eſt.

æne.lib.10

greg.in ho. de uno martyre.

Rom. 7.

gaudia cæleſtis patriæ.

Pſal. 35.

Et duris vitam aſſueti,paruoq; beati
Pauperiem tolerate: breuis quæcunq; voluptas
Iſta adeò,atq; diu nihil eſt mortalibus ægris.
Vobis haud propriæ hic ſedes,conceſſaq; longùm
Regna,manent meliora,graues vbi ſoluerit artus
Mors anima,vos ſtelligera pater optimus aula
Protinus excipiet lætos melioribus oris,
Pax vbi tranquilla,& cunctarum opulentia rerum,
Et ſecura quies,numquam peritura voluptas.
Et dubitet tanta quiſquam mercede laborem
Ferre breuem,terriſq; ſequi me ſponte relictis?
Ad ueras emergere opes, emergere honores
Tendite,quos nulli caſus,nulla auferat ætas.
Eſte pii:inter vos mentem exercete benignam,
Inq; vicem placati animis miſereſcite veſtri.
Tum longè prohibete iras, odiiſq; ferendo
Parcite,rumoreſq; vagos contemnite vulgi.
Nulli fas ideo accepto pro vulnere vulnus

Eſaiæ 64.
1. Cor. 2.

2. ad Tim. 3.
2. petri.c.2

videbimus lumen. tanta mercede.de qua Apoſtolus. nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit: quæ pręparauit deus diligētibus ſe. *emergere,conſcendere.& eſt myſtica tranſlatio.nam hoc ſeculum mare dicitur.vnde emergimus quando ad cæleſtia anhelamus.* tendite pro contendite,iuxta illud contendite intrare per anguſtam portam: quæ ducit ad vitam:etenim regnum cælorum vim patitur. & violenti rapiunt illud.*eſte pij.& ſi dicatur. omnes qui pie volūt viuere in Chriſto perſecutiones patientur.reſpondendum eſt ex verbis Petri. quòd nouit deus pios de temptatione eripere.* mentem benignam.inuicem diligentes:inuicem condonantes ſi quis aduerſum aliquem habet querelam. & inuicem alter alterius onera portantes: quòd eſt verè alter alterius lauare pedes.* iras.etenim qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio. quod tamen ſine cauſa intelligendum eſſe docet Auguſtinus.* odijs.nam qui odit fratrem ſuum,homicida eſt.& qui dixerit quoniam diligit deum,& fratrem ſuum odit,mendax eſt.* vulgi. quia varium & mutabile vulgus. nunc laudat nunc eundem vituperat.exemplum capite a domino noſtro Ieſu Chriſto.cui tanquàm regi canebant in die palmarum.Oſanna filio Dauid.benedictus qui venit in nomine domini.& mox infra.vi. dies. velut ſeductorem crucifigi magnis vocibus expoſtulabant.nec ceſſauerunt ab hoc peſſimo clamore: donec extorſerunt*

alter alt, on, port, & lauare pedes.

vulgus uarium

1 Io. epiſt. c.3.& 4.

torſerunt iniuſtiſſimam eius necem.ipſo iudice renitente & innoxium aclamante. vulnus reddere. ſic
habetur in Matth.audiſtis quia dictum eſt oculum pro oculo: ego autem dico vobis non reſiſtere malo:* ſiquis percuſ, te in max:p,or & alt,
ſed ſiquis te percuſſerit in dexteram maxillam:prabe illi & alteram. ictum ſecundum,colaphum alte-
rum.ſed quare ipſe dominus (quo nullum excellentius patientia exemplum inueniri poteſt) alapa per-
cuſſus:non dixit ecce alteram maxillam? ſed ait.ſi male locutus ſum teſtimonium perhibe de malo. ſin*
Aug in lib. contra mẽdaces. & in ſerm. d. in monte. *autem bene,quid me cedis? oſtendis itaq; (vt docet Auguſtinus) illam præparationem alterius maxil
læ in corde faciendam.& non ſemper opere ipſo exhibendam.niſi quando is qui patitur, viderit expedi
re.nam & ipſe dominus tunc erat paratus non ſolum in alteram maxillam cedi.ſed in toto corpore cru
cifigi.vt paulo poſt oſtendit.quando tanquàm agnus coram tondente ſe,non aperuit os ſuum.dum illu-
deretur,alapizaretur,flagellaretur,& demum cruci horrendæ affigeretur.* alij.vt mundi huius ama-* Romani ambicioſi ac iactabundi.
tores,cupidi,& ambicioſi,quales fuere olim penè omnes Romani. pulchram mortem: quæ illis pulchra*
Matth. 5. *videtur.* at tu Chriſti fidelis.& hic tangit aliud dominicum præceptum. Audiſtis quia dictum eſt anti*

Reddere: præſtiterit verò pulſantibus vltro
Seſe offerre,genisq; ictum expectare ſecundum.
Vana alii certent armis pro laude, nocensq;
Ferrũ acuant,pulchramq; petant per vulnera mortẽ.
At tu mortales nullo diſcrimine amare
Diſce omnes,pacemq; inglorius hoſtibus opta.
Nec tibi ventoſæ ſint tanti murmura famæ.
Omnibus in primis ſit mens interrita leti,
Nullaq; vos animis duros vis auocet æquo.
Terrenos artus homines,moribundaq; membra
Interdum extinxiſſe queant,& perdere ferro.
Tuta anima ipſa manet duræ haud obnoxia morti.
Et vos omnipotens cœlo pater aſpicit alto,
Auertitq; malis, cuius ſine numine veſtrum
Haud hominum quiſquam valeat diuellere crinem.
Summiſſos vos hunc vnum fas vſq; vereri,
Huic ò ritè preces,huic digna piacula ferte,
Cui mare,cui tellus,campisq; patentibus aer
Obſequitur,nitidiq; tremit plaga lucida cœli.
Huic procumbite humi,proſtrati huic pandite vota.
Vos ſiquidem æternis etiam poſt funera pœnis
Ipſe poteſt ſontes ſub tetro vrgere barathro.
Nec timor admiſſos cuiquam ſit adire leones,
Seclaq; pictarum ſæuiſſima pantherarum.
Ite mei obiectu protecti nominis: ite
Math 10. Aduerſum intrepidi: manſueſcent protinus vrſi,
Veſtraq; parcentes allambent vulnera lingua.

quis. diliges proximum tuum: & odio habebis inimicum tuũ. ego autem dico vobis. diligite inimicos veſtros:benefacite his qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus,& calumniantibus vos.vt ſitis filij patris veſtri: qui in cælis eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos et malos. & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. nullo diſcrimine, abſque delectu amici vel inimici. nam ſi inimicus eſt, amare eum debes: quia exercendo te ducit ad vitam æternam.ſi amicus eſt dignus eſt vt ametur,& tecum ad regnũ vt perducatur.* inglorius in hoc mundo & iuxta mundi amatorum opinionem, qui ſeſe non vindicantes ingloriòs ac puſillanimes cenſent.cæterum æterna non carebunt gloria.* ventoſæ famæ. nam quid recordius, res precioſas dare, & graues labores, & pro mercede inanem ventum recipere? * extinxiſſe queant. hoc eſt quod dicit dominus in Euãgelio. Nolite timere eos qui occidunt cor*

inimici diligendi.

Inanis gloria.

Deus non homo timendus.

pus:animam non poſſunt occidere.ſed potius timete eum: qui poteſt animam & corpus perdere in ge-
Lucæ.21. & Mat. 10. *hennam.* diuellere crinem.nam & capillus de capite veſtro non peribit,ait dominus.& alibi. & ca-
pilli capitis veſtri omnes numerati ſunt.* hunc vnum,deum ſcilicet.* digna piacula,ſacrificia,cordis con
triti,& humiliati,fructusq; dignos pœnitentiæ.* plaga lucida cœli.* regio luminum cæleſtium. olym-
pus & beatorum ſedes.* pandite vota manifeſtate deſideria veſtra humili prece.* vos ſiquidem. idem*
Lucæ.12. *quod modo diximus dominũ dixiſſe.& ſub alijs verbis refert Lucas.dico vobis amicis meis,ne terreami
ni ab his qui occidunt corpus:& poſt hęc non habent amplius quid faciant.oſtendam autem vobis,quẽ
timeatis.timete eum qui poſtquàm occiderit:habet poteſtatem mittere in gehennam. ita dico vobis hũc
timete.* ſontes,peccatores,& infideles:ſi eum metu pœnæ pręſentis abnegaueritis.* tetro baratro. ſub
obſcuro inferno.* leones,quibus ſæpe ſancti martyres ab Imperatoribus Romanis obiecti ſunt.* panthe-
rarum.Hyrcaniæ & Mediæ ſunt hæc animalia prorſus fera:pellis maculoſa.quibus etiam aliqui marty* Panthera.
res a ſæuis perſecutoribus Chriſtiani nominis,dilaniandi obiecti ſunt. allambent vulnera.ſicut ex hiſto*

rijs

Vitus & Modeſtus

rũs martyrum legimus, ſæpe factum eſt hoc: in paſſione beatorum Viti & Modeſti dicitur, quòd cum Imperator Diocletianus iuſſiſſet eis dimitti Leonem ferociſſimum, is mox ad pedes eorum cecidit: & lingua pedes martyrũ lingere cepit. ſic & cũ duo ſubreguli Abdon & Sennez ex Corduba ciuitate Perſarum Romam a Decio vincti eſſent deducti, & pro Chriſti nomine iuſſu Imperatoris atq; præfecti Valeriani introducti ſunt in amphitheatrum, & dimiſſi ſunt eis Leones duo & Vrſi quattuor, qui rugientes venerunt ad pedes ſanctorum, & nullatenus lædebant, nec ab eis recedebant, ſed magis cuſtodiebãt eos. * *Quin humiles victus cur, i. deponite ſollicitudinem, ne vobis deficiant alimenta & indumẽta. hic*

ſollicitudo reijcienda.

autem ponuntur quæ a domino dicta fuiſſe referunt Mattheus & Lucas. Ne ſolliciti (ait) ſitis animæ veſtræ quid manducetis: neq; corpori veſtro, quid induamini. nonne anima plus eſt quàm eſca: & corpus pluſquam veſtimentum? reſpicite volatilia cœli, quę non ſerunt, neq; metunt: neq; congregant in horrea. & pater veſter cœleſtis paſcit illa: nonne vos magis pluris eſtis illis? Et de veſtimentis quid ſolliciti eſtis? conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt. non laborant: neq; nent. dico autem vobis: quoniam neq; Salomon in omni gloria ſua coopertum eſt ſicut vnum ex iſtis. ſi enim fœnum agri quod hodie eſt: & cras in clibanum mittitur, deus ſic veſtit: quanto magis vos modicæ fidei? eſt autem attendendum vt docent doctores ſancti: quòd non prohibuit dominus laborem corporalem vt victum & veſtitũ

labor amplectẽdus.

acquiramus. cum præceperit ipſe. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. & Apoſtolus præcipiat: qui non vult operari: non manducet. ac vt ex ſeipſo nobis exemplum præberet ait: Scitis ipſi quomodo oporteat vos imitari nos: quia non inquieti fuimus inter vos neq; panem ab aliquo gratis manducauimus: ſed in labore & fatigatione die ac nocte laborantes: ne quem veſtrum grauaremus: non quia nõ habuimus poteſtatem: ſed vt nos ipſos formam daremus vobis: qua nos imitaremini: nam & cum eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis: quoniã ſiquis non vult operari, nõ mãducet. ſenſus ergo eſt verborũ domini. ne cura temporalium retrahamur ab æternis. labor quidem exercendus eſt: ſed anxia animi ſollicitudo tollenda eſt. quia nõ ſollicitudinibus ſpiritualibus, ſed laboribus corporis acquirendus eſt panis. qui laborantibus pro premio diligentiæ deo pręſtante abundat. & negligentibus pro pœna deo faciente ſubducitur.

Quin humiles victus animis ſecludite curas.
Obſeruate genus pecudum, genus altiuolantum,
Nullæ illis artes, nulla illis cura futuri.
Non tamen aut tegimen, victus aut copia deſit.
Omnia diues alit rerum ſator, omnia curat.
Ille etiam iniuſſo tellurem gramine veſtit
Floribus appingens ſata verſicoloribus arua,
Arboribusq; comas, atq; vmbras montibus addit.
Fraudes inſidiæq; abſint, ac fœda libido,
Neue modum ſupra menſis gaudete paratis,
Deſidiasq; animis, atq; ocia pellite veſtris.

Hierony. Chriſoſt. ſuper matth. cap. 6.

** pecudum generaliter intellige animalium quorumcũnque irrationabilium. * altiuolantum volucrum omnium. nec obſtat ſi dixeris formicas vel apes æſtate laborare, vt in hyeme habeant alimenta. quia nec hæ volucrum numero, nec illæ pecudum continentur. ſed reptilium & inſectorum græce ἔντομα vocantur. * rerum ſator. curator & ſeruator omnium. vbi ſunt qui aſſerunt deum facta hominum non curare? cum ſolicita eius cura teſte filio dei paſcat volatilia cœli? * iniuſſo gramine, ſuapte herba prouenienti, maxime veris tempore. * floribus. qui paulatim in foliculis ſuis candorem, ruborem, cæteroſque viſu pulcherrimos induunt colores. re uera enim quod ſericũ, quæ regum purpura, quæ pictura textricum poteſt floribus comparari? quid ita rubet vt roſa? quid ita candet vt lilium? violæ vero purpuram nullo ſuperari murice poſſe magis oculorum quàm ſermonis indicium eſt. ſi ergo dei prouidentia in veſtiendis floribus ita relucet, quanto magis in operiendis hominibus, & maxime ſeruis ſuis operoſa erit? * fraudes. inſ. nam his prouocatus deus alimenta & veſtes mortalibus denegat in pœnam proteruiæ illorum, vel vt ſaltem penuria vexati reſipiſcant. * ſupra modum. tunc enim longi temporis victum breuis hora conſumit. materiamq; vitijs quàmplurimis prę-ſtant luxurioſa conuiuia. hinc diues epulo qui epulabatur quottidie ſplendide, ſepultus eſt in inferno. bene ergo Apoſtolus monuit dicens. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus: non in cubilibus, & impudicitijs. ſed induimini dominum Ieſum Chriſtum. * ocia. ea ſunt propter quę homines in peccata priſtina relabuntur. nam cum per pœnitentiam & reconciliatam gratiam immundus ſpiritus ab homine eſt effugatus: iterum redit ad eum dicens. reuertar in domum meam: vnde exiui. & cum inuenerit eam vacantem. i. ocioſam à bonis operibus, ſumptis alijs nequioribus ſe ſpiritibus intrat in illam: & fiunt nouiſſima hominis illius, peiora prioribus. quare bene monebat Hieronymus vt ſemper aut legamus, ſcriba-*

curat oĩa deus. — flores. — Hierony. — conuiuia luxurioſa. — ocia fugienda.

muſve

muſve aut aliquid boni operis faciamus. ne tentator vnquàm nos inueniat ocioſos. libidinibus autem maxime amica ſunt ocia. vnde poeta. ocia ſi tollas: periere cupidinis arma. & alius. virtutes pellunt ocia pluma gula. vetitos thalamos. Omnem illicitam venerem intelligit, hinc & Ioannes Baptiſta redarguebat Herodem quòd fratris Phylippi adhuc viuentis præripuiſſet vxorem.* inconceſſumq; cubile. maximeq; adulterinum. vnde Auguſtinus quid in omnibus adulterio grauius? inceſtuoſumq; & contra naturam. quæ propter, in vrbes totas ſæpe vindicatum eſt.* affectate. nam ſola concupiſcentia peccatum eſt. vnde dominus dixiſſe legitur. ſiquis viderit mulierem ad concupiſcendum eam: iam mœchatus eſt in corde ſuo.* ſitis alieni auri. hæc eſt illa dira ſitis, & obſcena fames, quæ mortales in omne nephas vrget. hæc eſt auaritia idolorum ſeruitus: hæc eſt cupiditas radix omnium malorum et omnis peccati fomes. hinc dominus dicebat. videte & cauete ab omni auaritia. quia non in abundantia cuiuſquàm vita eius eſt ex his quæ poſſidet.* ſpes interdictas alienarum rerum. nam & in dominii præceptis eſt. alienum noli concupiſcere.* vota quibus captantur vel appetuntur aliena.* Quid dicam. phariſeos hic notat, cæteroſq; eius temporis hypochritas, qui ſimulata religione auaritiam obtegebant. & falſa quadã imagine ſanctitatis ſcelera ſua cooperiebant. de quibus abundè ſuprà dictum eſt.* talem peſtem. quia ſimulata ſanctitas (vt ait Hieronymus) duplex eſt iniquitas. cauete (inquit dominus) a fermento phariſeorum quod eſt hypocriſis. nihil eſt enim opertum quod non reueletur. & occultum quod non ſciatur.* cohibete oculos à vanis aſpectibus. etenim Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. quòd ſi oculus tuus fuerit ſimplex: totum corpus tuum lucidum erit, non habens aliquam partem maculoſam. quòd ſi oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebroſum erit. & ſi lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt: ipſæ tenebræ quantæ erũt? auerte igitur oculos tuos ne videant vanitatem. ne mors intret per feneſtras tuas. & dicas cũ propheta. Oculus meus deprædatus eſt animam meam. experto credite. ſi regius vates eximius ſanctitate auertiſſet oculos ſuos a vana pulchritudine vxoris vriæ. non incidiſſet in adulteriũ, homicidium & hypocriſim: nec perpeſſus eſſet penas acerbiſſimas inde ſecutas.* vulnera ſponte animis. eſt etenim ſemita quædam ab oculis ad cor. adeo vt mox quod oculus paulo accuratius aſpexerit, id a corde concupiſcatur.* fandi amorem. quia in multiloquio non deerit peccatum. Et de omni verbo ocioſo quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. quare optime nos monet Iacobus, ſit omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum. & propheta orabat pone domine cuſtodiam ori meo: & hoſtium circumſtantiæ labijs meis.* merſit. Si Sanſon ille fortiſſimus cohibuiſſet linguam. non incidiſſet in manus Phyliſteorum. a quibus erutis oculis ludibrio eſt habitus. ſed & lingua Doec idumei perdidit ſacerdotes domini qui erant in Nobe. vrbsq; ipſa ſuccenſa eſt igni. vide Epiſtolã Iacobi Apoſtoli. vbi multa dicit de lingua indomito malo. vbi etiam dicit. ſi quis exiſtimat ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam: huius vana eſt religio.* diluite aquis baptiſmi. vel etiam poſt, lachrimis pœnitentiæ.* ſacris lymphis in ipſius Chriſti baptiſmate conſecratis. & ſanguine deinde ſuo rubricatis atq; expurgatis. etenim omnis ſacramentorum virtus a Chriſti ſanguine manat.* ipſe ego fons puriſſimus in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ reconditi: plenusq; gratiarum, vitæ, lucis, & veritatis. de cuius plenitudine ſancti omnes accipiunt. vt teſtatus eſt Ioannes Baptiſta.* liquidam vndam, non ciſternæ ſed viui fontis.* ſufficiam abundanter effundam. ſufficienter cũctis propinabo.* properate ad aquas. hoc fuit Eſaiæ vaticinium. dixit enim. omnes ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum properate, emite & comedite. venite emite abſq; argento: abſq; vlla commutatione vinum*

Nec vetitos thalamos, inconceſſumq; cubile,
Affectate, ſitisq; alieni deſinat auri.
Matth. 6. Quisq; ſuis opibus contenti viuite, & vltro
Spes interdictas, & inania ponite vota.
Ne ve autem ſcelerum facies nunc proſequar omnes,
Quid dicam, quibus eſt cordi fraus, atq; libido
Dira iuuat, ficto ſimulant tamen ore latentes
Virtutem, ſubeuntq; dolis: & crimina obumbrant?
Ne iubeo, ne talem animis aſſueſcite peſtem.
Nil adeò latet, ipſa dies quin detegat vltro.
Præterea cohibete oculos: ne quærite veſtris
Vulnera ſponte animis: fandi hinc compeſcite amorẽ,
Sepe olim incautos non lingua cohercita merſit.
Diſcite iamq; ideo poſt hac haud falſa profari,
Pſal 118. Iamq; nouos purgati animis inducite mores.
Hier. 9. Siqua tamen veteris culpæ veſtigia reſtant,
Tren. 3. Diluite, & ſacris contagia vincite lymphis.
2.Reg. xi. Ipſe ego fons veluti liquidam puriſſimus vndam

Margin notes: Matth. 5. Luce. 12 Prou. 10. Matth. 12. Iac. 1. Pſal 140. Iud 16. 1.Reg 22. Iac. 1. & 3. Eſaiæ 55.

Adulterium & grauiora crimina. — Auaritia. Cupiditas. — ſimulata ſanctitas. — oculus. — multiloquium. — lingua cohibenda. — ſacramentorũ uirtus. — Baptiſmus. — ſufficere.

num & lac.deinc ipſe dominus in Euãgelio clamabat dicens.ſiquis ſitit,veniat ad me:& bibat. Qui cre Ioan. 7.
dit in me (ſicut dicit ſcriptura) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ . hoc autem dixit de ſpiritu,
quem accepturi erant credentes in eum. properate non pedibus,ſed affectibus:nec migrando,ſed aman* Auguſt.
aque ſpiritales *do . * ad aquas.non materiales, ſed ſpirituales amabilis ſapientiæ,& gratiarum cœleſtium, & maxi-*
*me dulcis charitatis . * haurite.non ore corporis , ſed pio cordis deſiderio , & tota mentis intentione.*
** matres atque viri,indifferenter.quia anima non habet ſexum.* ſitientes.i.multum deſiderium haben* Chriſoſt.
tes:neminem namq; violenter & ex neceſſitate attrahit dominus,ſed a ſua quiſq; voluptate trahitur.
** amnem,propter abundantiam hoc dicit exuberantis gratiæ continue defluentis. ſpiritus enim gratia*
cum in mentem intrauerit:& firmata fuerit : quolibet fonte abundantius manat.& neq; deficit , neq;
euacuatur.neq; ſtat.videbit quis vtiq; hoc ad ſapientiam Stephani,ad Petri linguam inſpiciens, & ad
Pauli fluxum.nihil enim eos detinebat.ſed ſicut flumina , multo impetu delati omnia ſecum trahentes
ſapientia uocat omnes. *abibant.* auro argentove,nec enim venalis eſt ſpiritus ſancti gratia.quinimo nihil magis odit quàm ſi-*
moniacum emptorem,vel gieziacum venditorem. omnibus.diuitibus & pauperibus.liberis & ſeruis.*
Iudeis & gentibus.Græcis & Barbaris.nullum excludit : neminem aſpernatur.non ętatem,nõ ſexum,
non generis nobilitatem,vel ignobilitatem diſcernit.vnuſquiſq; tantum haurit quantum deſiderat. lę*
*ti vias. mortis ęternæ præcipitia . * ita bibita huius fontis aqua ſaluberrima . * mihi tanquàm homini*
Filius a patre omnia habet. *& hominis filio.nam in omnibus dat gloriam patri ſe homine maiori.* prædixit genitor.hoc eſt quod in* Ioan 7.
Euangelio ſub alijs verbis dixit. mea doctrina non eſt mea ſed eius qui miſit me patris. voce veridica.* Ioan, 7.
vtpote qui a ſemetipſo non loquebatur : vt is qui gloriam propriam quærit . ſed vt is qui gloriam eius
quærebat,a quo miſſus fuerat.ideoq; verax erat.& iniuſtitia non erat in illo. verba omnia.non cre-*
dis (dicebat dominus Philippo) quia ego in patre & pater in me eſt ? verba quæ ego loquor vobis : à Ioan. 14.
*meipſo non loquor. pater autem in me manens , ipſe facit opera. * ab illo fonte ſapientiæ diuinitatis &*
lucis . nam vnde habet filius dei,verbum patris,lux lucis & lumen de lumine diuinitatem: inde & vir
tutem,& ſapientiam.quia non de filio pater,ſed de patre genitus eſt filius:deus verus de deo vero.coe
victimæ an placeant deo. *qualis,coeternus,& conſubſtantialis patri.* nõ viſceribus.i.carnibus,vel extis hircorum, aut taurorũ:*
de quibus & ſupra ſæpe dictum eſt.& Eſaias hoc fuerat vaticinatus his verbis. Audite verbum domi Eſaię. 1.
ni principes ſodomorum:percipite auribus legem dei veſtri populus gomorræ. Quo mihi multitudinem
victimarum veſtrarum dicit dominus? plenus ſum:holocauſta arietum & adipem pinguium, & ſan-
guinem vitulorum,& agnorum,& hircorum nolui.& poſt pauca. Neomeniam,& ſabbatum, & feſti
uitates alias non feram.Iniqui ſunt cœtus veſtri. Calendas veſtras & ſolemnitates veſtras odiuit ani
ma mea.facta ſunt mihi moleſta &c. pacem.i.peccatorum veniam.* & modus orandi.legimus in Euã* Lucæ. xi.
gelio ꝙ cum eſſet dominus in quodam loco orans.vt ceſſauit:dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum.Domi Math. 6.
pater noſter. *ne doce nos orare. ſicut docuit Ioannes diſcipulos ſuos.& ait illis . Cum oratis dicite : Pater noſter qui*
*es in cœlis &c. * omnipotens genitor . idem eſt ꝙ pater noſter . cum in omni deprecatione beneuolentia*
concilianda ſit eius quem deprecamur.deinde preces exponendæ.per laudem autem illius ad quem ora-
tio dirigitur ſolet beniuolentia conciliari.& hoc in principio poni ſolet orationis.in quo nihil aliud nos

Sufficiam : properate ad aquas : haurite liquentem
Matres atq; viri ſitientes protinus amnem .
Ferte pedem huc omnes:nec opus potantibus auro,
Argentoúe : mei fontis patet omnibus vnda .
Sic leti vitate vias,ita ſydera aditur,
Sydereasq; domos,mutari neſcia regna.
Hæc mihi prædixit genitor,quę voce monerem
Veridica :ſunt fonte mihi verba omnia ab illo.
Talia dicta dabat,cœli ſuper omnia regem
Placandum non viſceribus,non ſanguine cæſo ,
Sed votis,præcibusq; iubens expoſcere pacem.
Et modus orandi quiſnam foret ille canebat
Omnipotens genitor,ſedes cui lucidus ęther,

dominus dicere iuſſit niſi.pater noſter . inſinuatus eſt quidem deus Iſraeli populo, ſed vt domi-nus ſeruis . nobis vero qui (vt ait Apoſtolus) ſpiritum adoptionis accepimus:& poteſtatem filios dei fieri pręceptũ eſt vt dicamus Abba pater . quo nomine etiam charitas excitatur.quid enim carius et dulcius debet eſſe filijs quàm talis pater? quo verbo etiam præſupponitur certa impetrandi fiducia. quid enim non det filijs petentibus pater ? ut non tanto
patre ſint indigni.dici deinde iubet,noſter,& non meus.quia pacis & unitatis magiſter noluit priuatã
precem fieri, ſed publicam & communem omnibus.quia omnes unum ſumus . & pręterea pro ſe tantũ

orare

orare neceſſitas cogit: pro omnibus vero charitas fraternitatis hortatur. dulcior autem ante deum eſt oratio: quam charitas fraternitatis commendat. quam ea qua a neceſſitate vi elijcitur, & tranſmittitur. poſtremo dici vult noſter. vt diuites, potentes ſæculi, ac genere nobiles, non ſuperbiant, ſed agnoſcant pauperum infirmorum & ignobilium Christifidelium ſeſe fratres eſſe: cum patrem eundem deū, eandemq; matrem vocent Eccleſiam. ſedes cui lucidus æther. i. qui es in cælis. non quòd illic tantum ſit deus: ſed vt ad cæleſtem regionem in qua deo fruuntur cæleſtes ſpiritus & animæ ſanctorum, nos quoque terrenarum rerum amore abiecto ſummo deſiderio properemus. ſimul et vt ſciamus, quoniam ſi ſancti & iuſti fuerimus cælorum appellatione dignabimur: & tunc in nobis erit deus, ſicut in alijs iuſtis qui cæli appellantur (iuxta illud) cæli. i. apoſtoli enarrant gloriam, dei* ſic nomen, lau, i. ſanctificetur nomen tuum. vij. ſunt petitiones in hac oratione dominica. quarum prima hæc eſt. quæ ad gloriā dei pertinet. & huius ſenſus eſt duplex. primus quem vates hic ſecutus eſt. vt ſanctum ita apud omnes innoteſcat nomen domini. vt nihil aliud ſanctius vſpiam exiſtimetur. alter ſenſus eſt. vt rogemus nomen eius ſanctificari in nobis, & propter nos. vt impleatur quòd ipſe dixit. ſancti eſtote quia ego ſanctus ſum. petimus itaq; vt qui in baptiſmo ſanctificati ſimus, perſeuerātes in bonis operibus magis ac magis in dies*
ad Rom 2. *ſanctificemur: quæ res haud dubium eſt. quin ad gloriam dei pertineat, nam ſi (vt ait Apoſtolus) propter eos qui male viuunt, nomen dei blaſphematur inter gentes, nonne & ſi ſanctè vixerimus, nomē dei per nos ſanctificabitur inter infideles?* Et promiſſa orbi in, pro, lu, idem eſt. quòd adueniat regnum tuum.* regnum Christi.
Pſal. 144. *illud vtiq; regnum tuum cæleſte. de quo cecinit Regius vates. ſancti tui benedicant tibi: gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam: & gloriam magnificentiæ regni tui, Regnum tuum regnum omnium ſæculorum & dominatio tua in omni generatione & generationem. illud vtiq; regnum quod pollicetur in Euang. venturum ad iudicium, & mox daturū ſe nobis. venite (inquiet) benedicti patri mei. & poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. interim etiam petimus vt non regnet peccatū in noſtro mortali corpore: ſed regnet ipſe deus. quod vtiq; fit optimè. qū non facimus quod volumus nos: ſed quod vult ipſe deus. iccirco bene ſequitur *Cum tua non m, i, t, g, ius, fa. M, q, c, ti, in ath. parent, perinde eſt ac ſi dicamus. fiat voluntas tua ſicut in cælo, & in terra. i. ſicut in Angelis; qui ſunt in cælo, voluntas tua ſit, vt te perfruantur, nullo errore obnubilante eorum ſapientiam: nulla miſeria impediente eorū beatitudinē. ita fiat in ſanctis tuis: qui in terra ſunt: & de terra (quantū ad corpus attinet) facti ſunt. item fiat voluntas tua. i. obediatur præceptis tuis. ſicut in cælo. i. ab Angelis. & in terra. i. ab hominibus qui de terra ſunt & viuūt in terra. Itē. ſicut in cælo. i. in iuſtis. & in terra. i. in peccatoribus. qui terrā tantū intuenī. nihil cæleſtia curātes. vel per cælū & terrā accipiamus Chriſtū, & Eccleſiā: ſpiritū, & carnē. i. ſicut in ipſo Chriſto facta eſt voluntas tua redēptionis humanæ. ſic fiat in ipſa Eccleſia adhuc in terris militante volūtas tua glorificationis eius. & ſicut ſpiritus nō reſiſtit deo: ſed libēter facit voluntatē eius. ita & caro nō reſiſtat ſpiritui; ſed iugiter obſequatū eius voluntati. Eſt aūt aduertendū (vt docet Chriſoſt.) hoc, ſicut in cælo & in terra, ad oīa ſuperiora referendū eſſe. hoc pacto. Sāctificetū nomen tuū: ſicut in cælo, & in terra. Adueniat regnū tuū ſicut in cælo, & in terra. & fiat volūtas tua ſicut in cælo, & in terra.* Nos diuina ho, cœ, da, ref, ab alto, idē eſt. ac panē noſtrū ſuperſubſtantialē da nobis hodie. panē itaq; i. alimentū aīæ q eſt verbū dei. vn̄ & dictū eſt. cibauit illos dn̄s pane vitæ, & intellectus. itē nō in ſolo pane viuit homo: ſed. i omni verbo quod procedit de ore dei. & panē. i. eſcā ſpiritus ſpūalem: ſanctā videlicet Euchariſtiā panē viuum, qui de cælo deſcendit. item tertio panem, corporis cibum & omnia quæ corpori ſunt neceſſaria. noſtrum autem ideo dicimus. quia & ſi dei eſt ex munere, fit tamē noſter ex acceptatione. item noſtrū. quia panis qui a deo datur tantū iuſtorū eſt. impiorū vero qui per rapinā, et fraudes diabolo inſtigante acquiritur. & rurſus noſtrū, quia ſcriptum eſt. labores impiorū iuſti edent. & labores manuū tuarum, quia manducabis: beatus es. & bene tibi erit. impij verò ſemp manducant alienū panē. ſuperſubſtātialē quoq; ideo dicimus quia panis ille cæleſtis, ſuper omnes ſubſtantias fit. & vniuerſas ſuperet creaturas. pro qua dictione & in Euang. Lucæ, & in ſermone cōmuni. dicitur quottidianū, quaſi quo quottidie indigemus. & hæc dictio triplici alimēto de quo ſupra dictū eſt magis apte conuenit. ea vero dictio, ſuperſubſtantialem, non niſi verbo dei & corpori dn̄i, congruere videt. ſed ne fortè quis putaret corporis eſcam à deo*

Sic nomen, laudeſq; tuæ celebrentur vbiq;,
Et promiſſa orbi incipiant procedere luſtra,
Cum tua non minus in terris gens iuſſa faceſſat
Mortalis, quám cœlicolæ tibi in æthere parent.
Nos diuina hodie cœlò dape reffice ab alto.

non eſſe petendam.iccirco potius dicimus panem noſtrum quottidianum:q̄ ſuperſubſtantialem, et ne for ſè quis rudis exiſtimaret ſolum panem hunc materialem morituri corporis cibum a deo eſſe petendum. & non potius de eſca ſpirituali animæ in æternum victuræ ſollicitos eſſe debere, iccirco dixit Mattheus ſuperſubſtantialem panem a deo petendum eſſe. da nobis hodie,etiā ob hoc dicimus vt ſufficientiæ præſentis temporis contenti, non conteramus nos ipſos ſuperuenientium dierum ſollicita anxietate. ne ſolliciti ſimus animę noſtrę dicentes,quid manducabimus? quid bibemus? aut quo operiemur? ſed potius totum cogitatum noſtrum in domino iactemus. ſcientes quia illi cura eſt de nobis.* parce deinc b, vt n, ig, ip, hoſtibus,quòd idem ſignificet. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.poſt ſubſidium cibi,petitur & venia delicti.ne tantum præſenti vitę, ſed potius æternæ cōſulatur.ad quam venire non poſſumus:niſi nobis peccata donentur.quæ debita dominus appellat. ſicut & ibi.ſerue nequam omne debitum dimiſi tibi:quia rogaſti me. hoc enim (vt ait Gregorius) nō de pecunia dicitur.ſed de omnibus:quæ in nos quiſq; peccat.qui ergo pro peccatis nos orare docuit, paternā miſericordiam promiſſit.ſed planè addidit legem certa conditione nos conſtringens: vt ſic nobis debita dimitti poſtulemus: ſecundum quod & ipſi debitoribus noſtris dimittimus.vt profectò bonum, quod a deo compuncti petimus:hoc primum proximo conuerſi faciamus.ſed qua ſpe orat, qui inimicitiā aduerſus alterum ſeruat,a quo forſitan eſt leſus? ſicut enim ipſe orans mentitur.nam dicit remitto & non remittit.Sic & a deo petit indulgentiam,& non illi indulgetur. Sed multi nolentes dare veniam peccantibus in ſe,fugiunt iſtam orationem orare: ſtulti omnino.primo quia qui non ſic orat,vt docuit Chriſtus.non eſt Chriſti diſcipulus.item quia nec pater libenter exaudit orationem,quam filius non dictauerit,vel ſaltē quæ ſenſu illi non conuenit.* ac nullis ad,ob,in,tentando.i. & ne nos inducas in tentationē i.ne nos patiaris induci in tentationem.non enim deus (qui vt ait Iacobus Apoſtolus intētator eſt malorū) per ſeipſum quēpiam inducit in tentationē:ſed patitur induci eum quem ſuo auxilio deſeruerit,iuſto quod ipſe nouit iudicio.verum longè aliud eſt tentari, aliud in tentationem induci. tentatur autem vnuſquiſq; a propria conſcientia abſtractus & illectus.nam ſine tentatione probatus eſſe nemo poteſt. vnde ſcriptum eſt.Fili accedens ad ſeruitutē dei,præpara animam tuam tentationibus. non itaq; ſic oramus,vt non tentemur.ſed ne in tentationem inducamur.induceremur autem ſi tales incideremus: quales ferre non poſſemus.quod fieret:ſi deſerti illius adiutorio alicui tentationi vel cōſentiremus decepti. vel ſuccumberemus afflicti.verùm ſi infirmitatem noſtram humiliter recognoſcentes, agonem noſtrum deo commendauerimus.& dixerimus. domine imbecilles ſumus, ne nos inducas in tentationem. fidelis eſt Deus (vt ait Paulus) qui non patietur nos tentari ſupra id quod poſſumus ſuſtinere.quin faciet etiam potius cū tentatione prouentū. vt valeamus ſuſtinere.* prohibe a nobis ſed cuncta pericla.hoc eſt.ſed libera nos a malo.poſt omnia quidem ſupradicta in conſumatione orationis venit clauſula vniuerſas preces noſtras collecta breuitate concludens.quæ tam late patet, vt homo in qualibet tribulatione conſtitutus in hoc gemitus edat,in hoc lachrimas effundat,& in hoc clamorem extollat.libera nos a malo.ſi ne ergo vexamur a diabolo.dicamus libera nos a malo.ſiue confundimur a graui peccato.Oremus,libera nos a malo.ſeu tribulemur a mundo.ſeu irritemur a carnis concupiſcentia,ab hoſte domeſtico.& demum a quacunq; affligamur anguſtia,clamemus:libera nos a malo.Sequitur,amen,quo non ſolū orationis finis,ſed & deſideriū orantis exprimit & eſt ſignaculū dn̄icæ orationis.interpretatur.n. Amen.ſinis,vtinā,fideliter & verè.nemo exiſtimet me ex ſenſu meo dn̄icæ orationi hanc interpretationem adhibuiſſe(nec enim mihi copia tāti eſt ingenij) verum ex catholicis doctoribus decerptam eſſe cognoſcat. quos ideo vt moris eſt mei ſigillatim in margine non notaui. quia ſaltim & paululum quiddā ex oībus velut ex varijs floribus apes ſolent hæc q̄ breuiſſime potui,& in quoddā cōpendiolum collegi.ne verboſos cōmētarios texere viderer.

greg.in 10. mor.

Iacobus in epiſtola.

1.ad Cor. 10.

Amen.

Parce dehinc bonus,vt noſtris ignoſcimus ipſi
Hoſtibus,ac nullis aduerſis obijce inermes
Tentando,prohibe à nobis ſed cuncta pericla.
Addidit & ventura canens,fore,cum vagus olim

ſigna ante iudicium.

ſed iā ad vatē redeamus.* addidit & vētura canens.terribilia q̄ precedent aduentū dn̄i ad iudiciū ſigna ſubiūgit auribus iudicis Io. vt illū maxime ab uniuſta condēnatione dn̄i & magiſtri ſui abſterreat.* fore.futurum eſſe. nā ſemper hoc infinitum futurum tractum ſignificat,niſi forſan improprie poſitum inueniatur.* cum vagus ſol. qui quottidie ab oriente labitur in occidentem. & toto anno circa xij. ſigna Zodiaci vagatur.* exuat.i. obſcuretur: ſiue luna p eclypſim ſuppoſita,ſiue maxima nubiū denſitate:ſeu potius(vt ait Chriſoſt.) ex repētina et maiori luce crucis in cœlo apparētē:ſiue alioquouis modo.nā & aliq doctores dicūt,q quēadmodū deficiēte

fore.

ſol uagus.

Solis obſcuratio.

Origenes.

oleo

oleo paulatim lumen & deficit lucerna.ſic exardente mundo & aquas omnes etiam maris exſicante,
quibus lumen ſolis ali exiſtimatur. deficiet ex conſequenti & ipſum lumen. tametſi hoc mihi non ſa-
tis placeat: retuli tamen, vt ſicuti varia ſunt ingenia, vnusquisque capiat quod ſibi magis arridet.
Matth. 24. *certum eſt quidem quòd ſol obſcurabitur,& luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, &*
virtutes cœlorum commouebuntur, & tunc apparebit ſignum filij hominis in cœlo. crux videlicet do-
Iohelis.2. *mini. quia & dominus ipſe prædixit. & Iobel Propheta multo ante prophetauerat. his verbis. Sol*
conuertetur in tenebras, antequàm veniat dies domini magnus, & horribilis:& luna in ſanguinem.
Apoc.6. *Ioannes quoq; in Apocalipſi,ita ſcriptum reliquit. Et vidi cum aperuiſſet ſigillum ſextum.Et ecce ter*
remotus factus eſt magnus.Et ſol factus eſt niger tanquàm ſaccus cilicinus. & luna tota facta eſt ſicut
ſanguis:& ſtellæ de cœlo ceciderunt ſuper terram. ſicut ficus emittit groſſos ſuos,cum a vento magno
mouetur.Et cœlum receſſit ſicut liber inuolutus:& omnis mons & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt. lu-* luna.
na argentea,nam veluti ſol aureus dicitur:quia fulget ſuper omnia luminaria, ceu aurum ſuper cũcta
metalla. ſic & luna dicitur argentea: ꝙ ſicuti argentum inter metalla primũ poſt aurum nitoris & pre
cij teneat locum.ſic & luna inter ſydera proximum ſoli. præcipitent. pro præcipitẽtur .i. cadant. ſed* ſtellarum caſus
quomodo cadent? cum magnitudini non ſufficiat vnius earum tota terra. etenim quidam dicunt omnes
ſtellas,vel certe plures earum,maiores eſſe tota terra.quare dixerunt non ſtellas ipſas eſſe caſuras,ſed
vapores ignitos per aerem fore ita frequentes,vt putent homines ſtellas è cœlo cadere. quam rem etiã
nunc interdum.ſed raro fieri videmus.at mihi ſecurior videtur Rabani ſententia.nihil enim(ait) prohi
bet intelligi veraciter tunc ſolem & lunam cũ cæteris ſyderibus ad tempus ſuo lumine priuari. ſicut de
ſole factum conſtat tempore dñicæ paſſionis.erit ergo ſenſus.& ſtella cadẽt de cœlo.i. ſolito lumine pri
uabuntur.vnde in Marco Euang.ita ſcriptũ eſt.& ſtellæ cœli erunt decidentes .i. ſuo lumine carentes.
**lapſu certo quo ad deum,qui omnia a ſe creato certo pondere numero & menſura conſtituit.vel cer-* ſyderum error
to lapſu quo ad ſtellas in firmamento defixas.quæ ſemper cũ ipſo mũdo cui ſunt affixæ ab oriente ferunt
in occidentẽ.cæterũ ſydera.i.octauæ ſphæræ imagines cum ſuis ſtellis, incerto potius vel ſaltẽ cũ magna
difficultate deprehendendo curſu labuntur.cum & ob id græca appellatione planetæ vocentur.hoc eſt
errantia ſydera.nã interdũ ad auſtrũ,interdum ad ſeptentrionẽ, plerunq; contra mundũ: & nonnunq̃
cũ ipſo mundo ferunt.certa tñ erroris huius à deo lex eſt illis impoſita: quã minime transgrediuntur.
**viſq; ea,angelica virtus hæc eſt,cuius miniſterio voluitur orbis.nã hoc eſt quod dicitur in Euang.&* virtutes cœlorum.
virtutes cœlorum cõmouebuntur.ſuper quibus verbis dicit Hieronymus per virtutes aũt cœlorũ,ange
lorũ multitudines intelligimus.qui(vt ait Chriſoſt.)valde decenter cõmouebuntur.vel cõcutientẽ, vi-
dentes tantã tranſmutationẽ fieri:& conſeruos ſuos puniri.& orbẽ terrarũ terribili aſſiſtentẽ iudicio.
**irrequietos orbes.vij.videlicet planetarũ ſphæras,quæ continuo motu ſub firmamẽto voluuntur.* cõ*
ciet.i.conſono lapſu circũfert.ita vt inuicem minime impingantur.huic illa harmonia cœleſtis fieri dicta
eſt. deſinat à ſolito regimine.quaſi iudicis irati aduẽtu obſtupefacta.* abſiliat,amotus procũbat.* auul*
ſo de cardine,trãſlatio ſumpta cardines mundi.
eſt a poſtiũ ruina: cũ ſubito im
pulſu euelliẽ cardo. porrò mun
di cardines videnẽ eſſe duo po-
li.articus & antarticus, borea Chriſti aduentus manifeſtus
lis & auſtralis.ſuperior & in
ferior. veluti rapidũ fulmen.*
volens dñs aduentũ ſuum mani
feſtũ omnibus indicare futurũ,
dixit. Sicut fulgur exit ab oriẽ
te,& apparet vſq; in occiden-
tem:ita erit & aduẽtus filij ho
minis.eſt ergo hic ſenſus & or

Sol claram ſpeciem concreto lumine tectus
Exuat,& ſubitò ſtellanti nocte perempta
Sufficiat nullam luna orbi argentea lucem
Sanguineis faciem maculis perfuſa nigrantem,
Præcipitentq́; polo paſſim turbata labanti
Sydera,quæ lapſu certo,ſpacioſe feruntur
Viſq́; ea,quæ cœli irrequietos conciet orbes,
Deſinat,incerto rapiantur vt omnia motu,
Atq; prope auulſo abſiliat de cardine mundus,
Dum terras veluti rapidum per inania fulmen
Ipſe iterum petat,& multis cum millibus idem

do.dũ ipſe.ſ.dñs Ieſus petat iterũ terras,ſubaudi manifeſtè,veluti fulmen rapidũ manifeſte ferẽ per ina
Chriſoſtomus in ho. *nia.ſ.aeris huius.nã ſicut fulgor nõ indiget annũciante ſe precone.ſed inſtãti momẽto tpis monſtraẽ per*
vniuerſum orbẽ terrarũ ẽt his qui ĩ thalamis ſedẽt.ita & aduẽtus Chriſti ſimul apparebit vbiq; pp glo
riæ fulgorẽ. & multis cũ millibus.Et videbunt (inquit Euang.) filiũ hoĩs venientẽ in nubibus cœli cũ*
virtute multa et maieſtate. idẽ.ſ.Chriſtus qui prius venerat infirmitate circũdatus & iudicãdus ini-*
quæ ab impijs.modo veniet maieſtate pfulgẽs,iuſtè impios cõdẽnaturus. vt res,mũdi huius inferioris.*

ignis ante eum præcedet. * promiſſo igni.de quo canit Eccleſia,qui venturus eſt judicare viuos et mortuos & ſeculum per ignẽ. de quo & Petrus.adueniet autem(inquit)dies domini vt fur.in quo cæli magno impetu trãſibunt. ele 2.Petri.c.3
cœli & terræ comburentur. menta verò calore ſoluentur.terra autem & quæ in ipſa ſunt opera ſoluentur.& poſt pauca.per quem cæli ardentes ſoluentur,& elementa ignis ardore tabeſcent.Nouos verò cælos,& nouam terram, & promiſſa ipſius expectamus.* tellure noua,cæloq; recenti.hoc idem cecinit propheta. initio tu domine Pſal. 101.
terram fundaſti:& opera manuum tuarum ſunt cæli, Ipſi peribũt.tu autem domine in æternum permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.& ſicut opertorium mutabis eos:& mutabunt. &c.
ſic & Io.in Apoc.Et vidi cælum nouum & terram nouam.primum enim cælum,& prima terra abijt: Apoc.21.
Reſurrectio corporum. & mare iam non eſt.* in ſua corpora. idem & Iob confitetur dicens.credo quòd redemptor meus viuit: & in nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſum. & in carne mea videbo deum ſaluatorem meum: quem oculi mei viſuri ſunt. & rurſum circundabor pelle mea, quem viſurus ſum ego ipſe. & reſurrectionem noſtram apertiſſimè deſcribit Ezechiel Propheta. quem omnino vide.* eliciat voce illa hor- Ezech. 37.
renda.de qua ſic ait Hieronymus ſiue comedam, ſiue bibam, ſiue dormiam, ſeu quiduis aliud faciam, ſemper mihi videor in auribus reſonare vocem illam, Surgite mortui venite ad iudicium. * præuidit. Rom.8.
hoc eſt quod ait Apoſtolus. Scimus autem quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonũ. his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. nam quos praſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui. vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. quos autem prædeſtinauit,hos & vocauit. & quos vocauit hos & iuſtificauit. quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit. * ibunt Matth.24.
Angeli præmittentur. aligeri iuuenes. Et mittet (inquit Euang.) Angelos ſuos cum tuba & voce magna: & congregabunt electos eius a quattuor ventis: a ſummis cælorum vſque ad terminos eorum.* horrifico ſonitu.
Tubæ ſonitus. illius tuba de qua dicit Apoſtolus. Ecce myſterium vobis dico. omnes quidem reſurgemus: ſed non 1. ad Cor. 15.
omnes immutabimur. in momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba. canet enim tuba: & mortui reſurgent incorrupti. oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere 1.ad Theſ. 4.
immortalitatem. & alibi quoniam (ait) ipſe dominus in iuſſu & in voce Archangeli, & in tuba dei deſcendet de cælo. & mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi.hic autem ſonus tubæ pertinet ad re Chriſoſtomus.
ſuſcitationem: ad gaudium: ad repreſentandum ſtuporem qui tunc erit. ad dolorem illorum qui relinquentur, & in nubibus non rapientur.* atq; ære recuruo flexibili tuba. hæc autem tuba (vt ſcribit Remigius) non reuera corporea eſt intelligenda,quales hæ noſtræ,quibus in bello duces vtuntur ſed archangelica vox illa, Surgite mortui &c. quæ adeo magna erit, vt ad clamorem illius omnes mortui de
venti. 4. terra puluere reſurgant.* quattuor a ventis, ideſt a quattuor climatibus mundi. videlicet oriente, occidente,aquilone & auſtro. vnde & quattuor cardinales venti flare dicuntur. Eurus ab ortu,Zephirus ab occaſu,ab aquilone Boreas: & auſter a meridie.* vndiq; ex omnibus terræ partibus.* æthere toto. nam & hi qui in cælo ſunt, venient cum Chriſto. & qui in terra, & qui in inferno congregabuntur ab Angelis ante iudicem. vnde Ioan.in Apoc.Et dedit mare (inquit) mortuos ſuos: & mors Apoc. 20.
& infernus dederunt mortuos ſuos.* ipſe alte effultus. hoc eſt indutus gloria, thronoq; ſedens excelſo. proſequitur hic
Iudicium Chriſti venturum. author ipſum iudicium. de quo ſic apud Mattheum legimus. Matth. 25.
Cum venerit filius hominis in Maieſtate ſua. & omnes Angeli eius cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ.& congregabuntur ante eum omnes gentes. & ſeparabit eos ab inuicem: ſicut ſegregat paſtor oues ab hædis. & ſtatuet oues quidem a dextris: hedos autem a ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. venite benedicti patris mei: poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare ſitiui, & dediſtis mihi bibere.hoſpes eram,& collegiſtis me.Nudus,& operuiſtis me. Infirmus,& viſitaſtis me in carcere erã,& veniſtis ad me.excuſantibusq; illis q in eius perſona hæc opera miſericordiæ nõ fecerint:

Adueniens hominum vitas,& crimina quæ rat,
Vt res promiſſo ſimul ac ſuccenderit igni
Flammarum totum tempeſtas ſparſa per orbem,
Continuò tellure noua,cœloq; recenti
Defunctas animas vita in ſua corpora rurſus
Euocet ad blandum lumen,populoſq; ſepulchris
Eliciat,ſecumq; pios educat ad aſtra,
Quos pater a prima præuidit origine rerum
Mente ſuos fore,& æthereo tranſcripſit olympo.
Ibunt aligeri iuuenes,cœlumq; profundum
Horrifico ſonitu implebunt,atq; ære recuruo
Quattuor à ventis excibunt vndiq; gentes.
Iudicis ad ſolium properabitur æthere toto:

rint: reſpondebit. quod vni ex his fratribus meis minimis feciſtis, mihi feciſtis. Tunc dicet his qui a ſini
ſtris eius erunt. diſcedite a me maledicti in ignem æternum: qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. eo
*ꝙ fueritis immiſericordes. Et ibunt hi in ſupplicium ęternum: iuſti autem in vitam æternam.*montis,*
non materialis ſed iuſtitiæ. nam in aere fiet hoc iudicium; & in loco paſſionis Chriſti (vt dicunt docto
Matth. 24. *res ſuper eo verbo Euangelij) vbicunq; fuerit corpus S. Dominicum, illuc congregabuntur & aquilæ. i.* Iudicij locus.
animæ ſanctorum. quorum iuuentus vt aquilæ renouabitur. & Apoſtolus ait, nos qui viuimus qui re-
linquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aera: & ſic ſemper cum domino eri-
mus. impij vero ex ſua iniquitate graues ſtabunt in valle Ioſaphat, & in locis circumadiacentibus, iux-
Iohelis 3 *ta vaticinium Iohelis. qui ait in perſona domini congregabo omnes gentes: & deducā eas in vallem Io-*
*ſaphat. & ibi diſceptabo cum eis &c.*ſecernetq; pios, angelorum miniſterio, ſicut ſcriptum eſt. in cō-*
Matth. 13 *ſummatione ſeculi exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum i-*
gnis. dextraq; ſancti enim qui dextera opera operati ſunt, acceperunt pro mercede ſuorum dexterorū*
dexteram regis: in qua requies eſt & gloria. leua autem. mali vero propter opera ſua peſſima & ſini* dextera.
ſtra, ceciderunt in ſiniſtram. i. in triſtitiam tormentorum. quæ plurima turba. etenim ſtultorum infini-* leua.
tus eſt numerus. non ideo tamen minus ardebunt, quia cum multis ardebunt. quanto enim plura ſunt li
Origenes. *gna, tanto maius & incendium conflagrat.* placidas bidentes. i. oues manſuetas. Oues autem dicti ſunt* Oues quare boni.
Chriſoſtomus & Hieronymus. *qui ſaluantur propter manſuetudinē quā didicerunt ab eo: qui dicit. diſcite a me, quia mitis ſum & hu*
milis corde. & quia vſq; ad occiſionem parati fuerunt venire imitantes Chriſtum: qui ſicut ouis ad occi
ſionem ductus eſt. item quia multus eſt ouium fructus a lana, a lacte, & a fœtibus. Hedi vero dicuntur
mali. ꝙ laſciua ſint animalia cornupeta, præcipitiaq; ſaxorum ſemper appetentia, & vnde nullus exeat Hedi quare mali.

Ipſe altè effultus, montiſq; in vertice ſummo
Arbiter effulgens circumferet ora tremenda.
Secernetq; pios, dextraq; in parte locabit:
Læua autem coget ſontes, quæ plurima turba.
Qualis poſt hyemem exactam cum gramine molli
Paſcua læta vocant ſtabulis armenta recluſis,
Ipſe greges paſtor nitidos miſſurus in agros
Sortitur: placidas primo legit ille bidentes
Dinumerans, olidaſq; iubet procul eſſe capellas.
Cernere erit liquidas longè fulgere per auras
Corpora clara hominum, quibus atræ obnoxia morti
Abluet omnipotens pater, æternumq; manebunt
Capitc. 4. Amplius haud rerum ſubiecti caſibus vllis.
Nemo illam ante diem ſperet cum corpore ſedes
Aetheris, exceptis paucis, quos ipſe ſepulchro
Exurgens ſecum ſuperis deus inuehet oris.

fructus: quamobrem & in lege
ſemper pro peccatis offerrebā-
tur, deſignantes ex quadam vi
tæ ſimilitudine peccatores. oli*
das pro, eē cap, ex fetore vult
dignoſci malos. aptius tamē po
ſuiſſet hedos, vt Euangeliſta.
quia dicit Hieronymus ideo nō Capellæ.
poni capras in Euangelio quia
poſſunt habere lac. & fœtus. et
tonſæ egrediuntur de lauacro.
hoc eſt in bona ſignificatiōe po
nuntur in canticis canticorum.
vbi in laudibus ſponſæ. i. Eccle-
ſię ſic dicitur. Quam pulchra
es amica mea: ꝙ pulchra es. Ocu
li tui columbarum, abſq; eo ꝙ
intrinſecus latet. capilli tui ſi-
cut greges caprarum: quæ aſcenderunt de monte galaad. dentes tui ſicut greges tonſarum quæ aſcende
runt de lauacro. omnes gemellis fœtibus. & ſterilis non eſt inter eas. clara, propter gloriam reſurre-* Iuſti fulgebunt.
ctionis. etenim fulgebunt iuſti ſicut ſol in conſpectu dei. quattuor autem his dotibus corpora ſanctorum Dotes corporis glorioſi.
donabuntur. nam erunt lucida, leuia, penetrabilia, & incorruptibilia. atra obnoxia morti. hoc eſt cri*
Rom 5. *minum mendas, quibus mortem incurrerant. etenim propter peccatum mors introiuit in orbem terra-*
rum (dicit Apoſtolus.) ęternūq; manebunt ſubaudi prædictis dotibus inſignita. & hoc eſt quod ſupra
retulimus dixiſſe Apoſtolum. Et ſic ſemper cū domino erimus. ſubiecti caſibus vllis, homines. ſ. qui glo*
rioſa reſurrectione fuerint immutati. genus enim vates mutauit cum dixiſſet corpora, & addidit ſubie-
cti. iccirco autem non erunt ſubiecti caſibus vllis. quia immortales erunt, & impaſſibiles. illā ante diē*
*iudicij & generalis reſurrectionis.*exceptis paucis. comparatione ſcilicet eorum qui in die iudicij reſur*
Matth 27. *gent. alioquin contradiceret Euangelio vbi dicitur. quòd in emiſſione ſpiritus domini. monumenta aper*
ta ſunt. & multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt. & exeuntes de monumentis poſt re-
ſurrectionem venerunt in ſanctam ciuitatē. & apparuerunt multis. ſuperis deus inuehet oris. quod et* Mortui qui reſurgente domino reſurrexerunt.
factum eſſe incunctanter (vt ſcribit Remigius) credere debemus. nā ideo reſurrexerūt vt eſſent veri te
ſtes reſurrectionis domini. ſicut igitur cum domino reſurgente reſurrexerunt. ita & cū eo aſcendēte ad

cælos & ipſi pariter aſcenderunt. quinimo diuus Ambroſius etiam plus dicit. arbitratur enim quotannis in feſto reſurrectionis domini, aliqua corpora ſanctorum reſurgere, & ſuſcitata cælos conſcendere præ gaudio & memoria tantæ feſtiuitatis. quam rem (quia nihil deo eſt impoſſibile) non auſim diſcredere; ſed potius ſecum pie opinari, veram eſſe duxerim. ſola animæ. iuſtorum. ſ.* interea dum veniat dies iudicij.* tali ſtatione cæleſti.* tenebris exterioribus inferni. qui dum viuerent ſteterant in interioribus mentis.* æterna. quia in inferno nulla eſt redemptio. ſed quarè pro culpis temporalibus æterna erit damnatorum pœna? reſpondet Gregorius quia deus iudex iuſtus non tantum facta hominum, ſed magis corda penſat, & voluntates. voluiſſent autem impij ſine fine viuere, vt poſſent ſine fine peccare. ad diſtricti ergo iudicis iuſtitiam pertinet. vt nunquàm careant ſupplicio: quorū mens in hac vita nunquàm voluit carere peccato. vide & Auguſtinum late hoc diſputantem in lib. 21. de ciuitate dei.* ſera nocte priuſquàm caperetur.* cum caput. hic enarrat quod in ipſo Euangelio Ioannis legimus. Erat ergo recūbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu quem diligebat Ieſus. innuit ergo huic Simon Petrus: & dixit ei. Quis eſt de quo dicit? itaq; cum recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu &c. ꝙ autem in ſinu & ſupra pectus recubuit, non ſolum fuit præſentis amoris indicium: ſed etiam futuræ rei ſignum: ꝙ ſcilicet inde vocem ſumeret, quam poſtmodum cūctis ſeculis inauditam emitteret. per ſinum enim quid aliud ſignificat quàm ſecretum? hic eſt vtiq; pectoris ſinus, ſapientiæ ſecretum. recumbens itaq; ſupra pectus domini puriſſima doctrinarum fluenta potauit.* ediderit. ſigna patrarit & docuerit?* cæcis ambagibus. nō incertis nugis, ſed obſcuris parabolis. hinc ipſe dominus in Euangelio legitur inter alia reſpondiſſe diſcipulis interrogantibus, quare in parabolis loqueretur turbis. ideo (inquit) in parabolis loquor eis: quia videntes non vident: & audientes non audiunt, neq; intelligunt. vt adimpleatur in eis prophetia Eſaiæ dicentis. Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. Incraſſatū. n. eſt cor populi huius: & auribus grauiter audierunt: & oculos ſuos clauſerunt: ne quando videant oculis, & auribus audiāt, & corde intelli-*

Solæ animæ intereà tali ſtatione fruentur.
Contrà autem ſontes tenebris, ac nocte prementur
Aeterna, & meritas pendent per ſæcula pœnas.
Omnia quæ ſera nuper mihi nocte canebat,
Cum caput ipſius in gremio mœrore grauatum
Vna eadem accumbens ſponda, admotusq; loquenti
Sæpe reclinarem, mœſti ſolamen amoris.
Quid repetam, quæ ſæpe vagi Iordanis ad undas
Ediderit? quæ Iudeæ ſub montibus altis
Nunc cæcis vera inuoluens ambagibus vltro,
Nunc manifeſta palàm claro ſermone locutus?
Dum populi circumſiſtunt, ſtipantq; frequentes?
Nunc ſe principium rerum, finemq; canebat,

gāt: & cōuertantur, & ſanem eos. & alibi. cū premiſiſſet de nō intrante per hoſtium in ouile ouiū. ſubiūxit Euangeliſta: hoc prouerbiū dixit eis Ieſus. illi aūt non cognouerūt, quid loqueretur eis. palàm. ſicuti dicebāt quidam ex hieroſolymis: nōne hic eſt quē quærunt Iudei interficere. Ecce nūc palā loquitur, & nihil ei dicunt. & cū captus a Iudeis interrogaretur a pontifice de doctrina & diſcipulis eius. reſpōdit. ego palā locutus ſum mūdo. ego ſemper docui in ſynagoga & in templo. quo omnes Iudei conueniunt: & in occulto locutus ſum nihil. maxime autem diſcipulis ſuis palàm loquebatur: & differebat: quæ turbis paulo obſcurius propoſuiſſet. Ecce (inquiunt diſcipuli) nunc palàm loqueris, & prouerbium nullum dicis.* claro ſerm. nam ſi omnia dixiſſet obſcurè. quis eum diutius voluiſſet audire? aut quomodo imputaretur eis? quonam pacto & ipſe diceret? ſi non veniſſem, & ei locutus non fuiſſem, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. quia oderunt & me, & patrem meum.* principium rerum. hæc dixit cum interrogaretur a Iudeis. Tu quis es? reſpondit eis Ieſus. principiū, qui & loquor vobis. multa habeo de vobis loqui & iudicare. ſuper quibus verbis ait Auguſt. abſurdum eſt vt dicamus filiū principium: & patrē principium nō dicamus. non tñ duo principia. ſicuti nec duos deos. ſpiritus autē ſanctus patris & filij eſt ſpiritus. nec pater eſt, nec filius. pater tñ & filius & ſpiritus ſanctus ſunt vnus deus. vnum lumen vnum principium.* finemq; canebat. hoc potius ex Apocalipſi ipſius Ioannis ſumi videt. vbi in perſona dñi Ieſu dixit Angelus: ego ſum. α. καὶ. ω. alpha & omega. principiū et finis, dicit dñs deus qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt. omnipotēs. dicitur itaq; principiū, antequē nullus. & a quo oīa ceperūt. dicit & finis. poſtquē nullus & in quo oīa terminabunt. etenim oīa propter ſemetipſū operatus eſt dñs.* nūc veri fontē. ipſe eſt. n. via, veritas, & vita. via quidē, qua eamus ad patrē. veritas & ipſe deus cū patre, ad quē tendamus. vita. vbi cū patre et ſpiritu S. pmaneamus. nō ergo nos*

Margin notes (left): pœna dānatorū quare æterna. — Ioannes recubuit i ſinu Chriſti. — in parabolis quare loquebatur dominus. — principiū unū. — α, καὶ, ω. — Finis quare dominus. — Via, veritas & uita.

Margin notes (right): Ambr. ſermōe de ſanctis iter vtrunque paſcha. — gregor. 33. mor. — Aug. in 21. lib. de ciuit. dei. itē gregor. in 20. mor. Io. 13. Beda. — Aug. ſuper Ioan. Hier. ſuper prologō quatuor Euāg. — Matth. 13. — Eſaiæ 6. — Ioan. 10. — Ioan. 7. — Ioan. 18. — Ioan. 16. — Ioan. 15. — Ioan. 8. — Aug. ſuper Ioan. — Apoc. 5. — glo. ord. ibi — prouer. 16. — Ioan. 14. — Hylarius 7 de trin.

in erratica atq; in deuia ducit Chriſtus,qui via eſt .neq; illudit Chriſtus per falſa. qui veritas eſt .neq; iā mortis relinquit errore nos Chriſtus.qui vita eſt. lucemq; . quæ ſcilicet illuminat omnem hominem* lux mundi.

10.1.& 8. *venientem in hunc mundum.Ego(dicit ipſe)ſum lux mundi.qui ſequitur me,non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vitæ.* nos fortunatam.vere beati Apoſtolorum oculi(iuxta ipſius domini vocem) quia viderunt: & aures quia audierunt.etenim multi prophetæ,& iuſti cupierunt videre, quę ipſi viderunt.& audire quæ audierunt.& ea non viderunt,neq; audierunt.& nos nunquid non erimus beati,quia non vidimus,nec audiuimus dominum,eo modo quo Apoſtoli? vtiq; & nos beati erimus, ſi crediderimus. cum dixerit ipſe de nobis.Beati qui non viderunt,& crediderūt.* obtigit vnis.ſolis & præcipuis.* veniet lu, la, ætas, ſic & dominus in Euangelio, venient autem dies in quibus optetis videre vnum diem filij hominis,& non videbitis. * cunctis mirantibus doctrinam & elegātiam verborum oris eius. ſed quare non perſuaſit? probitas laudatur,& alget.adimpletum eſt in Ioanne illud Ecleſiaſtis. Sapientia pauperis contempta eſt. & verba eius non ſunt audita.& in Ecleſiaſtico. pauper locutus eſt, & dicunt quis eſt hic? & alibi. dum non habet pauper quid offerat in indicio,contemnitur.nec enim curant pleriq; indices vera,ſed æra. * cum protinus.redit Autor ad enarrandam paſſionem. D.N.I.Ch. quam in fine ij.libri exorſus fuerat.& ab ea digrediens ab initio tertij per interpoſitionem ſermonum Ioſephi & Ioannis ad Pilatum pro liberatione domini per reliquum vitæ,doctrinæ,et mirabilium eius operum multa arte poetarum more fuit hucusq; euagatus.hoc igitur dicit.vix dum finierat loqui Ioannes. cum Iudei moræ atq; iræ impacientes non habita maieſtatis iudicis ratione, magno cum tumultu in prætorium irruperunt. magnis vocibus expoſtulantes,vt Chriſtus crucifigeretur.quo impetu exterriti Ioſephus & Ioannes diffugere. vt ſaltem hæc mala virgini matri renunciarent.*

Beati qui nō viderunt & crediderunt.

pauperis ſapiētia parum curatur.

Nunc veri fontem,atq; hominum,lucemq; viamq;.
Nos fortunatam prognatam hoc tempore prolem:
Nos fœlix tellus,nos ſœcula læta tulere:
Nobis diuinam vocem,diuina loquentis
Verba haurire dei propius ſæpe obtigit vnis.
Scilicet hinc luſtris veniet labentibus ætas,
Cùm ſeri optabunt eadem vidiſſe nepotes.
Talia Ioannes cunctis mirantibus ore
Perſtabat memorans: cùm protinus ecce tumultu
Eccleſiaſt.5. Ecl.14. Ingenti ſolymum irrumpit manus impia,& vrbis
Rectorem appellant,pœnasq; vno ore repoſcunt.
Diffugiunt ambo,& magnam ſtat adire parentem,
Ignaramq; diu tantarum fallere rerum.

Libri. iiij. Chriſtiados expoſitio qualiſcunq; explicit.

CHRISTIADOS VIDAE LIBRI V.

Argumentum Auguſti Bottæ Fratris.

Mon. Supplicia oſtendit fatali in ſtipite quintus.
Arg. Pertæſum Eumenides auræ vitalis Iudam
Illaqueant, fandiq; potens exaggerat Annas
Crimina, Deluſum Herodesq; remittit Ieſum,
Dilacerant famuli corpus miſerabile flagris.
Inſontesq; manus accita pontius vnda
Abluit, Inſultant vincto, figuntq; trabali
Stipite, cœleſtes turbati vltricibus armis
Conueniunt: dictis genitor quos lenit amicis.
Dat lachrimas virgo infœlix, & robora gnati
Sanguinolenta petit: Dexterq; in funere latro
Exorat veniam, Tum diui morte ſub ipſa
Concuſſa eſt tellus: tenebrasq; exorruit orbis.

M. HIERONYMI VIDAE

CHRISTIADOS LIBER QVINTVS.

PRESBYTERO BARTHOLAMEO BOTTA INTERPRETE.

INSONTI vero romanus &c. Expoſitis duobus libris ſuperioribus quæq; ſecundum humanitatem,quęq; ſecundum diuinitatem. D. N. Ieſu Chriſti mirabiliter dicta vel facta ſunt.ad enarrandum illud immenſum, & ſuper omnia mirandum benigniſſimæ charitatis opus redit: ſine quo cætera quæ ſuperius expoſita ſunt,parum nobis profuiſſent.paſſionem videlicet ipſius: cuius precioſo ſanguine redempti ſumus. amariſſimam quidem relatu, ſed fructu ac guſtu ſuauiſſimam.proinde lectores quoſq; rogatos velim: ſi quas lituras:ſiquas mēdas: ſi orationem incompoſitam hoc libro offenderint,ne mirentur.dolor enim ſingultus,ac lachrymæ mentem humanam perturbantes,nullum compoſitioni verborum locum eſſe ſinunt.dicit itaq; vates. Romanus preſes auditis quæ a ſeniore Ioſepho, quæq; ab Ioanne de mirabilibus Chriſti operibus fuerant enarrata,tanquàm perſuaſus tota intentione nitebatur eum de manibus, ac impetuoſo tumultu iudeorum eripere.ıccirco mens illius varijs cogitationibus angebatur.verſans nunc modum hunc,nunc illum: quo a furente turba diriperet.nam fama viri,virtus,& cætera quæ ſequuntur ad liberationem eius illum compellebant. ſolymos.Iudeos qui Hieroſolymis habitabant.nam & ab alijs vrbibus circūquaq; propter feſtum paſchatis innumeri confluxerant populi.verum hi non erant ita Chriſto infenſi,nec Pilato importuni,quales hieroſolymitæ. propter lucbra templi quæ expellendo ementes & vendentes ex eo diſturbauerat.*ite.propter turbam tumultuantem hoc dixit.*poſito certamine.i.depoſito & ſedato tumultu.* adeſte accuſaturi ſeruato more Romano.quorum legibus cauetur.vt crimina ab accuſatoribus rite proponātur, ſubſecuta inſcriptione ad pęnam talionis, ſi ea minime probauerint.deinde defenſionis locus datur reo, vt ſe defendat.*ſit qui.cauſarū oratorem deſcribit quempiam. vel idoneum accuſatorem expoſcit.*fando,accuſando.vel orādo.* quo tandem. quaſi diu ab re conclamaſſent. iam tandem iubet vt ex iuris ordine crimina proponant.de qua re ſic habetur in Euangelio Ioannis dixiſſe Iudeis Pilatum. Quam accuſationē affertis aduerſus hominē iſtum? quaſi diceret.inconueniens eſſe: vos arripuiſſe cognitionem cauſæ,& iudicium: ſupplicium verò mihi quaſi carnifici reliquiſſe.quod præſidi Romanorum nequaq̄ ferendum eſt.* ſimul hæc a preſide dicta fuere.* ſimul illi,hæc dictio,ſimul geminata ſignificet ſtatim et abſq; vlla mora.* certi.firmo in malū propoſito.* parte alia.hic intermiſſo crucis negocio,pœnā & ſuſpendiū proditoris Iudæ interſerit. quā rē fecit ēt Mattheus Euang.ſed breuibus verbis.Tūc videns (inquit) Iudas qui eū tradidit,ꝙ dānatus eſſet: pœnitētia ductus retulit.xxx.argēteos principibus ſacerdotū,& ſenioribus dicēs.peccaui: tradēs ſanguinē iuſtū.At illi dixerūt:quid ad nos? tu videris.Et proiectis argēteis in tēplo receſſit.et abiēs laqueo ſe ſuſpēdit.aſt hic Autor vberiore vena latius hoc factum proſequitur.* fœdè.quid aūt fœdius eſſe pōt? q̄ inimicis magiſtrum & dominū in mortē tradere turpiſſimā?* mutatus.ſed quo pacto & quo monitore? niſi ex bona mentis plantatione,ac ſemine virtutis omniū cordibus inſito. cui qui parent non peccant.& ſi interdū offenderint: rurſus ad virtutem redeūt.forſitan & ſathanas qui poſt bucellā in eum ingreſſus fuerat.præſto ei fuit,donec Ieſus traderetur Pilato,deinde ad modicū tempus receſſit ab eo.*

Chriſoſtomus.

ſimul.

Iudę ſuſpendiū.

mali facile recidiuum patiuntur.

INſonti vero Romanus parcere capto
Toto corde petens,huc mentem diuidit,atq;huc.
Fama viri,virtusq́; animo, egregijq́; recurſat
Oris honos, nec iam obſcurum genus eſſe deorum.
Omnia reſpondent auditis. deniq; ad ipſos
Conuerſus ſolymos fremitu tectum omne replentes.
Ite ait,& poſito mox huc certamine adeſte.
Sit qui pro cunctis numero delectus ab omni
Fando aliquis doceat,quo tandem is crimine morte
Mulctandus,quod tantū obſtet ſcelus,ordine pandat
Inſonti.ſimul hæc,ſimul illi abiere frementes
Chriſto animis certi nunquam deſiſtere viuo. Ioan. 18.
Parte alia,Regem qui fœdè prodidit hoſti,

*eo. & interim potuit pœnitere. mox tamen iterum reuerſus abundantiori triſtitia illum abſorpſit. vnde edocemur. ꝙ malo aſſueti facile ſuperantur a diabolo. & recidiuum quauis etiam leuiori ex cauſa patiuntur. * infectum. ſed hoc eſſe non poteſt. quare ante opus conſulendum eſt. quia neq; Deus facta infecta vult haberi. * quies animo. ſuple dabatur. hic attende quam magnum patiatur malum, qui patitur ſeipſum malum.*

Auguſtinus in ſermone paſſ domini.

Malum pati ſeipſum malum Syndereſis.

Mutatus ſcelus agnoſcit periturus Iudas.
Ah miſer, infectum quàm vellet poſſe reuerti?
Nulla quies animo. ſæuire in pectore diræ
Vltrices, cæcasq; ob noxam ſumere pœnas.
Nec capit inſanos curarum pectore fluctus,
Hinc ſecum æra manu ſceleris cauſam attulit amens,
Quæ ſolymi magno dederant in munere pacta.
Atq; ſacerdotum ſacrata ad limina venit
Vociferans: veſtrum hoc argentum, hæc munera veſtra
Accipite: en ſceleris prætium exitiale repono.
Heu heu quid demens volui mihi? quo ſcelus ingens
Inductus pretio admiſi nam vera dei ille
Progenies, veruſq; deus, nunc deniq; cerno,
Diſcuſſæq; abeunt tenebræ, & mihi reddita mens eſt.
Sic fatus, ſimul argentum coniecit in ipſos.
Olli autem flentem riſere, ac ſera videntem.
Infelix abit hinc amens, cæcusq; furore.
Multa putat, curę ingeminant, ſæuitq; ſub imo
Corde dolor, cæliq; piget conuexa tueri.
Tum ſecum huc illuc flammantia lumina torquens,
Hem quid agam infelix? quænam quæ ſecula porrò
Sera adeò tantum ſcelus vnquam oblita, ſilebunt?
Accedamne iterum ſupplex, crimenq; fatebor,
Atq; auſim veniam ſceleri ſperare nefando,
Quo verò aſpiciam vultu, quoue alloquar ore,
Quem ſemel indignum decepimus, inq; merentem?
Hinc igitur longe fugiam; quantum ire licebit,
Ignotusq; alijs agitabo in finibus æuum?
Hinc me præcipites me me hinc auferte procellæ,

In ſermone de paſsione

** ſæuire pro ſæuiebant. * diræ vltrices. furiæ ſcelerum. hos ſtimulos Chriſtiani ſyndereſim vocant. hoc eſt læſæ conſcientiæ punctiones. quibus animus ſcelerati ſemper excarnificatur. * nec capit. quia ſupra modum exuberant. * cæcas pœnas. & quæ a nemine videntur, tametſi ab ipſis reis perſentiantur. & quæ lumen interioris hominis aſſidua perturbatione obnubilant. * æra xxx. argenteos. * ſceleris cauſam. nam ductus auaritia, & exulceratus dolore amiſſi eius furti, quod feciſſet ex venditione vnguenti nardi ſpicati quod effuderat Magdalena ſuper caput domini recumbentis, eum prodidit: vt iam dictum pretium recuperaret. * exitiale, mortem non ſolum temporalem ſed etiam æternā mihi portendente. * vera dei prog, contrarium huius aſſerit Leo Papa. dicendo enim (inquit) peccaui tradens ſanguinem iuſtum. in impietatis ſuæ perfidia perſtitit Iudas. qui Ieſum non dei filium: ſed noſtre tantummodo conditionis hominem etiam inter extrema mortis ſuæ pericula credidit. cuius flexiſſet miſericordiam. ſi eius omnipotentiam non negaſſet. * nunc deniq; cerno. vide inquit Chryſoſtomus quaniam pænitentiam agit, quando completum eſt, & finem accepit, peccatum non enim permittit diabolus eos qui non vigilant, videre malum antequam perficiant. * argentum coniecit in ipſos. hoc & Zacharias vaticinatus erat. & tuli xxx. argenteos: & proieci illos in domum domini ad ſtatuarium, dicens, decorum precium, quod appreciatus ſum ab eis? * riſère. tales ſunt & multi ſacerdotes noſtri temporis, qui miſeros derident peccatores. cum deberent eorum infirmitatis miſereri: & ad veram pænitentiam exhortari. ſpem miſericordiæ diuinæ ſuggerendo. at illi contra ad deſperationem eos inducunt. uæ illis: quoniam requiretur talium ſanguis de manibus eorum * infelix. nulla ſpe veniæ conſolatus, culpa tua eſt, ô, Iuda. qui ad phariſeos ieris: nam ſi ad fratres & coapoſtolos iiſſes. non deſperaſſes, ſed vt petrus ſpem indulgentiæ reperiſſes. * hinc amens. Ecce ꝙ Iudas, quia poſtquam pænituit non ſeruauit cor ſuum: ſed ſuſcepit abundantiorem triſtitiam a Diabolo ſibi ſubmiſſam iterum abſorptus eſt. * conuexa tueri. hoc eſt viuere. * hem quid agam infœlix. perquam multa cogitaſſe demonſtrat, & ſic demum prorupiſſe. * ſæcula porrò. longè futura. * tantum ſcelus. proditionis magiſtri & domini ſui. * Silebunt. vtiq; numquam. etenim execrationes diræ in hunc proditorem multo ante a Propheta Dauid conſcriptæ in pſalmo cviij. habentur: quæ Eccleſia Dei cum cæteris Pſalmis ſemper dicuntur. * accedam ne iterum? acceſſiſſes O iuda ad Apoſtolos, reatumq; confeſſus eſſes, veniam & tu ſicut Petrus reperiſſes. ſcriptum eſt enim. in quacũq;*

Iudas Chriſtū negauit eſſe deum.

In ſacerdotes peccatores deridentes.

Execrationes I Iudam.

*hora ingemuerit peccatum ſuum peccator, ego dimittam ei, dicit dominus. * ſperare ſed quare? num quid eſt maior iniquitas tua, quam vt veniam merearis? vt etiam dixit Cayn? nonne miſericordia domini vincit omnium hominum iniquitates? modo velint rite pænitere. * præcipites procellæ. ventorum impetuoſitates, quæ & tempeſtates dicuntur. ſic dictæ q in præceps omnia percellant. ac violenter ſecum trahant. * quo ſuſus, ideſt quouſq; per thmeſin. & ad occaſum dicit, vel vſq; ad antipodas. hoc eſt vſq; ad alterum hemiſperium. at at quo ſugies, o, Iudâ, & ſi deſcenderis in infernum. numquid & illic non aderit deus? vltrices curæ quas in nefando geſtas pectore, nonne quocumq; perexeris miſeram animã ex carnificabunt? te ipſum & deum vltorem ſugere nõ valebis. * præſens aſpicit. hinc & græcè θεὸς. dictus eſt. q videat ſubauditur omnia. * quos? quibus? amphibologia eſt.* Ezech. 18. & c. 33.

Procellæ

Deus vnde dicitur.

Amphibolon.

Quo fugit vſq; dies a nobis luce peracta.
At quis erit tutus tandem locus? omnia præſens
Aſpicit, ac terras deus vndiq; fulmine terret.
Et me conſcia mens, atq; addita cura ſequetur,
Siue iter arripiam pedibus, ſeu puppe, per vndas.
Quos? quibus? at moror, & ludunt inſomnia mentem
Vos precor o mihi vos magnæ nunc hiſcite terræ.
Quid dubito? nunc te tangunt ſcelera impia Iuda
Infelix: tunc debueras, tunc iſta decebant,
Cum reuocare pedem, cùm fas occurrere peſti.
Nunc morere, atq; nefas tu tantum vlciſcere dextra,
Sponte tua, lucemq; volens hominesq; relinque.
Talia iactabat certus iam abrumpere vitam
Inuiſam, & ſæuum leto finire dolorem,
Curarum hanc vnam metam ratus, atq; laborum.
Fluctuat, atq; ſibi ſemper tellure videtur
Abſumi, aut rapido de cœlo afflarier igni.
Vſq; adeò ante oculos capti obuerſatur imago.
Pallor in ore, acies circum lita ſanguine, & artus
Algentes tremit, inſtantis veſtigia leti,
Et nox multa caua faciem circumuolat vmbra.
Omnia nigreſcunt tenebris caliginis atræ.
Demens, qui potius. veniam ſperare fatendo
Non auſus, neq; enim precibus non flectitur vllis
Rex ſuperum, & iuſtæ bonus obliuiſcitur iræ.
Ergo ille inceptis perſtans, & ſedibus hærens.
Iiſdem abijt, ſyluæq; tremens ſucceſsit opacæ,
Regia quæ propter frondebat plurima tecta.
Atq; ibi dum trepidat, qua tandem morte quieſcat

*haud diſſimlis illi. Quæ quibus ante ſeram? eſt autem hic ſermo dolentium, iraſcentium, atq; deſperantium & poteſt eſſe ſenſus. quos .ſ. ſermones. quibus ſubaudi ſermonibus aut verbis. & deeſt ante ſeram? ideſt quid prius, quid poſterius dicam? vel ſic. quos .ſ. populos, aut homines, vel & quos apoſtolorum & ſubaudi petam? quibus ſupple verbis eos alloquar? * at moror, ſubaudi vitam iamdudũ inuiſam abrumpere? * hiſcite, aperite vos, & me viuum abſorbete, ſicut olim Dathan & Abiron. * quid dubito. mori .ſ. quale eſt illud, impia quid dubitas Deianira mori? * tunc debueras. ſubaudi maturius tibi conſulere. * iſta decebant .ſ. tibi in mentem venire. nam quis rerum ſit futurus euentus preuidendus eſt: antequam res ipſas agamus. * nunc morere. temere credunt deſperati morte dolores tantos poſſe finiri. ſed falluntur: quia & poſt mortẽ grauior eos vrget pœna. hinc Leo Papa contra Iudam exclamat. ſceleratior omnibus, o, Iuda & infelicior omnibus extitiſti: quem non pœnitentia reuocauit ad Deum. ſed deſperatio traxit ad laqueum. * nefas tantum. tam nefarium & graue ſcelus. * lucem inuiſam. * homines quorum conſortia tibi ſunt fugienda. * hanc vnam metam .i. terminum & finem. * ratus. at falſo. gehennæ quippe æterna & grauior pœna illum morabatur. eratq; caſurus (vt publico dicitur adagio) de Sartagine in ardentes prunas. * fluctuat varijs cogitationibus diſecatur. * afflarier. pro afflari exuri. Ecce mens mala quam diris & vltricibus pœnis ſuapte interius excarnificatur. * capti domini Ieſu Chriſti oſculo eo ipſo tradente. * pallor in ore. ſigna mortis mox futuræ hæc. ſunt. etenim qui ſibi mortem decreuerunt. pallent. & ex vehementi furoris impetu ſanguis ad exteriora pellitur. & quidam ſpiritus veluti ardentes in oculis apparent: genæ tamen, palpebræ & oculorum ſinus alternantibus furore ſimul & timore mortis maculis inficiuntur. * veſtigia .i. ſigna quædam mortem inſtantem denuntiancia. & nox multa, denſæ ac horribiles tenebræ. * demens. de hoc dictum eſt ſupra. * neq; non. liptote eſt. verè enim flectitur deus: quandocumq; ingemit ſcelus ſuum peccator. & veniam petit. alioquin venia numquam niſi correcto datur. * bonus. pius & miſericors dominus.*

Leo Papa i ſermone paſsionis domini. & de pen diſt. 3 c. ſcelera tior.

Signa deſperatorum.

Ezech. 18. *minus.* * *obliuiſcitur . ſi autem (inquit Deus per prophetam) impius egerit pænitentiam ab omnibus peccatis ſuis , quæ operatus eſt , & cuſtodierit omnia præcepta mea , & fecerit iudicium & iuſtitiã : vita viuet , & non morietur . omnium iniquitatum eius quas operatus eſt , non recordabor . numquid voluntatis meæ eſt mors impij dicit dominus ? & non magis vt conuertatur & viuat .* * *inceptis . vt quam primum dolores tantos morte finiret .* * *& ſedibus hæ , ijs in eodem propoſito perdurans . metha-*

Incertus, latebras ne animæ ſcrutetur acuto
Fortiter, & pectus procumbens induat enſe ,
An ſe præcipiti iaciat de culmine ſalti ,
Ipſæ quę attonitum , mortiſq; cupidine captum
Ducebant ſemper furię , infenſæq; præibant ,
Informem prona nectentes arbore nodum .
Oſtendere viam : collo namq; inde pependit,
Vt meritus , laqueoq; infami extrema ſecutus
Spiramenta animæ eliſo gutture rupit ,
Et totos ſubitò pendens extabuit artus .
Nondum picta nouo cœli plaga mane rubebat ,
Iamq; ſacerdotes concurſu cuncta replentes
Veſtibulum iuxta aſtabant , longiſq; fremebant
Porticibus ; nempe antiquo de more licebat
Nulli luce ſacra pollutum inſiſtere limen .
Tandem Romulides iuuenum ſtipante caterua

phora eſt . * *tremens , quia natura ipſa mortem horret : licet furor ad eam hominem impellat .* * *quæ plurima . hoc eſt denſa ex plurimis arboribus circumſitis .* * *trepidat . feſtinat . certus enim mori quid timebat ,* * *qua morte . i . qua mortis ſpecie . nam vnica eſt mors . at mille ſunt eius ſpecies .* * *latebras animæ . locum corporis ad hoc aptum lætali vulnere transfodere . nam & ſi anima vbiq; & in toto lateat corpore . vt quæ tota , in toto , & tota , in qualibet corporis parte eſſe dicitur . cor tamẽ ac pectus ipſum præcipua eius ſedes aſſeritur .* Animæ ſedes.

Matth. 15. *vnde & Hier. ſuper illis verbis domini . de corde exeunt cogitationes malæ . principale igitur (ait) animæ non ſecundum Platonem in cerebro eſt ; ſed iuxta Chriſtum in corde .* * *fortiter . i . eo pacto quo ſolebant occumbere viri illi , qui iuxta ſæculum fortes dicebantur . reuera autem puſillanimes ſunt omnes : qui ſibi ipſis vim inferunt . vt latè docet Auguſtinus nam ideo mortem oppetunt , quia non fert illis animus graues quoſcunq; tolerare labores , aut dolores .* * *& pectus pro , epexegeſis eſt . declarat enim quid ſit animæ latebras ſcrutari .* * *pectus induat enſe . hypallage videtur . i . enſem pectore induat effoſſo . ipſæ furiæ (quæ ſemper ducebant eum attonitum &c.) oſtendere viam .* * *in formem nodum hoc eſt morte infamiſſima ſuſpendij . nec enim apud antiquos tantum in eorum libris pontificalibus cauebatur . vt qui laqueo vitam finiiſſet , inſepultus abijceretur . ſed etiam apud nos Eccleſiaſtica priuantur ſepultura . & hij & quicunq; ſibi quouis modo deſperati mortem conſciuere .* * *laqueo infami . ſuſpendit autem ſe laqueo (dicit Rabanus) vt oſtenderet cælo ſe , terręq; peroſum .* * *ſpiramenta animæ hoc eſt arterias gutturis , vnde ſpiratur & reſpiratur .* * *extabuit . petrus etiam in Act. Apoſt. de morte infami Iudæ ſic ait . viri fratres oportet impleri ſcripturam quam prædixit ſpiritus ſanctus per os Dauid de Iuda . qui fuit dux eorum , qui comprehenderunt Ieſum , qui connumeratus erat in nobis & ſortitus eſt ſortem miniſterij huius . Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis : & ſuſpenſus crepuit medius : & diffuſa ſunt omnia viſcera eius . dignam , ait etiam Beda ſibi pœnam traditor inuenit : dum guttur quo vox proditionis exierat , laqueo necuit . dignum etiam locum interitus quæſiuit : vt (qui Angelorum & hominum dominum prodiderat , cælo & terræ peroſus , quaſi aeris ſpiritibus ſociandus malignis iuxta exempla Achitophel , & Abſalon , in medio aëris periret . digno etiam exitu & mors ipſa ſucceſſit : vt viſcera quæ proditionem conceperant rupta caderent , & in auras euoluerentur . & Rabanus merito (inquit) per ſedem doli viſcera funduntur ; non per locum oſculi , quo Ieſum tametſi falſa ſuperficie fuerat oſculatus .* * *nondum picta , matutinam deſignat auroram . ſed rogo quonam tempore dicta & facta ſunt ea quæ late in duobus libris ſuperioribus geſta deſcribuntur ? numquid media nocte ? nam & mane iam facto duxerunt iudei Ieſum ad prætorium . & tradiderunt pontio pilato preſidi . hæc itaq; parum congrue debitis ſunt diſtributa temporibus .* * *veſtibulum iuxta eſt . hoc eſt quod ait Ioannes . ipſi non introierunt pretorium , vt non contaminarentur : ſed vt manducarent paſcha .* * *luce ſacra , Paſchatis & Azimorum . quibus diebus contaminatio illis erat in alienigenæ habitaculum intrare .* * *pollutum limen , præſidis prætorij gentilis . ex cuius ingreſſu ſeſe pollui credebant , o , impia cęcitas (ait Aug.) alienigenæ iudicis pretorio contaminari timebant . & fratris innocentis ſanguinem effundere non verebantur ? Nam & etiam dominum erat ,*

Margin notes, top to bottom: Puſillanimes ſunt ſeipſos interficientes. — Aug. lib. 1. c. 22. de Ciuit. dei. — Deſperati carent Eccleſiaſtica ſepultura. — 23 q. 5. placuit. — Iudas laqueo vitam finiuit. — Matth. 27. — Io 18. — Aug ſuper Ioan. — Conſcientia Phariſaica.

&

Statores & lictores.

& vita dator, qui occidebatur, non eorum conſcientiæ, ſed neſcientiæ deputetur. * Romulides. Pilatus preſes Romanus. patronimicum abuſiuum a gente vt theſides, & cecropides. * iuuenum ſtipcat, ſtatores iudicum Romanorum ſecurigeros intelligit, qui & lictores vocabantur. hi portabant virgarum faſciculos ſecuribus alligatos: magiſtratusq; præibant. & iuſſi faſciculos ſoluentes reum pri-

Fasces

Faſcibus egreditur patrijs, oſtroq; ſuperbus,
Et ſolio ante fores ſedit ſublimis eburno:
Conſedere patres pariter iuxta ordine & ipſi,
Atq; diu ſiluere: orſus dux deniq; fatur:
Dicite quo tandem demitti crimine morti
Poſcitis egregium iuuenem: queſiuimus ipſi
Et genus, & vitam: nil dignum morte repertum:
Sed potius factis fama illum ingentibus affert
Vt propius vinctum vidi, audiuiq; loquentem,
Vt ſtupui? vt viſus mihi nil mortale ſonare,
Cuncta deo ſimilis vultum, voceniq; oculoſq;?
Aut certe deus ille, dei aut certiſſima proles. georg lib.2
Cedite: ne Regem veſtrum ignorate volentes.
His dictis cunctis penitus dolor oſſibus arſit
Ingens: infremuere omnes, gemitumq; dedere.
Tum ſenior ſurgit fandi doctiſſimus Annas
In medio, & dictis exorſus talibus infit:
Si tibi non alijs per ſe manifeſta pateret

mo virgis cædebant: moxq; ſecuri feribant. * faſcibus patrijs. virgarum .ſ. ſecuribus alligatarum, quos faſces tamquam ſui magiſtratus inſignia præſe mittebant iudices, & ad terrorem ac pompam. vnde tractum eſt: vt hi faſces pro magiſtratibus ipſis ac honoribus a populo delatis, ab autoribus vſurpentur. hinc Virg. dixit. Non illum faſces populi, non purpura regum. * oſtro. veſte purupurea. quæ ſolis Regibus ac Romanis Magiſtratibus conuenıebat. * ſolio eburno. iudiciali ſede quæ & tribunal dicitur quamuis ſolium ꝙ ex ſolido fiebat. ligno propriæ Regũ eſſet ſedes tutiſſima. alludit autem vates ad illud Euangelicum. ſedit Pilatus pro tribunali in loco qui dicitur lithoſtratos, hebraice autem gabatha. & erat (vt ait Beda) pauimentum quaſi lapide ſtratum ac locus iudicij ſublimis. * ordine. vnuſquiſq; pro gradu dignitatis ſuæ. * diu ſiluere præ ducis reuerentia. * orſus, loqui cepit participium eſt contrariæ ſignificationis. etenim cum ſit temporis preteriti, cuius natura eſt rem iam elapſam & perfectam ſignificare: hoc vt plurimum præſentis & futuri ſermonis initium ſignificat. eſt tamen vbi propriæ ſimul ponatur ac impropriæ. Virg. ſic venus. & veneris contra ſic filius orſus. & alibi ſic iupiter orſus. * quo crimine hoc eſt quod ait Ioannes Pilatum dixiſſe, quam accuſationem affertis aduerſus hominem iſtum: vt etiam ſupra dictum eſt. * Egregium iuuenem. laudat eum Pilatus non tantum ab ætate. quantum a virtute: quæ ſemper in homine floret, & numquam ſeneſcit. alioquin ex aſpectu minime videbatur iuuenis. nam legimus illi iudeos dixiſſe. Quinquaginta annos nondum habes & Abraam vidiſti? * quæſiuimus. iudiciariam fecimus inquiſitionem more ſolito. * nil dignum m, r, ſic & in Euang, nullam inuenio in eo cauſam. * vt vidi, vt ſtupui .i. mox vt vidi, quã ſtupui. ſic etiam exponatur. tertium vt ſequens, mox vt audiui eum loquentem, quam viſus eſt mihi n, m. ſ, * cuncta Deo ſim, vul; vo. oc, i. per omnia ſimilem deo vultum habet vo, oc, * aut certe d, i, d, a, c, p, concluſio eſt ſylogiſmi: qui conſtat ex propoſitione, aſſumptione, & concluſione. ſed hic dupliciter colligitur. negatiue, & affirmatiue. nam ſi nihil mortale ſonat, ergo deus, item ſi per omnia Deo ſimilis eſt, ergo Deus eſt. & rurſus, Deus ille. dei aut Cer, Prol, vtrumq; verum eſt. nam & deus eſt & dei filius. * cedite, deo .ſ. vel apheresis eſt. pro recedite ab hac iniuſta pertinacia expetendæ necis eius. * ne ignorate volentes .i. ne malicioſe fingatis ignorare quod ſcitis. vel me docente ſcire poteſtis, hi ſunt de quibus ait Propheta. noluerunt intelligere: vt bene agerent, & alibi. ſapientes ſunt vt faciant mala. bene autem facere neſciunt. & de quibus ait Apoſtolus. ignorans ignorabitur. vtiq; de illo dicit, qui potuit ſcire, ſed noluit, rurſus hæc ignorantia dicitur craſſa & ſupina, quæ neminem excuſat a culpa. * penitus, omnino, valde, & interius, hic ſignificat. * dolor in, ar, poteſt eſſe hypalage .i. ingenti dolore oſſa exarſerunt. quia non reſponderat preſes ad vota. * fandi doctiſ. orator eloquentiſſimus. * Annas. hic erat Socer Cayphæ, & Anni præteriti fuerat pontifex. ad quem dominus Ieſus mox vt captus eſt deductus fuit. ab eoq; de doctrina atq; diſcipulis interrogatus eſt: & ab impio eius miniſtro alapa percuſſus. * infit, loquitur verbum regium eſt & defectiuum: nec facile alteram huius verbi perſonam inuenies. * ſi tibi n, al, per ſe. Oratio hæc eſt in genere iudiciali: plurima inſinuatione plena: eo quia turpem hic orator malignus cauſam fouet, accuſat enim innocentem

Margin notes: Solium & tribunal. — Lithoſtratos — Orſus. — Virtus nũquam ſeneſcit. — Io. 8. — vt, vt, — Sylogiſmus. — Ignorãtes craſſa. — Annas — Infit.

*centem. qui cum vera non habeat crimina: falſa obÿcit, multiſq; ad ea coloranda vtitur ſuſpitionibus: quibus ſimplicem iudicis mentem nititur obuoluere. * alÿs ſignis. reſpondeat defenſor. quibus rogo? nec enim in cauſa capitis ſigna vel leues coniecturas ſufficit adducere. cum lege cautum ſit, probatio-*
2 q 8. c. ſciant. *nes criminum oportere luce meridiana clariores eſſe. * multa, p multum. nomen pro aduerbio. * collectos ci, hoc eſt ꝙ & Io. Euang. refert eos dixiſſe. ſi non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. * conueniſſe vides. reſpondeat defenſor. hoc non eſſe in altercabiles: ſed leuiſſimum ac futile argumentum. cum moris ſit malorum vt multitudine armentur, qui nulla ratione fulciuntur. * hic autor ſandi, verum dicit, neſcius. quia dominus Ieſus Deus, & filius dei, ſicut eſt virtus & ſapientia patris ita & verbum. & ſicut aliarum eſt autor virtutum, ita & eloquentiæ. * ſefellit. ſeductorem ac gentis ſubuerſorem vult intelligi, ſed mentitur. quia veritas neminem fallit, & via neminem ſeducit, vitaq; nullum ſubuertit. * facie honeſta. pulchra multoq; honore plena. de qua per prophetam.*
Pſal 44. *ſpecie tua & pulchritudine tua intende proſpere, procede & regna. reſp. def. corporis decor, animiq; decorem innuit, & innocentiam. contra, ex interiori fœditate, exterior vultus quaſdam, maculas contrahit. * dolis. nunquid doli ſunt, agenda pænitentia monita docere vitia fugere? virtutem amplexari? æternam gehennæ pœnam abhorrere, quærere regnum dei? dolus eſt hyppochriſis tua. quia ſimulata ſanctitas dupplex eſt iniquitas. * ſcelerum, ſed quorum? interrogentur atq; reſpondeant ab inmundis ſpiritibus liberati. cæci videntes: mortui reſurgentes, & ꝙ omnia ſuperat ſtulti ſapientes effecti, vtrum malefactor aut ſcelera tegat ſalutaris Ieſus? ſed retribuebant (vt ait propheta) mihi mala pro bonis. & pro eo vt diligerent me, detrahebant mihi. * noua relligio, quæ docet deum in*

Res ſignis Romane vel hinc dignoſcere promptum
Cuiq; foret, teq; imprimis dux multa moueri
Pſal Miſerere mi: 50. Conuenit, huc cum tot collectos vndiq; ciues
Conueniſſe vides vnius crimina contra.
Hic autor fandi multos ſermone fefellit,
Et facie (ne cede dolis) mentitur honeſta
Virtutem: ſcelerum tegit alto in pectore amorem,
Nonne vides, hæc relligio quò ſe noua vertat,
Orgia quò, cœtuſq;, & nocturni comitatus?
Seditione potens Iudeas ſuſcitat vrbes
Auſus ſe paſſim terrarum dicere regem,
Progeniemq; patris ſummi, cui ſydera parent,

ſpiritu adorandum. ſed nonne & pater tales quærit qui adorent eum? vtiq; Regius pſaltes canit. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtiq;: holocauſtis at non delectaberis. ſacrificium deo (ſupple gratũ eſt) ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum deus non deſpicies. verum de hac re ſatis & ſupra iu alÿs libris diſputatum eſt. de hac nouitate religionis, legis & ſacrorum futura. ſic habetur in Eſaia.

Federis noui vaticinium. Legiſq. noue.

Eſaiæ 63.
Hier 31. *Ne memineritis priorũ: & antiqua ne intueamini. Ecce ego facie noua & nunc orient: vtiq; cognoſcetis ea. & Hieremias. Ecce dies (inquit) venient dicit dominus, & feriam domini Iſrael, & domui Iuda fædus nouum: non ſecundum pactũ quod pepigi cum patribus eorum: in die qua apprehendi manum. vt educerem eos de terra ægipti; pactum quod irritum fecerunt. & Ego dominatus ſum eorum, dicit dominus, ſed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael. poſt dies illos dicit dominus, dabo legem meam in viſceribus eorum: & in corde eorum ſcribam eam. & ero eis in deum, & ipſi*
Ezech. 11. *erunt mihi in populum. & Ezechiel, dabo eis cor vnum & ſpiritum nouum tribuam in viſceribus eo-*
Ezech. 36. *rum &c. & alibi Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquina mentis veſtris: & ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri &c. * orgia quo, ſuple tendant. hoc dicit. non ꝙ bachanalia Chriſtus celebraret ſed quia in die palmarum. illi aſello inſidenti obuia occurrerunt turbæ, quæ & ramos oliuarum ac palmarum manu geſtabant, & clamabant dicentes, Oſanna filio Dauid * cœtuſq;, conuentus eos dicit. qui vſq; in deſerta eum ſequebantur audiendæ prædicationis gratia, & vt ſanarentur a lãguoribus ſuis. * nocturni comitatus, hi nulli erant niſi diſcipulorum. quos die nocluq; ſecum habebat. & quibus cum interdum in oratione pernoctabat. * ſeditione potens. in hoc planè mentiebatur Annas. quia nunquam ſeditionem vllam concitauit. quin potius hortabatur populum vt cæſari tributum redderet:*
Matth. 23. *quod & ipſe perſoluit, inſuper & commouebat, vt ſuperioribus exhiberent reuerentiam dicens. ſuper cathedra Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſei. quæcunq; dixerint vobis ſeruate & facite: ſecun-*
Io. 6. *dum opera verò eorum nolite facere, dicunt .n. & non faciunt. * Regem. quinimo turba panibus ab eo ſatiata cum voluiſſent eum rapere & facere regem: dimiſſis a ſe diſcipulis, ſolus aufugit in montẽ.*

pro-

*progeniemq; patris ſummi. verum hoc. quod ex operibus comprobauit. * dat veniam. & hoc ve- Io 1.
rum. quia deus eſt. vnde & Ioannes Baptiſta Ecce (inquit) agnus dei Ecce qui tollit peccata mundi
* ponę metum. timore damnationis æternæ. * quod ſcelus. blaſphemiæ .ſ. iuxta opinionem phariſeo- Philipp. 2.
rum. ſed veritate inſpecta nulla erat blaſphemia. vnde Paulus. Non rapinam inquit arbitratus eſt
ſe eſſe æqualem deo, cum in forma dei eſſet. ſed exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens. * ſic ve Leuit. 24.
teres ſanxere. vt blaſphemi morte plectantur. * vetera iura. quinimo dixit dominus. nolite putare: Matth. 5.
quia venerim ſoluere legem. non enim veni ſoluere, ſed adimplere. Item donec tranſeat cęlum & ter
ra: iota vnum, aut apex vnus non præteribit a lege: donec omnia fiant: verum vt teſtatus eſt ipſe Io. 1.
Ioannes Baptiſta lex per Moyſen data eſt: gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Item lex
& Prophetæ vſq; ad Ioannem. ex eo Regnum Dei Euangelizatur. de hac re, & alibi ſupra diſputa- Matth. 11.
tum eſt. * leges, Euangelicas. * nouos ritus. de quibus Paulo ſupra diximus. * noua ſacra, Baptiſ- Luc. 16.
mi & corporis ac ſanguinis ſui. veteribus obuelata figuris, & a prophetis longè ante prædicta. * ſeri
nepotes. omnes Chriſti fideles, quales ſumus nos. * proh. excandeſcentis eſt interiectio. * minatur.
ſed nonne & anteceſſores Prophetæ hoc idem minati ſunt? deiectam iri vrbem veſtram propter iniqui
tates veſtras O Annas? & ob ſanguinem innocentum quem non ceſſabatis effundere? quid ergo mirū
ſi & ipſe dominus Pij patris*

Atq; ideo veluti deus vltro crimina faſſis
Dat veniam, pœnæq; metum poſt funera ſoluit, Lucæ 19.
Quod ſcelus haud aliter poterit quàm morte piare,
Sic veteres ſanxere: ſed & vetera ipſe retractans
Iura, nouas figit ſimulato numine leges,
Inſtituitq; nouos ritus, noua ſacra per vrbes, Matth. 22. & 23.
Quæ ſeruent ſeri ventra in ſecla nepotes. Lucæ 13. & 21.
Quin ipſas haud obſcura pròh, voce minatur
Deiecturum aras, ſeq; igni templa daturum,
Templa olim impenſis tantorum ſtructa laborum.
Et iam iam volet ipſum etiam reſtinguere ſolem, Regum 9 &
Syderaq; obſeſſo verbis deducere cœlo. paral. 7.
Haud ſcelus ille tamen fallaci pectore quiuit
Diſſimulare diu: neq; enim ſcelerata ſubire
Tecta horret, nec ſe vetitis conuentibus aufert
Admonitus, ſocijq; epulis capiuntur opimis.
Quin etiam interdum ſi qua tota impius vrbe

*more calamitatem vrbis ve-
ſtræ prauiſam defleuit? * deie
cturum ſe. non hoc dixit domi-
nus. ſed deijciendã ac igni dan
dam prauidit, atq; prædixit.
* templa olim Anadiploſis. &
pathos mouet ex replicatione
verbi cum exclamatione. * ſtru
cta laborum. at memento eius
quod dixit dominus Salomoni.
ſi auerſi fueritis: & derelique-
ritis iuſtitias meas, & præce-
pta mea, &c. vſqs ibi. euel-
lam vos de terra. & domum
hanc quam ædificaui proijciam
a facie mea. & tradam eam
in parabolam, & in exemplum
cunctis populis. * ipſum reſtin
guere ſolem. quod dominus ante diem vniuerſalis iudicij futurum eſſe predixit, hoc nunc ad crimen ei
adducit. ſed nonne hoc idem prædixerunt prophetæ. futurum? multo ante dominum? Iſaias dixit. Eſaię 13.
obtenebratus eſt Sol in ortu ſuo: & Luna non ſplendebit in lumine ſuo: viſitabo ſuper orbis mala &
contra impios iniquitatem eorum. & alibi confractione confringetur terra. contritione conteretur ter
ra. commotione commouebitur terra: agitatione agitabitur terra. ſicut ebrius. & auferetur quaſi Eſaiæ 24.
tabernaculum vnius noctis. & poſt pauca. Et erubeſcet Luna & confundetur Sol. & Ioel, Sol (inquit)
conuertetur in tenebras: & Luna in ſanguinem: antequam venie dies domini magnus. quid ergo gra Iobelis 2.
ue eſt? ſi Chriſtus dixit. ſtatim autem poſt tribulationem dierum illorum Sol obſcurabitur: & Luna Matth. 24.
non dabit Lumen ſuum. & Stellæ cadent de cælo. & virtutes cælorum commouebuntur? * diſſimu-
lare calare. * ſcelerata tecta. peccatorum domos, arguit ex conuictu. quaſi omnis qui in domo pecca-
toris hoſpitetur, ex hoc fiat peccator. væ autem ægrotis, ſi eorum domos fugerent medici, ex ſola
viſitatione infici metuentes. * admonitus. quin potius apud diſcipulos inſimulatus. quippe diſcumben
te eo cum diſcipulis ſuis in domo Matthei, quem ex Theloneo conuerterat ad viam iuſtitiæ. Phariſei
dixerunt eis: quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter? At Ieſus audiens ait
non eſt opus valentibus medicus: ſed male habentibus. non enim veni vocare iuſtos: ſed peccatores
ad pœnitentiam. & euntes diſcite quid eſt, miſericordiam volo, & non ſacrificium. * opimis pingui-
bus. ex hoc vult inferre eos eſſe guloſos. at ipſi verè erant guloſi. qui primos in cœnis amabant diſcu
Zacheus. bitus. * impius vrbe. Zacheus vt arbitror hic notatur. cui dixit dominus. hodie me oportet in domo Marci 12. & Lucæ 20.
tua manere. & ille feſtinans de ſicomero deſcendit: & cum gaudio ſuſcepit illum in domum ſuam. & Lucæ 19.*

inter cenandum conuerſus dixit. domine ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. & ſi aliquē
defraudaui reddo quadruplum. ait Illi Ieſus: quia hodie ſalus domui huic facta eſt. eo q. & ipſe filius
ſit Abraæ venit .n. filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat. nullum alium publicum
Io. 1. Aug. ibidem. *peccatorem famoſum legi a domino receptum eſſe, ſupra hos duos. Mattheum & Zacheum.* * *nihil. re* Nihil.
cte intelligenti. peccatum ſignificat nihil. iuxta illud & ſine ipſo factum eſt nihil. & hoc eſt quod ve
rè vocatur opus ſeruile Sabbatis prohibitum. quia qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. * *pellit mor*
Luc. 8. *bos. & tu O Phariſeæ feſtis diebus Iubes Aſinos tuos duci adaquare?* * *ægriſq; medetur. & tu ſi bos*
aut Aſinus in foueam deciderit die feſto, nonne continuo præcipis eum inde leuari? quanto melior eſt
homo Boue vel Aſino? propter hominem factum eſt Sabbatum. non homo propter Sabbatum. Pha-
Matth. 23. *riſei cæci culicem excolentes: Camellum autem deglutientes?* * *vetitis dapibus, nuſquam hoc lectum*
eſt a diſcipulis factum eſſe ante manifeſtam ſpiritusſancti acceptionem. tametſi legamus illis dominum
præcepiſſe in quamcumq; domum intraueritis, comedite quæ apponuntur vobis. verum tunc mittebat
eos ad oues tantum quæ perierant domus Iſrael. ne quis dicat q. in domibus gentilium ex vi præcepti

Inuentus fama ante alios ob crimina notus,
Continuo paribus gaudens adit impiger illum,
Nec requies, donec ſibi conciliarit amicum.
Matth. 23. Tantus amor ſcelerum, tantum illi fallere cordi.
Tum, feſtis cum fas nihil exercere diebus,
Ipſe tamen pellit morbos, ægriſq; medetur.
Quid memorem, vt ſocij vetitis impune per ædes
Veſcantur dapibus, cereremq; & pocula tractent
Haud prius ablutis manibus ſine more, ſine vllis
Legibus immundi, contactuq; omnia fœdent?
Scilicet omnipotens placitos tot ſeculà ritus
Retractat pater, & mentem ſententia vertat.
Quæ noua tempeſtas? ea ne inconſtantia cœlo?
Dede neci, ne turicremas, quibus imminet, aras
Deſtruat, & poſt hac non auſit talia quiſquam.
Dede neci: pœnas ſceleri impius hauriat æquas:
A' ſacris prohibe infandos altaribus ignes.
Iſaiæ 1. Dixerat, atq; omnes eadem ſimul ore fremebant.
Romulus at dictis nequicquam flectitur vllis.

cogebantur manducare etiam communes cibos, ſi tales contigiſſet apponi. * *ablutis manibus aſt illotis manibus panem manducare non coinquinat hominem: væ vobis O Phariſei Cæci & Hyppochritæ, qui lauatis quod de foris eſt calicis, & parapſidis, intus autem eſtis pleni rapina, & immundicia, & eſtis ſimiles ſepulchris dealbatis, que a foris apparent hominibus ſpecioſa: intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia.* * *placitos ritus. immo ſumme diſplicitos propter iniquitates atq; impietates veſtras. Quo mihi (ait dominus per veſtrum Eſaiam) multitudinem victimarum veſtrarum? plenus ſum, holocau*
Ifal. 49. *ſta arietum, & adipem pinguium: & ſanguinem vitulorum, & agnorum nolui. &c. ibi vide, ſic*
& per os Dauid. numquid carnes taurorum manducabo? aut ſanguinem hircorum potabo? & alia Tranſlatio Sacerdotij & legis.
per multa ibi vide. * *retractat pater. non retractat. ſed ruentem domum reficit. vmbram fugat, &*
veritatem inducit. amouet figuras, & rem ipſam oſtentat. de hac tranſlatione ſacerdotij, quam ex ne-
ceſſitate ſecuta eſt & legis tranſlatio. quia longa nimis eſt. vide Paulum ad hebreos. latiſſime diſpu
Hebr. c. 7. 8. 9. ac 10. *tantem.* * *mentem ſent. ver. ſi ſic ab æterno diſpoſuerat facere. quæ mutatio in eo eſt? mutabilis eſſet*
ſi non faceret, quod decreuit. ſi non adimpleret, quod promiſſit. * *quæ noua tempeſtas? quid mirum*
ſi ad ordinatiſſimam diſtributionem temporum doctrinā quoq; humano generi tribuit ſalutarem? * *in-*
Ezech 34. *conſtantia cœlo? eſſet omnino. ſi paſtor æternus ipſe non viſitaſſet oues ſuas: quas omnino ſe viſita-* Paſtores mali.
turum promiſſerat. & de manibus eorum paſtorum educturum. qui paſcunt ſemetipſos & non greges
Eſaiæ. 1. *lac comedunt: lanis operiuntur: & quod craſſum eſt occidunt, gregem autem dominicum non paſcūt.*
* *thuricremas aras. ſuper quibus thura cremantur, aſt incenſum (ait dominus) abhominatio eſt mi*
hi: neomeniam & ſabbatum & feſtiuitates alias non feram. iniqui ſunt cœtus veſtri. calendas ve-
Matth. 23. Marci 12. *ſtras & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea.* * *dede neci. Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis Pro-*
phetas, & lapidas, eos, qui ad te miſſi ſunt. væ tibi, relinqueris deſerta. Ecce filium domini vineæ
& Matt. 21 *interficis: vt tua ſit hereditas. non ſic erit, vt putaſti. ſed malos deus male perdet. & vineam ſuam*
locabit alijs agricolis: qui reddant ei fructum in tempore. * *Romulus. nouo dictum .i. Romanus præ-* Romulus.
ſes. Pilatus. * *dictis vllis vt pote futilibus, vanis, & veritate carentibus. ſicuti oſtenſum eſt.* * *ſcit*
fabricata hoc eſt quod in Euangelio. ſciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent eum. * *gloria ex mi-*
rabili

inuidus

rabili doctrina & ſignis inſurgens. * exercet, angit ac excruciat. nam inuidus inuidia rumpitur ipſe ſuit. * obiecisse. vt Paulo ſupra in reſponſionibus ad obiecta monſtratum eſt. * reſtitit. non vi, ſed veris reſponſionibus, refellit, confutauit; ac ſilentium impoſuit, ita vt obmuteſcentes non auderent eum amplius interrogare. * nec ſe progeniem. ecce iudex ipſe more Romano ſupplet vices aduocati, propter accuſati paupertatem. * non negat. ſed confitetur, vt in illo loco. confiteor tibi pater cœli & terræ, & alibi. pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. & pater non iudicat quemquam: ſed omne iudicium dedit filio. & quod dedit mihi pater maius omnibus eſt. & rurſus ait. Ego & pater vnum ſumus. quem pater ſanctificauit, & miſit in mundum &c. his teſtimonijs plenum eſt Ioannis Euangelium. * non latet ex prophetarũ oraculis. * molliat iras. mediator quippe dei & hominum eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus: qui dedit ſemetipſum pro omnibus, reconcilians ima ſummis. * culpãq; par. ſic & apoſtolus ait. Et ideo noui teſtamenti mediator eſt: vt morte intercedente in redemptionem earũ præuaricationum quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. * priorum .ſ. vatum * patres. patriarchas intelligit Abraam, Iſaac, & Iacob. quibus facta eſt promiſſio Chriſti ex eorũ ſemine orituri. * rebus. hæc eſt optima probatio, quæ inſurgit ex operibus. quia & ipſe dominus vſus eſt in Euangelio dicens. ſi non facio opera patris mei, nolite credere. ſi autem facio. & ſi mihi, non vultis credere: operibus credite. & iterum. opera (inquit) quæ ego facio: ipſa teſtimonium perhibent de me. & rurſus. ſi opera non feciſſem in eis, quæ nemo vnquam fecit: peccatum non haberent: nunc autem & me oderunt, & patrem meum. * monſtris ingentibus miraculis naturam ipſam ſuperexcedentibus. ſicuti eſt cæcis natis viſum præſtitiſſe: & mortuos etiam quatriduanos ſuſcitaſſe. * artes hominum. medicæ .ſ. * nulla vis herbarum, verborum, ac lapidum. in quibus natura multas opes hominum morbis inſeruit. * quoſdam, multos quidem ſuſcitauit dominus, ſed tres tantum in Euangelijs legimus certi gratia myſterij: quod ſuis in locis ſupra expoſuimus. * penitus immiſſa. ne ad horam exanimes iacuiſſe calumniarentur. * nexus, quibus anima formata corpori quando infunditur a deo alligatur. qui & ſola morte ſoluuntur. * O, odijs. nulla fit hic temporis aut vocalis ipſius colliſio ex alterius vocalis concurſu. ſicut nec in illo Ouidij. O vtinam tunc cum lac. el. per. * ne fruſtra pug. deo vobis fortiori conantes obſiſtere. iſtud idem perſuaſit Gamaliel doctor apoſtoli, cum adhuc poſt domini aſcenſionem & miſſionem ſpiritus ſancti pertinaces iudei apoſtolos perſequerentur. quoniam (inquit) ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus diſſoluetur: ſi verò ex deo non poteritis diſſoluere, ne forte & deo repugnare videamini. * gliſcit. creſcit. malitia quippe hominum inuidorum confundi aliquando poteſt ratione ex reddita, placari verò nunquam. ſed veluti ſi quis decurrentis aquæ meatum molibus aggerum niſus fuerit retinere: creſcit eius impetus. nec ceſſat, donec aggeribus ruptis foris erumpat. ita eorundem nequitia. ſi ratione fuerit compreſſa, vehementius augetur. nec deſinit feruere: donec impetu facto aliunde erumpat. * inſiſtere, pro inſiſtebant. * infreni. impatientes imperij. quales eſſe ſolent equi abſq; freno. * ſæuire. pro ſæuiebant. ſic & abſcindere. pro abſcindebant. hyſtoricis etiam familiaris eſt figura. * anticlum. veſtium indiſcreta abſciſſio, regni abſcendendi, &

Marginal notes: Matth. 27. — Filius dei eſt Chriſtus. — Matth. 11. Io. 3 & 5. — Io. 10. — Ad galatas. 3. — 1. Tim. 2. Hebr. 9. — Operũ optima probatio. — Io. 10. — Io. 5. — Io. 15. — gamaliel. — Act. 5. — Malicia impiorum. — Infreni.

Nec noua primũ audiſt nunc crimina cuncta nefando.
Scit fabricata odio, dum Chriſti gloria, & ingens
Sacrilegos ſtimulis virtus exercet amaris.
Atq; ait: hæc coram fama eſt vos ſæpius illi
Obiiciſſe, quibus ſemper ſermone paratus,
Reſtitit, & vera victor ratione refellit.
Nec ſe progeniem ſuperi negat ipſe parentis,
Quem vos promiſſum cœlo diuinitus olim
Venturum tandem auxilio mortalibus ægris
Non latet, vt veteres genitoris molliat iras
Concilians generi veſtro, culpamq; parentum
Ipſe ſua virtute luat: ſic ferre priorum
Accepi monimenta, patres id prodere veſtros,
Et rebus probat ipſe: adeo circum oppida luſtrans
Arrexit totam monſtris ingentibus oram,
Quæ non vllæ artes hominum, non vlla poteſt vis.
Quin etiam in lucem quoſdam reuocauit ab vmbris,
Queis penitus iam mors totos immiſſa per artus
Soluerat hærentes animæ de corpore nexus.
Quare agite ò odijs miſeri deſueſcite iniquis.
Ne fruſtra pugnate: deum ſed diſcite veſtrum.
Dixerat: at magis, atq; magis violentia gliſcit
Omnibus, ingenti clamore inſiſtere, & vna

dominationis

dominationis penitus amittendæ ſignum erat. nec ſecus.cōparatio hæc patet ex ſupradictis.* Ateſim Venetiæ fluuiū nō Ticinū Papienſem noſtrum dicit ſed Tridentinum Atheſim:qui ex Tridentinis alpibus defluens Tridentū alluit Veronam diuidit,deinde ꝑ latas padi paludes gradiens non longe a Brondulo in Adriatico mare ingreditur.* læta arua,pingues campos.* diluere.diluendo pinguedinem auferet.nec.n.fælicem limum (vt Nilus ægiptiacus) trahunt hæc noſtra flumina. quin potius auferunt* Ad Herodem ducitur Ieſus.
*ſi quid pinguedinis ineſt aruis excultis. quæ & ſterilia reddunt. * fortè autem Rex Herodes. factum*
Pſal. 2. *eſt autem hoc diuino inſtinctu. vt impleretur Regij vatis carmen. Aſtiterunt reges terræ: & principes conuenerunt in vnum: aduerſus dominum & aduerſus Chriſtum eius.* ſoboles regum. & alterius regis Herodis filius. * hoc tempore. pro huius temporis. antiptoſis eſt. videtur innuere ſolum*
Lucæ 3. *hunc Herodem ſupereſſe ex multis magni Herodis Regis Iudeorum filijs. Phylippus tamen ſuper viuebat adhuc cui vxorem Herodiadem hic Herodes abſtulerat. & ob id a Ioanne Baptiſta redarguebatur.* ſtudio ſacrorum. celebrandi paſchatis gratia. nam & ipſe fuerat circuncisus, & iudeum ſe profitebatur, ritum gentis imitatus. * pars paterni regni. quarta.ſ. nam defuncto patre Herode re-* Iudeæ regnum in 4. tetrarchias
Ioſephus Beda. & Lucæ. 3. *ge magno. & Archelao eius filio (qui decem annis poſt illum regnauerat) miſſo in exilium. Auguſtus Cæſar regnum Iudeæ quominus validum fieret, minuſq; aptum eſſet ad rebellandum. in quattuor tetrarchias.ſ. principatus, diuiſit. & iudeam quidem per procuratorem gubernabat. galileam autem Herodi huic conceſſit. Philippo fratri eius Ituræam & Traconitidis regionem. Lyſaniæ verò Abilinam.* quem poſtquam ac,re,ro,ad, exprimitur hic quod Lucas enarrat. Nihil inquit Pilatus inuenio cauſa in hoc homine. At illi inualeſcebant dicentes. commouit populum, docens per vniuerſam iudeam. incipiens a galilea vſque huc Pilatus autem audiens Galileam, interrogauit ſi homo Galileus eſſet. & cognito quod de Herodis erat poteſtate. remiſit eum ad Herodem. qui & ipſe hieroſolymis erat illis diebus. Herodes autem viſo Ieſu gauiſus eſt valde.erat enim cupiens ex multo tempore videre eum. eo quod audiret multa de eo. & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpondebat. ſtabant autem principes ſacerdotum & ſcribæ*

Lucæ 23. Infreni ſeuire, humeriſq; abſcindere amictum.
Nec ſecus increuere animis ardentibus iræ,
Quam ſi Ateſimue, padumue vndis læta arua parantē
Diluere, agricolæ ſubiti compeſcere tendunt
Aggeris obiectu, præceps magis æſtuat amnis
Inſultans, victorq; altas ruit agmine moles.
Forte autem Rex, & Soboles hoc tempore regum
Herodes ſtudio ſacrorum aduenerat vrbem,
Munere Romulidum pars huic amiſſa paterni
Reddita erat regni, Galilææq; oppida habebat.
Quem poſtquàm accepit Rector Romanus adeſſe,
Solueret ingrato quo ſe ſe munere tandem,
Tranſmiſit Galilæum illi vinctum Galilæo,
Atq; ipſum iuſſit, vitamq;, & crimina, ſi qua,
Quærere, pro meritiſq; viro dicernere pœnas.
Tum verò audito Chriſti Rex nomine lætus
Duci intro iubet, ingenti correptus amore
Compellare virum, ac propius vera ora tueri.
Quem dehinc aggreditur vario ſermone: ſed ille
Nil contra, atq; oculos nuſquam auertebat olympo,
Ergo illum nil ſupra hominem miratus & vltro
Irridens, iterum iubet ad prætoria duci,

*conſtanter accuſantes eum. ſpreuit autē illum Herodes cum exercitu ſuo. & illuſit indutū veſte alba, & remiſit ad Pilatum. * ſolueret ne contra eum quem inſontem & propter inuidiam traditum cognouerat: ſententiam dare cogeretur populi furentis impetu ſuperatus. iccirco Herodi eum miſit audiendum: vt ipſe potius eum ſuæ iuriſditioni ſubiectum abſolueret, aut puniret.* Galileum Galileo.ſ. principi, in hoc autem ſecutus eſt legem romanam, quæ iubet quemlibet, a principe ſuæ iuriſditionis condemnari vel abſolui.* ſi qua proponerentur.* meritis. τον μετρων. eſt.i.pro modo culpæ & plecti condigna pœna.* tueri.non tamquā lucraturus quicquā vtilitatis,nec peruerſam mutaturus vitam.ſed credebat ſe viſurum quemdam nouum hominē,de quo audierat ꝙ ſapiens & mirificus eſſet in opibus multis.curioſe ēt cupiēs aliquod miraculū fieri ī cōſpectu ſuo.* vario ſermone,tali.ſ.audiui te oēs ægros* Herodis interrogationes.
ſolo verbo curare.cura ergo et hunc īfirmū famulū meū fecerat.n.afferri famulū egrotū ac diu lāguentē.Ieſus verò nihil illi reſpōdit.nec aſpexit qdē.tūc ait Herodes.dictū ēt nobis fuit.te ī vrbe noſtra cana Galileæ aquā in vinum conuertiſſe.& hanc aquā(fecerat.n.afferri aquam) in vinū conuerte.ſed neq;

huic petitioni nõ respõdit Iesus. Rex autẽ admirans tantã huius viri taciturnitatẽ. mihi nõ loq̃ris (inqt) vel panem hunc ita multiplica, vt decem viris ad prandendum sufficiat. sicuti nonciatũ uobis fuit te in deserto fecisse. & ego te ab impetu acclamantiũ iudeorũ liberabo. alioquin te volunt. iti eoiũ disserpendum relinquam. cumq; nihil illi respondisset, spreuit illum Herodes cum exercitu suo. & dementẽ existimans atq; insanũ Illusit indutum veste alba & remisit ad Pilatũ. haud læto Romano p̃sidi. crediderat .n. se se liberũ ab eius iudicio (q̃ horrebat) verum iterũ ad manus eius deuentum erat.* hic me deficiunt animi. & iure merito. qs .n. oculis siccis vel barbarus, passionẽ d.n.i.ch. poterit enarrare, audire ? vel ẽt meditari? pulcherrima autẽ & affectu pijssimo referta est hæc digressio & catholico vati maxime conueniens. apertaq; adeo vt multa haud indigeat expositione.* factus homo deus, vt sanguine suo redẽptus homo fieret deus: & dei filius.* autor olympi. cęli cõditor, cũ patre & Spu sancto. nam inuisibilia sunt trinitatis opera.* vacui tractus, aerem significat.* Plaga lucida. atherem & superiorem luminũ regionẽ possumus intelligere. nec nõ & paradisum lucidam beatorũ spũũ sedem. est .n. deus oĩa in omnibus. sup oĩa nõ elatus: intra oĩa nõ inclusus: extra oĩa nõ exclusus, nec infra oĩa demissus. sed totus in orbe toto, & totus in qualibet illius parte, & in ipso viuimus oẽs, mouemur ac sumus.* aura omnipotens. spiritũ sanctũ inuocat.* reffice, resarci vel respira. additũ est rõe metri alterũ .f. sicut & in relligio, repperit, rettulit. & similibus in dictionibus.* oĩa nigrescunt, qa sicuti crucifixo dño tenebræ factæ sunt sup vniuersam terram, ita sollicita mente ex memoria passionis dñi nube quadã interioris doloris obũbratur animus.* pallida astra, nam obscurato sole patre luminũ, ex necessitate Luna quoq; & sydera pallida facta sunt, & obscurata. & hanc Solis obscurationẽ non canonico cursu sydernm accidisse satis ostenditur. quia tunc erat pascha iudeorum, q̃ plena luna solemniter agebatur. Regularis autẽ solis defectio non nisi in fine Lunæ cõtigit.* Tantane te pietas. pijssima apostropha, .i. sermonis conuersio ad ipsum d.i.ch. q̃ adeo dilexerit genus humanum: vt non solum pro amicis (qua maiorẽ charitatẽ nemo habet) posuerit animã suã verum etiam pro inimicis.* incommoda nostra, seruitium diaboli, quod propter peccata patiebamur. tenebras infernales, & regni cœlestis dilationem.*

Christi passio.

Deus vbiq; est [illegible]

Act. 17.

Solis ac Lunæ obscuratio qualis fuerit.

Aug lib. 3. de Ciuitate dei.

Apostrophe ad Christum.

Et rursum haud lœto Romano redditur insons.
Hic me deficiunt animi, mens labitur ægra.
Horresco meminisse, dei quæ vera propago
Pertulerit mala factus homo deus, autor olympi,
Quem mare, quem tellus, vacuiq; patentia tractus
Atria, nec capit immensi plaga lucida cœli.
Aura tuo omnipotens vires mihi reffice lapsu
Aura polo demissa, tuo hic me numine firma.
Hæc animi victus quoties euoluere tento,
Omnia me circum nigrescunt, pallida cerno
Astra, caputq; atra roseum ferrugine solem
Occulere, & mœstum in lachrimas se soluere cœlum.
Tantane te pietas miserantem incommoda nostra,
Tantus adegit amor cœli ò lux clara sereni,
Vera dei vt soboles, verus deus æthere missus
Tam grauia hæc velles, perpessũq; aspera ferre?
Diuinumq; caput terrena mole grauatus
Subijceres tot sponte malis? hæc præmia ferres?
Nostra tua bonus vt deleres crimina morte?
Nos dulces vetita decerpsimus arbore fœtus,
Tu trunco infando pendens crudele luisti
Supplicium, ò nimium nostros miserate labores.
Tu, quamuis deus, atq; dei indubitata propago,
Heu nunc hæc hominum, nunc cogeris illa subire

** perpessũ. vt perpeterenẽ. illusionem dicit flagella & crucifixionẽ.* diuinũ caput. humanum q̃dem tantummodo passibile erat. diuinũ tñ recte dicĩt, p̃pter annexionẽ diuinitatis inseparabilem.* hæc præmia ironice, tam crudeles pœnas.* bonus clemens & misericors atq; benignus.* nos. oẽs .n. eramus in lumbis patris nostris Adæ: in quo (vt ait apostolus) oẽs peccauerunt.* vetita arbore, scientiæ boni & mali de qua diximus & in primo lib. cogeris. sponte sua tñ, & proprio hæc patiebatur arbitrio. nam Herodes neq; Pilatus imperiũ in illũ habuissent. nisi ipse met se se volens subiecisset eorum ditioni. hinc & iactanti Pilato q̃ haberet potestatem crucifigendi, ac dimittendi eum: respondit. non haberes aduersum me potestatẽ vllam nisi tibi datũ esset desuper. sed qs desup dedĩt (inqt Aug.) deus. & qs est deus? nisi pater & filius & Sp̃s sanctus.* illa arbitria, põtificũ, Herodis, & Pilati iudicia.* vereri, vt homo infirma circundatus carne.* aduenies, primus .n. aduẽtus fuit ĩ tota humilitate. secũdus erit ĩ maiestate. primo venit iniuste iudicari secũdo veniet iustè iudicaturus.* olim. futurũ hic tractũ sig. alias & p̃sens & p̃teritũ.**

Io. 19.

Aduentus domini duplex.

datus

* *datus arbiter.iuxta illud Euangelij.pater omne iudiciũ dedit filio.* * *Pontius,hic redit vates vnde fuerat digreſſus.* * *ſæuis vndis.fluctuantibus cogitationibus,quibus interdum non minus concutitur pectus humanum,q̃ maris littora fluctibus.indeq; mutua fit tranſlatio.* * *his atq; alijs.ſ.modis.* * *ſupplex.vt cũ dicebat.quid enim mali fecit?* * *placidusq; vt quando dixit.regem veſtrum crucifigam?* * *aſper.Accipite (inquit)eum vos & crucifigite,Ego enim non inuenio in eo cauſam.* * *crudeſcunt.ſæuiunt.deriuatiuum eſt poſitum pro principali.quod raro eſt in vſu.* * *hæc redeunt.ſic ordina litteram.Ego ſueui reddere vnũ de mul,incl,car,& ex ar,im,em,vin,cum hęc ſacra.ſ.paſchalia certis diebus redeunt.cetera*
Ioan.18. *per parentheſim dicta ſunt.* * *antiqua parentum.Eſt aũt (inquit Pilatus) cõſuetudo vobis:vt vnũ dimittã vobis in paſcha. vultis ergo dimittam vobis regẽ iudeorum? clamauerunt rurſum oẽs dicentes.non hunc ſed Barrabam.erat autem Barrabas latro.* * *vana ſuperſtitio.hoc ideo dicit.quia gentilis erat.& ceremonias omnes iudeorum,vanas ſuperſtitiones exiſtimabat.* * *ſueui.hæc conſuetudo non erat legis*
Beda. *præceptum.ſed ex antiqua patrum traditione deſcendit.vt ob recordationẽ liberationis ex ægipto: vnũ ẽt in die paſchæ dimitterent vinctum.* * *inſontem. Ecce iudicis ipſius voce innoxius oſtenditur d. Ieſus.* * *poſſim,quẽ melius & iuſtius dimitti deceat? valde quippe optabat eum indemnem relexare. ne ſe innocentis ſanguine fœdaret. quod maximum eſſe crimen etiam apud Romanos Gentiles legem dei ignorãtes,nemo eſt qui ignoret.quare iuſſerunt iudicibus.vt cum plenè non liqueret de crimine accuſati:prõptiores eſſent in abſoluendo, q̃ in condemnando.* Sanctius eſt. *Sanctius eſſe dicentes:noxium dimittere impunitum, quàm inſontem plectere.* * *abunde eſt. ſuperque abunde.ex miſeria dicti rei volebat eos ad miſericordiam flectere.* * *vt libet. ironice. execrantis enim tale iudicium hæc ſunt verba, & excandeſcentis aduerſus iniuſtiſſimam iudeorum importunitatem.* * *non tulit,deeſt vlterius eorum clamores audire.* * *medium ſer, ab,* Sermo. *eſt enim ſermo duorum collocutio ex interrogatione conſiſtẽs & reſponſione,quam quis non expectauit Pilatus, bene dicitur ſermonem abrupiſſe.* * *crimina falſa. quòd omnis qui ſe regem facit contradicit Cęſari. & quòd legem habemus: & ſecũdum legem debet mori, quia filium dei ſe fecit.* * *pœnas ingrauat ore, clamantes vt crucifigeretur.* * *Barabas. in-* Barabas. *terpretatur. iſte filius magiſtri eorum, ideſt diaboli, qui huic latroni in ſuo ſcelere, in-*

Arbitria in vinclis,& iudicis ora vereri,
Qui roti adueniens olim datus arbiter orbi.
Pontius vt vinctum ſua rurſum ad limina reddi
Conſpicit,arbitrio nec ſe ſubducere triſti
Poſſe videt,ſæuis curarum tunditur vndis,
Iamq; his,iamq; alijs iterumq;,iterumq; retentat
Crudeles animos,& parcere neſcia corda
Irritus,ac ſtudio fruſtra aduerſatur inani
Quàm magis ille animis tendit ſermone mederi
Nunc ſupplex,placidusq;,minis nunc aſper acerbis,
Tam magis accenſis crudeſcunt cordibus iræ.
Tandem ait: Hæc redeunt (veſtrorũ antiqua parentũ
Vana ſuperſtitio) certis cum ſacra diebus,
Vnum ego de multis incluſis carcere ſueui
Reddere,& ex arctis impune emittere vinclis.
Hunc igitur vobis ipſum ſoluine iubetis
Inſontem? nam quem potius dimittere poſſim?
Et iam pœnarum ſatis,ac feritatis abunde eſt.
Aut ſoluo,aut porrò vos hinc abducite,& atræ,
Vt libet immeritum ſine me demittite morti.
Non tulit,& medium ſermonem abrumpit acerbans
Crimina falſa cohors,& pœnas ingrauat ore.
Fortè illis Barabas populo,patribusq; diebus
Inuiſus,quo non ſcelere vſquam immanior alter,
Iam dudum in vinclis pœnam expectabat acerbam.
Nulla fugæ ſpes prorſus,ei via nulla ſalutis.
Huic igitur præſes vellentne, an parcere Chriſto

deisq; in ſua perfidia magiſter fuit. * *ſcelere immanior.nec enim latro tantum fuerat ſed & ſeditioſus. vnde & propter ſeditionem quandam & homicidium in ea perpetratum fuerat miſſus in carcerem.*
Amb. ſuper Luc.c.23. *quem & inſignem vinctum Mattheus appellat. hoc eſt famoſum latronem & ſceleratum. huius igitur latronis & homicidæ peſſimi. non immerito abſolutionem petunt Iudei, qui flagitabant innocentis exitium: tales leges habet iniquitas. vt quod oderit ſcelus diligat. in quo & nominis interpretatio, ſpeciem dat figuræ. Barabas enim vt dictum eſt patris filius latine dicitur. illi ergo quibus exprobratur. vos ex patre diabolo eſtis, vero dei filio, patris ſui, ideſt diaboli filium Anti-*
Beda. *chriſtum prælaturi eſſe produntur.* * *Chriſto, quem omnino credebat Barbara præferendum.* * *Bara-*

bam poſcunt.heret iudeis vſq; hodie ſua petitio: quia.n. data ſibi optione: pro Ieſu latronem: pro ſaluatore interfectorem elegerunt: merito ſalutem vitamq; perdiderunt. & latrocinijs ſe ac ſeditionibus intantum ſubiecerunt, vt & patriam & regnum perdiderint. veniãq; precantur: non rephendimus (inquit Aug.) o iudei q̄ p paſcha liberaſtis nocentē, ſed q̄ occideritis innocentē. q̄ tñ niſi factũ fuiſſet a vobis; verũ paſchã non fieret a nobis.* Chriſtũq; abſu.ſ.t.; inſtabāt.n. vocibus magnis poſtulãtes vt crucifigerẽt.* ſtudijs rectoris. q nitebatur eum liberare, eo q̄ nullam cauſam mortis inueniret in eo.* loris & flagris.* vnde, cũ iudei clamaſſent nõ Ieſum ſibi dimitti a Pilato velle ppter paſcha, ſed potius Barabam latronẽ: tunc apprehendit Pilatũ Ieſum & flagellauit. q̄ nõ ob aliud feciſſe credendus eſt: niſi vt eius iniurijs Iudei & oprobrijs ſatiati, ſufficere ſibi eſtimarẽt. & vſq; ad mortẽ ipſius ſeuire deſiſterẽt.* extinxe. p extinxiſſe.* collaque. pathos monet ex geminatione verbi. q̄; figurã anadiploſim vocant.* detectæ, ver, co, vt impleretur vaticiniũ Dauid, ipſi verò inſpexerũt in me & dinumerauerũt omnia oſſa mea.* ſtatuere, Pilati milites. & præſes dixit iudeis. Ecce adduco vobis eum foras. vt cognoſcatis quia nullã inuenio in eo cauſam.* ob

Aug. ſuper Io.c.19.

Pſal. 21.

Scitatur ſperans ita tandem euadere poſſe
Illi autem victiq; odijs, cæciq; furore
Exolui Baraban poſcunt, veniamq; precantur
Vni omnes, Chriſtumq; abſumi funere tendunt,
Atq; obſtant ſumma ſtudijs rectoris opum vi.
Ille autem loris cædi, virgisq; ſalignis.
Diuinum mandat (viſu lachrimabile) corpus.
Fors ait, innocui potero hac extinxe cruoris
Arte ſitim: ſic immittis miſerebitur hoſtis,
Et lacerum totos cernentes comminus artus,
Ipſi vltro ſaciati, animos à morte reducent.
Iam largo vndabat fœdatum ſanguine corpus,
Perfuſiq; artus tabo, liuentia colla
Collaq;, brachiaq;, & detectæ verbere coſtæ,
Atq; eiectabat craſſum roſeo ore cruorem. Eſaiæ 53.
Talem in conſpectu populi ſtatuere, cruentos
Nudum humeros, pectusq; ambasq; à poplite plantas,
Nam medium texto velabat carbaſus albo.
Palluit aſpectu cœlum: conterrita fugit
Cornibus obtuſis ſub terram argentea Luna,
Nimboſoq; diu latitans euanuit ore.
Et pariter viſa aſtra polo cecidiſſe ſereno.
Non tamen hoſtiles expleuit ſanguine pœnas
Sed magis, atq; magis crudeſcunt corda præcando,
Quæ non vlla artes, quæ non vis mittigat vlla.
Immerito letum intendunt, extremaq; poſcunt
Supplicia infenſi reſonant clamoribus alta
Atria: certatim ſe cuncti hortantur in iras.

tuſis ſub obſcuris. nimboſo ore facie nubibus obtecta.* euanuit. aſpectus hominũ aufugit.*

Stella cadit. * *viſa. bene viſa. nec.n. vere ceciderunt. terrã.n. totam cooperuiſſent. ſed igniti quidam vapores circumferebanẽ. qui ſtellarum cadentium ſimilitudinẽ habere videbanẽ.* expleuit, ſatiauit.* ſanguine quo totũ corpus aſperſum erat. nam, a, planta pedis vſq; ad verticem non erat in eo ſanitas, & impletum eſt in eo vaticinium Eſaiæ non eſt ſpecies ei neq; decor & vidimus eum, & non erat aſpectus: & deſiderauimus eum deſpectũ: & nouiſſimum virorũ virum dolorum & ſcientem infirmitatẽ. & quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus: vnde nec reputauimus eum. verè languores noſtros ipſe tulit. & dolores noſtros ipſe portauit; & nos reputauimus eum quaſi leproſum. & percuſſum a deo, & humiliatum. ipſe autẽ vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: attritus eſt ppter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtra ſuper eum. & liuore eius ſanati ſumus. omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit & poſuit dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum. oblatus eſt quia ipſe voluit & non aperuit os ſuum. ſicut ouis ad occiſionem ducetur. & quaſi agnus coram tondente ſe non aperiet os ſuum &c.* precando. dum rogantur a præſide: nam in paſſiua ſignificatione capiendum eſt hic gerundium, alias & actiuam poteſt habere.* vlla artes Romani præſidis. qui ad hoc & cędi fecerat. vt mitigarentur ſeui eorũ animi. & inſpecta tanta eius miſeria ab expoſtulanda nece quieſcerent. verum nec ſic iudeorum inuidia pro tam graui Chriſto irrogata ignominia refrigeſcit, quinimo inardeſcit & excreſcit.* vis vlla immerito illata.* letum; crucis necem.* reſonant clamoribus vt crucifigeretur. & inualeſcebant voces eorum.* hortantur in iras, nam principes & ſeniores plebem corrũpebant. ac perſuadebant, populo mortem Chriſti tanquã ſeductoris omnino expetẽdã.* Eumenides. inferni furiæ, hoc eſt demones, q vt in primo viſum eſt, miſſi fuerãt ab eorũ Rege, vt procu*

gerundiuum.

rarent

varent Christi interitũ quanto celerius poſſent. miniſtri tartarei.expoſitio eſt ſuperioris dicti.* tenues animæ.ſpiritus quippe ſunt inuiſibiles,aeris incolæ caliginoſi,& poteſtates tenebrarũ.* ſine corpore vitæ.ſed quãdo volunt aliquẽ exterrere vel illudere,aſſumunt ſibi corpus aereũ ĩ quãuis formã, ita vt ẽt in angelũ lucis teſte apoſtolo ſeſe trãsfigurẽt.* circũeunt.nulla ĩ hac cõpoſita dictione fit ellipſis ſeu,m, literæ colliſio.quæ & breuiat.* ſtimulos acres.dirarũ cogitationũ.* ardẽtibus ex ſe facibus inuidiæ vel odij.oleũ.n.(vt eſt ĩ pũerbio)camino addebant ardẽti.quo magis atq; magis flagraret.etenim demones cogitationũ nõ ſunt ſatores,ſed incẽſores,atq; inflãmatores.* lucẽ,lumen intellectus.etenim vitiorũ in animã ingreſſus,virtutũ operat egreſſũ.& cõtra.* agitãt,frequẽter ĩpellunt ad omne ſcelus.cũ .n.cuiuſpiã animus malũ hunc ſeſſorẽ ſuſceperit,non valet eum ad libitũ excutere.ſed vt plurimũ p abrupta vitiorũ circũferẽ ab inſidẽte.donec iterũ ſupno lumine illuſtrẽ.reſumptisq; denuo viribus numine cœleſti infuſis ſe ſe violenter illi ſubtrahat.aut ẽt clam inaduertẽte demone ſubterfugiat ad Xpi diuæq; virginis Aſylum.multũ ẽt cõfert ſanctorum patrociniũ implorare.q huiuſmodi poteſtates aereas pſtito ſibi brachio cõterunt diuino.* p ſomnũ coniux.q̃; elegãter exprimit vates q brevibus verbis ſolus refert*

Circumeo.

Cogitationum incenſores.

Malus ſeſſor demon.

Vxor pilati.

Eumenides, miſsiq; inferna è nocte miniſtri
Tartarei. tenues animæ, ſine corpore vitæ
Circum eunt, ſtimulosq; acuunt ardentibus acres,
Et lucem eripiunt miſeris, agitantq; furentes.
Romanum interea monet ipſa exterrita viſis
Per ſomnum coniux, iuuenis ne ſanguine ſe ſe
Polluat abſtineat capto, portenta minari
Magna deum in ſomnis. is erat, is candidus ille
Agnus ait (nunquam ludunt me ſomnia vana)
Quem circumfuſiq; canes, ſudibusq; petebant
Paſtorum globus omnis: eum mox omnia ademptum
Paſcuaq;, & notis flebant cum ſaltibus agri.
At pater altitonans manifeſta percitus ira
Deſuper autores cædis ſeuibat in ipſos,
Turbatum extemplo viſum ruere vndiq; cœlum,
Et campos latè, ac ſyluas quatere horrida grando:
Tum ſubito audita ex alto, vox, acta per auras.
Parce Deo Romane, hominum compeſce furorem.
Credo equidem hunc (non te fallit)genus eſſe deorũ

Matth.Euang. ſedente Pilato p tribunali miſit ad eum vxor eius,qui diceret nihil tibi & iuſto illi. multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum. inſomnis.nota(inquit Hier.). q gentilibus ſæpe a Dño ſomnia reuelantur.& q in Pilato & vxore eius iuſtum dominum confitentibus,gentilis populi teſtimoniũ fit.* is candidus agnus.videbat .n.videre,candidum agnum a canum & paſtorũ turba impeti & demũ interfici.verũ mox eo ĩterempto horrida tempeſtas ſubſecuta cãpos oẽs late vaſtabat.* nunquam lud,m,ſo,va,amphibolon eſt.etenim ſi vana, quare non ludunt? ſi non vana quem ludunt? potes dicere eam adeo in ſomnijs dignoſcendis peritam, vt numquam,a vanis pro veris illudatur.iſtudq; inter uera deputare. * ſudibus. perticis & paxillis igni præuſtis.* paſtorum. hi ſunt ſcribæ,Phariſei,principes populi & ſacerdotes: quibus vt paſtoribus populum Iſraeliticum gregem ſuum mandauerat dominus aliendum verbo doctrinæ & vitæ exemplo.ſed hi (vt ait Ezechiel) quem omnino vide, paſcebant ſemetipſos: gregem dominicum non paſcebant,lac comedebant:lanis operibant,& q craſſum erat occidebant: gregem aũt dñicũ nõ paſcebant.inſuper & agnum tenerrimum immaculatum dominum noſtrum Ieſum Ch. crudeliter interfecerunt.vè ergo illis.& nimirum ſi tempeſtas ira diuinæ per Romanos Bellatores circumquaq; eos deuaſtauit.hoc eſt ſomnium veraq; eius interpretatio.* paſcuaq; cæleſtia.ſ.dequibus dicit dñs in Euang.p me ſiquis introierit ſaluabit,& ingrediet & egrediet & paſcua inueniet.eſt aũt metonimia cõtinens p cõtento.nam vt infra videbimus angeli amare flebãt necem dñi ſui & noſtri * agri p hos dñi diſcipulos intellige.quorũ corda,velut agri feraceſ,verba Euang.pro ſemine ſuſceperũt.& fructum in patientia retulerunt.* in ipſos.iudeos.ſ.quos gladio peſte ac fame deleuit,vrbe illorum igne romanorum ſuccenſa.* vndiq; ruere ex omni parte calamitates ingruere.* audita;vxori .ſ. Pilati loquitur enim ipſa per internuncium.* deo, domino noſtro Ieſu Chriſto.* ipſi cælicolæ,quanto ergo magis nos luteas domos incolẽtes quibus terrena & omni diſcrimini ſuppoſita ſunt habitacula debemus hæc portenta refutare? eſt autem tacitum argumentum de maiori ad minus,quod aliquando etiam affirmatiue pcedit.ſi maior eſt in minori quã in maiori ratio ad id impellens faciendũ,aut fugiendũ:vt hic.* portenta,quæ porrò.i.in longũ tẽporis tractũ futura mala deſignãt.ſic itaq; Iudex terret in coniuge.& vt criminis iudeorũ in iudicio non pbeat cõſenſum ptulit in vxoris afflictione iudiciũ.iudicatur ipſe qui iudi*

Somnium eius

Sudes.

Somnij expoſitio.

Ezech. 34.

Arg De maiori ad minus

Aug in ſermone de paſsione domini.

Portenta.

cat : & torquetur antequam torqueat. generiq; minentur eorum .ſ.veluti expetierunt.dicentes ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros.* certus.ſed inconſtans animi.vt infra patebit.* ſenſit atrox herebi.pulchra quidem Phantaſia ſed minime vera.dicit.n.Rabanus doctor Catholicus.ꝙ nunc demũ ex multa patientia d.n.i.ch. adimpleri illud vaticinium Eſaiæ de morte ipſius & alia prophetarũ oracula. intellexit per Chriſtum ſe ſpoliatũ iri,& parto per inſidias mundi imperio priuatũ iri, iccirco pœnituit eum mortẽ illius affectaſſe:ideoq; ſicuti,olim ꝑ mulierẽ mortẽ intulerat.ita & modo ꝑ mulierẽ.i.Pilati vxorẽ niſus eſt Xp̃m de manibus iudeorum liberare, ne per eius mortẽ,mortis amitteret imperium,ſed non potuit.eo quia iudei iamdudum ab eo nimis inflammati his ſomnijs minime ceſſere quin . ardentius*

Demonem pœnituit intẽtaſſe necem Chriſti.

Parce manus ſcelerare : pio vir parce cruori.
Ipſi hæc cœlicolæ placidi portentà refutent,
Iudeosq; petant ſolos, generiq, minentur.
Talibus auditis, Solymos animo acrior vrget
Romulides certus veſano obſtare furori.
Iamq; minis agit, & dictis haud amplius arcet
Mollibus inſanos, & non toleranda frementes,
Iamq; videbatur demptis dimittere vinclis
Velle virum, & tantis ſe tandem ſoluere curis.
Senſit atrox Erebo vmbrarum regnator in imo
Aeternam ſeruans memori ſub pectore curam.
Ingemuit, vinciq; animo indignatus amaro eſt.
Protinus horriferum latebroſa ab ſede Timorem
Euocat atrum, ingens, & ineluctabile monſtrum.
Triſtior haud vlla eſt vmbroſis peſtis in oris.
Scilicet, atq; hominum egregijs magis æmula cœptis
Frigus ei comes, & deiecto ignauia vultu.
Ex templo hanc ſuperas torpentem aſcendere adauras
Imperat, intonſi quà molli vertice ſurgunt.
Phœnicum montes, ſolymorumq; alta ſubire
Mœnia, vt Auſonij flectat ducis aſpera corda
Deijciens, ſubigatq; metu deſiſtere cœpto.
Iuſſa facit : ſibi nigrantes accomodat alas
Nocturnarum auium : inq; atros ſe colligit artus.

allegata ſomniorum vanitate pro nece Chriſti extorquenda inſtitere. æternam curã, amittendi imperij.& ne ſpoliaretur manibus piorum quos in carcere cæco detinebat ab initio mũdi vſq; ad illam horã.ſed vnde credebat auertere damnum, inde diſpendium incurrit, & laqueo quem tetenderat ipſe eſt deprehenſus.& in foueã.ſuam quam alij foderat ipſe decidit ac proprio læſus eſt telo.* vinti a pilato ad vxoris exhortationem.* horriferum timorem. ꝙ horrorem pauidis incutiat mentibus, & aliquando corporibus pilorum erectionem: quæ horripilatio dicitur. * latebroſa ab ſede, a tenebris inferni. vbi eſt aſſiduus timor, ac tremor,& ſtridor dentium.aut alludit ad id quod ſolet euenire. vt in latebris poſitos timor ſemper comitetur : ne inueniantur ab his quos vellent latere.* atrũ qa in locis maxime obſcuris pre timore latebras q̃ramus.* ingens qa periculo omnia timẽtibus maiora q̃; ſint in veritate videanẽ.* ineluctabile.cum.n.mentẽ ſemel inuaſerit haud facile inde excutiẽ.hinc legimus ꝙ pſequebatur vnus mille.& duo fugarent decẽ milia.præ nimio.ſ.timore.quẽ deus ineluctabilem in eos immiſerat.* triſtior.nihil.n.tam mæſtos reddit animos hominũ q̃;.inſtantis mali timor.* .ſ.ironice atq; indignatiue.*magis æmula.inuidia.nam ex timore naſcitur diffidentia , quæ plerumq; animos iuuenũ ab egregijs cæptis auertit.* frigus & tremor. etenim ex deiectione animi quæ a timore ꝓcedit ſanguis & ſecũ calor fugiunt ad cor.vt foueant illud.vnde membra ſolito calore deſtituta.frigent, & tremunt.* ignauia,deſidia & pigritia.quæ timidos infeſtat.nam ex quo nihil audent arduũ præ timore aggredi.neceſſe eſt vt iaceant deſides,ac ignauos ocio abſumi oportet.* deiecto vultu,in homine hoc eſt potiſſimum ſignum timoris.at contra audatiæ vultus erectio.* hanc.ſ.timoris peſtem.* intonſi montes. denſitate ſiluarũ vmbroſi,& ob id formidabiles propter feras ac latrones.qui in nemorũ ſpeluncis ſæpe latere ſolent.& inde inſidias viatoribus tendũt.* auſonij ducis,Pilati italici principis.nã Italia olim & auſonia dicta eſt,ab auſone Vlyſſis filio & Calypſoos vt ait ſuidas.* ſubigat,cogat.nã hi quattuor animi tortores.timor & dolor,ſpes & gaudiũ vbi ſenẽ in homine deiecta ratione ceperĩt imperiũ, cogſdiius nãciſcunẽ.* nigrãtes ac,a,dat ei Onomatopeiã,hoc ẽ nouã formã quæ nõ eſt,fingit.ſicut et Homerus contentionẽ,Virgilius famã, & Ouidius Inuidiam.* nigrantis alas, ꝙ in nocte & in obſcuris locis magis timeant homines , & maxime qui ſunt obſcuræ & infimæ conditionis , qualem dicunt fuiſſe Pilatum lugdunenſem, & non ſanguinis Romani virum,qui ex famulicio ad procuratoris Cæſaris gradum fuerat eleuatus : vt ſæpe fit in aula principum . & quoniam cognomine carebat,pontia ſe ſe familia*

Laqueo ſuo capitur demon.

Timoris deſcriptio.

Horripilatio.

Diffidentia.

Deut. 32.

Ignauia.

Auſonia.

Tortores animi.

Onomatopeia timoris.

Pilatus Lugdunenſis.

media inſeruit vxore. nocturnarũ auiũ, veſpertilionum, & congrue. nam neq; hæ die audẽt volare ti more Lucis, aliarũq; auiũ metu: quæ illis oppido ſunt infeſtæ, ſiue natura, ſiue ꝙ olim trãsfugã cognoue rint, vt tradit æſopus.* Tatros ſe col. ar, timẽtis exprimit geſtũ. q & arctiſſimo loco claudi patitur etiã collectis artubus, ne apparẽtibus illis videatur, ac deprehendat.* iamq; em, viæ tractus, pfecto itinere. * obſcœna volucris. mali ominis & pudendæ. cuius fortes viros pudeat.* purpurei, p purpurati pſidis. q purpura more regũ induebat.* ante oculos. qbus timor oſtenditur. ex deiectione & crebra palpebrarũ inclinatione.* pectora in qbus eiecta animi fortitudine ſedes eſt timoris. & ex palpitatione dephendit ac tremore.* ora. quæ mẽtu pallida fiunt, vt quæ ſanguine ad pcordia fugilte calore priſtino deſtituunt. * vinxit colligauit.* dirriguit vi, ſu, ex his meticuloſi habitum collige: vt poſſis cognoſcere metuentem aduerſariũ. & facto impetu facile ſuperare.* exalbuit, expalluit.* ſurrectaq; coma, hæc horripilatio eſt. videt .n. timẽti, ꝙ ex ſubito horrore pili corporis oẽs erigant.* ſteterũt corruptione penultimæ ſyllabæ p ſiſtolen, quæ lõga eſſe debuit: celeritatẽ horroris expſſit.* gelidus horror. etenim timor ſanguinẽ gelat, q coactus gignit frigus lentũ & flexuoſum. vnde et artus calore deſtituti tremãt neceſſe eſt.* ſenſere, p iam dicta ſigna dephẽdere.* inſueta, contra ſolitũ morẽ iudicis: quẽ neminẽ decet timere. vnde ait ſapiẽs. Noli quærere fieri iudex: niſi valeas virtute irrũpere iniquitates: ne forte extineſcas faciẽ potẽtis: & ponas ſcandalũ ĩ agilitate tua.* timentẽ, ne accuſaretur apud cæſarẽ dimiſiſſe ĩpunitũ regni affectatorẽ, ꝙ eſt crimẽ læſæ maieſtatis.* arrepto tẽpore capta oportunitate.* aſpirat ſceptris. ſed vnde habebãt hoc demonſtrare? a purpura, at vilibus pãnis ĩduebat. a diademate? nudo capite incedebat, a curribus? at pedes ſemp ijt, niſi quando ſemel humili inſedit aſello vaticinij implendi gratia. a ſtipantibus ſe millitibus? at 12. piſcatores ægre eum ſequebantur inermes. per omnia vilia trãnſiens, cibum, ſtolam, & habitationem.* affectat honores. mentiuntur. ſed ambitioſi propria crimina vertunt in eum. nonne quando populus pane per eum multiplicato, voluerat facere regem: fugit in montem ſolus dimiſis etiam diſcipulis? omnem ſyriam. cuius pars haud contemnenda fuerat iudea.* quiritum, romanorum, qui vt ſupra dictum eſt etiam quirites a quirino vocabantur. nam Romulus etiam Quirinus vocatus eſt. quod haſta longa vteretur in bello. quæ lingua Sabina curis dicitur. hinc & ſecuris quaſi ſemicuris. vel quia græca. κοίρανος. Rex dicitur. conſtat autem græcos fuiſſe Romanos. propter Euandrum Romanæ arcis conditorem. vel tertio propter generis nobilitatem, quod a Marte feruntur traxiſſe: Mars enim cum ſæuit gradiuus: cum tranquillus Quirinus dicitur. vnde & Romæ olim duo habuit templa, alterum in vrbe, quod quirini eſt: vt pax intus habenda ſignificaretur: alterum extra vrbem in appia via. quaſi bellatoris & gradiui .i. ad bellum gradientis: bella etenim foris ſunt gerenda; vt pax intus habeatur. * ſi igitur res rom, tibi cu, Euangelio Ioannis habetur. clamaſſe ſilicet iudeos: ſi hunc dimittis, non es amicus Cæſaris: omnis enim qui ſe regem facit contradicit Cæſari.* hanc peſtem. animus inuidia, & odio infectus, ſalutem humani generis & vitam hominum æternam, peſtem indicat; & perniciem, ſic & ſtomachus morbo infectus palato verum adimit guſtum, vt dulcia putet amara; & amara dulcia,* haud u, cr, ſed pro multis criminibus. poteſt eſſe etiam antiptoſis, ablatiuus pro genitiuo. vt ſit ſenſus. luat non vnius criminis pœnas, ſed multorum. Ecce qui peccata mundi inſons*

Veſpertilio.
Timor ex oculis.
Meticuloſi habitus.
Horripilatio
Steterunt cor. mediam.

Iamq; Emenſa viæ tractus obſœna volucris
Purpurei crebra ante oculos ſe præſidis ecce
Fertq;, refertq; volans circum importuna ſonansq;
Nunc pectus, nunc ora nigris euerberat alis.
Immiſitq; gelu, & præcordia frigore vinxit.
Diriguit viſu ſubito, atq; exalbuit ille;
Surrecteq; comæ ſteterunt, gelidusq; peroſſa
Horror ijt, genua ægra labant: vox faucibus hæſit.
Eccleſiaſtici 7. Quem ſimul ac ciues ſenſere inſueta timentem,
Pallentemq; genas, & toto corpore verſum,
His ſubito arrepto clamantes tempore dictis
Aggreſsi: iſte auſus vulgo ſe fingere regem:
Aſpirat ſceptris, regisq; affectat honores.
Quem ſi forte neci mauis ſubducere, nec te
Crimina tanta mouent; Iudeas protinus vrbes
Seditione potens Romanis legibus, omnemq;
Artibus auertet Syriam ditione Quiritum?
Res igitur tibi ſi curæ Romana, decusq;
Chryſoſt. ſuper Ioan. c.19. Cæſaris. hanc ſuperis peſtem citus aufer ab oris,
Hauriat vt meritas haud vno crimine pœnas;
Ne gentem repant contagia dira per omnem.
Talia preſtabant vno omnes ore frementes.

Iudicem decet eſſe intrepidũ
Aſpirantis ad regnum Signa.
Ex Seruio ſuper lib. 1. æneidos.
Quirites.
Quirinus.
Mars quirinus atq; gradiuus
Amaro animo & guſtus.

*venerat tollere, criminoſus dicitur? * contagia, ſcelera quæ ex malorum conuerſatione multiplicantur. * expertus. ſi non alias, vel modo experiebatur in obſtinata perſecutione d. n. i. ch. in cuius nece patranda, nullo potuerant modo auerti, blandis precibus, nec minis, vllaue ipſius præſidis arte. * genus intractabile, iudeorum gentem, difficilimam ad tractandum ac manſueſaciendum. * regis. vel Chriſti quem accuſabant affectati regni. vel ad nomen regis ſiti cæſaris. vnde Aug. Pilatus iudeorum legem non timuit vt occideret: ſed magis timuit ne filium dei occideret. nunc vero audito Cæſaris nomine, nõ ſit potuit contenere autorem poteſtatis ſuæ quemadmodum legem gentis alienæ. * cedens improbo iudeorum furori. Pilatus. n. vt refert Ioannes, cum audiſſet hos ſermones: adduxit foras Ieſum: & ſedit pro tribunali in loco qui dicitur lithoſtratos hebraice autem gabbatha. erat autem paraſceue Paſchæ hora quaſi ſexta. & dicit Iudeis: Ecce rex veſter. illi autem clamabant. Tolle: Tolle: crucifige eum dicit eis Pilatus: Regem veſtrum crucifigam? reſponderunt Pontifices. non habemus regem niſi Cæſarem. tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. * haud vltra, aptiſſima comparatione rem* — Pilatus timore vincitur. — Aug. super Io.c.19.

Dux verò expertus genus intractabile, regis
Palluit ad nomen (præcordia ad intima ſæuit.
Subita peſtis enim) nec iam ſuperantibus obſtat
Amplius, & ſe ſe victus, cedensq; remittit,
Haud vltra potis inſano pugnare furori.
Ceu cum roſtratæ ſeſe oppoſuere triremi
Protinus aduerſi medijs in fluctibus euri,
Luctatur primum celſa de puppe magiſter,
Hortaturq; viros validis inſurgere tonſis:
Demum vbi ſe niti contra intolerabile cœlum
Incaſſum videt, ac ventos ſuperare furenteis,
Vertit iter, quocunq; vocat fortuna per æquor
Multiuium, atq; auris parens ſubremigat æger.
Haud tamen abſtinuit verbis, vociue pepercit,
Verùm vincor (ait) nec habet veſtra ira regreſſum:
In me nulla mora eſt: moriatur crimine falſo
Damnatus, vos triſte manet, ſperoq; propinquum.
Supplicium: vos ſacrilego, ſeriq; nepotes
O miſeri meritas pendetis ſanguine pœnas.
Sic effatus aquam plena iubet ocyus vrna
Afferri, abſtergensq; manus, hæc addidit ore:
Vt nunc his manibus maculæ abſunt, ſic mihi nullum

*ante oculos ponit. * triremi: cui tres remorum ſunt ordines. galeræ nunc vulgo appellãtur hæ naues roſtratæ ac biremes vel triremes. * Euri, qui flant ab oriente, melius tamen eſt vt intelligamus euri. i. venti quauis flantes parte cæli curſui nautarum oppoſiti. & erit ſpecies pro genere. * luctatur, contra nititur. nunc tollendo nunc flectendo temonem * viros. remiges. * validis tonſis. i. remis ſic dictis a detondendis fluctibus ſicut & dicũtur tonſores a tondendis & detondendis capillis. * niti contra incaſſum. fruſtra contra tendere. * intolerabile cælum. aerem a vento agitatũ tolerari non poſſe, vbi contra illius commotionem tendatur. * vertit iter. ſecundum venti flatum. * multiuium. quo multis nauigatur vijs ad varios & cõplurimos in littoribus expoſitos portus. * ſubremigat. lenta vtitur remigatione. * æger animi. i. mæſtus quia interrupta eſt eius nauigatio, & quo nõ vult ferẽ inuitus. * haud tñ deeſt. quãuis nõ poſſet illis amplius reſiſtere timore ꝓprij ꝑiculi ſuperat. * verbis increpatorijs. * voci cõminatoris. * vincor ab ĩpetuoſo tumultu veſtro. tangit. n. q ait Matth. videns autẽ Pilatus q nihil ꝓficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus corã populo, dicẽs: Innocẽs ego ſum a ſanguine iuſti huius: vos videritis. et reſpondens vniuerſus populus dixit: ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. tunc dimiſit illis barraban: Ieſum autẽ flagellatũ tradidit eis, vt crucifigeretur. * crimine falſo damnatus. Iudicis ipſius voce innocens declaratus eſt dominus Ieſus. * vos triſte manet ſupplicium. q. d. ego quidem innocentem volui liberare. ſed quoniam ſeditio oritur: & rebellionis mihi contra Cæſarem crimen impingitur Iccirco eum veſtræ trado voluntati innocentis effundendi ſanguinis culpam in vos transferens & pœnam. * vos ſacrilego pe. ſ. p. Exceſſit quidem pilati culpam facinus iudeorum. ſed nec ipſe euaſit reatũ qui reliquit proprium iudicium, & in crimen tranſiuit alienum: ideoq; nec pœnam meritam aufugit. nam reuocatus ab Imperatore relegatus eſt. & in exilio miſerè vitam finiuit. iudei vero quia grauius peccauerunt peſte & gladio & vrbis excidio penitus abſumpti fuerunt. * abſtergensq; manus. mos enim erat apud antiquos, vt cum vellet quis ſe oſtendere immunem ab aliquo crimine: accepta aqua lauaret manus ſuas coram populo. * his manibus maculæ abſunt. iuxta illud propheticum, lauabo inter innocentes manus meas. * nullum nefas. q. d. ego miniſter legum ſum, vos veſtra ſanguinem fundit.*

Triremes. — Seruius 7. æn. — Tonſi remi. — Pilatus lauit manus. — Matth.27. — Pilatus an Iudei grauius peccauerunt. — Pſal.25.

Rom. 14. *dis.*ſoluo.ſi homo poſſet ſeipſum a reatu abſoluere.ver è abſolutus eſſes ò pilate. ſed ſuo domino vnuſ-* ſeipſum nullus abſoluit.
Cod. ne qs in ſua cauſa L. 1. *quiſq; ſtat,aut cadit.vana igitur eſt abſolutio tua etiam per leges romanas,quibus cauetur. ne quis in ſua cauſa ſibipſi ius dicat.*graues pœnas.intuere(inquit Chriſoſtomus)multam iudeorum inſaniam. eorum enim impetus & pernitioſa concupiſcentia non permittit eos quæ oportet inſpicere.& ſibi male*
Chriſoſtomus in ho. *dicunt dicentes,ſanguis eius ſuper nos,& ad filios vſq; maledictionem pertrahunt.addentes, & ſuper* ſanguis eius ſuper nos &c.
*filios noſtros & ſi perſeueret vſq; in præſentem diem hac imprecatio ſuper iudeos, miſericors deus tamen aliquos ex eis & eorum filijs qui pœnitentiam egerunt exemit.nã & Paulus ex ipſis fuit, & multa millia eorum quæ hieroſolimis ad prædicationem Apoſtolorum crediderunt. * illudunt capto.ſic &* illuditur Chriſtus.
Matth. 27. *Mattheus ait. Tunc milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorio congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem: & exuentes eum,clamidem coccineam circundederunt ei: Et plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius:& arundinem in dextra eius:& genuflexo ante eum: illudebant ei dicentes. Aue rex iudeorum.Et expuentes in eum acceperunt arundinem & percutiebant caput eius.* re-* Rex Iudeorum ludicro conſtituitur.
Hier. ſuper Math. c. 27 *gem optauere.Quia rex iudeorum fuerat appellatus.& hoc ei ſacerdotes & ſcribæ crimen obiecerant: quòd ſibi in populo Iſrael vſurparet imperium: illudentes hoc faciunt. vt nudatum priſtinis veſtibus induant.Chlamidem coccineum pro rufo limbo quo reges veteres vtebantur: et pro diademate imponit ei coronam ſpineam pro ſceptro regali dent calamum & adorent quaſi regem.quæ igitur erit nobis cura de reliquo, ſi contumelias ab aliquo patiamur. poſtquàm Chriſtus hoc paſſus eſt.nec vna particula tantum ſed vniuerſum corpus patiebatur iniurias.caput quidem per coronam,arundinem.et colaphos, facies quia inſpuebatur.genæ quia alapſis cædebantur.& corpus totum per flagella.& quia denudatũ eſt & circundatum chlamide.& fictam adorationem.manus per arundinem quam dederunt ei pro ſceptro.*oſtroq; rubenti.myſticè per rubram hanc veſtem,opera gentium cruenta deſignantur pro quorũ mundatione,caro Chriſti proprio ſanguine rubricata eſt.* ſublimi ſede.qua noſtra ſuperbia notatur.ad eam tollendam vili ſcabello deriſorie collocatus eſt Chriſtus.* ſentibus.i. ſpinis acutis. per ſpineam coronam ſuſceptio peccatorum noſtrorum quibus expungitur Chriſtus.etenim in ſimilitudinem carnis peccati apparuit.*fluuialis arundo.pro calamo arundineo,vana hominum ſpes ac fiducia in caducis huius mundi rebus.ſed manu Chriſti apprehenſa in crucis firmitatem eſt mutata.calamo autem Chriſti caput etiam nunc percutiunt:quorum infirmitas in diuinitate eius roboratur.caput enim Chriſti deus. cõtra*

Hac in cœde nefas, meq; omni crimine ſoluo.
Dixit,& exurgens ſolio intra tecta receſſit.
Illi autem,Deus hæc nobis,gnatiſq; reſeruet,
Inſtauretq; graues pœnas,quaſcunq; meremur.
Hæc dum porticibus populo ſpectante geruntur.
Veſtibulum ante ipſum,famuli ducis ædibus intus
Armati illudunt capto,irridentq; ſilentem,
Quodq; illum populi regem optauere per vrbes,
Purpureis ornant tunicis,oſtroq; rubenti,
Atq; altè effultum ſublimi ſede locarunt.
Pro capitis crinali auro,regumq; corona,
Sentibus obnubunt ſtauentia tempora acutis.
Pro ſceptro datur inſigni fluuialis arundo.
Tum populo læti portis bipatentibus omni
Oſtendunt plauſu magno,regemq; ſalutant.
Haud aliter ludo pueri cùm ex omnibus vnum
Delegere ducem,ſocijs qui ſponte ſubactis
Imperitet,læto cuncti ſtant agmine circum
Condenſi,aſſurguntq; omnes, regiſq; ſuperbi
Iuſſa obeunt ludicra,ingens it ad æthera clamor.

*vero & peruerſi calamo Chriſti caput percutiunt,qui diuinitati eius contradicentes errorẽ ſuum autoritate ſanctæ ſcripturæ quæ calamo ſcribitur, confirmare conantur. * ſpuunt vero in faciem eius, qui præſentiam gratię illius verbis execrandis reſpuunt,& Ieſum in carne veniſſe denegant: quiq; ſanctiſſimum nomen eius blaſphemant. * regemq; ſalutant illudentes ei vt nihil ex regio ſchemate omitteretur. falſo autem etiam nunc multi Chriſtifideles adorant, qui in eum credunt: ſed peruerſis actibus deſpiciunt. * pueri, notiſſima cõparatio eſt. nam & nos dum eſſemus pueri,& ſapiebamus vt pueri: ſæpe hoc ludo vſi fuimus.apte tamẽ pueris ſapientes iudeorum comparantur.ad quorum gratiam millites præſidis hæc fecerunt in. D. N. I. Ch. contumeliam. erant*
Eſaiæ. 65. *enim de illis pueris,de quibus ait ſapiens,maledictus puer centum annorum. & dominus in Euang. cui*
Matth. xi. Luc. 7. *(ait) ſimilabo generationem iſtam? aut cui comparabo illam? ſimilis eſt pueris ludentibus in foro; qui clamantes coæqualibus dicunt,cecinimus vobis,& non ſaltaſtis: lamentauimus,& non planxiſtis. * ludicra.*

dicra.digna ludo. lumina inumbrant,quibus omnes homines venientes in hunc mundum illuminãtur. hi myſticè ſignificant eos, qui deum noſtra videre vel curare negant. dementes. intelligite (inquit Pſalmiſta) & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantauit aurem,non audiet? aut qui finxit oculum,non cõſiderat? Qui corripit gentes,non arguet? qui docet hominem ſcientiam &c.* caput palmis, myſticè in faciem cædũt:qui contumelias in eum & blaſphemias diras iactant.eo inuito minantès ſe omnia facturos.* & arundine pulſant.hi ſunt qui aduerſus diuinitatem Chriſti ſcripſerunt vt ſabelliani,arriani, & ceteri ſimiles heretici.* vellit barbam,hi ſunt qui ſanctos maledictis inſequuntur.nam per barbam ſancti intelliguntur. iuxta illud.Ecce quàm bonum,& quàm iocundum,habitare fratres in vnum.ſicut vnguentum quod deſcendit in barbam,barbam Aaron.*oculos,domini oculi ſunt Epiſcopi; & prædicatores vineæ eius ſpeculatores facti.in horum ſpuunt oculos:qui famę illorum detrahunt,quiq; in ſaniam eorum doctrinam inuehuntur.*deformat puluere corpus.* corpus.Dominicum Eccleſia eſt.immundo puluere deformant eam,qui præcepta illius vilipendunt.*ſpecies inhoneſta. opprobria Chriſti noſtrum abſtulerunt opprobrium.vincula eius nos liberos fecerunt.indignitas eius,noſtram operata eſt dignitatem,& eius agitatio noſtram præparauit quietem.* quo caput aclinet.hoc eſt quod ipſe dominus queſtus eſt in Euangelio vulpes foueas habent:& volucres cœli nidos,filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.* in morte quieſcat.quapropter.& in alieno oportuit eum condere ſepulchro.* victores voti compotes peſſimi.alioquin, quomodo dicenda eſt victoria? quando ab iniquitate ſuperatur æquitas? ab impietate pietas ſuppeditatur?* ſupplicia vt maiori atq; extenſiori dolore torqueretur.* crudeli morte.vt etiam ex ipſo mortis genere præteritæ illius vitæ ſanctiſſimæ crimen famoſum impingerent.* diſſindunt malos,ſcindunt arbores.alludit ad dictum Hieronymi.hoc enim ligno crucis (ait) vehimur per mare vndoſum ſeculi huius ad terram viuentium. nam cruce ſua Chriſtus cruciatum noſtrum abſoluit,& morte ſua mortem noſtram necauit.& vt qui in ligno vincebat,in ligno quoq; vinceretur. Ligna crucis Chriſti fuiſſe dicuntur.Palma: Cedrus: Cypreſſus: oliua.quæ paſſionis eius myſterio optime conueniunt. nam oleo miſericordiæ ſanguinis eius inuncti,mortiferos ſerpentum morſus, odore virtutum eius effugantes, ad palmam victoriæ peruenimus.* quadrifidis roboribus. q̃ facile in quattuor ſinduntur & in quadrum reducuntur. vel melius ſecundum Hieronymum. Ipſa autẽ ſpecies crucis quid eſt niſi forma quadrata mundi? oriens de vertice fulget. Arctos dexteram tenet. Auſter leua conſiſtit, Occidens ſub plantis firmatur. Vnde Apoſtolus. vt ſciamus quæ ſit altitudo. & latitudo, longitudo & profundum. aues quando volant ad æthera formam crucis ſumunt. homo natans per aquas forma crucis vehitur. Nauis marina antenna cruci ſimilata ſuſtatur. Tau littera ſignum ſalutis & crucis deſcribitur.* crux. crucis mortẽ ideo elegit Chriſtus, vt medium ſeſe inter deum & hominem oſtenderet.& mediator in aere pendens, ima ſummis conciliaret.nam & Angelorum ruinas reſarcinit, homines de morte redemit, Iudeos & Gentiles copulauit.* ſcelera impia.morte turpiſſima dixerunt impij (vt habetur in ſapientia) condemnemus eum. contumelia & tormento interrogemus eum.vt ſciamus reuerentiam eius,& probemus patientiam illius.hęc*

Pſal. 93.
Pſal. 132.
Hier. ſuper Marc. c. 15
Victores.
ex oratione Conſtã tini.
Crucis Chriſti ligna quæ.
Hier. ſuper Marc. c. 15
Crucis forma & quid myſticè ſignificet.
Hier. ibidẽ
Crucis mortẽ quare elegit Chriſtus.
Sap. 2.

Tali intus famuli indulgent manus effera ludo.
Dehinc iuueni veſtis obtentu lumina inumbrant,
Diuinumq; caput palmis,& arundine pulſant.
Hic digitis vellit concretam ſanguine barbam,
Ille oculos in ſydereos ſpuit improbus ore
Immundo,& pulchrum deformat puluere corpus.
Nec mora;nec requies,verſantq;, agitantq; ferentem
Omnia,nec verbis vllis indigna querentem;
Nec dare permittunt iam lumina feſſa ſopori.
O' dolor,heu ſpecies inhoneſta,indignaq; viſu.
Non ſyluis auibus frondes,non montibus antra
Quadrupedum generi deſunt,vbi condere ſeſe
In noctem,atq; ſuos poſſint educere fœtus.
At rerum autori,cœli cui regia ſeruit,
Omnibus in terris deſit locus,omnibus oris,
Quo caput acclinet, feſſusq; in morte quieſcat.
Tum verò ſolymi victores cuncta parare
Supplicia,atq; omnes pœnarum exquirere formas,
Perferat vt ſæuos crudeli morte dolores.
Iamq; illum erecto properant diſtendere ligno
Affixum,& lenta paulatim perdere morte.
Nec mora,diffindunt malos:ſonat acta ſecuris,
Altaq; quadrifidis fabricatur roboribus crux,
Tormenti genus:hac olim ſcelera impia reges

cogitauerunt & errauerunt. Excecauit enim eos malicia eorum; & neſcierunt ſacramenta dei. at nūc numen habet. crux (ait Auguſtinus) quæ olim erat ſupplicium latronum; nunc tranſit ad frontes Imperatorum. ſi tantum honorem deus contulit ſupplicio ſuo, quantum conferet ſeruo ſuo?* cūcti colimus. primum enim lignum ſcientię boni & mali fuit, hoc ſecundum lignum boni tantum nobis eſt & vitæ lignum. hinc & Andreas crucem ſibi præparatam videns exclamauit. Salue crux precioſa quæ in ſanguine Chriſti dedicata es: & ex membris eius tanquam Margaritis ornata. & ſancta canit Eccleſia ò crux aue ſpes vnica hoc paſſionis tempore, auge pijs iuſtitiam reiſq; dona veniam.* argento & auro. diuæ Helenę matris Imperatoris Conſtantini Magni exemplo. quæ inuentam crucem Chriſti thecis aureis et argenteis ornauit.* ex illo tempore. vel ex illo ligno ſuper quo generis humani redemptionem Chriſtus operatus eſt.* celebramus honorem maxime in feſto paraſceue in die inuentionis & exaltationis ſanctæ crucis. nec tibi qui ſcrupuloſam habes conſcientiam hoc durum videatur, quòd lignum ſanctæ crucis inter præcipuas colamus reliquias, lege libellum diui Hieronymi ſanctiſſimi doctoris de venerandis reliquijs & ardam hanc ſcrupuloſitatem depones.* illa etiam, crux ſcilicet dominica.* cælo fulgebit. ſic & canit Eccleſia. hoc ſignum ✝ erit in cælo: cum dominus ad iudicandum venerit. & habetur in Euangelio & tunc (ait) apparebit ſignum filij hominis in cælo. & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maieſtate.* lampadis æth. i. ſolis. quinimo magis quàm ſol fulgebit. nam hoc fulgidiſſimo crucis ſigno apparente in cælo deficient lumina ſolis & lunæ & ſtellarum quaſi conſumpta maiori virtute illius. Apparebit autem ideo hoc ſignum crucis ſplendidiſſimum, vt iudeorum verecundia confutetur. & vt omnes gentes quæ ante Chriſto crediderant, recognoſcentes per ſignum illud errorem ſuum, reſipiſcant, & plangant maximeq; iudei qui crucifixerunt eum, quem adorari oportebat.* vix terris l. al. ad. præterita omnia ante lucem vult eſſe facta, cum tamen eſſet hora tertia diei, quando Iudei linguis crucifixerunt dominum, clamantes crucifige crucifige vt ſcribit Auguſtinus & refert Euangeliſta Marcus. & hora quaſi ſexta, quando traditus eſt crucifigendus. completa vero ſexta iam pendebat in cruce.* accita, aduocata impulſa.* inſignia ludicra, hypermetrus verſus. veſtem quam irriſorie quaſi regiam illum induerant. nam poſtquàm illuſerunt ei (dicit Euāgeliſta) exuerunt eum chlamide: & induerunt eum veſtimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent.* Exutum. myſticè notandum eſſe (ait Hieronymus) quādo flagellatur Ieſus, & cōſpuitur, non habet propria veſtimenta: ſed ea quæ propter peccata noſtra ſumpſerat. cum autem crucifigitur, & illuſionis pompa præterierit; tunc priſtinas veſtes recipit: & proprium aſſumit ornatū, ſtatimq; elementa turbantur: & creatori dat teſtimonium creatura. tā. ait Origenes de chlamide quidē ſcriptum eſt: quoniam denuo expoliauerunt eum. de corona autem ſpinea nihil tale Euangeliſtę ſcripſerunt; vt iam non ſint ſpinæ noſtræ antiquę. poſtquàm ſemel eas abſtulit a nobis dominus Ieſus ſuper venerabile caput ſuum.* trabem duplicem, crucem iam fabrefactā clauiſq; iam ex longo pallo & trāſuerſo confixam.* ipſe gerebat. egrediens ſcilicet de prætorio vſq; foras portam vrbis. Tunc enim videntes*

Hier. ibidē

Crux ab Helena inuenta.

de conſecr. diſt. 3. cap. crucis.

Crucis lignū quare adoratur

Matth. 24.

Chriſoſtomus & Origenes.

Aug in lib. de cō. Euā.

Marci 15.

Ioan. 19.

Vrgebant pœna, ſonteſq; hac morte necabant,
Difficiles miſerorum obitus, longiq; dolores.
Tum neq; honos erat, infami neq; gloria trunco
At nunc numen habet, ſanctum, & venerabile lignum
Suppliciter cuncti colimus, ſacriſq; minores
Argento, atq; auro contectum imponimus aris,
Et lætum ex illo memores celebramus honorem.
Illa etiam cœlo fulgebit lampadis inſtar
Aethereæ, & totum luſtrabit lumine mundum,
Cùm dabit exitio vna dies animalia cuncta,
Interitumq; feret rebus mortalibus ignis.
Vix terris lux alma aderat, cùm iam vndiq; tota
Vrbe ruit ſtudio viſendi accita iuuentus,
Implenturq; viæ, concurſuq; omnia feruent.
Et iam purpureos habitus inſignia ludicra
Exutum, vinctumq; manus clamore trahebant
Dirum ad ſupplicium magna ſectante caterua.
Per medios longis raptatus funibus ibat
Semianimiſq; artuſq; tremens, plagiſq; cruentus
Nocturnis, humeroq; trabem duplicem ipſe gerebat
Præciſis grauidam nodis, ac robore iniquo,
Qua ſuper infando mortales linqueret auras
Supplicio, & duros finiret morte labores.
Armati circumſiſtunt, clypeataq; iuxtà
Agmina denſantur. collucent ſpicula longè

hypermetrus verſus.

Matth. 27.

Hier. ſuper Math. c. 27

Simõ cireneus.

tes millites nimis ęgre eam ferre, ne qua mora properantibus fieret. cum inueniſſent quẽdam hominem cyreneum nomine Simonem. hunc angariauerunt, & portandam ei crucem impoſuerunt. ac robore ini quo. i. graui.* finiret, ſuos quidem penitus. noſtros vero partim tolleret, ac partim faceret leniores. nam quem admodum. Lignum a domino Moyſi oſtenſum, & in aquas amariſſimas Marath immerſum, dulces eas reddidit: atq; potabiles fecit. ſic & modò. Lignũ crucis (.i. memoria paſſionis domini) in aquas tribulationum noſtrarũ amariſſimas infuſum, leniores eas facit atq; tolerabiles.* armati, circunſiſtũt, ne à quibusuis per vim eriperetur. morem hic autor millitum exprimit: quem etiam nunc ſeruant ſtipatores prætorum, & miniſtri iuſtitiæ quandocunq; de reis data ſententia ſumendum eſt ſupplicium.* caua tegmina, galearum periphraſis.* alterno cantu. reſpondent enim ſibi inuicem tubicines, ac mutuo ſonum ſuſtentant auxilio: ſpirandiq; ac reſpirandi ſibi vices reddunt.* pedes nominatiui caſus, ideoq; corripitur. quando vero eſt accuſatiui pluralis numeri huius nominis pes, pedis, finalem ſyllabã producit.* pars lucidus. nota miram ſynthaxim. fœminino maſculinum adiacet, propter equitem quem refert.* multi autem. hoc eſt quod ait Lucas. Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum. conuerſus autem ad illas dixit Ieſus. Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me: ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros. Quoniam ecce venient dies: in quibus dicent. Beatę ſteriles & ventres qui non genuerunt: & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere mõtibus cadite ſuper nos: & collibus operite nos. Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt: in arido quid fiet?*

Marath. — Exodi. 15.

pedes, ditis.

Syntaxis mira.

Cyrillus.

Spiculaq;, & rubris capitum caua tegmina Chriſtis,
Aereaq; alterno conſpirant cornua cantu.
Pars pedes inſequitur, pars ſeſe lucidus altis
Fert in equis: reſonant colles clamore propinquo.
Multi autem quorum melior ſententia, flebant:
Præcipue matreſq; piæ, miteſq; puellæ
Cernentes nudis pedibus per ſcrupea ſaxa
Tendere, & offendi crebrò ad ſalebroſa viarum,
Dum monte aduerſo protrudit robur iniquum,
Ad quas ſuſpirans heros ſic ore locutus.
Ne verò, ne me matres indigna ferentem
Flete piæ: vobis potius deflere propinquum
Exitium, & veſtris hinc debita præmia natis,
Sic fatus linquit non æquis paſſibus vrbem.
Interea ſuperum rex tanto in cardine rerum
Verticis ætherei ſublimen euaſit ad arcem,
Mortalis nati letum vt crudele videret
Ipſe ſui ſpectator. cum gens incola cœli
Aligeri ſtipant cunei, & comitantur euntem.
Eſt templum gemmis interlucentibus auro
E ſolido factum ſublimi in vertice olympi,
Tectum immane, ingens, ſuperi penetrale parentis
Sydera deſpiciens ſubterlabentia mundi:
In medio clitus duro ex adamante tumeſcit
Paulatim exacuens inſtar faſtigia pinus:
Multiplices circum ſedes, ſubterq;, ſupraq;
Diſpoſitæ, gradibusq; nouem ſuper æthera ſurgunt.
Conueniunt huc cœlicolæ regemq; canendo

matres pie qd myſticè ſignificet.

* *præcipue matreſq; piæ m, p, amans enim lacbrimarum eſt ſemper ſexus fœmineus: & mentem habens flexibilem ad pietatem. myſticè. Si mens noſtra infirma ſignificata per fœminam, ſumpta cordis contritione per pœnitentiam fleat ſequitur Ieſum propter noſtram ſalutem afflictum.* ſalebroſa vi, aſperas vias propter crepidinem eminentium ſed inæqualium ſaxorum.* protrudit. vix per terrã trahit magisquàm ferat. debiles enim viribus & fatigati labore ac dolore, cuiusmodi erat dominus grauia nequeũtes ferre onera, trudunt ea per terrã.* robur iniquum, graue pondus crucis. neq; enim erat ex robore. ſed ex lignis quæ ſupra memorauimus.* indigna ferentẽ, libenter tamen & ſponte propter noſtram redemptionem.*

Flẽdi qui ſunt.

ne flete me. quia vt ait Beda, eum qui vltro patitur flere nõ oportet. ſed magis ei applaudere. cuius cita reſurrectio mortẽ ſoluere poteſt: cuius mors & omnem mortem: & ipſum mortis deſtructura eſt autorem. vobis potius deflete, quia propter hoc peccatum liberis eſtis orbandæ. nã irruente bello cuncti ſimul perierunt, magni & parui. quin & inuentæ ſunt fœminæ (miſerum) quæ pręfame proprios aſſauerunt & comederunt filios. vt hyſtoricus eorum Ioſephus eſt autor.* natis in quorum pœna plectuntur & parentes. quos nihilominus & ipſi fuerunt imitati in perſecutione diſcipulorum domini.* tanto in cardinę rerum. in tanta oportunitate paſſionis filij. perpulchra fictione oſtendit vates quãto amore deus pater tradiderit filium in mortem pro redemptione noſtra vt etiam necis eius*

turpiſſima

turpiſſima, & ſæuiſſimæ ſpectator adeſſet. mortalis nati, diuinus quippe mori non poterat.* aligeri cunei. cæleſtis exercitus chori. nam millitare nomen eſt cuneus .i. denſa militum turba in cunei ſciſſorij inſtrumenti formam redacta.* ſtipant. denſi circundant.* templum, contrarium huius dicit Ioannes i apoc. de ciuitate dei quæ eſt paradiſus. Et templum (inquit) non vidi in ea. dominus enim deus omnipotens templum illius eſt & agnus. Et ciuitas non eget Sole neq; Luna: vt luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit eam: & lucerna eius eſt agnus.* gradibusq; nouem. propter nouem angelorũ choros.* regemq; canendo, varijs canticis laudando. iuxta illud Pſalmi. Beati qui habitant in domo tua domine. in ſæcula ſæculorum laudabunt te.* Thiaſis ſpiritualibus choreis.* Luſtrant, circumcirca ambulant & ambiunt. non autem purgant. quia ipſi potius indigent a deo purgari, & magis magiſq; mundari. non de ab illis.* ſuis ſedibus gradatim vicieniq; pro dignitate conuenientibus.* tumulum, cliuum illum ex adamante deus quo ſupra.* ter terna. tres quippe ſunt Hierarchiæ .i. ſacri principatus & cuilibet Hierarchiæ tres ordines. vt alibi latius diximus.* contenti. nec enim ibi poteſt eſſe inuidia vbi charitas facit omnia eſſe communia. habeamus & hic in terris charitatem, & alteri nullus inuidebit. nam ſumus inuicem membra, quæ ſicuti non eundẽ actum habent. ſed tamen inuicem abſq; inuidia ſibi ſeruiunt ſic & nos diuerſa a deo recepimus dona. vt inuicem alter alteri ſeruiamus, compatiamur, et congaudeamus.* aure pulcherrimus & optimus.* circũ omnia luſtrat thmeſis eſt.* totus collucens. eſt .n. fons lucis, & omnis luminis origo.* ardens & non comburens. ſed fouens omnia. qui & facit miniſtros ſuos flammam ignis.* infauſtis. quia licet dei reſpectus alias felicitatem portendat, hic tamen ruinam & miſeriam Iudeis ſuper venturam potius deſignabat.* triſtem collem golgotha. quod eſt caluariæ locus: eſt autem golgotha ſyrum nomen & interpretatur caluaria. audiui*

Pſ 83. (margin, beside "Nam claritas dei illuminabit")

templum in cœlo non eſt.

Thiaſus. Luſtrat.

Charitas inuidiam fugat.

1. cor. 12. Ingreſsi Thiaſis luſtrant: ſe ſedibus inde
Omnes compoſuere ſuis, tumulumq; coruſci
Ter latè circum terna cinxere corona
Secreti ordinibus certis: neq; enim omnibus æqua
Conditio, vireſq; pares, eademq; poteſtas.
Verùm, alijs alij vt præſtant, ita ritè locantur,
Munere quiſq; ſuo contenti, ac ſorte beati.
In medio pater omnipotens ſolio aureus alto
Sceptra tenet, lateq; acie circum omnia luſtrat
Hebr 1. Totus collucens, totus circum igne coruſco,
Scintillans, radijsq; procul vibrantibus ardens;
Mox autem infauſtis Iudææ lumina tantum
Defixit terris, triſtemq; ante omnia collem
Spectabat, gens mœſta ſimul ſpectabat olympi
Collem infelicem, ſacram egredientibus vrbem
Qui prior occurrit humanis oſſibus albus.
Autores ſcelerum pœnas ibi morte luebant
Informi: circum pendebant corpora paſſim
Arboribus truncis incocto lurida tabo.
Huc ſimul atq; emenſus iter miſerabilis heros
Peruenit, ſenſitq; ſibi crudele parari

golgotha. caluaria.

(inquit Hier.) quendam expoſuiſſe caluariæ locum in quo ſepultus eſt adam. & ideo ſic appellatum: quia ibi antiqui hominis ſit conditum caput. fauoralibus interpretatio, & mulcens aurem populi: nec tamen vera. extra vrbem .n. & foris portam loca ſunt in quibus truncantur capita damnatorum, & caluariæ .i. decollatorum nomen ſumpſere. propterea aut em ibi crucifixus eſt Ieſus. vt vbi prius erat area damnatorum. ibi erigerentur vexilla martyrij. Adam verò ſepultum iuxta ebron quæ & arbee dicitur in Ieſu filij naue volumine legimus. tradunt autem iudei, ꝙ in hoc montis loco immolatus eſt aries pro Iſaac. & ibi decaluatur Chriſtus .i. a carne ſua, carnali. videlicet. Iudea ſeparatur. collem infelicem ab effectu. quia ibi infælices luebant pœnas ſiue iuſte ſiue.* Sacram vrbem. propter templum vbi deo ſacra fiebant. eſt autem nominis ipſius vrbis Hieruſalem ethimologia. nam i ὑερ. græce ſacer eſt latina. & ſalem nomen vrbis antiquum.* morte informi. turpi. vt puta ſuſpendio vel cruce. dicitur autem mors informis. quia damnati ſolitam perdunt formam & fiunt turpes viſu ac horribiles.* paſſim, vbiq; quaſi ad omnem paſſum. vnde & deductum eſt hoc aduerbium.* lurida, ſetra fetida & conſumpta ſanie.* tabo putredine.* miſerabilis heros. antiquitus inquit Euſebius deificabant homines communem exitum mortis ſortitos. quos heroas & diuos nominabant. docemur hinc ſolum mortuum verum heroem, verumq; deum eſſe fatendum. quem brauia victoriæ morte proſtrata decorant.* huc ſimul atq; ad prædictum caluariæ locum, qui poſitus in medio terræ ad capeſſendam dei cognitionẽ & humani generis redemptionẽ vniuerſis gentibus circum circa eſſet æqualis.* trabem*

hieruſalem.

mors informis

paſſim. Lurida. heros.

nefandam

Apoſtoli fugerant.

*neſandam.quam nec meruerat.ſuitq́; nephariũ ſcelus non modo ſactu,ſed & dictu: vitæ autorem tã turpi mortis genere afficere.*deiectos oculos in humum.præ pudore necis huius probroſæ.*porrò.i. longe proſpiciens.Si quenquàm videret diſcipulorum.Sed adimpletum ſuerat in eis illud vaticinium ipſius domini.Ecce venit hora & iam venit,vt diſpergamini vnusquisq́; in propria,& me ſolum relinquatis: percuſſo quippe paſtore diſpergendi erant greges. * acies inimicas inter.anaſtrophe. inter agmina inimicorum.*ſidum nullum.adimpletum eſt etiam illud propheticũ.Extraneus ſactus ſum ſratribus meis. & peregrinus filijs matris meæ.& paulopoſt.In conſpectu tuo (inquit) ſunt omnes qui tribulant me: improperium expectauit cor meum & miſeriam.Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur: & non ſuit: & qui conſolaretur,& non inueni.* deſeruere,metu Iudeorum ſimile ſibi ſupplicium formidantes.* balatibus ouium vocibus.* iam quàm trabem inſandam ſcandens.præ dolore arbitror, ac lachrimarum abũdantia nequiuiſſe vatem crucifixionem eius deſcribere. nam poſtquàm venerunt in locum qui dicitur caluariæ,ibi crucifixerũt eum.& latrones vnum a dextris:alterum a ſiniſtris.* horruit, quia verus eſt*

Ioan. 16.
Zachar. 13 & Mat. 26.
Pſal. 68.

Crucifigunt Chriſtum.

Luc. 23. Ioan 19.

*homo.*cuius eſt mortem & maxime tam horrendam,horrere. * deum vel,obli,non tamen vere oblitum intelligas. ſed ſinentem carnis ſuæ infirmitatem ea quæ carnis ſunt experiri ac ſentire.* pertimuit verè vt homo, ſuperauit tamen vt deus. qui & martyribus ſuis poſtmodum conceſſit, vt paſſionem quidem carnis ſuſtinerent,tormenta vero & mortem ipſam per gratiã virtutis ſuæ vincerent.* labeſactum.horrore mortis concuſſũ. * diuidit in timorem ac dolorẽ præſentis pœnæ mortisque iam iam inſtantis. & ſpem reſurrectionis. * triſtia multa ag,an, quid boni fecerũt homines, aut ſunt facturi pro quibus iſta patior? tantine eſt humani generis redemptio? quid mihi pro his pœnis retributuri ſunt homines? peccata et blaſphemias? & putas quot ad fidem cõuertendi ſunt? hæc & ſimilia verſabat animo. * ater ſanguine. ex vulneribus deſluente. * heu quia nam: cur, aduerbium eſt interrogantis.quo & Vergilius bis vſus eſt. * deſeris. hoc eſt quod in Euangelio dicitur.Heloy Heloy Lamazabathani.quod eſt interpretatum deus meus. deus meus vt quid dereliquiſti me? principio viceſimi Pſalmi vſus eſt.cuius hoc idem initium eſt in Hebreo. nec mireris. olector verborum humilitatem,querimonias derelicti,cum formam ſerui ſciens ſcandalum crucis videas. ſicut enim eſurire, & ſitire,ac fatigari.non erant propria deitatis: ſed corporales paſſiones.Ita,ꝙ dicitur. vt quid dereliquiſti me? corporalis vocis erat proprium.quia ſolet ſecundum naturam corpus nullatenus velle, a ſibi coniuncta vita fraudari. vt homo itaq́; loquitur in eos circunferens motus.ꝙ in periculis poſiti,a domino deſeri nos putamus. * receſſit? quod tamen eſſe non deberet, cum dicat deus. ſi mater obliuiſci poteſt infantis,vt non miſereatur eius,quem genuit: nec tamen ego obliuiſcar tui. * nutu ſuo. voluntate ac diſpoſitione ſua. * ſeſeq́; repreſſit. more humano loquitur. cum iram volumus intra nos retinere*

quia nam.

ea. 5. & 7.

derelictum quare ſe dicat Chriſtus.

Hieronymus. Hilarius & Beda.

Eſaiæ. 49.

Supplicium,atq; trabem vidit iam ſtare nefandam,
Deiectos oculos porrò huc iactabat,& illuc
Omnia colluſtrans,comitum ſi forte ſuorum,
Si quem fortè acies inimicas cerneret inter.
Fidum in conſpectu nullum: videt agmina tantum
Sæua virum,campiq́; armis fulgentibus ardent.
Cari deſeruere omnes diuerſa petentes,
Non aliter quàm cùm cœlo ſeu tactus ab alto
Paſtor,ſiue feræ inſidijs in valle peremptus,
Continuò ſparguntur oues diuerſa perarua
Incuſtoditæ,reſonant balatibus agri.
Iamq́; trabem infandã ſcandens,pendensq́; perauras
Horruit,atque deum veluti ſe oblitus, acerbi
Pertimuit dirum leti genus,æſtuat intus,
Atq; animum in curas labefactum diuidit acres
Triſtia multa agitans animo,totosq́; per artus
Pallentes mixto fluit ater ſanguine ſudor,
Et patriam crebrò reminiſcitur ætheris aulam.
Tum cœlum aſpectans hæc imo pectore fatur.
Heu quia nam extremis genitor me ſumme periclis
Deſeris? aut gnati quò nam tibi cura receſſit?
Audijt has ſummus voces pater,audijt omnis
Cœleſtum chorus: ipſe (alta ſecum omnia mente
Verſabat genitor,nutu haud oblitus agi rem
Nempe ſuo) ſtetit immotus,ſeſeq́; repreſſit.
At circunfuſos cœtus gentem ætheris alti
Aligeram iniuſſos potis eſt vis ſiſtere nulla.
Omnibus exarſit ſubitò dolor. omnibus ingens
Aeſtuat ira: volunt nato ſuccurrere herili,
Et prohibere nefas,duroq́; reſiſtere ferro.

nere nec effundere indignationem. gentem ętheris alti. ſubaudi incolam.vel ætheream. vt ſit genitiuus principalis pro poſſeſſiuo.* Aligeram.alludit ad picturam.* potis eſt. nomen quidem eſt. quod ratio comparationis & compoſitionis oſtendit.*omnibus exar,ſu,dolor,videtur hypallage.i.omnes dolore exarſerunt. vel potius triplex eſt huius verbi conſtructio ardeo te.i.ardenter amo.ardeo amore.& dolor ardet mihi.vt hic.* nato herili.Chriſto dei filio. at omnium dominus nunquid ſeruorum indigebat auxilio? quin potius miniſtri diuina indigent protectione.* nefas,crucifixionem. nefarium quidem & inexpiabile ſcelus quo ad iudeorum & crucifigentium animos.ceterum nobis fidelibus neceſſarium redemptionis noſtrę myſterium.*

potis.

ardeo.

crux ſcelus eſt & myſterium.

Bella cient,arma ingeminant arma acrius omnes.
Esaiæ. 37. Hic puer haud volucri extremus de gente recuruo
Aere vocare acies quo non magis vtilis alter,
Aſcenſu ſuperat celeri ardua culmina præpes,
Tum ſuper axe ſedens,roſeiq; in vertice cœli
Signa canit belli: latus diſſultat olympus
Vndiq;, & inſolito tremuerunt ſydera motu.
Audijt & ſonitum, ſiquem procul orbe remoto
Diſtinet incedens humili luna humida greſſu.
Audiuere,quibus generis cuſtodia noſtri
In terris olim ſorti data,vaſtaq; tellus
Protinus ingenti tremuit concuſſa fragore.
Seruius. Tum quos rex ſuperum varias legarat in oras,
geor. 1. Aereos relegunt tractus, mandataq; linquunt
Imperfecta,fugaq; poli ſuper ardua tendunt.
Ac veluti in paſtus celſa quæ ſede columbæ
Exierant varios,cùm tempeſtate repentè
Vrgenti cæco miſceri murmure cœlum
Incipit,& nigræ cinxerunt æthera nubes,
Continuò linquunt arua vndiq;,& ardua pennis
Tecta petunt,celereſq; cauis ſe turribus abdunt.
Iam paſſim ingentis properatur vertice olympi,
Et toto ancipitis ferri cœlo ingruit horror,
Aeratiq; ſonant currus,gemituſq; rotarum
Audiri,ſonituſq; armorum deſuper ingens.
Tam vaſtos motus axis miratur vterq;,
Miranturq; ignes,cœliq; volubilis orbes.
Cùm tenues animæ,cum ſint ſine corpore vitæ,
Matth. 18. Senſibus à noſtris quibus eſt natura remota.
Sæpe autem,ſeu mortales mittuntur ad oras,

**duroq; re,ſer. vt olim aſſyriorum regi Sennacherib. cęſis de exercitu centū octuagintaquinque millibus.* arma,celeuma eſt millitare.cum ex ſubito hoſtium aduentu. ſeſe inuicem exhortantur ad arma capeſcenda * hic puer. belli miniſter. Michael.ſ. cæleſtis millitiæ princeps.*recuruo ære,periphraſis eſt tuba.* axe, aut olympi ſummitate.aut. arcto vrſa maiori. quæ cœli vertex ſublimis dicitur.* ſigna ca, bel, quæ taratantara lucanus appellat.* diſſultat.in diuerſas ſalit partes. * olympus.i.Angeli olympi accolæ. vt ſit continens pro contento per Methonomiam.* orbe remoto. puta in Britannia; quæ alter orbis dicitur.* diſtinet quaſi inuitum tenet.* luna hum, greſſu videtur de antipodibus loqui. vel de his apud quos ferè perpetua nox eſt. vel de his intelligit qui in circulo ſunt lunari.* quibus g,c,n,angeli boni qui & genij dicūtur. de quibus Saluator ait, Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei,qui eſt in cœlis. magna quippe (teſte Hieronymo) eſt dignitas animarum.vt vnaqueq; habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui Angelum delegatum.* tum quos alij Angeli Archangeliq;. Sunt enim omnes (vt ait Apoſtolus) amminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi,propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis.*legarat ad vocabulum Angelorū eſt alluſio.qui nuncij & legati ſummi dei dicuntur.*relegunt tractus. qua ierant,redeunt via,imperfecta legatione,quaſi ad grauiora reuocati.* fuga. celeri volatu.*in paſtus,vt paſcerentur in aruis maxime nuper ſatis.* columba ad ſolum celerem reditum columbarū pertinet hac comparatio.* tempeſtate vrg,mox ingruenti.* murmure,contrario ventorum flatu.*cœlū.i. aerem.* nigra nubes,obſcura.nam omne nigrum obſcurum.& contra.* cauis tur,in cauernis turriū & foraminibus petrarum.* abdunt,abſcondunt.*properatur,acceleratur. imperſonale eſt.* ancipitis ferri.ex vtraq; parte acuti.& quia anceps eſt quem potiſſimum feriat, nam & domini quandoque ſuis impetuntur telis.vt gigas Goliath à Dauid proprio enſe obtruncatus. ſed & Saul Rex primus Iſraelitarum cum armigero ſuo proprijs enſibus incubuerunt.*ingruit,imminet vt in hoſtes impetum faciat,verbum eſt a gruum clamore impetu & volatu tranſlatum.diciturq; de bello, ruina,imbribus & tempeſtate.Lactantius ſi ſæua tempeſtas.ſi grando ingruat. & columella.etiam ingruente hyeme frumenta*

celeuma.

Angeli armantur.

Michael.

taratantara.

Anima quæuis angelum habet cuſtodem.

Hebr. 1.

Angeli quare ſic vocantur.

anceps ferrum.

ingruo.

Lact. lib. 2.
col. lib. 2.

menta iacimus. currus. quibus olim magni heroes in bello vtebantur. vt curru Criſtatus achilles. nunc autem penè nullus eſt horum curruum vſus.* audiri pro audiebantur.* axis vterq;.cæli pollus arcticus & antarcticus. ſuperior & inferior.* ignes. fixæ in firmamento ſtellæ.* cæliq; vol,or,vij. .ſ. planetarum. Saturni, Iouis, Martis. Solis, Veneris.Mercurij, & Lunæ.* ſine cor,vi, etenim ſpiritus (quales ſunt Angeli) carnem & oſſa non habent: ſicuti nos homines videmur habere. vnde & de his propheta canit. Qui facit angelos ſuos ſpiritus: & miniſtros ſuos ignem vrentem.* ſenſibus, a noſtris. qui ſunt quinq;. viſus,& auditus,guſtus,tactus, odoratus, ſed numquid angeli non vident aut non audiunt? vtiq; ſed longe aliter quam nos. eorum .n.videre intelligere eſt. & audire Obedire. guſtare perfrui, tangere operari,& odorare deum ſequi,* mortales oras, ad mortalium hominum oras endiadis eſt. figura.* mittuntur. vt ad Abraam, Loth,Ioſue & ad multos alios.* in fratres rebelles. cum Lucifero ſentientes.de quibus dictum eſt in primo & proximo lib.* affilli ſibi, annexi & colligati.* aereoſq; artus .i.corporis aerei membra.* ſimulacrum, quandam corporis humani ſimilitudinem. qua videri poſſit ab hominibus.* aptat habendo. vt habeat.* ſpiritus, alioquin inuiſibilis.* rapido turbine,veloci impetu:* denſa corpora. ex aere condenſato coacta,* noſtros ſenſus.i.quæ videri ac tangi poſſunt a nobis.* deſueta. nam a longo tempore citra non habuerunt quibus cum prœliarentur.* de poſte, humano mori alludit poeta. etenim pleræq; gentes confectis bellis*

Planete 7.

Senſus 5.

Angeli corpo-ra aerea ſibi aſſumunt.

Col.lib. ij. an. 1.

Lucæ 24.

Pſal. ciij.& ad Hebr. c. 1.

fo. x. & 122

Siue opus in fratres olim capere arma rebelles,
Corporis affilcti ſibi quiſq; accommodat alas,
Aereoſq; artus, ſimulachrumq; aptat habendo,
Spiritus vt queat humanos admittere viſus.
Ergo illi rapido circundant turbine denſa
Corpora ſub noſtros etiam venientia ſenſus.
Circundantq; humeris deſueta micantibus arma?
Aetheris ærisſono ſubito de poſte refixa
Cœlicolum exuuias, belli monimenta nefandi,
Quod ſocios olim contrà geſſere furentes.
Hic bonus armaturiaculis, haſtamq; trabalem
Criſpat agens, rapit ille faces, rapit ille ſagittas,
Suſpenditq; humeris lunatum ardentibus arcum.
Atq; alius palmas inſertat cæſtibus ambas.
Pars tereti funda dextram implicat. omnibus enſis
Aureus in morem vagina pendet eburna:
Infrenant alij cœli per cærula currus:
Cætera pars pictis librare celerrima pennis
Corpora: non eadem vis omnibus ipſa volandi:
Mobilitate vigent varia: pars remigat alis
Binis alternantè humero, pars ordine ad auras

Apoc. 12.

& parta pace ſacris poſtibus templorum victricia affigunt arma: nec non & ea quæ ad deuictis hoſtibus detraxere. cælicolum,cum Lucifero deiectorum.* belli.nef,de quo in ap. & in ſuperioribus libris dictũ eſt.* furentes.nec.n. in creatorem ſuum inſurrexiſſent, niſi iniquo furore repleti.* hic bonus ar, Iac, .i. aptus iaculari:* haſtamq; trabalem, grauem longam & grandem. trabis inſtar qualis & quanta olim, e tormentis excutiebatur.porrò, ex magnitudine teli fortitudinem militis exprimit.* criſpat agens .i.dum agit ac forti manu vibrat,criſpantem reddit ac tremere facit.* rapit, raptim carpit.* Lunatum arcum.curuatum. in nouæ & curuæ Lunæ ſimilitudinem.* inſertat, inſerendo aptat. vtitur autem frequentatiuo, quia plura cæſtibus inſunt lora, quibus pugilis manus brachiaq; inſeruntur.vt licet videre in entelli & daretis virgiliani certamine.* cæſtibus. cæſtus. huius cæſtus, quando pugilum arma ſignificat diphthongo ſcribitur,quarta eſt formæ & pluralem habet numerum, ceſtus autem huius ceſti ſine diphthongo ij. eſt declinationis & caret plurali.ſignificat cingulum veneris.dicitur autem hic cæſtus pro armis,a cædendo.& eſt genus clauę pilas plombeas aut ferreas loris bubulis appenſas habens quibus manus,brachia,humeriq; alligabantur.vt remiſſis etiam digitis palma tamen inhærerent.* tereti funda.qua procul ſaxa torquentur in hoſtes. hoc genere teli Dauid in Goliath gigantem vſus eſt.quem miſſo e funda lapide proſtrauit, deinde ipſius Gladio caput amputauit.* enſis aureus.i.capulum habens aureum.ferro.n.& non auro fiunt enſes.* infrenãt currus .i.equos quibus trahuntur currus.* librare, pro librabant.ſuſtinebant.tractum eſt a rebus quæ dum libra ponderantur in aere ſuſpenſæ ſuſtentantur.* mobilitate varia,pro corporum aſſumptorum varietate leuium aut grauiorum.& pro maiori ac minori angeli impellentis virtute.* remigat alis.tranſlatio a nauigantibus ſumpta.quæ mutua eſt inter nauigantes ac volantes.* alternãte humero.modo vno, modo altero,in vices laborante,iactante & ſeſe flectente.poſſumus etiam intelligere, huius primi ag*

Trabalis haſta

Cæſtus.

Ceſtus.

Funda.

Librare.

æneid.5. Seruius.

1. Regum. 17.

mitis

minis ãgeli bini volarẽt.ſeq̃ntis verò terni.* effulgere.ab eo ꝙ ẽ.effulgo.gis.tertiæ coniugationis ẽ ĩt ef- Effulgo: geo
fulgeo affulges ſecũdæ.qu & ab eo tãq; pricipali verbo deduci volũt qdã,ſublata.e medio pænultima.*
A gel.lib.2 c.36. croceo luto.i.luteo croco.i.colore ruffo magisq̃; rubicũdo.luteus.n.color Paulo dilucidior ẽ a luce dictus Luteus color
Pli. lib.21 c.8. vt Gellius ſcribit.Et lutei coloris (inqt Plinius) video honorẽ antiqſſimum in nuptialibus flãmeis totum
fœminis cõceſſum.* circumlita,depicta vel circũſperſa.* centũ aliis coloribus.numerus finitus pro infini-
to. nam & ſi centũ varij colores inueniri forſitan poſſint a diuite rerũ natura,nomina tñ oĩum non po-
terunt aſſignari a pauperiore autorũ arte.quæ & ſi naturã quantũ poteſt conetur imitari, ſuperatur tñ
ſemp ab ea.hinc & qdam legiſlator dixit pauciora rebus eſſe vocabula.* verſicoloribus.diuerſorum co-
Daniel. 7. lorũ.ad hoc.n.ſolummodo tendit hæc cõparatio.* autumnus ab augendo dictus,ꝗ eo tempore augeãtur Autumnus.
agricolarũ opes ex vindemia & fructibus vndiq; coactis.* quot millia.dicit aũt Daniel ꝓpheta. Millia Angelorũ millia.
millium miniſtrabant ei.& decies millies centena millia aſſiſtebant ei.* coiiſſe.conueniſſe ſeu a ducibus
coactos eſſe.maiorem exercitum Artaxerſe perſarum rege.nullus vnq̃; coegit.Is.n.vt ſcribit Herodo- Max. Artaxerſis exercitus.
tus.clxx.miriades.i.decies ſepties centena millia hominũ coegit aduerſus athenienſes.a quibus tñ The-
miſtocle grecorũ duce nauali in prælio ſuperatus eſt.& cũ paucis aufugit.* dux.Michael Archangelus
* Iapigij.poſſeſſiuũ ẽ.ab Iapigia.quæ eſt pars Apuliæ ſic dicta ab Iapyge Dedali filio.vnde & flãs ven- Iapigia.
tus qdã Iapyx dicit.de quo Horatius.obſtrictis aliis pter Iapygã.ĩ ea ẽ mõs,hic Garganus.q p Calabriã gárganus
Lucanus li.5. Aeneid.11 vſq; ĩ adriaticũ tẽdit pelagus.hic Lucanus ait.Appulus adriacas tẽdit Garganus ĩ vndas.& Virg.Vi-
ctor Gargani cõdebat Iapygis agris.* Gargani e vertice.vbi colit eius archãgeli memoria.ĩ ſacello ꝙ ipſe Michael vbi colitur.
ſibi cõdidit ac dedicauit.cuius apparitionis atq; dedicationis mirabilẽ vide hiſtoriã,quam legit Eccl. ĩ du-
Ap 12. Ex hyſtoria dedicationis & apparitionis Michaelis archãgeli. plici illius feſtiuitate.* veteris pugnæ.vel q̃; geſſit cũ dracone Lucifero ĩ cœlo (vt dicit in apocalypſi).
vel eius quam pro ſipontinis & beneuentanis geſſit aduerſus Neapolitanos.nam ĩ ipſo belli apparatu Michaelis pugna.
quarta diei hora.Ecce aduẽtu Michaelis archãgeli mons Garganus ĩmenſo tremore cõcutit.inde fulgu-
ra crebra ĩ hoſtes eiaculant.etenĩ caligo tenebroſa totũ mõtis cacumẽ obduxerat.territi pagani fugiũt.
multi hoſtili ferro obtrũcati.ſed multo plures inuẽti ſunt fulminibus exuſti.Qui ſupfuere, comperto ꝙ

Tollunt ſe triplici pennatis vndiq; plantis,
Haud vnam in fatiem, ſed nec color omnibus idem,
Namq; hos punicea cernas effulgere pluma
Flammipedes, igni aſſimiles rutilantia terga.
Herbarum hos ſpetiem; uiridesq; referre ſmaragdos
Terga illis croceo lucent circumlita luto.
Centum aliis alij pinxere coloribus alas,
Qualis vbi exactos poſt æſtus arborẽ ab omni,
Exornat pomis ſe verſicoloribus annus,
Et caput Autumnus circumfert pulcher honeſtum,
Et iam pennipotens liquidis exercitus ibat
Tractibus, ac volucri cingebant agmine cœlum,
Millia quot numquam naſcẽtum ab origine rerum
Viſa hominum in terris coiiſſe: ter agmina terna.
Ter q; duces terni toto dux vertice ſupra eſt,
Nuper Iapigij Gargani ẽ uertice vectus
Ad Rom.1 Armipotens, veteris quem quondam gloria pugnæ
Sublimem longeq; alios ſuper extulit omnes,
Cant.5. In medio ibat ouans, galea, criſtisq; ſuperbis
Aureus, & longe gemmis lucentibus ardens
Nunc etiam ſpolia edomiti,fuluamq; draconis
Pellem oſtentabat ſpiris ingentibus ipſumq;

Angelus dei venerat Chriſtianis auxilio ad fidẽ Xpi cõuerſi ſunt. parta itaq; de cœlo victoria Garganum montẽ Xpiani gratias acturi petiere.ibiq; ãte poſterulã ſeptẽtrionalẽ ipſius ſacelli ĩuenerũt quaſi humani pedis veſtigia marmori arctius impſſa.ex qbus cognouerũt beatũ Michaelẽ hoc pſentiæ ſuæ ſignũ reliqſſet,vnde ꝓ illis pugnauerat,hoſtesq; effugauerat. * Chriſtisq; ſupbis.ſupeminentibus. inſtar ducis humani & fortiſſimi bellatoris Michaelem deſcribit poeta.quia inuiſibilia dei non niſi per ea quæ viſibilia ſunt a nobis cõprehendi poſſunt.* aureus,aurea chlamide.indutus.vel optimus.ſicut in canticis dicitur.caput eius aurũ optimũ.* draconis.i.diaboli,ſerpentis antiqui. q icirco dicit draco ꝙ inſidiis noceat.vnde Aug.cum impetũ ingruentis in te pſecutionis pateris.ru- Draco & Leo quare diabolus

gientis ſæuitiam Leonis recognoſce. cum vero mundi aut carnis lenocinia ſupra morem blandientis tibi
ſentis applaudere, inſidias draconis pertimeſce.* pellem oſtentabat,ad gloriam dei.* ſpiris, reuolutioni- Spire.
bus.* ipſumq; diabolum in draconis ſpeciem: alludit autem ad picturam. ſic enim pingitur Michael Michaelis pictura.
Archangelus. in fortiſſimi ducis ſimilitudinem qui pedibus draconem deuictum conculcet, haſta
premat, libramq; manu tenens animarum merita & demerita ponderet, eaſq; ab impetitione draco-
nis vrgẽtis vẽdicet.ipm nãq; a deo ꝑpoſitũ animabus ſuſcipiẽdis canit Eccleſia,qua & ĩ eius tutella pa-

Spolia præforibus.

trocinio (vt olim iudeorũ ſynagoga) ſe ſe eſſe cõfiteẽ. vmbo, ſũma clipei curuatura.* vomit ignes, igneũ ſplẽdorẽ hoc eſt terribilẽ emittit.* ſtellãti iaſpide, i. capulo fulgẽti iaſpide pſignito.* turribus altis morẽ victorũ tãgit. q ad ppetuã & nepotũ memoriã hoſtiũ ſpolia, præ foribus tẽplorũ & altis ĩ turribus ſuſpẽdebãt. ſicut & Romani ĩ capitolij ſui parietibus. & ãte illos latini in illius Auguſti ſui tẽpli poſtibus vt canit Virg. Multaq; pterea ſacris ĩ poſtibus arma, captiui pẽdent currus: curuæq; ſecures: Et criſtæ capitũ: & portarũ ingẽtia clauſtra ſpiculaq; clipeiq; ereptaq; roſtra carinis.* immane, nefas, crimẽ læſæ maieſtatis diuinæ, vtpotę rebelles. Aſcendã (dixerat lucifer) ad aquilonẽ: & ero ſimilis altiſſimo. ſed de hac re ſatis alibi dictũ eſt.* orſis, q orſi ſunt i. auſi ſunt tẽtare locũ ſupiorẽ. quẽ tenere minime potuerũt cœleſtibus expulſi ſedibus.* immemores, ppriæ. ſ. cõditionis & ſortis creaturæ. n. creatori ſuo ſubeſſe debet nõ par eſſe.* victiq; animis. i. elatione animorũ.* tumẽtes, præ ſupbia.* quos ipſi cõtra. anoſtrophe ẽ.*

Comparatio abuſiua

**meliora ſecuti. abuſiua cõparatio nec. n. illi bona, ſed peſſima ſecuti ſunt cõſilia rebellis angeli partibus adhærẽtes.* debellatos, bello deuictos, ſpõdaicus ẽ verſus.* cœlarat, ſcalpſerat. a cœlo ferreo inſtrumento quo vtunẽ argẽtarij dum vaſa*

Innixus tergo pedibusq́;, haſtaq; premebat.
Arma procul radiant: vmbo vomit aureus ignes,
Stellantiq́; procul micat enſis iaſpide fulgens.
Ventum erat ad cœli portas: hic omnibus iræ
Incaluere magis, belli vt monimenta prioris
Sunt oculis oblata, vident nam turribus altis
Pendentes currus ſuſpenſaq́; poſtibus æra,
Spiculaq́;, & clypeos victis de fratribus arma
Olim immane nefas cœlo crudeliter orſis.
Dum fruſtra aſpirant ſceptris fœlicis Olympi
Immemores, victiq́; animis, & vana tumentes,
Quos ipſi contra ſteterant meliora ſecuti.
Aetereq́; expulerant certamine debellatos.
Quam pugnam in foribus quondam cœlarat ahenis
Artificum manus, atq; operoſo impreſſerat auro.
Cernere erat liquidas cœli pendere per auras
Hinc acies, atq; hinc acies certamen adortas,
Nunc huc, nunc illuc vltro, citroq́; volare,
Aetheraq́; in medio venientibus obſcurari
Miſsilibus, iam iam certari comminus armis,
Miſceriq́; acies, & iam queis ſpicula deerant,
Crinibus implicuere manus hoſtilibus vncas,
Suſpenſoſq; comis circùm per inane rotabant.
Iamq́; hos paulatim concedere, deſuper illos
Vrgere aſpicias, donec toto æthere verſi,
Palanteſq́; fugæ ſimul hoſtes terga dedere
Præcipiti aſſimiles nimbo, atq́; procacibus auſtris
Nam pater omnipotens armatus fulmine dextram
Deturbabat agens flammiſq́; ſequacibus arce
Syderea: excuſſos Erebi domus atra recepit
Pugnæ igitur ſuperi admoniti, veteriſq́; trophęi
Aetheris ardebant fractis erumpere portis.

Amb lib. Exa.

Cœlo: las

Cœlum. li.

Miſsilia

Comminus

Rotare

græca figura

Synedochæ.

Erebus

Demonorum eiectio.

ſculpunt vnde & cœlum (inqt Ambroſius) dicitẽ. quaſi impreſſa ſtellarũ lumina velut ſigna habeat. tãq; cælatũ appellatur ſicut argentũ quod ſignis eminentibus refulget cælatum dicimus. ahenis pro. æreis eſt. n. dyphtongi ſolutio per dierefim. operoſo auro. multo opere elaborato.* cernere erat, eleganter pro eo quod eſt. cernere poſſet aliquis.* certamen adortas, quæ iniere certamen. morem velitũ i. equitum leuis armaturæ expreſſit.* miſſilibus, ſubaudi telis & ſunt quæcumq; eminus mittuntur in hoſtes.* comminus, e propinquo loco. quaſi manu ad manum.* queis, pro quibus.* deerant. dyſſyllaba facta eſt dictio per ſyneresin. i. duarũ ſyllabarũ in vnã, coactionem.* rotabant, in gyrũ voluebant.* hos malos angelos.* concedere, ſeſe recipere & retrahere.* illos, victores angelos bonos.* vrgere, impellere inſtare.* verſi. ſubaudi in fugam.* palantẽs. vagi atq; diſperſi.* nimbo, pcelloſſa tempeſtati.* procacibus auſtris. rapido flantibus impetu.* armatus ful, dex. i. armatam habens dextrã græca figura eſt. q̃ participio fit pteriti tẽporis. ſynedochæ verò fit p nomẽ adiectiuũ. vt Nuda genu.* deturbabat, ex acie ordinata.* ſequacibus, vltricibus. etenĩ quocũq; vadãt demones gehẽnæ ignẽ ſecũ ferũt.* Erebi. Jferni. græca dictio eſt obſcuritatem notans. nam ἔρεβος. ... τὸ. erebus tenebræ, caligo, & nox.* recepit. congrua ſuperborũ ſpirituum habitatio. vt qui faſtu ſuper omnes eſſe voluerunt. infra omnes detruderentur. etenim qui ſe exaltat humiliabitur. & contra qui ſe humiliat exaltabitur. vnde Chriſtus Ieſus qui infra omnes homines vſq; ad mortem crucis ignominioſiſſimam ſemetipſum humiliauit: iure merito vſque ad ſummi patris dextram ſuper oẽs angelos eſt exaltatus.* trophæi. i. victoria. quæ præcedit trophæum*

rum erat autem trophæum, truncus arboris deciſis vndiq; ramis hoſtilia ſuſtinens arma. * *ardebant, ardenter cupiebant.* * *erumpere violenter egredi & tumultuoſe, non expectato ducis iuſſu. vallitum romanorum rapidum expreſſit ar-*

Iamq; adeò euaſſent omnes, terriſq; potiti
Sontem incendiſſent oram, iamq; vrbibus igni
Correptis Iudea nocens commiſſa luiſſes.
Ni pater altitonans ſtellanti nixus olympo
(Motus enim tanto ſubitò flagrante tumultu)
Cœpta redargueret, verbiſq; inhiberet acerbis
Bellum importunum cunctis haud mollia mandans.
Nam circunſpiciens ſibi centum aſtare miniſtras
Virgineas volucrum humana ſub imagine formas
Hinc, atq; hinc videt, & nutum obſeruare paratas.
Quarum quæ placido mittis Clementia vultu eſt,
Eligitur numero ex omni, cui talia mandet.
Vade ait, & volucri per cœlum labere curru;
Fratribus hæc fer dicta tuis: non ætheris illis,
Non illis vaſti commiſſas orbis habenas,
Vt ferro iniuſſas meditantes edere pugnas
Omne auſint miſcere meo ſine numine cœlum:
Terramq;, & tantos animis accendere motus,
Confidant, poſitiſq; adſint huc ocyus armis,
Dixerat, illa viam raptim ſecat alite curru,
Et patris ingentes paſſim denunciat iras,
Ni redeant, poſitiſq; quieſcant protinus armis;
Addunt ſe comites pietas, paxq; aurea: it vnà
Speſq;, Fideſq;, pijq; parens placidiſsima amoris.

dorem, qui viſis hoſtibus auidi pugnæ vix poterant in caſtris contineri. * *euaſſent, pro euaſiſſent. dura eſt ſyncopa.* * *ſontem oram, nocentem iudeorũ regionem.* * *incendiſſent. ſicut olim ſodomam & gomorram.* * *cõmiſſa luiſſes. admiſſi peccati pœnas dediſſes. eſt aũt apoſtrophe .i. ſermonis conuerſio.* * *motus e, t, s, fl, t, parentheſis eſt, cauſam inhibitionis complectens.* * *verbis acerbis, ſpreti imperatoris more, quãdo abſq; iuſſu ſuo milites cernit arma mouere.* * *Bellum importunũ, nõ debito tempore factum.* * *haud mollia, dura & minime placitura.* * *centũ perfectionis eſt numerus.* * *miniſtras virtutes Teologales, cardinales, vrbanas & quaſcumq; alias morales.* * *virgineas, alludit ad picturam. virtutes .n. in formam virginum pulcherrimarum depinguntur, quia (vt dicebat Plato) ſi videri oculis poſſent miros amores excitarent,* * *videt. ipſe eſt enim deus virtutum. ſicut ait propheta: dñe deus virtutum conuerte nos. & alibi tu dñe deus virtutum deus Iſrael.* * *nutum obſer, .i. obedire.* * *clementia. qua inducimur inimicis parcere, & reconciliari. eſt autem hæc potiſſima regũ virtus. qua & Iulius Cæſar plurimũ eſt cõmendatus.* * *eligit. hoc ideo dicit, qa ex ſola miſericordia dei fiebat humani generis redẽptio. vt oĩs occaſio ſuperbiẽdi hominibus eſſet ſublata.* * *fratribus tuis, angelis q & ipſi virtutes appellant̃ ab Eccleſia. canit .n. in pfationibus. cæli cælorũq; virtutes ac beata Seraphin ſocia exultatione concelebrant. & dñs in Euang. tunc virtutes cælorũ cõmouebuntur.* * *nõ ætheris illis. ſic & neptunus virgilianus allocutus eſt ventos ab æolo in pelagus emiſſos.* * *habenas, regimẽ. trãſlatio ſumpta ab equis, qui habenis .i. loris fræni regunt̃: & ad voluntatẽ inſidẽtis eqtis verſant̃.* * *meditãtes, corde ſecũ cogitãtes.* * *omne cælũ .i. totũ aerẽ ex quo dẽſato corpora ſibi aſciuerãt.* * *cõfidãt, conquieſcãt.* * *alite curru tracto ab alitibus eqs, ex quare velocitas obſequij denotat̃.* * *pietas nõ eã eſſe puto virtutẽ, qua in deũ, ĩ patriã, & in parẽtes iubemur eſſe officioſi. iuxta Marci Tullij & cæterorũ philoſophorũ doctrinã ſed hic poni p ea quæ vocat̃ miſericordia. quã dictionẽ verſus hexameter nõ capit ad hanc interptationẽ bene facit q ait ppheta. miſericordia dñi, q non ſumus cõſumpti. & apud dñm miſericordia & copioſa apud eum redẽptio. & Paulus ad titũ deus (inqt) nõ ex operibus iuſtitia quæ fecimus nos, ſed ſecundũ miſericordiã ſuã ſaluos nos fecit. & a pphetis noui q; teſtamẽti patribus nõ minus cce. locis miſericordia dei cõmemorat̃.* * *pax aurea, optima virtutũ. ſed nõ ea quã mundus dat, aſt ea qua d. Ieſus vtebat̃ ĩ ſalutatione diſcipulorũ. eſt aũt hæc pax (vt docet Aug.) ſerenitas mentis: tranqlitas animi: ſimplicitas cordis: amoris vinculũ: & cõſortiũ charitatis.* * *ſpeſq; qua futurorũ bonorũ certa eſt expectatio, & neminẽ verè fidelẽ cõfũdit. (vt ait Apoſt.) fideſq; ſine qua ĩpoſſibile ẽ placere deo. ẽ aũt fides rerũ ſperandarũ ſubſtantia, argumentũ non apparentiũ. quod .n. vides non eſt fides: ſed quod non vides illud eſt fides ait Aug. hæc virtus multipliciter & p plurima exempla ab apoſtolo cõmendat̃. verum ſi fuerit a bonis operibus deſerta ſalutẽ minime poteſt operari. etenim teſte Iacobo fides abſq; operibus inanis eſt & mortua.* * *pijq; parens pla, am, periphraſis eſt charitatis. quæ omnium mater eſt virtutum & regina. fons omnium bonorum indeficiens. & vita magiſtrã totius. ita vt dicat Apo-*

Margin notes:
Euaſſent pro ſincopa.
Virtutes.
Pſ. 79.
Pſal. 63.
Clementia.
æneid.
Habenæ.
Pietas.
Pax dei.
Aug. de verbis domini.
Rom. 5.
Ad hebreos 11.
Spes
Fides.
Iacobi 2.
Fides abſq; opere.
Charitas.

ſtolus,habe charitatem & fac quod vis.hæc eſt illa excellentior via.quam prædicat.ſi linguis (inquit) hominum loquar & angelorum,charitatem autem non habeam factus ſum velut æs ſonans,& cymbalum tinniens.& ſi habuero prophetiam:& nouerim myſteria oia:& oem ſcientiã.& ſi habuero omnẽ fidem,ita vt mõtes trãſferã:charitatẽ aũt nõ habuero:nihil ſum.& ſi diſtribuero in cibos pauperũ oes facultates meas:& ſi tradidero corpus meũ ita vt ardeã:charitatem aũt nõ habuero:nihil mihi prodeſt charitas patiens eſt:benigna eſt:charitas non æmulatur:non agit perperã.nõ inflatur:nõ eſt ambitioſa: non quærit quæ ſua ſunt:non irritatur:non cogitat malũ,nõ gaudet ſup iniquitate.congaudet aũt veritati oia ſuffert:oia credit:oia ſperat.omnia ſuſtinet.charitas nunquã excidit:& demũ nunc aũt manent fides ſpes charitas tria hæc,maior aũt horũ eſt charitas.vide & noſtras odas de charitate. canentis oliuæ.in pacis ſignum.* ſtudijs verſis.mutato belli deſiderio. *.dicto pars.mandato eius obedientes.* quiſq; ſua.pleplis ẽ ĩplicita.* ter torquẽs.vel ad deſignandã trinitatẽ,vel ad ternos angelorũ choros.* farier infit.loqui incipit.eſt aũt parago ge,ſed & videt vnum verbum ſupfluũ eſſe.vtrũq; .n.loq ſig.* qane,re uera,& eſt vna pars.ſicut & I Verg.quiane auxilio iuuat ante leuatos.et eſt ironia. quæ recte plata grauitatẽ ſummam orationi affert.q.d.vt qd arma ſumpſiſtis? vt inuctis inualidum? at meo ſuſtentat auxilio:quo & vos indigetis.* quandoquidẽ.p ſiquidem.* crimen cõmune,nõ ipſi Chriſto:ſed humano generi.* pãdere olym.cælum aperire,quod hactenus clauſum fuerat cunctis mortalibus qualicunq; & quãtacũq; præditis ſanctitate.* exercere lab, hypallage eſt.pro a laboribus exerceri.vel amphybolon eſt. vt ferè contigit in omnibus infinitiuis cõſtructionibus.* agere vitam.i.trahere.* exactũ cunctis.hoc eſt exulem fieri.vt impleret illud ipſius dictum ſaluatoris.vulpes foueas habent: & volucres cæli nidos:filius aũt hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.* hic grauis exitus,de hoc mundo.ſ.iuxta illud.exiui a patre & veni in mundũ:iterũ relinquo mundũ & vado ad patrẽ.ſignificat aũt grauiſſimam mortẽ crucis.qua de hoc mundo exiuit.* irreuocabile.qa ſic fuerat ab ipſo patre defixum.* ſpõte offert.ſicut Eſaias pdixerat.oblatus ẽ qa ipſe voluit.& beatus Andreas Ægeæ p cõſuli pbauit.vt ĩ ſuprioribus dictũ ẽ.* horruit.naturale qppe ẽ homini viſo ſupplicio mortẽ horrere.vnde Paulus Apoſt.ad decollãdũ ductus ſibi ligauit oculos velo:ne talẽ pateret horrorẽ.q & multi poſt eũ martyres factitarũt.* eripuit.i.perturbauit.nam oẽs carnis noſtræ infirmitates excepto peccato portauit.* leti in ipſo, lim.in crucifixionis initio:quam limen mortis eſſe conſtat.p eam .n.e vita præſenti egrediebatur.* velut deũ exutus.bene dixit velut.nec.n.vere deitas vnq; ab ea quã ſibi aſciuit humanitate ſeparata ẽ Xpo et moriente vel mortuo & iacẽte in ſepulchro.ſed paſſa ẽ tantũ caro ex permiſſu ſuo.veluti ſi quis arborẽ radijs ſolis illuſtratã ſecuri cadat.radius ipſe ſolaris nihil lædit licet arbor ipſa ſecet manẽte nihilominus ẽ radio.* mortalis.& qa mors ẽ vltimũ terribiliũ,natura timet ab oibus.* inermis,a deitate minime defenſus.* nil aliter.niſi ſponte pateret ac ex pmiſſu noſtro.* impenetrabilis.in vulneribus.* parua*

Prolepſis implicita.

Farier infit.

Quiane

Amphybolon.

Exitus Chriſti.

Mors horribilis.

Deitas a Xpo nunquam ſepa rata eſt.

1. cor 12. & 13.

Luc.9.

Omnibus in manibus rami canentis oliuæ.
Quaq; egere viam, videas procul ilicet arma
Proijcere, & ſtudijs cunctos miteſcere verſis.
Iamq; in conſpectu poſitis exercitus armis
Regis adeſt dicto parentes: ſede locarunt
Ordine ſeſe, quiſq; ſua, pariterq; quierunt.
Hic tum nimbipotens genitor circumtulit ora
Ter torquens illuſtre caput, ter cardine moto
Terribilem increpuit ſonitum: dein farier infit.
Quæ ſuperi vetitum contra hæc inſania ferri?
Quo ruitis? quiane auxilio ſubſiſtere noſtro
Non queat ille, meæ aut ſint fractæ deniq; vires?
Næ ſæuite animis, atq; hanc deponite curam,
Quãdoquidẽ haud fert hæc noſtro ſine numine natus,
Scitis enim, vt moriens crimen commune refellat.
Sic generi humano clauſum ſtat pandere olympum.
Illum ideo duros volui exercere labores,
Atq; agere in terris extrema per omnia vitam
Finibus exactum cunctis, inopem, omnium agentem,
Iamq; ad ſupremum ventum, manet exitus illum
Hic hodie grauis inſontem irreuocabile letum,
Et morti caput ipſe ſua ſponte obuius offert.
Nunc autem ſubito viſu horruit, & timor illi
Confuſam eripuit leti ipſo in limine mentem.
Quippe deum velut exutus, mortalis, inermis
Reſtitit, & telis manſit violabile corpus.
Nil aliter vis diuinos valuiſſet in artus
Vlla hominum, & cunctis foret impenetrabilis armis.

potentia,

potentia, Zeugma eſt a medio. ſi verſa re, ſen, quod minime deum decet. cum ſit immutabilis vnde canis ſeuer. Boetius. ſtabilisq; manens dat cuncta moueri.* quidquid vbiq; homi, .i. quot quot homines a mundi principio nuncusq; fuerunt.* ad aſtra gig, Nembroth. n. cum ceteris gigantibus homines ad ædificandã turrim allexerunt. cuius sũmitas tãgeret cęlũ. ſub ſpecie vitandi aquas diluuijs, ſi iterũ imminueret reuera vt ſuperbi cœlũ cõſcenderent. cũq; opus ferueret id linguarũ cõfuſione deus diſſipauit. vnde & locus ille Babel. i. confuſionẽ nomẽ accepit. crebris deinde fulminibus molis illius pars magna diſſipata eſt.* montes alludit ad fabulam belli gigantei aduerſus Iouem. de quo late Ouidius, Virg. & cæteri*

Immutabilis deus.

Nembroth

gen. 11.

Babel

Non adeo vires, non parua potentia noſtra eſt.
Vt nequeam, ſi verſa retro ſententia, natum
Eripere in medio verſantem turbine leti.
Contra illum inſurgant omnes, ab origine rerum
Quidquid vbiq; hominum natum, extinctumq; p æuũ:
Non ita me experta eſt Babylon, vbi ad aſtra gigãtes
Tentauere vias educta turre ſub auras.
Et poterant magnos manibus diuellere montes.
Nunc etiam fumant præfractæ fulmine turres,
Vt nimborum acies, tempeſtatumq; quieſcant,
Quæ vaſtum rapiant conuulſum a cardine mundum.
Ipſe manu terras quaterem, cœlum omne cierem.
Diluuio cuncta inuolens. ne me ignibus atris
Nunc nunc accinctum, teloq; tricuſpide dextram
Armatum mortale genus ſæuire videret.
Hunc difflare globũ, hæc paſſim metere agmina ferro.
At finite, adueniet (neq; enim mora longior) vrbi
Tempus ei, fruſtra hunc cũ magno optaueri emptũ
Haud tetigiſſe, genus cui dicitur æthere ab alto.
Sic ait, & moto tremefecit vertice mundum:
Terrifico quatiens tonitru cœleſtia templa.
Continuo ſuperum furor acer, & ita quieuit.
Proſequitur tantum votis chorus omnis amicis
Atq; deum è ſummo taciti miſerantur olympo,
Sicut vbi incluſi ſeptis vacuo æquore campi

ſeculares poetæ. fulmine, quo ſæpe ĩpetũtur.* vt .i. quãuis.* rapiãt., p diripiãt.* cõuulſum a car, trãſlatio ſũpta a poſtibus vi motis a cardine.* manu poteſtate mea.* quaterẽ. i. ſubuerterẽ.* cierẽ cõmouerẽ. ſecundæ eſt cõiugationis verbũ hoc. cieo cies, ciet, ciui, citũ. vnde excieo, es, ciui, citũ. pen. corr. ĩueniẽ et cio. cis, ciui citũ pen. pd. vnde ẽ. excitũ ruit ad portã.* diluuio aquarũ inũdãtia. vt olim tẽpore Noe. aut diluuio. i. vaſtitate & ruina.* me me, nũc nũc epizeuſis. i. cõbinatio verbi, efficaciſſimã ex celeritate faciẽs orationem.* tricuſpide, triplici fulmine. eſt. n. quod aflat: quod incendit. & quod ſcĩdit.* difflare diſſipare. ſignato vſus ẽ verbo, trãſlatione a diuerſo flatu ventorũ ſũpta. vnde coacta diſſipãtur.* globũ, hominũ deũſitatẽ. q ſecuti fuerãt D. Ie. vſq; ad crucẽ.* metere, trucidare, a ſegetibus maturis methaphora. quando ĩmiſſa falce metunẽ. & eſt ſumpta ex Euang. Meſſis qdẽ multa: operarij aũt pauci. & alibi. leuate oculos vrõs & videte regiones q̃a iam alba ſunt ad meſſẽ. & alibi. ſinitæ (inquit) vtraq; creſcere vſq; ad meſſem: & in tẽpore meſſis, dicã meſſoribus meis: vt alligẽt Zizania in faſciculos ad cõburendũ. & meſſores qdem ãgeli ſunt: meſſis verò cõſumatiõ ſeculi eſt. hinc & Io. in apoc. mitte (inquit) falcem & mete qa venit hora vt metaẽ. quoniã aruit meſſis terræ. Et miſit q ſedebat ſup nubẽ, falcem ſuam in terrã: & meſſuit eam.* at finite. ſubaudi. nunc eum mortem ſubire vt decretum eſt.* mora longior, quadraginta annorũ. qui conceſſi fuerant illis ad pœnitentiã. nec .n. deus mox vt peccauit quis, debita pœna coercet. ſed ſpacium indulget pœnitentiæ. quo ſi peccator fuerit abuſus: tarditatem, ſupplicij grauitate compenſat. nec vllis deinc præcibus flectitur. quin potius deridet. vt ait ſapiens. Ego quoq; in interitu veſtro ridebo. & cum multiplicaueritis orationẽ nõ exaudiam vos. horrendum eſt itaq; incidere in manus dei viuentis.* vrbi ei, Hieruſalem.* hunc filium meum.* magno .ſ. precio.* æthere ab alto. ratione diuinitatis.* ſuperum. pro ſuperorum .i. angelorum.* deum & hominem factum.* miſerantur prima eſt coniugationis, miſeror raris. & accuſatiuo iungitur. ſed miſereor miſereris ſecunde genitiuo iungitur. vt in pſal. Miſerere mei deus. & miſereris o\~ium dñe: & nihil odiſti eorũ quæ feciſti. Miſeret, vero ĩpſonale eſt. genitiuo iũgiẽ & accuſatiuo. vt eſt illud. Et te lapſorũ miſeret.* ſicut aptiſſima cõparatio nã, & d chr\~s. p redemptione noſtra duellũ hoc ſuſceperat aduerſus mortis autorẽ. quem & occiſus ſuperauit. hoc. n. intereſt inter duellũ quod ſuſcipitur pro iuſtitia, pro fide, pro religione, ac pietate. & illud quod ſuſtinetur pro vana mundi gloria. in hoc occiſus victus dicitur. in illo vero victor coronatur occiſus.* vacuo aq, cauſa, planicie aliqua vel in theatro.* decore, mundano honore.*

Vt

Cieo. es.

Cio, cis.

Diluuium

Epizeuſis

Fulmen.

Difflare

Metere & meſſis.

Matth. 9.
Luc 10.
Io. 4.
Matth 13.
Apoc. 14.

Peccantes non ſtatim punit deus.

Miſerorum.

Miſereor. Miſeret

Ambroſius

Duellum pro iuſtitia.

decus & decor

Pro laude, ac decore accenſi certamina miſcent:
Inter ſe equatis iuuenes duo comminus armis,
Hinc ſpectat procul, atq; hinc circumfuſa iuuentus:
Tum ſi forte alter minus ac minus vtilis, ore
Palluit, aut terra cecidit deceptus iniqua,
Conſurgant fidi æquales; ſtudijsq; ſequantur,
Quàm vellent, niſi pacta vetent, ſuccurrere amico:
Stant ægri,& caſum longè execrantur acerbum.
Haud ſecus indefenſus,inermis reſtitit heros.
Illum nudum humeros, nudum omne à vertice corpus,
Directum longo malo applicuere furentes.
Nuda dehinc tendunt tranſuerſo brachia ligno,
Diuerſaq; ambas affigunt cuſpide palmas
Hinc, atq; hinc; mucrone pedes terebrantur eodem
Confixi: largum manat de ſtipite flumen.
Inſtant vi multa: ferro ardua robora adacto
Dant gemitum: reboat diro ſtridore ſupinus
Mons circum ingeminans. ictusq; reſultat imago.
Tum ſupra caput & nomen, patriamq;, necisq;
Inſcripſere notis varijs in ſtipite cauſam.
Dextra autem,læuaq; duos gemina arbore fixos
Addiderant ſocios,quos ob commiſſa merentes
Leges ſupplicium ad iuſtum,pænamq; vocabant.

Duello ceſi carent honore ſepulture.

*hoc decus coris.penul:corripit.ſed hic decor:coris:pducit,*certamina miſcēt.*iuuenes duo:hoc ſæpe faciūt noſtri itali ſupbi nimis,q p minima quauis iniuria,puocant,ſuſcipiūtq; duellū legibus ſacris & canonibus interdictū.ita vt ſepultura mulctēt honore ceſo in duello*palluit,præ timore.* iniqua,nō bene æquata,nec plana ſed ſcrupuloſa.* ſtudijs,fauoribus vocalibus,quādo nequeūt auxilio.* q̄ vellēt.optātis eſt.* ægri,animo,* acerbū.in illū culpā reijcientes.*indefenſus,a diuina virtute vel ab āgelis.*heros Chriſtus Ieſus.* nudū humeros.figurate.p nudatos habentē humeros.* a vertice vſq; ad plantā pedis.*

Crux quid ſig.

**longo malo,crucis trunco.* tranſuerſo ligno.perypbraſis eſt crucifixi.crux aūt (vltra ea quæ ſupra initio libri huius dicta ſunt)ſecundum moralem ſenſum.per latitudinem ſignificat hylaritatem operantis:quia triſtitia anguſtias facit.latitudo.n.crucis eſt ī tranſuerſo ligno vbi figunt̄ manus:p quas opa ītelligimus.p altitudinem aūt cui caput adiungitur: ſignificatur expectatio retributionis de ſublimi iuſtitia dei. longitudo autem qua totum corpus extenditur,tolerantiam deſignat. vnde & longanimes dicuntur qui tolerant.profundum autem quod terræ infixū eſt:ſecretum ſacramenti præfigurat.* ligno.ſic ergo in ligno vita cunctorum ſalus, & vita ſuſpenditur. * cuſpide, acuto clauo.*flumen,ſanguinis decurrentis in terrā inſtar fluminis. * inſtant,multis malei percuſſionibus vt infigerent clauos in duro ligno.* reboat,i.reſonat. * imago.quæ & Echo dicitur. ſoni & vocis cuiuſuis repercuſſio. quæ in conuallibus & in locis concameratis fieri ſolet. & interdum multiplex redditur. vnde lucretius. ſex etiam ac ſeptem loca vidi reddere voces. vnam cum iaceres:ita colles collibus ipſi verba repulſantes iterabant verba referti.* inſcripſere.titulum.ſ.hic eſt Ieſus Nazarenus Rex Iudeorum.hoc idem refert etiam Ioannes.ſcripſit autem & titulum pilatus. & poſuit ſuper crucem.erat aūt ſcriptum Ieſus nazarenus rex iudeorum.Hunc ergo titulum multi. legerunt iudeorū:quia prope ciuitatē erat locus vbi crucifixus eſt Ieſus.Et erat ſcriptum hebraicè,græcè,& latinè. dicebant ergo pilato pontifices iudeorum:noli ſcribere.rex iudeorū.ſed quia ipſe dixit rex ſum iudeorum.reſpondit Pilatus, quòd ſcripſi,ſcripſi.* notis varijs,vt.variæ gentes legerent quæ tunc tēporis Hieroſalymā conuenerant,propter paſcha celebrationem,hebraicè namq; ſcriptū erat, propter iudeos in lege dei gloriantes.græcæ propter gentium & maxime grecorū ſapiētes.latina verò propter romanos multis & penè oībus tūc gentibus impantes,nam p latinas litteras figurat̄ practica,eo q romanū ipiū potētiſſimū ſatisq; fuerat officioſum iu expeditionibus.p græcas verò literas phyſica figuratur, græci.n.erga naturaliū ſpeculationē inſudauerunt.demū p hebraicas Theologia prætenditur.dū iudeis eſt credita rerum diuinarū agnitio,* dextra aūt leuaq;.media crux dūi ſi attendas tribunal fuit,nā medio iudice cōſtituto:vnus latro q credidit liberatus: alter qui inſultauit damnatus eſt.iā ſignificabat qd facturus eſt de viuis & mortuis:alios poſiturus ad dextrā:alios verò ad ſiniſtrā.* addiderāt ſocios. ſic & Euang.poſtq̄; venerunt ī locū q vocat̄ caluaria:ibi crucifixerunt eum:& latrones vnum,a dextris alterum a ſiniſtris.duo autem latrones cum Chriſto crucifixi.ſignificant eos qui ſub fide vel agone martyrū vel cōtinētiæ arctioris inſtituta ſubeūt:ſed q hec p æterna gloria faciūt,dexteri latronis: qui aūt humanæ laudis ītuitu:ſiniſtri latronis actus imitant̄.* ob commiſſa,ſubaudi latrocinia. * ſupplicium ad iuſtum.contentionem latronum ad inuicē tangit.nam(vt ait Lucas)vnus ex his q pendebāt latronibus*

Rabanus.

Hylarius.

Echo.

Titulus crucis

Io.19.

Latroneſcum Chriſto crucifixi quid ſig.

Lucæ 23.

Beda.

blaſphemabat

blaſphemabat Ieſum dicens. ſi tu es Chriſtus: ſaluum fac temetipſum & nos. reſpondēs aūt alter increpabat eum dicens: neq; tu times deum: quia in eadem damnatione es. Et nos quidē iuſtè: nam digna factis recipimus. hic verò nihil mali geſſit. * *veluti ſcelerū exhortator & autor. ſic et Theophilus vt homines prauā opinionē cōtra eū cōciperent, q̄ & ipſe latro & maleficus eſſet. hoc aūt diſpenſatiōe factū eſt, ad*
Eſaiæ 53. *implendā ſcripturā quæ dicit. & cū iniqs deputatus eſt.* * *ante alios oēs. nota cōparatiuū loco ſuplatiui poſitū apte iungi accuſatiuo pcedēte ppoſitione ante. ſic & Verg. pygmalion ſcelere āte alios immanior*
æneid 1. *oēs.* * *infelix ſolyma hæ increpationes partim ex Euang. & partim ex officio paraſceuæ ſumptæ ſunt. ex*
Matth. 23. & Lucæ 13

Verum ipſum amborum in medio longè altius arbos
Extulerat, veluti ſcelerum exhortator, & autor,
Aut furtis foret ante alios immanior omnes.
Infelix ſolyma, infelix Iudea propago
Vltro infeſta pijs, non ipſis vatibus æqua
Hæc digna hoſpitia, has ſedesq;, torosq; paraſti
Cœlicolum regi? hos ſocios, hunc addis honorem?
Qui mortale genus propter delapſus olympo
Sponte ſub humana luſtrauit imagine terras?
Hic genus ipſe tuum pharijs eduxit ab oris,
Et pedibus ſalſas dans ire impune per vndas
Marmoreum tibi ſtrauit iter, pontumq; diremit.
Idem etiam te cœleſti dape pauit euntem
Per deſerta tuos miſeratus vaſta labores.
Huius ope hauſiſti dulcem de caute liquorem,
Cum procul & fontes, & liquida flumina abeſſent.
Hic te poſt habitis alijs longe omnibus vnam
Gentibus elegit, meritis quam ad ſydera ferret,
Muneribusq; ſuis ſublimi æquaret olympo.
Promeritum his cumulas donis? hæc digna rependis?
Non vatum voces, non te miracula rerum
Vlla mouent, aut non præſentia numina ſentis?
Cui vnquam ſcelerum autori tam dira paraſti
Supplicia? aut vſquam quis tam crudeliter hoſti
Acceptus tales luit alter corpore pœnas?
Iamq; trabi applicitus tergo altè hærebat: in illum
Verſi omnes obſeruabant, quæ funere in ipſo
Signa daret, quæ ſpes, aut quæ fiducia victo.

Euang. quidem. Hieruſalē Hieruſalem quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt & c. at ex officio veneris ſancti. popule meus quid feci tibi? aut in quo te contriſtaui. reſponde mihi. quia eduxi te de terra ægipti paraſti crucem ſaluatori tuo. & c. * *hoſpicia. carcerem prætoria principum, & Pilati.* * *has ſedes. montis caluarij, damnatorū loci putridi.* * *torosq;. crucis tribunal et ſolium imperatoris. vnde & in increpationibus pdictis dicitur. ego te exaltaui magna virtute & tu me ſuſpēdiſti in patibulo crucis.* * *cælicolū regi. dño & deo tuo.* * *hos ſocios. latrones .ſ. p angelis, quos ego comites itineris tui et cuſtodes vrbis tuæ dedi tibi.* * *hunc addis honorem ironice .i. vituperium maximū, vnde in pdictis increpationibus dicitur. ego dedi tibi ſceptrū regale: & tu capiti meo ſpineam coronā?* * *ſub humana imagine .i. ſpecie. cautè intellige. nam verè pro nobis factus eſt homo ex anima rationali & corpore ſubſiſtens.* * *hic genus. ſic & in iam dictis improperijs. Ego eduxi te de ægipto demerſo Pharaone .ī. mari rubro. & tu me tradidiſti principibus ſacerdotum?* * *pharijs, ægiptiacis a pharo inſula.* * *impunè, ſecura, ſiccis plantis, abſq; ſummerſionis periculo.* * *marmoreū, æquoreū, a marmoris ſimilitudine facta tranſlatio, nam & ipſum mare dicitur marmor a poetis.* * *diremit, in duodecim diuiſiones iuxta numerū tribuum iſraelitici populi. hinc Dauid propheta cecinit. qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones. hanc hyſtoriam vide in exodo.* * *cœleſti dape. manna e cœlo defluente. hoc idem improperat eccleſia in pſona dñi. Ego te paui manna per deſertum. & tu me cecidiſti alapis & flagellis.* * *dulcem de caute liq; .i. aquam de petra. Ego te (improperat dñs) potaui aqua ſalutis de petra. & tu me potaſti felle & aceto?* * *liquida, modo a liquo, is, & liquor, queris paſſiuo eius deduci videtur quo prima effertur producta, alias a liqueo, ques, deriuatur & corripit primā ſicut & principale. hinc Verg. dixit, Dulcia mella premes: nec tantū dulcia, quantū & liquida.* * *elegit, hoc idē Moyſes teſtatū reliquit. te elegit dñs deus tuus: vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſup terram. non quia cunctas gentes numero vincebatis vobis iunctus eſt dñs, & elegit vos: cum omnibus ſitis populis pauciores. ſed q̄a dilexit vos dominus: & cuſtodiuit iuramentum q̄ iurauit patribus veſtris. eduxitq; vos in manu forti: & redemit de domo ſeruitutis: de manu pharaonis regis ægipti.* * *his cumulas, ingrata gens?* * *non vatum voces. oracula prophetarum. Eſaiæ, Hieremiæ, Dauid & cæterorum.* * *miracula rerū. quas ipſe*

Marginal notes: Marmorus. (beside "marmoreū"); Exodi 14. (beside "ſtoriam vide in exodo"); Exodi 17. (beside "na dñi. Ego te paui"); Liquida. (beside "aquam de petra"); Deuteron. 7. & 14. (beside "mella premes")

d. Ieſus mirabiliter in te geſſit. vt patet legenti Euangelium. * *cui vnquam: nulla ſit colliſio.* * *paraſti ſupplicia? q.d. nulli. nec enim in tota ſerie veteris teſtamenti legimus vllum tam dira ſubiiſſe ſupplicia.* * *acceptus, deprehenſus, vel malehabitus.* * *trabi appl, cruci affixus.* * *quæ ſpes aut quæ fid, vnde & illum deridebant dicentes. Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere. ſperat in deo: liberet nunc eum ſi vult, dixit enim filius dei ſum. & alij iactantes capite dicebant. deſcendat nunc de cruce, & credimus ei.* * *victo, iudicio phariſeorum, verè autem victori demonum mundi & carnis.* * *tacitus, non remurmurans. hinc beatus Petrus dixit, qui cum malediceretur, non maledicebat. & cũ pateretur, non comminabatur.* * *immotus, vt virtutem patientiæ oſtenderet. & vt adimpleretur quod dictum fuerat per Eſaiam prophetam: oblatus eſt quia ipſe voluit: & non aperuit os ſuum: ſicut ouis ad occiſionem ducetur. & quaſi agnus coram tondente ſe, obmuteſcet: & non aperiet os ſuũ de anguſtia & de iudicio ſublatus eſt: generationem eius quis enarrabit? quia abſciſus eſt de terra viuentium: propter ſcelus populi mei percuſſi eum. & dabit impios pro ſepultura, & diuites pro morte ſua. eo quod iniquitatem non fecerit: neq; dolus fuerit in ore eius.* * *decor roſeo. contrarium dixerat Eſaias. non eſt ſpecies ei, neq; decor. Et vidimus eum: & nõ erat reſpectus. & deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum: virum dolorũ & ſcientem infirmitatem. Et quaſi deſpectus vultus eius, vnde nec reputauimus eum. verè langores noſtros ipſe tulit: & dolores noſtros ipſe portauit. & nos reputauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum, a deo & humiliatum ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, atritus eſt propter ſcelera noſtra diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. & liuore eius ſanati ſumus. omnes nos quaſi oues errauimus: vnus quisq; in viam ſuam declinauit. & poſuit dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum.* * *infecti dentes. tincti & maculati.* * *lucifer ſtella matutina, quæ ſolis ortum præcedit.* * *violetur, collectis nubibus ex repentino flatu ventorum.* * *iubar, ſplendoris radios. ſolus autem Lucifer inter ſtellas iubar dicitur, quod iubas lucis effundat.* * *obtuſa facie, paululum obumbrata.* * *incertus rumor. proprium eſt rumoris, vt incerto feratur autore, certo autem fama.* * *certiſſimus nuncius, Ioannes Euangeliſta, qui captum magiſtrum fuerat comitatus vſq; in prætorium pontificis.* * *extra menia, ad montem caluarium.* * *inſidijs, Iudæ proditoris & Phariſeorum.* * *dirriguit, propter nimium dolorem, qui ſtuporem inducit.* * *licet ſciat, antipophora, tacitæ quæſtionis ſolutio. quare doluit? cum ſciret eum adhoc in mundum veniſſe, & tale mandatum a patre recepiſſe? reſpondet natura coegit matrem filij necem dolere. alioquin nec vere mater iudicaretur. vnde, & Symeon cum prædixiſſet ei hos dolores. quaſi reddens cauſam ſubiunxit. vt reuelentur ex multorum cordibus cogitationes.* * *altius, profundius vſq; ad intima cordis.* * *oblita, quæ nouerat a deo de filij nece ordinata pro hominum redemptione.* * *ruit, graui matrum inceſſu derelicta præ dolore. & videndi filij deſiderio.* * *fruſtra, nihil.n. fuerant pro futura multæ illius lachrimæ, vel fruſtra ſolantur. quia non recipiebat earum conſolationem,* * *fidæ comites, Martha, Magdalena, & aliæ mulieres quæ dominum ſecutæ fuerant a Galilea vſq; ad Hieruſalem.* * *indefeſſa. fatigationem tameſi grauem ingens nati cura matrem non patiebatur ſentire.* * *triſtem locum, vbi crucifigendum audierat.* * *ha ſitat*

Chriſti patientia.

1. petri. c. 2

Eſa 53.

Ille autem tacitus iamdudum cuncta ferebat,
Immotusq;: decor roſeo nondum omnis ab ore
Ceſſit: adhuc oculis diuinum eſt cernere honorem.
Tantum reſperſusq; genas, pallentiaq; ora
Humectat cruor, & mixto cum puluere ſudor
Plurimus, infectiq; rubent in ſanguine dentes.
Qualis, qui modo cœrulea perfuſus in vnda
Lucifer aſtrifero radios ſpargebat olympo,
Si mundi ſpecies violetur clara ſereni,
Et ſubita incipiat cœlum paleſcere nube,
Nondum omne occuluit iubar, obtuſaq; niteſcit
Pulcher adhuc facie, & nimbo tralucet in atro.
Interea matris, quam magnam nuper ad vrbem
Traxerat incertus rumor, certiſſimus aures
Nuntius impleuit natum extra mœnia duci,
Ad mortemq; rapi captum, inſidijsq; ſubactum.
Palluit infelix, medijsq; in vocibus artus
Diriguit: licet hæc patris ſciat omnia certo
Conſilio fieri, atq; ipſius numine nati.
Altius ingenti tamen exuperante dolore
Cuncta oblita ruit: reſonant plangoribus ædes
Fœmineis: fruſtra lachrimantem, & acerba gementẽ
Solantur fidæ comites, iamq; illa per vrbem
Atq; huc, atq; illuc errat, triſtemq; requirit

Lucifer Iubar

Rumor. Fama.

Maria mater quare doluit necem filij.

Lucæ 2.

ſitat moratur. ſicubi forte poſſet eum videre. omnia, ſtrepitus omnes.* ſicubi. aduerbium eſt compoſitum. i. ſi alicubi, ſed habet incluſam dubitationem quandam. * concurſum plebis & militum. * hauriat. i. audiat.* ac veluti, congrua comparatio, à ceruа, quæ rediens a paſtu, inuenit hinnulos à venatore interfectos, & ablatos. & ex canticis canticorum ſumpta eſt, in quibus dicitur. vox dilecti mei. ecce iſte venit ſaliens in montibus: tranſiliens colles. ſimilis eſt dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorum. ſuper quibus verbis dicit Gregorius. veniendo quippe ad redemptionem noſtram, quoſdam vt ita dixerim ſaltus fecit. vultis autem fratres cariſſimi ipſos eius ſaltus cognoſcere? de cælo venit in vterum virginis. de vtero in præſepiũ de præſepio ſaliit in crucẽ. dictus eſt autem d. Ieſus hinnullus ceruorũ quia de antiquorum ſanctorum ſtirpe progenitus eſt.* cubilia, luſtra ferarum. vbi pernoctant & edunt fœtus.*

Sicubi.

greg. Lho. 29. in die Aſcenſ.

Saltus fecit Chriſtus.

gregõin cõmen. cant. cant.

Indefeſſa locum, nunc hic, nunc hæſitat illic
Veſtigans oculis, atq; auribus omnia captans,
Sicubi concurſum, voces aut hauriat vllas.
Ac veluti paſtu rediens vbi veſpere ceruа
Montibus ex altis ad nota cubilia fœtus
Iamdudum teneri memor, omnem ſanguine circũ
Sparſam cernit humum, catulos nec cõſpicit vſquã,
Continuo luſtrans oculis nemus omne peragrat
Cum gemitu, tum ſi quà lupi, ſi quà illa Leonis
Raptoris ſigna in triuijs conſpexerit, illac
Inſequitur tota obſeruans veſtigia ſylua,
Per'q; viam paſſim linquit pede ſigna biſulco.
Haud aliter, ſimul atq; iugo proſpexit in alto
Collis oliuęferi, latè qui maximus vrbi
Incubat, ingentem concurſum, & lucida circum
Spiculaq;, clipeoſq;, & fulgentes equitatus,
Per medios ruit, & curſum extra mœnia torquet.
Illam porticibus ſpectant, altiſq; feneſtris.
Effuſæ matres, longè & miſerantur euntem.
Iamq; hos, iamq; ruens curſu præuertitur illos,
Vngula crebra licet volucrum perculcet equorum.
Addunt ſe flenti comites, pariterq; ſequuntur
Fidus Ioannes cum matre, atq; innuba Martha,

**teneri fœtus hinnuli. ſic enim appellantur ceruarum fœtus dum paruuli ſunt.* ſanguine, cæſorum paruorum.* ſparſam, madefactam. & nota, dici elegantius, rem aliquam ſanguine reſperſam. quam ſparſum ſanguinem ſuper re aliqua. * peragrat. i. circuit. * in triuijs. i. in compitis triũ viarum. alius ſignificat rationales artes. grammaticam, rhetoricam, & dialecticam. ſicut & quadriuiũ mathematicas. Geometriam. Muſicam: Arithmeticam: & Aſtrologiam. q; illæ in triuijs olim docerentur. hæ verò in quadriuijs vti planiores. * veſtigia, puta ſanguinis guttas. vel ſigna pedum in puluere aut luto.* pede biſulco. in duas partes vngula ſciſſa. eſt enim de his animalibus quæ & ruminant, & vngulam ſciſſam habent. quibus Iudæis p legem licitum eſt veſci. * in alto iuge, in celſo montis vertice. * collis olíui, montis oliueti, ab oliuis (quibus penè totus confertus eſt) ſic vocabatur.* qui maximus. i. altus. nec enim mole vicinos montes excellit, ſed ferme ſimilis eſt: illi monti quem prope veraldum videmus. vbi paſſionis myſteria propter ſimilitudinem tranſlata ſunt a diui Franciſci fratribus, qui tranſmarinas partes & terram ſanctam peragrarunt. * incubat, prope iacet. nam eſt intermedia vallis Ioſaphath, per quam labitur cedrorum torrens. * fulgentes equitatus, propter armorum ſplendorem. * torquet, vt ad golgotha montem tenderet. * matres miſ. bene miſerantur matrem matres, quia matres ſunt & dolore filiorum ſæpe tanguntur. * præuertitur. pertranſit. & præuertit dicitur. * licet proculcet. i. tametſi pedibus equorum proculcaretur, feſtinabat tamen: vt filium ante obitum poſſet videre. * addunt ſe fl. com. ex Ioãne Euangeliſta ſumpta ſunt hæc. qui ait, ſtabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius: & ſoror matris eius Maria Cleophe, & Maria Magdalena. ſed & Mattheus refert q erant ibi mulieres multæ ad longè: quæ ſecutæ erant Ieſum a galilea miniſtrantes ei. inter quas erat Maria Magdalene: & Maria Iacobi: & Ioſeph mater: & mater filiorum Zebedei. * innuba Marta, quæ numquam nupſit. nam hæc ſacratiſſima virgo poſt Aſcenſionem domini, in illa diſperſione diſcipulorum domini, quæ facta fuit poſt mortem Stephani, impoſita eſt fragili ligno futilis naniculæ, abſq; vllo remigio: cum ſorore, fratre, maximino, marcella pediſequa & quibuſdam alijs Chriſti fidelibus. vt inſurgentibus vel leui flatu ventorum ponti vndis ſummergerentur. verum angelis remigibus delati ſunt in Maſſiliam vrbem Narbonenſis prouinciæ. quam rege & ciuibus ad Chriſtum conuerſis Chriſtianam reddiderunt. in ea vrbe Marthæ Monaſterium virginum condidit & rexit: vbi & poſt carnis reſolutionem qui euit, domino Ieſu in hoſpitium beatitudinis æter-*

Hinnuli

Spargi & reſpergi.

Triuiũ & quadriuium.

Leuitici 11

Mons oliuetus

Vallis Ioſaphat

Preuertit & preuertit.

Io. 19.

Math. 27.

Martha con ſocijs.

Ex libello vitæ Marthæ.

na

Magdalena / Salome maria

*na hoſpitium ſuum ſuſcipiente, & funus etiam illius curante. * Et ſoror Magdalena quæ etiam poſt aſperimam pœnitentiam plusquam xxx. annorum defuncta ſororis corpuſculo appoſita eſt. * Salome. hæc mater filiorum Zebedei eſt. Iacobi .ſ. & Ioannis cuius apud Marcum Euangeliſtam nomen poſitũ eſt; quod interpretatur pacifica. verè enim fuit pacifica, q filios genuerit pacis. hæc Chryſoſtomus.* Chriſ ſuper Matt. c. 20

Et ſoror, & Salome, & coniux ægra Cleophæ,
Cunctæ atro pariter velatæ tempora amictu.
Ecce autem videt infando iam proxima monti
Erectamq; trabem, & ſcalas, defixaq; ſigna.
Quamuis neſcit adhuc, quæ ſint ea robora porrò,
Horruit illa tamen metuens, & pectus honeſtum
Terq;, quaterq; manu tundens pectusq;, caputq;.
Hei mihi neſcio quid moles, atq; illa minatur
Machina triſtæ (inquit) gentis ſcio acerba furentis.
Circumfuſa odia, & genus vndiq; Iudeorum
Iamdudum nobis infenſum expoſcere pœnas.
Hoc erat, hoc tota inſomniis quod nocte videbar
Cernere, ſignum, olim Iſacidæ quo ſumma notarunt
Limina, quisq; ſuum, fuſo agni ritè per ædes
Sanguine poſt longa exilia, indignosq; labores
Niliacis moniti furtim decedere terris.
Hæc memorans ſimul ibat: eam ſine more ruentem,
Rumpentemq; additus per tela, per agmina denſa,
Reijciunt clypeorum obiectu, & longius arcent.
Iam magis, atq; magis non vani ſigna timoris
Clareſcunt; propiusq; in vertice conſpicitur crux.
Ingens, in fabricata, & iniquis aſpera nodis.
Vt vero informi mulctatum funere natum,
Affixumq; trabi media iam in morte teneri
Aſpexit coram infelix, vt vidit ahena
Cuſpide traiectas palmas, palmasq; pedesq;,
Vulnificisq; genas, fœdataq; tempora ſertis,

Maria cleophæ & alphei. — Hier. in libro contra Eluidium.

** coniux ægra Cleophæ. hæc eſt maria Cleophæ ſoror matris dominique vt Marco & Matthæo (teſte Hieronymo) Iacobi minoris apoſtoli et Ioſeph mater dicitur, fuit & vxor Alphei. quam mariam Cleophe Ioannes cognominat a patre, ſiue a gentilitate familiæ, aut quacumq; alia cauſa ei nomen imponens. ſi vero hæc Maria poſt mortẽ alphei viri vel ſic nupſerit huic Cleophæ (vt dicit vates) minime compertũ habeo. * atro amictu, funeri domini conuenienti: vel forte viduali eorum ſtatui cõgruo. nec enim venientes a galilea, nigras veſtes p ſolo funere eius potuiſſent ferre: cum non modica inopia laborarent: vt pote piſcatorum vxores. * defixaq; ſigna militũ vexilla quæ preferebãt aquilas & reliqua romanorum inſignia, & porrò. i. procul. * metuens. mens. n. præſaga mali tanti omnia cogebat eam timere. * pectus honeſtum. pulcherrimum, & totius* mens præſaga mali.

*honeſtatis ſacrarium. * tundens, percutiens. * moles illius alta crucis: quam procul cernebat. * illa Machina; horrendæ crucis patibuli το αυτο. bis idem per tautologiam ſed diuerſis verbis. * iudeorũ, ſpondaicus verſus. * infenſum, inimicum & odio plenum gerens animum. propter inuidiam qua flagrabant. * ſignum Thau, quæ littera apud hebreos olim crucis habuit ſimilitudinem. * Iſacidæ Iſaci progenies qui & Iſraelitæ dicebantur. * limina quisq; ſuum, prolepſis eſt implicita. * agni ſanguine. qui proculdubio figura fuit agni immaculati d. n. Ieſu Chriſti, hanc hyſtoriam vide in exodo. vbi inter cætera dicitur. Immolabit agnum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam. & ſument de ſanguine eius ac ponent ſuper vtrumq; poſtem: & in ſupliminaribus domorum: in quibus comedent illum & iterum Paulo poſt ite (inquit Moyſes) & tollite animal per familias veſtras: & immolate phaſe. faſciculumq; Iſopi tingite in ſanguine qui eſt in limine in patera tamen ſuſcepto & aſpergite ex eo ſuperliminare, & vtrumq; poſtem: Nullus veſtrum egrediatur hoſtium vſq; mane. tranſibit enim dominus percutiens ægiptios. cumq; viderit ſanguinem in ſuperliminari. & in vtroq; poſte tranſcendet hoſtium domus; & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras, & lędere. * poſt longa exilia quadringentorum & xxx. annorum vel circiter. quibus peregrini fuerunt in terra ægipti. * indignos labores, in colligendis paleis & luto ad conficiendos lateres quibus ſeruiebant ægiptijs; pro ædificatione vrbium. phiton & Rameſſes. * moniti ab angelo per Moyſen. * furtim, non clam. nam vrgentibus ægiptijs propter mortem primogenitorum receſſerunt, ſub ſpecie tamen itineris dierum trium in deſertũ ad ſacrificandum penitus receſſerunt. & furtim ægiptios ſpoliauerunt. a quibus de mandato domini mutuo petierant veſtes precioſas, & non pauca vaſa argentea, & aurea. quæ omnia relictis illis abſtulerunt. * ſine more. i. preter morem matrum. quæ compoſito quodam gradu ſolent incedere. * reijciũt*

Thau / Agni imolatio — Exodi 12. — Exodi 12. — Exodi 1 & 5 — Exodi 12.

ſ. offeri

.ſ.offerri milites.& nota quia.reproducitur propter geminationem ij, ſequentis: quarum prima fungitur vice duplicis conſonantis. q in medio duarum vocalium ſit poſita." *in vertice montis Caluarij.* " *infabricata, non dolata, ſeu explanata dolabro.* * *iniquis .i. inæqualibus.* * *informi, turpi & opprobrioſo vt ſupra dictum eſt.* * *affixum trabi .i.crucifixum.* " *ahena cuſpide. clauis æreis.nam apud*

Infabricata.

Squalentem vt barbam,turpatum vt ſanguine crinem,
Deiectoſq; oculos dura iam morte natantes,
Inq; humerum lapſos vultus, morientiaq; ora,
Alpino ſtetit vt cautes in vertice ſurgens,
Quam neq; concutiunt venti,neq; ſæua triſulco
Fulmine vis cœli, aſſiduus neq; diuidit imber,
Hiſpida, canagelu, longoq; immobilis æuo.
Ipſi illam montes, ipſa illam flumina longè
Videre ingentem feſſœ miſerata dolorem,
Eq; ſacro aereæ lachrimarunt vertice cedri.
Filius, at poſtquam pinu conſpexit ab alta
Dilectam genitricem,animi miſeratus in illa,
Vt potuit, ſubito morientia lumina fixit
Semianimis, dulcemq; oculis reſpondit amorem.
Mox ſic exanguem viſu, victamq; dolore
Affari extremum, curaſq; auertere dictis.
Hactenus ò mulier ſtetimus, non te tamen ægram
Tantus edat tacite dolor: haud ſine mente parentis
Hæc ferimus, qui temperat omnia nutu,
Hic tibi pro nato (admotum nam fortè parenti
Vidit Ioannem lachrimantem,& multa gementem)
Semper erit: iuuenem mox idem affatur amicum,
Hæc tibi erit genitrix: oro tutare relictam.
Tu ſaltem,& matris & ſerua communis amorem.
His dictis lachrimas perculſis mentibus hoſtes

antiquos in frequentiori erat vſu æs quam ferrū. " *palmaſq; pathos excitat ex geminatione vocabuli.* " *vulnificis ſertis.hoc eſt ſpinea corona.* " *vnde in improperijs ſupra citatis dicitur. ego dedi tibi ſceptrum regale, & tu capiti meo ſpineam coronam?* * *vt barbam ſupple vidit tuq; o Chriſtifidelis hæc legens pone ante oculos mentis,duram paſſionem domini tui, & matri compatiens defle, nam & propter peccata tua ſicut, & aliorum hæc acerba paſſus eſt. ſcitoq; lachrimulam quamcūq; effuderis non exigui ponderis meriti fore apud deum. ſed tanti,vt qui per eam fueris ſocius paſſionis: dignus habearis qui fias etiam ſotius conſolationis.* " *ſtetit ſtupida & īmobilis præ nimio dolore. nam & ſi Chriſtum vt pote dei filium ſponte propria mori, mortemq; ipſam non dubitaret eſſe deuicturum, vt ſua tamen carne procreatū, non ſine doloris affectu, potuit videre crucifigi. moderatè tamen arbitror eam & doluiſſe,& temperatiora doloris ſigna oſtendiſſe: quam hic a poeta deſcribantur. nam quæ omnibus erat inſignita virtutibus haud temperantiæ metas exceſſiſſe credenda eſt.* * *filius at poſtquā.* * *dilectā genitricē:cum aliæ mulieres aſtarent,nullius alterius meminit (inquit Chriſoſt.) niſi matris.docens nos plus aliqd matribus præbere. ſicut.n.parentes circa ſpūalia aduerſantes,neq; noſſe oportet.ita quando nihil impediunt, omnia decet eis præbere & alijs præferre.* " *animi miſeratus in illa,hæc nimirum erat illa hora (vt ait Aug.) de qua Ieſus aquam conuerſurus in vinum,dixerat matri ſuæ.Quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea.tunc enim diuina facturus,non diuinitatis:ſed humanitatis matrem velut incognitam repellebat.nunc aūt.humana Iam patiens,ex qua factus fuerat homo affectu miſerabatur,& commendabat humano.* " *dulcem reſpondit amorem.* " *moralis locus.exemplo ſuo inſtruit pceptor bonus,vt a filijs pijs impendatur cura parentibus.etenim illud lignū in quo erant fixa membra morientis,fuit &̄ cathedra magiſtri docentis.* * *curaſq; auertere dictis.Maria mater dñi ante crucē ſtabat filij.nullus me hoc docuit (inqt Ambroſius) niſi ſanctus Ioannes Euangeliſta mundum alij concuſſum in paſſione domini conſcripſerunt.cælum tenebri obductū:refugiſſe ſolem:in paradiſum latronē,ſed poſt piam confeſſionem receptum.Ioannes docuit q alij non docuerunt,quemadmodum in cruce poſitus matrem appellauerit. pluris putauit q victor ſuppliciorū pietatis officia matri exhibebat, quā q regnum cæleſte donabat & vitæ æternæ.nam ſi religioſum eſt:q latroni donatur vita: multo vberioris pietatis eſt.q a filio mater tanto affectu honoratur.ecce inquit filius tuus:ecce mater tua.Teſtabat ur de cruce Chriſtus:atq; inter matrem & diſcipulum diuidebat pietatis officia.* * *parentis ſupremi,cuius voluntatem,noſtra debemus anteponere.* * *hic Ioannes.ſ.erit tibi ſemp pro nato.i.loco filij.cætera per parentheſim dicta ſunt.* " *hæc tibi erit genitrix.i.genitricis loco.papè (inquit Chryſoſt.) quanto diſcipulum honorauit honore?* * *tutare vel,quia conueniens erat matrem dolore oppreſſam procuratione indigere,ex quo ipſe tranſiturus*

Paſsio Chriſti deſcribit.

Doluit mater domini.

Parētibus plus alijs deferēdū.

matrem Chriſtus cōmendat

Matri pius debetur affectus.

*erat de hoc mundo ad patrem, iccirco diſcipulo quem diligebat,eam commendauit diligentiam habituro Tu ſaltem,ex quo cæteri me et illam dereliquerũt diſcipuli.*pculſis mentibus.ex affectu pietatis.* non ipſi hoſtes.Emphaticos.* fera cohortes.aſpera millitũ agmina.* demũ poſt longũ mẽtis ſtuporẽ. *robora pedem crucis intellige non ex robore,ſed ex duro ligno roboris ſimili.*inexpletũ,p inexplebiliter.* nã quem.i. qualem ? deterrimũ .ſ. amiſſa pulchritudine et fœdata facie.*nate refers.querella hæc haud diſsimilis eſt eiulatui matris euriali.& andromaches virum lugẽtis. ex Virg.& Homero.* talin,pro talme.crudeli & opprobrioſo.* funera talia,honore carentia & vituperio pleniſſima.* culpam alterius, primi parẽtis.q.d.ſi ex merito tuo hæc patereris:leniter ferendum eſſet.ſed quia venit indigne & aliorũ ex culpa, nimis dolenda pœna venit .* lætale vulnus, grauiſſimum ac ſi lætale eſſet præ nimio cordis dolore . * heu quem,deſpectiſſimũ cunctis, ac leproſum.*ſerena facies,in quã deſiderabant angeli proſpicere. * illi oculi illuſtres olim,& radijs fulgidi.modo autem maculis nigrantibus deturpati.*nup. in die palmarũ.quæ fuit ante.v dies Paſcha.quãdo turba multa quæ conuenerat ad diẽ feſtũ, cum audiſſet qa venit Ieſus hieroſolymã:acceperũt ramos palmarũ,& pceſſerũt obuiã ei.& clamabãt : oſanna. benedictus q venit in nomine dñi,rex Iſrael.* velamina picturata,aulea & tapetia intelligit.* olentia ſerta,florum redolentium corollas.* his gemmis.hironice.vulnerũ liuoribus,& cruoris tabo.* murice.i. purpura,ironicos.cruentatis ex omni parte carnibus.*ppes nuntius,angelus Gabriel.de quo late vidimus in lib.3. * ſic vt miſerrima cernã ante meos oculos dilectiſſimũ gnatũ morte turpiſſima fœde lacerari ? * fœlix ego dixerat.n.angelus.Tu nuribus fœlix magis oĩbus vna.hoc eſt benedicta tu in mulieribus.* incedo regina,nam dixerat ei.parce metu virgo:placuiſti ex oĩbus vna,cœlituũ regi,faciat q̃; ꝓle parentẽ.*reges munera opi,hæc ex pſalmo.xliiij.arbitror eſſe ſumpta in quo canitur epithalamium virginis. Audi (inquit) filia & vide:& inclina aurẽ tuã:& obliuiſcere populum tuum & domum patris tui.Et concupiſcet rex decorem tuum:quoniã ipſe eſt dñs deus tuus.& adorabũt eũ.& filia tyri in muneribus:et vultum tuũ deprecabuntur oẽs diuites plebis.oĩs gloria eius filiæ regis ab intus,in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.adducentur regi virgines poſt eam:pximæ eius afferentur tibi.* afferentur in lætitia & exultatione,adducentur in templũ regis.vel de muneribus trium magorum intelligit(nam et ipſi reges ab aliquibus doctoribus fuiſſe crediti ſunt)qui ab oriente cum veniſſent ad adorandum dñm, obtulerunt ei munera,aurum,Thus,& Myrrham.* obtulerunt.per ſyſtolen penultima ſyllaba corripitur.* carmina læta,gloria in excelſis deo &c.* iſta ſors,durus hic exitus.nam in rebus mundanis plaerumq; verificatur prouerbium iſtud.extrema gaudij occupat luctus.* cladem hanc turpiſſimam vnici filij mortem.& labentis domus ruinam.*fœlices illæ,caſorum pro Chriſto infante innocentiũ paruulorũ matres.*regis Herodis,qui videns quoniã illuſus eſſet a magis,iratus eſt valde.Et mittens occidit oẽs pueros qui erant in Bethleem,& in oĩbus finibus eius ſecundum tempus quod exquiſierat a magis.tũc* Matth. 2.

Mariæ querella.

Non ipſi tenuere : ferę ingemuere cohortes.
Hic demum matri redijt vox faucibus ægræ,
Ingentemq́; dedit gemitum.tum robora largo
Triſtis,inexpletum lachrimans lauit humidã fletu,
Et tales amplexa trabem dabat orę querelas.
Nam quem te miſeræ matri pulcherrime rerum
Nate refers? talin voluiſti occumbere leto.
Nec tibi noſter amor ſubijt,ne funera adires
Talia,ne culpam alterius hac morte piares,
Et letale dares miſeræ ſub pectore vulnus?
Heu quem te nate aſpicio? tuane illa ſerena
Luce magis facies aſpectu grata ? tuine
Illi oculi ? quæ tam ſcelerata inſania tantum
Auſa nefas? heu quam nato mutatus ab illo,
Cui nuper manus impubis,omniſq; iuuentus
Occurit feſtam venienti læta per vrbem,
Perq́; viam vt regi velamina picturata,
Arboreaſq́; ſolo frondis & olentia ſerta
Sub pedibus ſtrauere,deum omnes voce fatentes?
His exornatum gemmis,hoc murice cerno?
At non certè olim præpes demiſſus olympo
Nuntius hæc pauidæ dederat promiſſa puellæ. Io. 12.
Sic vna ante alias felix ego? ſic ego cœli
Incedo regina? mea eſt hæc gloria magna?
Hic meus altus honos? quo reges munera opima
Obtulerunt mihi poſt partus? quo carmina læta
Cœleſtes cicinere chori? ſi me iſta manebat
Sors tamen,& vitã cladem hanc viſura trahebat?

Supra lib. 3

Ps.44. Eructauit cor meum.

adimpletum

adimpletũ eſt ꝙ dictũ eſt p Hieremiã ꝓphetã: vox in rama audita eſt: prolatus & vlulatus multus. Rachel plorãs filios ſuos: & noluit cõſolari, qa nõ ſunt. vana timẽs. regni tẽporalis iacturã. vnde & eccleſia canit. Hoſtis herodes impie. Xp̃m venire qd timeſ? nõ eripit mortalia: qui regna dat cœleſtia. * diluuio ſub illo infantũ ſtrage ſub illa. in qua ſanguinis & lachrimarũ fuit effuſum diluuiũ. * hos hos. tam graues de cæde filij. non aũt illos quos putauerat Ioſeph. de quibus ſupra lib. 3. * ſenior. Symeon vir iuſtus, & timoratus, q cũ benedixiſſet dño, & canticum illud cecinisset, Nunc dimittis ſeruũ tuũ in pace.*
Luc. 3. *&c. dixit ad Mariã matrẽ eius. Ecce poſitus eſt hic ĩ ruinã: & in reſurrectionẽ multorũ: & in ſignũ cui contradicetur. Et tuã ipſius animam pertranſibit gladius: vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes*

Tren. Hierem. 1 Fœlices illæ, natos quibus impius hauſit
Inſontes regis furor ipſo in limine vitæ,
Dum tibi vana timens funus molitur acerbum,
Vt cuperem te diluuio cecidiſſe ſub illo?
Hos hos horribili monitu trepidantia corda
Terrificans ſenior luctus ſperare iubebat,
Et cecinit fore, cùm pectus mihi figeret enſis.
Nunc altè mucro, nunc altè vulnus adactum,
Saltem huc ferte oculos vos ô quicumq; tenetis
Hac iter, & comitem dulci me reddite nato,
Quando nulla mihi ſuperant ſolatia vitæ,
Atq; meo maior nuſquam dolor, addite me me
Huic etiam, ſi qua eſt pietas, & figite trunco.
Ant vos ô monteſq; feri, quæq; ardua cerno
Me ſupra frondere cacumina, parcite quæſo
Vos ſaltem. vos ô noſtro exaturata dolore
Reſpicite, & miſeræ tandem ſuccurite matri.
Nunc nunc præcipiti caſu conuulſa repentè
In me vnam ruite, & tantos finite labores.
Hos virgo, atq; alios dabat ore miſerrima fletus,
Nec comites poſſunt flentem illam abducere fidæ,
At tamen armati morienti illudere pergunt,
Eſtq; hoſti duro in bello multo optimus hoſtis,
Crudeli quaſſant riſu caput: vndiq; circùm
Inſultant, tolluntq; has læti ad ſydera voces.
En, qui ſe cœlo miſſum ſuperiq; parentis
Progeniem iactat, temploq; vrbiq; minatus,

**ſperare. i. timere. & eſt acyrologia.* Sperare. **fore. i. futurum eſſe. * alte vſq; ad cordis intima. * vulnus, doloris acerbitas. * ô quicumq; tenetis, ſimile eſt quod dicitur per prophetã. ô vos oẽs qui tranſitis per viam: attendite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. * reddite nato. me cruci ſecum affigentes. * quando pro ſiquidem, vel quoniam. *nulla ſup. ſol. u. extincto filio. filij. n. boni, vita parentũ gratiſſima ſunt ſolatia. * meo. ſ. dolore *me me, pathos. ex geminatione verbi. * figite trunco. i. crucifigite. * monteſq; feri, aſperi & a duris feris frequentati. * matri, cuius aflicta. de horrẽda nece filijs magis cõuenit hæc dira lamentatio, q̃; temperatiſſima, & patientiſſima matri domini. * comites fidæ. quas Paulo ſupra commemorauimus. * attamẽ deeſt. quamuis pie matris fletibus corda ẽt ferrea potuiſſent emolliri, attamẽ armati millites feris ipſis duriores moriẽti illudere pergunt. * multo optimus* Superlatiuum pro cõparatiuo *hoſtis. abuſiua comparatio. i. minus aſper. & eſt ſuperlatiuum pro comparatiuo poſitũ. * En qui ſe cœlo miſſum. ꝑtereũtes aũt (inquit Matth.) blaſphemabant eum: mouentes capita ſua & dicẽtes. vah qui deſtruis tẽplũ dei: & in triduo illud reedificas. ſalua temetipſum. ſi filius dei es: deſcende de cruce. ſimiliter & principes ſacerdotũ illudentes cum ſcribis & ſenioribus dicebãt: alios ſaluos fecit: ſeipſum nõ põt ſaluum facere. ſi rex Iſrael eſt: deſcendat nunc de cruce & credimus ei. confidit in deo liberet nunc eum ſi vult. dixit. n. quia filius dei ſum. * iactat, inani gloria eum notant. ac ſi falſo hæc dixiſſet. * minatus, quando dixit. ſoluite tẽplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. illi intellexerunt ꝙ de templo materiali diceret ipſe vero dixerat de templo corporis ſui. quid ergo erit cum poſt triduũ readificatũ tẽplum dei in corporis reſurrectione cernẽt? minatus eſt ẽt vrbi quando dixit, Hieruſalem hieruſalem, quæ occidis*
Matth. 23. *prophetas &c. vſq; ibi. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. & rurſus quando videns ciuitatẽ*
Luc. 19. *fleuit ſuper illam dicens. Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi nunc aũt abſcondita ſunt ab oculis tuis. quia venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo: & circumdabunt te: & coanguſtabunt te vndiq; & ad terram proſternent te: & filios tuos qui in te ſunt. & non relinquent in te lapidẽ ſup lapidẽ, eo ꝙ nõ cognoueris tempus viſitationis tuæ. * .i. ironice loquitur & eſt artificioſa prohibitio: quæ fit per conceſſionem. * ſequere eum veluti diſcipulus magiſtrum. * eripuit, ẽt nolentes confitentur eum mortuos ſuſcitaſſe. itaq; ſi vellet, poſſet ẽt de cruce deſcendere. * non* Ironia.

potis,

Seq; deum fictor fandi mentirier audet.
I,ſequere,illiuſq; pius nunc numen adora.
Qui multos leti eripuit de faucibus olim;
Non potis ipſe ſibi tali in diſcrimine adeſſe.
Falſus abeſt illi longe,nec talia curat
Nunc genitor, ſane infami nunc liber ab orno
Deſiliat,ſi numen habet;vincla omnia rumpat.
His quoq; nos ſignis miſſum credemus olympo.
Talia iactabant,mediaq; in morte dolore
Semianimem hoc etiam cumulabant.cuncta ferebat
Ille animi inuictus: ſœuis clementius æquo
Hoſtibus orabat veniam,patremq; rogabat.
Parceret ignaris rerum cæciſq; furore;
At vero inter ſe aduerſis decernere dictis
Auditi,pœnas qui iuxta ob furta luebant
Supplicio æquali iuuenes gemina arbore fixi.
Alter enim furijs.longiſq; doloribus actus
Ipſe etiam verbis morientem heroa. ſuperbis
Stringebat miſer,ac tales dabat ore loquelas:
I nunc,& templi multa conſtructa virum vi
Demolire adyta,& poſt treis rurſum erige luces.
Nunc, tibi ſi genus è ſummo traheretur olympo,
Eq; deo genitore fores, vt te ipſe ferebas,
His te, nos pariterq; malis prohibere liceret.
Verum omnes quando iactaſti vana per vrbes
Nobiſcum moriere,dei mentita propago.
Non tulit hæc alter, dextra qui in parte propinquus
Iam morti pendebat,& hæc extrema profatus:
Infelix quæ tanta animo dementia ſedit?
Nos ambo meritò luimus peccata:ſed inſons.

Christus quare non deſcendit de cruce. *Pſal. 2.* *Pſal. 109.*

potis,ſubaudi eſt.mentimini,ò iudei,potis eſſet ſi vellet.at ſi vobis inſultātibus cederet. virtutē patientiæ nobis nō demōſtraret,verū expectauit paululū:irriſionē vrām ſuſtinuit.& q de cruce deſcēdere noluit,de Sepulchro reſurrexit: falſus.cur ergo ꝓdixit Dauid de illo. dn̄s dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te?& rurſus.Dixit dn̄s dn̄o meo,ſede,a dextris meis,& Paulo poſt.Tecū principiū, in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorū,ex vtero ante luciferū genui te.* nec talia curat nūc genitor. ò iniquitati valde(clamat Chriſoſt.)nūqd & ꝓpheta iuſti nō erant?qa eos nō eripuit deus a piculis,et a patribus veſtris interfectoribus eorū,nō eduxit?ſi aūt eorū gloriæ nō obfuit:ꝙ eis picula & necē intulerunt,multo magis in iſto nō oportebat vos ſcandalizari p ea que patit̄.qa ſemp̄ per ea quæ ꝓdixit hāc veſtrā remouit ſuſpitionem.*ab infami orno,ſpecies eſt ꝓ genere.i.a crucis ligno.* deſiliat. cōſidera aūt nunc vocem filiorū diaboli:quo modo imitātur vocē paternā'; diabolus.n.dicebat.Mitte te deorſum ſi filius dei es.ſic & iudei dicūt.ſi filius dei es,deſcēde de cruce.attende aūt ꝙ is q noluit de cruce deſcendere, de ſepulchro reſurrexit.*vincla omnium,de quo erroris fonte iudei taliū blaſphemiarū venena potaſtis? qs vobis magiſter tradidit?qua vobis doctrina pſua ſit?ꝙ illū regē iſrael:illū dei filium credere deberetis:qui ſe aut crucifigi nō ſineret:aut, a confixione clauorū liberū corpus excuteret?nō hoc vobis legis Myſteria:aut ꝓphetarū ora cecinerūt.ſed illud verè legiſtis.faciē meā non auerti.a cōfuſione ſputorū.& iterū.foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt oīa oſſa mea.Numqd legiſtis dn̄s deſcēdit de cruce?ſed legiſtis dn̄s regnauit a ligno.*

** credemus.fraudulēta eſt hæc ꝓmiſſio:cū addunt et credimus ei.Quid.n.plus eſt de cruce deſcendere adhuc viuentē, an de ſepulchro mortuū reſurgere?reſurrexit:& nō crediſtis:ergo ēt ſi de cruce deſcēderet, nō crederetis.*

Leo Papa *Hier.*

Inimici ſunt diligendi. *Math 5.* *Luc 6.* *Lucæ 23.* *Chriſoſt.*

** clemētius æquo,more humano intellige.vt diligamus eos q nos amant;inimicis vero vt vicem rependamus.at iure diuino ēt inimicos iubemur diligere,bene facere his qui nos oderūt:& ꝓ calumniantibus ac pſequentibus nos,orare.* hoſtibus ora,vè,his verbis ſecundū Lucā.pater dimitte illis nō .n. ſciunt quid faciūt.orat aūt,nō quia nō poſſet ipſe relaxare.ſed vt nos ꝓ pſequentibus orare doceret nō ſolum verbo,ſed & opere.dicit aūt dimitte eis ſi pœnituerīt.fauet .n.pœnitētibus ſi vellēt poſt tantam nequitiā reatus pfidiā diluere.ignaris rerū.nōtandū eſt ſanè ꝙ nō ꝓ eis orauit.qui filiū dei intellexerūt crucifigere:nec cōfiteri voluerūt.ſed ꝓ eis qui neſciebāt qd facerēt,zelū dei habentes:ſed nō ſecundum ſcientiā.* decernere.quia alter blaſphemabat,& alter increpabat eum,& cōfitebat̄.* pœnas q iuxta ob furta luebāt,latronū eſt periphraſis:qui cū eo crucifixi fuerāt.de qbus ſic ait Lucas.vnus aūt de his q pendebant latronibus blaſphemabat eū,dicēs.ſi tu es Xp̄s:ſaluū fac temetipſum & nos.reſpondens aūt alter increpabat eum dicens.Neq; tu times deū:qa in eadē damnatione es.Et nos quidem iuſte:nam digna factis recipimus:hic verò nihil mali geſſit.* luimus peccata,pro peccatis emeritas ſuſtinemus pœnas*

Christus pro quibus orauit in cruce.

Latronum diſceptatio.

*ſed inſons.i.abſq; culpa.& nouã vide iniuriã.honeſtatẽ damnari cũ ſcelere. Nos viuentes occidimus, hic mortuos ſuſcitauit:nos aliena ſumus ſurati,hic & ſua iubet tribuere.beatus igĩ latro aſtãtes docebat talia diſſerẽs qbus alterũ increpabat.*Iĩpm diuũ.videbat.n.extinctos auditus aſtantiũ.iccirco cõuerſus eſt ad eũ q nouit ꝓcordia,dicẽs dñe memẽto mei cũ veneris in regnũ tuũ.*tu certa parentis ꝓgenies. crucifixũ aſpicis,o latro & dñm ꝓfiteris?cõdemnati vides figurã:& regis ꝑdicas dignitatẽ? Mille malis imbutus poſtulas iuſtitiæ fontẽ reminiſci tuæ nequitiæ? ſed dices.video qdẽ apparens opꝓbriũ:ſed intueor latens regnũ.& tu auertis mee publica ſcelera.& acceptas fidem intentionis occultæ. Diſcipulũ veritatis vſurpauit neqtia.& diſcipulũ neqtiæ nõ cõmutabit veritas?* celſa manent te ſydera.tres virtutes Latro tres habuit virtutes.
greg 18. mor. quas apoſtolus memorat,ſubito repletus gratia,& accepit latro,& ſeruauit in cruce.fidem namq; habuit q regnaturũ credidit.quẽ ſecũ pariter morientẽ vidit.ſpem habuit qui regni eius aditũ poſtulauit. charitatem quoq; in morte ſua viuaciter tenuit,q fratrẽ & collatronẽ ꝓ ſimili ſcelere morientẽ de ini-
Ambroſius quitate redarguit.*dignatus amicis.pulcherrimũ hic datẽ affectãde cõuerſionis exemplũ.ꝙ tam cito venia latroni relaxatẽ.cito ignoſcit dñs:qa cito ille conuertitẽ.& vberior eſt gratia,q̃; ꝓcatio: ſemp.n.dñs plus tribuit,q̃; rogatẽ.ille rogabat vt ſui memor eſſet:de dño aũt ſeqtur.Et dixit illi Ieſus. Amen dico tibi.hodie mecũ eris in paradiſo.vita eſt.n.eſſe cũ Chriſto.& vbi Chriſtus,ibi regnum.* Aeſtuat. vehe- Exemplum conuerſionis ex latrone.

Proditur hic odijs: quin nos commiſſa fatentes
Aequius hic fuerat veniam, pacemq́; precari.
Sic ait; hinc diuum conuerſus lumina in ipſum
Talibus orabat. ſuperi tu certa parentis
Progenies (nam celſa manent te ſydera) ab alto
Reſpice me, & dexter morienti protinus adſis.
Annuit & verbis deus eſt dignatus amicis
Tu partem laudis capies, tu gaudia mecum
Quæ me cumq́; hodie: vna eadem te regna beatum
Accipient, ait: aſtra alacri iam concipe mente
Vix ea, nam vitæ labentis fine ſub ipſo,
Dum luctante anima feſſos mors exuat artus,
Aeſtuat, it toto ſemper de corpore ſudor
Pſal. 68. Largior, & ſiccas torret ſitis arida fauces.
Tum vix attollens oculos iam morte grauatos
Exiguum ſitiens laticem ſuprema popoſcit
Munera: vix tandem corrupti pocula Bachi
Inficiunt felle,& triſti perfuſa veneno,
Ingratosq́; hauſtu ſuccos,inamabile virus
Arenti admorunt morientis arundine linguæ.
Quæ ſimul extremo libans tenus attigit ore,
Reſpuit, atq; diu labris inſedit amaror.
Interea magno lis eſt exorta tumultu,
Dum tunicam nato genitrix quam neuerat olim,
Partiri inter ſe ſamuli certamine tendunt,

menter excruciatur.*ſiccas fauces præ nimia pœnarũ laſſitudine,& ſanguinis atq; humorũ relaxatione.myſticè verò ſitiebat præ nimio charitatis ardore ſalutẽ animarũ noſtrarũ.* vix attollẽs ocu,iam mor,gra, hoc ẽ. quod habetur ĩ Euang.Ioan.poſtea ſciẽs Ieſus,qa oĩa conſummata ſunt. vt cõſummaretur ſcriptura:dicit ſitio,vas aũt erat poſitum aceto plenũ. illi ergo ſpongiã plenã aceto: hyſopo circumponentes,obtulerunt ori eius. cum ergo accepiſſet Ieſus acetũ dixit conſummatum eſt.* ſitiens. vt impleretur ꝙ de eo dixerat Dauid.Et in ſiti mea potauerũt me aceto.*corrupti Bachi, aceti eſt deſcriptio.ꝙ ſit ex corrupto ab acore vino. Myſticè (vt ait Aug.)iudei ipſi erant acetum, degenerãtes a vino patriarcharum & ꝓphetarũ. * inficiunt felle, hoc eſt ꝙ dixit Mattheus. Et dederunt ei bibere vinum cũ felle mixtum,& Marcus ait. et

Siitis Chriſti myſtica.

Acetum ꝗ́d ſit.

dabant ei bibere Myrrhatum vinũ.ſuꝑ quibus verbis ſcripſit Aug.fel qppe ꝓ amaritudine Mattheus poſuit.myrrhatũ.n.vinũ amariſſimũ eſt.quamq̃; fieri poſſit.vt fel & Myrrha vinũ amariſſimũ redde-
Hier. rent.* inamabile virus.amara vitis,amarũ vinum facit.quo potant dñm Ieſum.; vt impleatur quod ſcriptum eſt.Ego te plantaui vineam veram:quomodo facta es mihi in amaritudine vitis alienæ.* libans tenus at,ore,quia vt ſcribit Mattheus.cum guſtaſſet noluit bibere.ſic ergo propinator fontium, potatur aceto,mellis dator,cibatur felle.* Interea ad diuiſionem veſtium domini accedit enarrandam. quam ſic Diuiſio veſtiũ domini.
Ioannes expoſuit.Milites ergo cum crucifixiſſent eum,acceperunt veſtimenta eius.& fecerunt quattuor
Io.19. partes vnicuiq; militi partem & tunicam. erat autem tunica inconſutilis deſuper contexta per totum. dixerunt ergo ad inuicem. non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. vt ſcriptura impleretur dicens. partiti ſunt veſtimenta mea ſibi:& ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* haud ſutilis.ipſam ſpeciem tunicæ deſignat.quia enim in paleſtina duos pannos connectẽtes ſubtexunt indumenta Tunica Chriſti inconſutilis.

per

per hoc oſtendit vilitatẽ pannorũ eius. aliq́ ẽt dicunt: ꝙ apud paleſtinã telas alio modo texunt q̃; apud nos texantur: exiſtente ſuperius ſtamine: inferius vero texentibus. vt ſic nõ verſus partẽ ſupmã textura ſed cõtra ꝑtendat. ideo nõ apta ſecari. nam ex ſectione deſtructa fuiſſet textura & ob id tota tunica conſumpta. Ex hoc myſticè deſignat. ꝙ tunica eſt vnitas eccleſiæ, & charitas fideliũ, quæ ſecari nõ debet.* ſacri vates pluralis ꝓ ſingulari. nã ſolus Dauid ꝑdixerat. diuiſerũt ſibi veſtimenta mea & ſup veſtem miſerũt ſortẽ.* ferè medium orbem. erat. n. ferè hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſa terra vſq; in horam nonam: Et obſcuratus eſt ſol: & velum templi ſciſſum eſt medium.* trepidabile viſu quia (vt ſcribit Aug.) hæc ſolis obſcuratio non canonico curſu ſyderũ accidit ꝙ ex hoc indicatur. quia tunc erat Paſcha iudeorum, quod quartadecima (hoc eſt plena) Luna ſolemniter agitur. regularis autẽ ſolis deffectio non niſi in fine Lunæ contĩgit. & Dioniſius Ariopagita ad Polycarpum de ea ſcribens ait. Dum apud Heliopolim tunc præſentes eſſemus: inopinabiliter Soli Lunam incidentem videbamus: non n. erat conueniens tempus: & rurſus ipſam ab hora nona vſq; ad veſperam ad ſolis diametrum ſup naturaliter reſtitutã. Eclipſim ẽt illam ex oriente vidimus inchoatã: & vſq; ad ſolarem terminum venientem: poſtea regredientẽ rurſus ex eodem non defectum & repurgationem, ſed e contrario ſecundum diametrum factum. talia ſunt eius*

Pſal. 21.

Aug. lib. 3. de ciui. dei

Solis obſcuratio.

Signa in morte Chriſti.

Exuuiasq́; petunt. ſed erat haud ſutilis ipſa
Veſtis, & in parteis ideo non apta ſecari.
Sorte trahunt igitur concordes: ſic fore quondam
Prædixere ſacri (corda haud improuida) vates.
Iamq́; ferè medium curſu traiecerat orbem,
Cùm ſubito ecce polo tenebris caput occulit ortis
Sol pallens, medioq́; die (trepidabile viſu)
Omnibus incubuit nox orta nigerrima terris,
Et clauſus latuit denſis in nubibus æther,
Proſpectum eripiens oculis mortalibus omnem.
Hic credam (niſi cœlo abſint gemitusq́; dolorq́;)
Aeternum genitorem alto ingemuiſſe dolore,
Sydereosq́; oculos terra auertiſſe nefanda.
Signa quidem dedit, & luctum teſtatus ab alto eſt.
Emicuere ignes: diffulſit conſcius æther,
Concuſſuq́; tonat vaſto domus ardua olympi,
Et cæca immenſum percurrunt murmura cœlum.
Diſſiluiſſe putes diuulſi mœnia mundi:
Sub pedibus mugit tellus: ſola vaſta mouentur:
Tecta labant: nutant ſuccuſſæ vertice turres.
Obſtupuere humiles ſubita formidine gentes,
Et poſitæ extremis terrarum partibus vrbes.
Cauſa latet, cunctis magnum, ac mirabile viſum.
Et populi æternas mundo timuere tenebras.
Attoniti, dum ſtare vident caligine cœlum.
Ipſam autem propior Solymorum perculit vrbem,
Ac trepidas ſtrauit mentes pauor: vndiq; clamor
Tollitur in cœlum: ſceleris mens conſcia cuiq; eſt.
Templa adeunt ſubito caſtæ longo ordine matres:
Incedunt mixti pueri, intactæq; puellæ.

Ambroſius

temporaſupnaturalia: & ſoli Chriſto, qui eſt oĩum cauſa, poſſibilia. nox orta niger, ſol enim occidit ſacrilegis: vt funeſti ſpectaculum ſceleris obumbraret: tenebræ effuſæ ſunt oculis perfidorum, vt fidei lumen reſurgeret.* proſpectum oẽm. eſt ẽt factum hoc prodigium: vt pateret ꝙ qui mortem ſuſceperat: gubernator eſſet totius creaturæ.* hic pro tunc, temporis eſt aduerbium non loci.* credam .i. credere poſſet aliquis.* Aeternum genitorem. hæc poeticæ dicta intellige.* ignes, fulgura & fulgetræ.* diffulſit, ꝑ diuerſas partes effulſit. concuſſu vaſto. ingenti motu.* diſſiluiſſe, e ſuis ſedibus mota eſſe. ꝑ has cõmotiones magnas, myſticè potes intelligere corda apoſtolorũ a ſoliditate fidei priſtinæ mota fuiſſe.* mugit tellus. mota. n. eſt & petræ ſciſſæ ſunt: & monumenta aperta ſunt. eſt aũt ad teſtimonium venerandæ paſſionis ſufficiens ſignum elementorum inordinata perturbatio. nulli enim dubium eſt quin ſignificet. iuxta litteram magnitudo ſignorum, vt crucifixum dñm ſuum, & cęlũ & terra elementaq; oĩa demonſtrarent.* humiles gentes. humilis conditionis homines.* extremis partibus iuxta mare in ipſis littoribus. periculoſiores quippe hæ ſunt, ne ex ingenti terræmotu ſubitus fiat hyatus & in mare ſummergantur irruentibus vndis.* cauſa latet. neſciebant. n. ꝙ mortem dñi cuncta elementa teſtarentur inſolito motu.* ſtare vident diutius ſolito.* ipſam vrbem, quam ea monſtra petebant ad vindictam.* ſceleris crucifixi dñi.* mens conſcia cuiq; eſt. ſyndereſis enim & vermis interior, qui numq̃; moritur, ſtimulat vnumquemq; peccatorem, & debitam ſemp pœnam formidare facit.* matres, quæ viris pauidiores ſunt, & religioſiores.* intactæq; puellæ, virgines innuptæ,*

Terremotus.

Synderefis.

*innuptæ,quæ nondũ tetigere viros,nec ab eis tactæ fuerunt.*tẽplum in ipm,quod ſpeluncã latronũ fecerant ſacerdotes.* velum,& ecce velum tẽpli (inqt Mattheus) ſciſſum eſt in duas partes, a ſummo vſq; deorſum.ꝑ quam ſciſſionẽ dñs oſtendebat ꝙ non erunt vlterius Sancta ſanctorũ inacceſſibilia.ſed tradita in manus Romanorũ inquirenẽ:et eorũ aditus pateret.myſticè per veli huius apertionẽ diuinarum ſcripturarũ ꝑſens demonſtrabatũ manifeſtatio.quàm mox vt ſurrexit dñs fecit.nam aperuit illis ſenſum,vt intelligerent ſcripturas.* ſacris inacceſſis,pro inacceſſibilibus. intra quæ nullus accedebat niſi ſummus ſacerdos,& ſemel in anno.* columnæ qbus velum ſuſtentabatur.*rumpens, pro erumpens & emittens.* nouiſſima verba.hæc.ſ.conſumatũ eſt.& pater in manus tuas commendo ſpm meum: Et hæc dicens (vt ſcribit Lucas) expirauit. horrendumq; ſonans.nam (vt referunt Mattheus, & Marcus) Ieſus clamans voce magna emiſit ſpm.propter hoc aũt voce magna clamauit, vt oſtenderet. quoniã ſecundum eius poteſtatẽ id geritur. per hoc.n.ꝙ moriens vocẽ emiſit magnã,aptiſſime ſe verũ eſſe deũ oſtendit.quoniam homines cũ moriuntur vix tenuẽ vocem emittere poſſunt.quin & ſpm cum clamore magnæ vocis emiſiſſe ſcribit Hylarius,qa doluit ſe non oĩum peccata portaſſe.* pater Bedá (inquit) patrem inuocando filiũ dei ſe eſſe declarat.ſpm aũt cõmendando nõ defectum ſuæ virtutis: ſed cõfidentiã eiuſdem cum patre poteſtatis inſinuat.cõmendat ẽt patri per ſe vniuerſos mortales in ſe viuificatos.& ſimul edocet:ꝙ animæ ſanctorum non deinceps in inferno clauderentur vt olim.ſed apud deum eſſent ſutura.* ſupremã auram.i.ſpm vitalem hoc.eſt animã vt docet Hyeronimus.*expirauit,mortuus eſt.iuſtior ꝑ [illegible] cauſa dñicæ Paſſionis eſt (vt ſcribit Aug.) qa ſciri voluit:quantũ amaret hominẽ deus.q & plus amari voluit a nobis quã timeri.ſecunda cauſa,vt ſententiam mortis quam iuſtẽ dederat: iuſtius aboleret.qa, namq; primus homo adiudicante deo ex reatu incurrerat mortẽ [illegible] tranſmiſerat ad poſteros.venit de cęlo ſecundus homo peccati neſcius,vt mors damnaretur: quæ rapere iuſſa reos, ipſum innocentiæ inuadere præſumpſit autorem.ideoq; & ipſa mors iuſtẽ damnata eſt.*

Perq; aras pacem exquirunt. quas ture vaporant
Suppliciter.ſacriſq; adolent altaria donis.
Ecce aliud cœlo ſignum præſentius alto
Dat pater altitonans,& templum ſæuit in ipſum:
Velum latum ingens,quod vulgi lumina ſacris
Arcet inacceſſis,in parteis finditur ambas.
Et templi ruptæ crepuere immane columnæ.
Iamq; deus rumpens cum voce nouiſſima verba
Ingenti horrendumq; ſonans En cuncta peracta,
Hanc inſontem animam tecum pater accipe dixit,
Supremamq; auram ponens caput expirauit.

Velũ ſciſſum eſt & quid ſig.

Mors Chriſti.

Emiſit ſpiritum Chriſtus & quare voce magna

Cyrillus.

Hier. ſuper Matth. c. 27.

Aug. in ſermone de paſsione.

Chriſtus quare eſt mortuus.

Chriſtiados. liber v. Explicit: & incipit vi. Bartolameo Botta interprete.

AVGVSTI BOTTAE FRATRIS IN VI. Lib. Chriſtiados Argumentum,

Mon. Arg.

Aſtra petit ſexto ſpolijs circundatus orci.
Iam latere effoſſo diui ſacrum haſta cruorem
Imbiberat. Niueo cum marmore corpus humatur,
Exultant Manes: victor mox infera regna
Ingreditur, cæciſq; pios educit ab antris.
Ad tumulum Mariæ pergunt: tectiſq; latentes
Vndenos dux viſit ouans: neq; credere viſum
Eualuit,tacto ſenſim niſi corpore Thomas.
Admonitis poſt hæc ſocijs, fœlicia cœli
Regna petit, magna ſuperum plaudente caterua.
Tum pater æthereo natum ſolatur amore;
Matthiam vndeni adſciſcunt; dehinc numinis aura
Afflati, immenſum pandunt noua ſacra per orbem.

M· HIERONYMI VIDAE

CHRISTIADOS LIBER SEXTVS.

PRESBITERO BARTHOLOMEO BOTTA INTERPRETE.

Sepulrura Chriſti.

IAMQVE Nigreſcenti &c. poſtquam vates dominicæ paſſionis ordinem expleuit, & mortem qua redempti ſumus retulit horrendam. nunc venerãda illius ſepulturæ funus aggreditur. ſicut Eſaias teſtatũ reliquerat. In die illa (inquit) Radix Ieſſe qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur: & erit ſepulchrũ eius glorioſum. canit igitur vates. Iamq; nigreſcenti properabat veſp Olympo. i. ad Olympũ nigreſcentem antiptoſis etenim eſt, caſus pro caſu. & hoc eſt quòd & refert Marcus Euang. & iam cum ſero factum eſſet: quia erat paraſceue, quod eſt ante Sabbatũ, venit Ioſeph ab Arimathia nobilis decurio: qui & ipſe erat expectans regnum dei. & audacter introiuit ad Pilatũ: & petijt corpus Ieſu. Pilatus aũt iuſſit ei reddi corpus. q ac ceptũ Ioſeph ĩuoluit ĩ ſyndone munda: & poſuit illud ĩ monumẽto ſuo nouo q exciderat ĩ petra. corpora, crucifixorũ.* inhumata, inſepulta, quæ res videbat̃ ad crudelitatẽ tendere, & ad quãdam Sabbati inſtãtis violationẽ.* infletaq; ã, cognatis ab amicis, ã parentibus, & nullo adhuc funere curata ſecundũ morẽ patriæ.* cano vertice. in mõtis Caluarij ſummitate, quæ ideo cana dicebat̃. q multis oſſibus mortuorum dealbata eſſet.* Ioſephus. iſte Ioſephus ſecundũ Remigiũ & Hyeronimũ ĩ huius ſeculi ſtatu magnæ*

Eſaiæ 10

Marci 15.

Ioſeph ab Arimathia.

Matth. 27.

IAmque nigreſcenti properabat veſper olympo.
Corpora adhuc ſtabãt inhumata, infletaq; cano
Vertice, ſtipitibusq; etiam nunc fixa manebant.
Talia Ioſephus veniens Arimathide ab ora
Non tulit egregiusq; animi, præſtansq; iuuenta,
Et bellis aſſuetus, agri ditiſſimus idem,
Atq; auri, is Chriſti miratus maxima facta
Addiderat comitem modo ſe, quocumq; vocaret.
Ergo dum ſiluis alij formidine turpi,
Speluncisq; vagi paſſim conduntur in altis,

Remigius Hier.

Arimathia

Chryſ. I ho.

fuit dignitatis: ſed multo maioris meriti apud deũ fuiſſe laudat̃, ſi qui dẽ iuſtus fuiſſe deſcribitur. decebat quippe eum talẽ exiſtere. qui corpus dñi ſepeliret, quatenus p iuſtitiam meritorũ dignus eſſet tali officio. * Arimathide ab ora, Arimathia aũt ipſa eſt, & Ramatha Ciuitas Helcane et Samuelis, quæ ſita eſt ĩ regione cananitica iuxta Dioſpolim. vocat̃ & Ramathaim Sophim ĩ initio lib. primi regũ.* egregiusq; animi, fortis & magnanimus. Vnde Chryſoſtomus ait. reſpice viri huius fortitudinem, ĩ mortis .n. pīculum ſe tradidit, inimicitias ad oẽs aſſumens pp̄ter beneuolentiam Chriſti, & nõ ſolum audet corpus eius petere, ſed & ſepelire.* agri ditiſſimus. nõ ad iactantiam hoc referas, quaſi glorioſum fuerit Xp̃o ditiſſimum habuiſſe diſcipulum, cum magis pauperrimos elegerit; qbus cæleſtis regni claues cõmitteret. ſed intellige cauſam quare a pilato corpus Xp̄i potuerit impetrare, pauperes. n. & ignoti nõ eſſent auſi ad pilatum p̄ſidem romanæ potentiæ accedere: & crucifixi corpus impetrare.* addiderat comitẽ, factus fuerat eius diſcipulus.* modò, i. pauloante.* quocumq; vocaret. modus eſt loq̄ndi, ſiue ad vitam laborioſã, ſiue & in mortis diſcrimen qs vocet̃.* alij diſcipuli, q oẽs vt viderãt manus inijci in Ieſum, relicto eo turpi fuga ſibi cõſuluerant.* formidine turpi, ab effectu epitheton eſt, q turpes, ignauos, degeneres, & contemptibiles timor arguat homines.* animi intrepidus. hinc Theophilus audet (inqt) auſum laudabilem. nõ .n excogitauit: a diuitijs decidam & priuabor decurionatus gradu, expellar a iudeis, ſi corpus eius petã: q ab illis vt blaſphemus condemnatus eſt, & crucifixus. ſed cur ait Ioannes Euangeliſta, q diſcipulus eſſet Ieſu, occultus autem propter metum iudeorum? & tamen auſus eſt petere corpus magiſtri. quod nullus eorum auſus eſſet: qui illum palam ſequebantur, reſpondet Aug. Ioſephum fiducia dignitatis fretum hoc feciſſe, quæ p̃ditus poterat familiariter intrare ad p̄ſidem, & ſimul in extremo illo officio funeri exhibendo minus videri curaſſe de iudeis. quamuis hactenus ſolitus eſſet in dño audiendo eorum inimicitias deuitare. ſedata .n. vtcunq; eorum ſæuitia, eo q aduerſus Chriſtum ſe præualuiſſe gaudebant, audacter corpus Chriſti petijt. quia non videbatur cauſa diſcipulatus ſed potius pietatis intuitu veniſſe vt funeri officium impenderet: quod homines non ſolum bonis, ſed interdum etiam malis*

Formido quare turpis.

Occultus cum eſſet quare auſus eſt.

Aug. in lib. de conſen. euang.

ſolent

malis ſolent impendere. iuuenta.quę ex ſanguinis calore animos accendit.cōtra verò ſenes ex remiſſione caloris fiunt puſillanimes.* optima romulidum,ex hoc principio & beneuolum reddit & fauorē eius ſibi conciliat:quo facilius poſſit impetrare,quod poſtulat." gens noſtra, artificioſe reijcit culpā iniuſtè condemnati in odia iniqua accuſatorū.vt iudicē,a quo gratiā petiturus eſt, exoneret.* pias ſeruaſſe manus.quod patuit ex ablutione earū corā populo & dixit,innocēs ego ſum a ſanguine iuſti huius,vos videritis.*cæcūq; furorē aduerſus. Anaſtropha eſt.* neqcq̄; : fruſtra nec .n. potuit conatus eius multiplex de liberatione dñi Ieſu ſortiri effectū,ꝑtinaciter reſiſtētibus iudeis."ſcis fal,ex, ſub prod, ſciebat n. (ait euang.) ꝙ ꝑ inuidiā tradidiſſent eū." ꝙ.cauſalis eſt coniūctio.nā reddit cauſam quare tradiderīt cum iudei in damnationē mortis.eo ꝙ hypocritæ non poſſunt pati vt adopta detegantˀ eorū ſcelera.inde que reprehendantˀ,& maxime cum lucro quod inde ꝓuenit,priuari ex paueſcunt a uari." quod potes. ī omni artifitioſa petitione obſeruādū eſt,vt poſſit ꝑſtari quod petitur.i.vt adſit poſſibilitas,vt res. iuſta petatˀ,vel ſaltē appareat iuſta prima fronte.vt habeat modū petitio,et extremo vt ſequatˀ remuneratio maxime ſi petatur res alicuius momenti.hic aūt iſtud vltimū omittitˀ.quia & ſi verè res max.petebatur.ꝑcioſiſſimū.v ʒ.corpus d.n.i.ch. eſtimatione tñ Pilati penè nullius ꝑcij res erat condemnati cadauer ad ſepeliendum dare.preſertim iubente Lege Romana vt ꝑſides ad huiuſmodi ꝑces facile deflectantur.corpora etenim animaduerſorū (ait Paulus iuriſconſultus) qbuſlibet petentibus ad ſepulturā dāda ſunt: nam & diuū Auguſtū id.obſeruaſſe ſcribit vlpianus.* ſuccedere corpus.ſepeliri,non in terræ pulucrem conuerti,nec .n.erat ignarus Ioſephus nobilis decurio,vir prudens,& iuſtus illius vaticinij quod adduxit piſcator Petrus David enim dicit in perſona dñi Ieſu . prouidebā dominum in conſpectu meo ſemper quoniam a dextris eſt mihi ne commouear & propter hoc lætatū eſt cor meum : & exultauit lingua mea:īſup et caro mea requieſcet in ſpe.quoniā non derelinques animā meam in inferno.nec dabis ſanctū tuū videre corruptionē.&c." ſolamen nam & ſi apud viros ſapiētes ſæculi huius,facilis videatur iactura Sepulchri,verūtamen apud pios patres iudeorū magna cura funeris ſemp eſt habita ſic et apud chriſtianos.hinc legimus Iacob patriarcham pro magno munere petijſſe a Ioſeph filio vt ſepilirētˀ in ſepulchro patrū ſuorū.& in actī apoſtolorū.ſcribit Lucas.ꝙ ſepelierunt Stephanū viri timorati:et fecerūt planctū magnū ſuper eū.contra verò David,eos deflet,quos ī vrbis excidio prauidebat inhumatos relictū iri his verbis.Deus venerunt gentes in hereditatē tuam:" polluerūt templum ſanctū tuum:poſuerūt Hieruſalē in pomorū cuſtodiā:poſuerūt morticinia ſeruorū tuorū eſcas volatilibus cæli:carnes ſanctorū tuorū beſtijs terræ:effuderūt ſanguinē ipſorū: tanq̄ aquā in circuitu Hieruſalē,& nō erat qui ſepeliret ſic et Hieremias ꝓ horrēdo caſu minatus eſt Ioachim filio Ioſiæ regi iudæ.ꝙ nō plangent eū defunctū,nec dicēt;ei,væ frater,& væ ſoror,nec cōcrepabūt ei.væ dñe,et væ inclyte ſepultura Aſini ſepelietˀ putrefactus & proiectus extra portas Hieruſalē.nō ſolū igitˀ ſolaciū viuis mortuos ſepelire.ſed & piū;& ꝓ.opus miſericordiæ & deo gratū meritoq; plenū.vnde et legimus Thobiā piè mortuos ſepeliētē ab ang.his verb.cōmēdatū eſſe.Quādo orabas cū lacbrimis,& ſepeliebas mortuos:& derelinquebas prādiū tuū:& mortuos abſcōdebas ꝑ diē ī domo tua,et nocte ſepeliebas eos:ego obtuli orationē tuā dño.hīc et ſapiēs mādat.fili ī mortuū ꝓduc lacbrimas:& quaſi dira paſſus icipe plorare:& ſecūdū iuditiū cōtege corpus illius:& nō deſpicias illius ſepulturā.q latius cupit īſtrui ſup hac re videat Aug.ī lib.de cura agēdo ꝓ mortuis.*de more gētis noſtrę.* alo,iuxta illud ſapiētis eulogiū. Memorare nouiſſima tua in oībus opibus tuis:& in æternū nō peccabis.* incerta,nā & ſi nihil certius morte ſit,hora tñ mortis nihil īcertius eſt.hinc ſapiēs Cato dixit.Quocūq; īgrederis ſeqˀ mors corporis vmbrā.* vt opętātis ē aduerbiū nō ſimilitud.nec coniūctio adiūctiua.* ſi qua,via,ſi quo pacto." Et nobis romanis,ſ.nam iccirco imperiū Romanorū lōgiſſimū extitit qa iuſtitiā,& apud exteras gentes coluere*

Protinus ipſe animi intrepidus,fretuſq; iuuenta
Aggreditur gentis rectorem,ac talia fatur.
Optime romulidum te cari in cæde magiſtri,
Quem gens noſtra odijs leto mulctauit iniquis,
Fama pias ſeruaſſe manus,cæcumq; furorem
Aduerſus totis nequicquam viribus iſſe.
Scis falſa exceptum ſub proditione,quod illis
Obſtaret coram ſcelera vrgens impia verbis.
Quod potes,exanimum terræ ſuccedere corpus
Da ſaltem, ſocijs caſus ſolamen acerbi.
Ipſe nouo condam,mihi quod de more paraui,
Funera mecū animo dum verſo in certa, ſepulchro
Pontius hæc contra ; vt potius concedere viuum
Nunc corpus cuperem,vos veri conſcia teſtor
Numina, tentaui verſans mecum omnia, ſi quà

Iuuenes qui re ſenibus audaciores.

quod.

Petitionis conditiones.

ff.d cadau. punitorū l. 1.& vlt. C. de relig l. obnoxios.

Corpus Chriſti corrumpi non poterat.

act 2. Pſal. 15.

Funeris cura non inanis.

gen. 50.

Act.8.

Tobiæ 12.

Eccleſiaſtici 38.

Nouiſſima memoranda.

Eccleſiaſt 7

Mors certa & incerta.

vt.

Imperium rom. quare diuturnū

Nicodemus. *inuita vrbe metonimia eſt, continens pro contento, ideſt inuitis vrbis principibus.* Nicodemus hic eſt (vt ſcribit Io.) q venerat ad Ieſum nocte primũ ferens mixturã mirrhæ et aloes quaſi libras centũ. Ac ceperũt ergo corpus Ieſu: & ligauerũt eum lintheis cum aromatibus, ſicut mos eſt iudeis ſepelire.* locus patibuli.* armato milite, pro armatis militibus. ſingularis eſt ꝑ plurali.* cliuũ caluarij montis.* nam ne Luce ſacra, ſabbati Paſchalis de quo ſic ait Ioan. Euang. Iudei ergo quoniã paraſceue erat, vt nõ remanerent in cruce corpora ſabbato, erat n. magnus dies ille ſabbati: rogauerunt Pilatũ vt frãgerẽtur eorum crura & tollerent. venerunt ergo milites, & primi qdem fregerũt crura, & alterius q crucifixus eſt cum eo: Ad Ieſum aũt cum veniſſent: vt viderunt eum iam mortuũ, nõ fregerũt eius crura: ſed vnus militũ lãcea latus eius apuit. & cõtinuo exiuit ſanguis & aqua.* funeſtarẽt. ne pendentes in crucibus magnum diem feſtũ ſui diurni cruciatus horrore ſedarẽt. & ne legẽ violarent, qua iubebat nõ occidere ſolem in hominis ſupplicio.* primorũ, principũ populi et pontificum q quidem camellum transglutiẽtes culicem excolebãt, cum tantã fuiſſent operati audaciã, & tam peſſimum facinus perpetraſſent. de die ſolemni diligenter ratiocinatĩ: nec volunt in die feſto tortores aut impij homicidæ cenſeri.* luebãt, latrones intelligit.* exanimẽ i. mortuũ, iamdudũ. n. vt ſupra vidimus ĩclinato capite ſpm tradiderat.* manũ abſtinuere, a crurifragio, vt ſcriptura impleretur. quæ dicit, os nõ comminuetis ex eo.* ĩ caſſum lum, cor, i. vitæ functum.* mirati prope, ob, Pilatus quoq; mirabatur (vt refert Marcus) ſi iam obijſſet. Et accerſito Centurione interrogauit eũ ſi iam mortuus eſſet. ſed nõ erat mirandum, quia ipſe habebat poteſtatem ponendi animã ſuam quando vellet, & iterũ ſumendi eam quando vellet.* quidam ẽt, qui nam ſint iſti minime adhuc inueni. quare poetice potius hoc dictũ intelligo. vel alluſit ad picturã crucifixi nã in quibusdã tẽplis hic inde depicti pẽdẽt angeli cum calicibus effluentẽ ſuſcipientes ſanguinẽ.* feralia robora, Ferale. lignum crucis funeſtum, ferale, n. quicquid dirum exitiale uẽ eſt, aut lugubre ad defunctos pertinens, vocari pōt. vnde feralia ſacra feralis dies, feralis põpa, & feralia officia dicebãtur & ꝓducit primã ſyllabã. a ferendo epulas, vel a feriendo, qui ferã ſig. i. dirã, & mortẽ.* auſus Lõginus cæteris iam defũcto parcẽtibus. ſed Longinus. iudeis, vt cõplaceret ĩ exanime corpus cõtumeliã inferẽdo ſiue ꝓfago potius animo. nã cũ ex infirmitate caligaſſet eius oculi, et lãcea latus dñi apuiſſet, ſacro ſanguine ad manũ decurrẽte caſu tetigit oculos. et protinus priſtinũ viſum recepit. & poſt Xpi reſurrectionẽ ab apoſtolis ĩ fide inſtructus & baptizatus & et deinde ſub Octauiano ꝓ fide obijt Martir. cuius ſanctũ corpus Mãtue eſt religis ſanguinis dñi, quæ pro Io. 19.

In ſontem morti excipere. ac dimittere poſſem,
Et nobis pietas colitur, ſanctiq; penates:
Sed nihil inuita tandem profecimus vrbe:
Crudelis vicit gentis furor. ite, ſepulchro,
Muneribusq; pij exanimum decorate ſupremis.
Dixerat: ille gradus monteis contendit in altos,
Cui ſeſe comitem iungit Nicodemus, & ipſe
Multum animo cari concuſſus funere amici.
Iamq; propinquabant paribus veſtigia curis
Figentes, vnde infauſtus de colle videri
Iam poterat locus. ecce autem fulgentia circum
Arma vident, cinctumq; armato milite cliuum.
Nam, ne luce ſacra pendentia corpora truncis
Solennem funeſtarent lætæ vrbis honorem,
Primorum miſſu armati venere miniſtri.
Semineces qui ſtipitibus de more refixos
Hoc ipſo iniecta tumularent vertice arena.
Stabant, ſupplicium meritum qui hinc inde luebant
Semianimes, & adhuc ſpirantes funere in ipſo Exodi 12.
Optabant diros leto finire labores,
Et montem implebant lachrimoſis vocibus omnẽ.
Protinus hinc, atq; hinc longis haſtilibus inſtant Marci.
Armati, franguntq; viris tabentia crura,
Et miſeris mortem properant, trabibusq; refigunt,
Deinde caua infodiunt proiecta cadauera terra.
At ſimul exanimem, qui noſtra ob crimina pœnas
Pendebat videre, manum abſtinuere, nec vltra
Sunt paſſi ſæuire in caſſum lumine corpus.
Mirati properos obitus, collapſaq; membra
Tam cito, & ora modis iam tum pallentia miris.
Quidam etiam vidiſſe ferunt pendere per auras
Cœlitagos iuuenes feralia robora circum
Plaudentes alis, niueaq; in veſte coruſcos
Diuinum multo ſtillantem e vulnere rorem.
Suſcipere, & ſuperas pateris perferre ſub auras;
Hic auſus ſolus, lato cui lancea ferro,
Longinus ſanctos violare ignobilis artus.

Theſauro

Theſauro ſecũ tulerat, dicit̃ requeſcere.° violare, ſed cõtumelia hoc ĩ ſignũ ꝓdijt. ſanguinẽ.n. de extincto
Io.19. *corpore manare miraculoſum eſt.° trãſuerberat abiete coſtas. vt alia ſcriptura ĩpleret̃. videbũt in quem* Sãguis & aqua.
trãſfixerũt nã nec ideo fregerũt eius crura, vt ſcriptura ĩpleret̃. qua dicit̃ os nõ cõminuetis ex eo, vt &
Aug. ſuper. Io. *ſupra dictũ eſt.* bicoloris fluminis. nã exiuit ſanguis & aqua, & ille ſanguis (vt ait Aug.) in remiſsio*
Exod. 12 *nem ſuſus eſt peccatorũ. aqua illa ſalutare tẽperat poculũ. hoc & lauacrũ ꝓſtat & potũ. hoc ꝓnuncia-*
bat. ꝙ Noe ĩ latere arca oſtiũ facere iuſſus eſt, quo intrarẽt aĩalia qua nõ erãt diluuio ꝑitura. qbus præ
figurabat̃ Eccleſia. ꝓpter hoc prima mulier facta eſt de viri latere dormientis. & hic ſecundus adam in-
clinato capite in cruce dormiuit: vt inde formaret̃ ei coniũx ꝑ id ꝙ de latere dormiẽtis effluxit. O mors
vnde mortui reuiuiſcunt. qd iſto ſanguine mũdius? qd iſto vulnere ſalubrius?° & purũ laticẽ. i. aquã pu
ram. hinc Theophilus ait erubeſcãt q vinũ in ſacris nõ lymphãt myſterijs. vident̃. n. nõ credere, ꝙ aqua
de latere fluxerit. rorẽ rubentẽ. i. ſanguinẽ, & hunc verũ tria qppe ſunt (teſte Ioanne) quæ teſtimoniũ* Tria ſunt quæ teſtimoniũ perhibent.
ꝑhibẽt in terra de vera humanitate Xpi. ſps aqua & ſanguis. ſicuti ſunt & tria in cœlo quæ teſtimoniũ
ꝑhibent de eius diuinitate. pater, verbũ & ſpſſanctus.° arimathes. v, a, Ioſephus ex arimathia vrbe ori

Irruit, & longa tranſuerberat abiete coſtas.
Intepuit ferrum, ſanctum ebibit haſta cruorem.
Vulnere quo perhibent bicoloris fluminis inſtar
Et purum laticem, & rorem exiliiſſe rubentem.
Diluta eſt humus: erubuerunt gramina circum.
Huc ſe ſe in medios Arimathes vrbis alumnus
Infert, conſcenditq; trabem atq; exangue magiſtri
Detrahit, & denſis procul aufert corpus ab armis.
Veſte tegens, modo quam tales mercatus in vſus.
Huc volucres pueri, cœliq; effuſa iuuentus
Ferte pedem: æterni largum date veris honorem.
Pallentem violam calathis diffundite plenis,
Narciſſiq; comas, ac mœrentes hyacinthos,
Et florum nimbo diuinum inuoluite corpus.
Ecce autem late reboant plangore propinqui
Fœmineo montes: reſponſant flebile ſaltus.
Omnia flere putes ſola, lamentabile letum.
Ipſa ſedet viuo genitrix mœſtiſsima ſaxo
Aegro corde comis paſsis, totoq; cruentum
Heu natum complexa ſinu miſerabile corpus.
In hyſtoria Ceciliæ virginis. Atq; oculos fouet ore, patensq; in pectore vulnus.
Nec iam vllos gemitus, nec iam vllos amplius edit
Singultus: magno ſed enim exanimata dolore
Frigida, muta ſilet, gelidoq; ſimillima ſaxo.
Circunſtant aliæ tunſæ omnes pectora palmis.
Pars calidis corpusq; lauant, & vulnera lymphis.

undus.° infert, inter confertos mi-
lites intrat. trabẽ, crucis. ſ.° denſis*
ab armis. i. a denſo militum armato
rum agmine.° veſte tegens. i. linthe
is & ſudario. mercatus in vſus.*
ſic & Marcus refert. Ioſeph autẽ
mercatus, ſyndonẽ: deponẽs eum in
uoluit in ſyndone. Matth. quoq; ſcri Syndon
bit, & accepto corpore, Ioſeph in-
uoluit illud in ſyndone mũda. ẽ aũt
ſyndon, lineus pannus ſeu tenuiſſi-
mũ velũ ꝙ amictoriũ vocari dicit
Hieronimus, dicit̃ & Lintheus ac
lintheamen ab alijs Euang. & do-
ctorib. vnde Hier. poſſumus (ait)
iuxta ĩtelligẽtiã ſpũalẽ et hoc ſen
tire: ꝙ corpus dñi nõ auro nõ gem
mis: nõ ſerico. ſed lĩtheamine puro
obuoluẽdum ſit. quamq; & hoc ſi-
gnificet, ꝙ ille in ſyndone mũda in
uoluit Ieſum, q pura mente eum ſu
ſceperit.° æterni veris. ꝙ in paradi Flores paradiſi non marceſcũt
ſo delitiarũ eſt, vbi flores nũquam
langueſcunt, nec marceſcunt fru-
ctus, hinc legimus angelũ dñi attu-
liſſe duas coronas valeriano, et Ce
ciliæ, dixiſſeq;. Iſtas coronas imma
culato corde cuſtodite: qa de para-
diſo dei eas ad vos attuli. Et hoc vobis ſignũ erit. numq; marcidũ aſpicietis florẽ, numq; odoris ſuauita-
tẽ imminutã ſentietis. nec ab alio videri poterũt niſi ab his qbus caſtitas ita placuerit: ſicut et vobis pro
bata eſt placuiſſe.° Et florũ nimbo. i. magna copia & cõgerie. hac aũt de floribus ſpargẽdis circa corpus
dñi de cãtata ſunt poetico more. verẽ aũt venerat Nicodemus ferẽs mixturã myrrhæ & aloes quaſi li-
Aug. ſup Io. c. 19. *bras centũ. acceperũt ergo ipſe & Ioſeph corpus Ieſu & ligauerũt lintheis cum aromatibus. ſicut mos*
erat iudeis ſepelire. nã vt ibi ſcribit Aug. admonemur ab euang. in huiuſmodi officijs quæ mortuis exhi
bent̃, morẽ cuiuſq; gẽtis eſſe ſeruãdũ. erat aũt illius gentis cõſuetudo, vt mortuorũ corpora varijs aro-
Aeneid. 5. Matth. 1. *matibus cõdirent̃. vt diutius ſeruarent̃ illeſa.° reboãt, reſonãt, acceptã reddẽtes vocẽ.* reſpõſant, freqũ* Solum.
Amb in ſermone de martyribus ĩter vtrũq; Paſcha. *ter reſpõdẽt ꝓpter Echo.* oĩa ſola, modo cũcta loca, alias ſolũ eſt omne ꝙ ſuſtinet. vt terra ſolũ eſt homi*
nũ, aqua nauiũ, aer volucrum & cœlum ſtellarũ. hinc Virg. dixit ſubtrahiturq; ſolũ: & Ouid. Aſtra te-
nent cœleſte ſolum: ſig. ẽt inferiorem partem pedum calloſam, vnde Ambroſius dixit. At vbi dñs reſur- Tunſæ
rexit, via vita nota facta, ſolo atrita eſt plurimorum.° tunſa pectora, duo tẽpora ſig. & quæ tunderãt

adhucq; tūdebant. textilibus donis. *varijs lintheaminibus, & maxime ſyndone atq; ſudario.* hæc, *Magdalenā puto ītelligi debere, quæ & alias capillis pedes eius terſerat, dū adhuc viueret. vt ī ſupioribus*
Proceleumaticus pes. *libris viſum eſt.* rorantiu genua, *fluxu lachrimarū parētis, nec nō & ſanguine aquaq; ex vulnere lateris effoſſi deflu ēte. ē ēt notādus hic pceleumaticus pes q quattuor ſyllabis breuibus cōſtat pōt tñ & in dactilū cōuerti, v, litera p cōſonante accepta.* illa, *quauis mulier ex his quę aderāt ſepulturæ dñi. nam* Marci 15.
vt Marcus refert, erant ibi mulieres. īter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioſeph mater, & Salome multæq; aliæ quæ ſimul cū eo aſcēderāt Hiroſolymam. inde, *a corpore defleto.* Viri *Ioſephus, & Nicodemus.* humentes. *i. humectantes. principale p deriuatiuo.* guttis grandibus *maiuſculis q̄ a mulieribus.* ſolati, *vt placeat homini qęqd deo placet. nec. n. de futura ī diē tertiū reſurre*
Sepultur Chriſtus. *ctione illius, eos puto cōſolationis vlla verba feciſſe, neq; . n. fidē debitā adhuc habebāt: ſed quaſi puro homini aromāta & vnguētā attulerāt, more iudeorū q talia defūctis exhibebāt. & Chryſoſtomus, tulerūt (īqt) pigmenta quæ maxime corpus aptu ſunt q̄; plurimū cōſeruare, & nō pmittere cito ſubijci corruptioni, adhuc. n. vt de nudo homine diſponebunt.* ſepulchro con, mar, *in monumēto īpus Ioſephi nouo q ſibi iuxta Matth, & Marc, exciderat in petra, & in quo nōdum quiſq̄; poſitus fuerat iuxta Lucā & Ioan. q ait, acceperūt ergo corpus Ieſu. & liguuerūt eū lintheis cū aromatibus: ſicut mos eſt iudeis ſepelire. Erat aūt ī loco vbi crucifixus eſt hortus, & ī horto monumētū nouū: in quo nondū qſquā poſitus* Chryſ ſup Io. c. 19.
Affari extrema *fuerat. ibi ergo pter paroſceuē iudeorū quia iuxta erat monumētū poſuerunt Ieſum.* affatiq; extrema. *ſ. verba, quæ cōpletis funebribus exeqijs more gentis dici ſolebāt. quæ aūt fuerīt, non ſat cōpertum habeo. nec . n. ego iudeus ſum, vel cōmerciū habēs iudeorū ſed neq; puto vatē ītellexiſſe ea verba, quæ olim a gētilibus romanis dicebant. extremū. ſ. vale, nos oēs te eo ordine quo natura iubebit, ſequemur. et demū reliquijs oſſibusq; ī vaſe collectis, ſacerdos aſpergebat aſtantes dicens. ilicet. nos aūt Xpi fideles pe* Seruius in lib. 6. æneid
Sepulchro alieno quare. *ractis exequijs dicimus. requeſcat ī pace. ſed ad ſepulturā dñi redeamus. q iccirco ſepeliri voluit, vt verè mors eius pateret & adīpleretē q ipſemet pdixerat vaticiniū de figura Ionæ pfetę, ſicut . n. (dixerat) fuit Ionas in vētre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ſic erit filius hominis ī corde terræ. cōdi aūt in alieno voluit ſepulchro, & pꝑter extremæ paupertatis exēplū: & Vt oſtenderet q p aliorū moriebatur ſalute vt qd. n. illis (ait Aug.)*

Textilibus membra inuoluunt. pars ſqualida donis.
Hæc ſiccat fuſo rorantia genua capillo
Vulneribus ſuper accumbens. herensq́; cruentis.
Oſcula dat manibus. pedibusq́; rigentibus illa,
Indulgent omnes lachrimis, triſti q́; vlulatu,
Cuncta replent vix inde viri diuellere poſſunt.
Ipſi etiam guttis humentes grandibus ora,
Tum corpus miſeras ſolati exangue ſepulchro
Condunt marmoreo, atq́; affati extrema recedunt,
Et magnam comites genitricem in tecta reportant,
At ſolymos penitus nondum omnis cura reliquit,

ſepultura ppria ī terris eūi ſedes manebat in cælis? vt qd illi ſepultura ppria, q tridui tātū tēporis ſpacio, ī ſepulchro non tā mortuus iacuit q̄; velut ī lectulo cōqeuit. ī nouo aūt poſitus eſt monumēto, ne poſt reſurrectionē cæteris corporibus remanētibus ſurrexiſſe alius fingeretē. pōt aūt & nouū ſepul-
Sepulchro marmoreo quare. *chrū, mariæ virginalē vterū demōſtrare. ī marmoreo aūt ideo cōditus eſt. ne ſi ex multis lapidibus ædificatū fuiſſet ſuffoſſis tumuli fōdamētis ablatus furto dicererē. ſic & ſi fuiſſet in terra dicere poterāt: ſuffoderūt terrā, & furati ſunt eum & ſi fuiſſet lapis paruulus ſu-*
Maria Virgo quare magna. *ppoſitus dicere poterāt: dormiētibus tulerūt eū. ſed aduolerūt ſaxū magnū ad hoſtiū monumenti.* magnā genitricē, *Mariā matrē dñi, magnā vtiq; nō corporis mole, ſed virtute: & qa fecit ſunt ei magna: ab illo q potēs eſt, & ſanctū nomē eius. magna verè mater, quæ illū quem cæli capere nō poterat virgineo contulit ſinu. magnus eſt enim dominus & magnitudinis eius non eſt finis. magna eſt ergo & domina huius magni domini mater.* At ſolymos. *non ſuffecerat principibus ſacerdotum crucifixiſſe dominum ſaluatorem: niſi ſepulchrum cuſtodirent: & quantum in illis erat manum etiam imponerent reſurgenti. qua propter ſcribit Mattheus & hic a vate refertur. Altera autem die quæ eſt poſt paraſceuen. conuenerunt principes ſacerdotum & Phariſei ad Pilatum dicentes. domine recordati ſumus quod ſeductor ille dixit adhuc viuens: poſt tres dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſq; in diem tertium, ne forte veniant diſcipuli eius & furentur eum: & dicant plebi ſurrexit à mortuis: & erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus: habetis cuſtodiam: ite & cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes munierunt ſepulchrum ſignantes lapidem cum cuſtodibus.* omnis cura reliquit. *nam licet immenſum facinus in nece domini perpetraſſent: non tamen ſufficit eis: niſi etiam poſt*

mortem

*mortem eius concepte nequitie virus exerceant. famam eius lacerantes & reſurrectionem prohibētes. *timor acer, reſurrectionis futuræ iamdudū ab ipſo dño pdicta & olim a pſetis pmiſſa, ac pfiguratæ. *ſæpe vt habemus. Matth. 17. nemini dixeritis viſionē donec filius hominis a mortuis reſurgat. & 16. & 20 Marci quoq; 8. ibi Ecce aſcēdimus Hieroſolymā &c. itē oportere eū multa pati a ſenioribus, & occidi, & poſt tres dies reſurgere. ſic & lucæ. 18. & 24. *ſocijs mœrētibus. vt ī die cœna. quādo dixit eis. q tra dēdus eſſet ab vno ex xij. Apoſtolis ſubīdeq; q oēs eſſent ſcādalū paſſuri: demū ſubiūxit. poſtq; reſurrexero, pcedā vos ī galileā. & ī illo plixo ſed aureo ſermone, quē ſcribit Ioan. poſt cœnā habitū a dño: ſæ-*

Io. 14. *pe de ſua reſurrectione qdā verba īterpoſita ſuboſcura īueniūtur. vt illud. vado pparare vobis locū: ite* Sepulchrū Chriſti.

Io. 16. *rū venio & accipiā vos ad me ipm. & iterū vado & venio ad vos: ſi diligeretis me, gauderetis vtiq; & rurſus, Modicū & iā nō videbitis me: & iterū modicū & videbitis me. qa vado ad patrē. & denuo. vos igit nūc qdē triſtitiā habetis, iterū aūt videbo vos & gaudebit cor veſtrū. & alijs huiuſcemodi verbis.*

Pſal. 38. 15. 21. 56. Eſa. 9. 11. 40. & 53. **ſacros vates. pcipue aūt David ī multis pſalmis de reſurrectione Dñi vaticinatus eſt. Eſaias quoq; ſparſim de reſurrectione dñi verba poſuit. & Zacharias cap. 9. ibi Tu quoq; ī ſanguine teſtamēti tui emiſiſti victos tuos de lacu, ī quo nō erat aqua. Sāſon quoq; & Ionas ī figura pdixerūt reſurrectionē dñi. * miſere. vide qualiter nolētes cōcertāt ad demōſtrādā veritatē. irrefragabilis. n. demōſtratio reſurrectionis facta eſt p ea, qua ptenderunt. qa n. cuſtoditū eſt ſepulchrū, nulla fraus facta eſt. ſi aūt fraus facta non eſt. manifeſtē & irrefragabiliter dñs ſurrexit. * flebile buſtū. i. tumulū, ſimpliciter ītellige, nō more ro-* Buſtum

Liuius lib. 5. *manorū apud quos buſtū iam exuſtū cadauer vocabāt: vt docet ſeruius, & Verg. Semuſtaq; ſeruant buſta, Liuius quoq; ſcribit, locū fuiſſe iuxta Aequeliū nōie Buſta Gallica. quoniā illic aceruatos cumulos ſuorū defūctorū ex peſtilētia vſſerāt galli. īuenimus ēt apud Ciceronē buſtū tumulū appellari. ſed ī quo*

Lib. 2. de legibus. *ſit cōditū exuſtū cadauer. pænaq; (inqt) fuit Solonis lege cōſtituta, ſi qs buſtū aut violaſſet. aut deieciſſet. * furto. dicit Rabanus. Diſcipuli qdē Xpi fures ſpualiter fuerūt. q ab īgratis iudeis ſcripta noui & veteris teſtamēti ablata ī vſum Eccleſiæ cōtulerūt. & ſaluatorē q eis pmiſſus fuerat illis nocte dormien-* Fures fuerunt diſcipuli.

Sollicitos ſed adhuc timor acer corda premebat.
Sæpe etenim audierant ſocijs mœrentibus hoſtem
Se ſe olim ſuperas rediturum lucis ad auras
Promiſiſſe; palamq; ſacros id promere vates.
Id veriti armatos ſubitò miſere viros, qui
Noctes atq; dies ſeruarent flebile buſtum,
Ne forte auferret furto quis nocte ſepultum,
Et totam impleret falſis rumoribus vrbem,
Defunctum vita rediſſe ad luminis oras.
Vitaleſq; auras haurire, atq; æthere veſci.
Aura veni afflanti patris omnipotentis ab ore.
Aura potens cœli numen, ſuperumq; voluptas,
Quicquid adhuc ſuperat mihi dira e cæde dolorum
Mente fuga, lætoſq; animi nunc reffice ſenſus;
Et placidos per membra riga mihi numine motus.
Sit fas lætitiæ ſentire in pectore lapſus,
Lætitiæ, qua gens fruitur felicis olympi.
Larga vbi latifluo paſſim torrente redundant,
Pſal. 35. Gaudia; nec fines nouit diffuſa voluptas.
Vertitur hic rerum facies: hic gaudia noſtra
Incipiunt: longè in melius verſa omnia cerno.
Iam deus vt ſacros vates, & ſancta piorum
Concilia educens tenebris inferret olympo,

*tibus, hoc eſt in infidelitate torpentibus abſtulerunt. & gentibus credendū tradiderunt. * Aura veni; ſpiritum ſanctum inuocat qui a patre & filio vnica ſpiratione procedit. iccirco aūt renouat inuocationē vt ſemiſopitā lectorū attentionem ex dolore ac triſtitia mortis dñi, excitet, pmiſſa reſurrectionis eius lætiſſima narratione. * cœli numē, cuius iucūdiſſimo aflatu ſuperi viuūt æternaq; voluptate pfruunt. * quicquid adhuc ſupat, reliqas intelligit meſtitiæ, quā ex defleta paſſione dñi cōceperat. * reffice recrea, addita eſt littera metri neceſſitate. * lætitiæ, anadiploſis eſt. i. reduplicatio ſermonis, quæ fit animorū excitādorū gratia. * latifluo. i. late fluēti torrēte, de quo Regius (inquit) vates. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrēte voluptatis tuæ potabis eos. quoniā apud te eſt fons vitæ: et ī lumine tuo videbimus lumē. * incipiūt, nam ſicuti mors Chriſti,* Anadiploſis.

noſtra eſt redēptio. ita Xpi reſurrectio, gloria noſtra ſpes eſt, & veri initiū gaudij. traditus eſt. n. Xps

Rom. 4. *teſte apoſtolo pter delicta noſtra: reſurrexit autem propter iuſtificationem noſtrā. * educens tenebris inf. olym. i. Aſcendens. n. Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatē, Abacuch ēt vates hanc piorum*

Abacuch. 3 *eductionem preuidens cecinit. Ego autem in domino gaudebo & exultabo in deo Ieſu meo. deus dñs fortitudo mea, & ponet pedes meos quaſi ceruorū. & ſup excelſa mea deducet me victor in pſalmis canētē*

** corporeis liber vinclis . ſed & ſpiritalibus peccatorum. hinc cecinit propheta . Eſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum : & factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber .* ſpiritus ad manes ad piorum animas educendas de carceris profunditate .* animarum reg, ſil, appoſitio eſt * per cæcos aditus, nobis viuentibus inuiſibiles. ꝙ ſi ad tropologicum ſenſum referas. per tenebras ignorantię, atq; infidelitatis itur ad inferos .* & præcipites anfractus. per laborioſas difficultates, & valde periculoſas : vt pote temerarias. etenim, & ſi ad malum prona ſit omnis ætas ab adoleſcentia, difficilius tamen, & laborioſius malum opere completur, quam bonum.* Solis huius .ſ. noſtri hemiſperij. nam ibi ſunt exteriores & perpetuę tenebræ: vt docet dñs in Euang. ſi ad moralem ſenſum referas, pectora impiorum, ſolis iuſtitiæ Chriſti radijs ſunt inacceſſibiles, non ꝙ lux ipſa in tenebris eorum non luceat, ſi velit, ſed quia ipſi ſe ſe reddunt indignos, obſtructis ſemper eorum ſenſibus iniquitatum mole. quo fit vt radios ad ſe retrahat: ne velut immeriti illuſtrentur, ſuo recto ſemper ac iuſto indicio.* terrificã aulam per irriſionem. ſicut illud. Verg. illa ſe iactet in aula Eolus : & clauſo ventorum carcere regnet. Eſt aũt infernus, qui hic a vate deſcribitur, ſecundum Baſilium, quidam locus communis in intimo terræ, obumbratus vndiq; & opacus, cuius eſt quoddam orificium in profundum tendens: per quod patet deſcenſus animabus ad mala damnatis .* ſtabulant. bene verbo congruenti beſtijs vſus eſt. nam beſtiali & non humano more viuentes inferos tenent.* noctiuagi fratres . demones de quibus in primo libro ſat dictũ eſt, & in ſecundo . ibi inuenies quare dicantur noctipotentes & idem intelligas dictum quare noctiuagi appellentur.* immane nefas læſæ maieſtatis crimen : quo nullum grauius nec dignius puniri. ſuper his vide quæ diximus in primo.* adortos. auſos, qui & auſum ſi potuiſſent opere expleſſent. adoriri enim propria eſt repente, & per inſidias aliquem inuadere, vel quoduis facinus ex improuiſo aggredi : tametſi minime ſequatur effectus interiecto impedimento .* genus miſerabile, quinimo nulla dignum miſeratione. ꝙ ſua ſponte, nec perſuaſu alicuius (vt homo) peccauerit . hoc ideo dixerim : ne origenianam hereſim fouere videamur. is enim plus iuſto miſericors. ipſum diabolũ, & angelos eius poſt grauiora pro meritis & diuturna ſupplicia ex illis cruciatibus eruendos & ſociandos ſanctis angelis credidit. ſed illum vt docet Auguſtinus propter hoc, & ꝓpter alia non nulla, non immerito reprobauit Eccleſia. ſuper hac re vide etiã Gregoriũ in moralibus.* quando, pro ſiquidẽ, cauſale eſt.* miſeri magis, pro miſeriores. non enim minus ardebunt quia cum multis ardebunt. ſed quãto plures, tanto ardentior flamma vorabit eos . dabunt etiam pœnas ſcelerum, quæ eorum perſuaſu ac ſuggeſtione homines commiſſerũt . etenim de fraudulento conſilio vnus quiſq; tenetur, tametſi liceat his quibus datur apud ſe explorare, vel peritiores conſulere, an illud conſilium ſibi expediat, prinſquam exequatur . hinc eſt ꝙ deus & ſerpentem & hominem ab initio peccati punit.* crudeles animæ: & ſibi & proximis, quibus facto & exemplo nocuerunt.* expendunt. luunt & ſuſtinent, ab ære. pendendo verbum hoc deductum eſt ꝙ olim apud Romanos pœna omnes pecuniaria exiſterent. tum propter paupertatem, tum & propter vitæ innocentiam: quæ grauium facinorum erat immunis .* fumum propter ignem ſulphureum. nam (vt ait propheta) pluet dñs ſuper peccatores laqueos: ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. altera vero pars gelu erit & glacies ſicut ait Iob. Ad nimium calorem tranſibit ab aquis niuium, & dñs in Euang. illic (ait) erit fletus & ſtridor dentium. ſuper quibus verbis ait Remigius . his verbis duplex pœna inferni demonſtratur. ſ. nimij caloris, & nimij frigoris.* ignis ibi æternus . de quo dñs in Euang. Ite maledicti in ignem æternum qui paratus eſt diabolo, & angelis eius . etenim (vt ait Rabanus) cum venerit finis mundi : ſicut boni quaſi in quoddã quietiſſimo*

Corporeis liber vinclis conceſſerat imos
Spiritus ad manes, animarum regna ſilentum,
Per cæcos aditus, & præcipites anfractus
Solis inacceſſos radijs loca nocte perenni
Obſita terrificam cæcæ formidinis aulam,
Hic ſtabulant, viuiſq; tenent imperuia regna
Noctiuagi fratres, ſuperi quos ira parentis
Cœlo immane nefas animis excuſſit adortos.
Tartareiſq; genus miſerabile merſit in antris.
Quando illos tenuit regnandi tanta cupido.
Nunc miſeros pœnis manes, miſeri magis ipſi
Exercent, vinctoſq; tenent nigrantibus oris.
Interiora habitant barathrum irremeabile clauſæ.
Crudeles animæ, ad ſuperos dum vita manebat,
Nunc merita expendunt vaſta fornace ſepultæ
Supplitia. vndantemq; ferunt caligine fumum.
Ignis ibi æternus, ſemper noua flamma renaſcens.

Quà itur ad inferos.

Malum difficilius pficitur quã bonum.

lux Chriſti

Infernus.

æneid. 1.
Baſilius ſup Luc. c. 16.

fo. 49.

Adoriri.

s fol. 7. & deiceps in cipiẽdo ibi Interea longe, mi, reg, olym,

Demones nulla miſericordia digni ſunt.

Origeniana hereſis.

Aug. 21. li. de ciu. dei.

greg. 2. 21 & 25 moralium.

Ardebunt non minus quia cũ multis.

Demones puniũtur de malo conſilio.

Conſilio fraudulento quis tenetur.

Expendo

geneſis 3.

Ignis & gelu in inferno.

Pſal. 10.
Io. 24.
Matth. 13.

*tiſſimo portu mittentur in vaſa cœleſtium manſionum. ſic & malos torrendos gehennæ flamma ſuſcipies. * innocuæ, pro innocentum. * ſecretaq; longè Atria. hic deſcribit ſinum Abraæ qui & limbus dictus eſt. in quem omnium animæ piorum olim ab initio mundi vſq; ad mortem Chriſti deſcendebant. nulli enim quanis ſanctitate fulſerit, ante domini aſcenſſionem patuerat cœlum. hunc autem ſinum abraæ ſecundum Aug. intelligere debemus remotam ſedem quietis atq; ſecretã: vbi erat Abraã: non q ipſius tantum eſſet, ſed q ipſe pater multarum gentium fuerit, & præpoſitus ad imitandum fidei principatum. * longè, ſic & in Euang. diues in tormentis inferni poſitus vidit Abraam a longè. & Paulopoſt, ibi dicitur. Inter nos & vos magnum Chaos firmatum eſt: vt hi qui volunt hinc ad vos tranſire, non poſſint, neq; inde huc tranſmeare. * circuitu longo. nam quanta fuerat inter peccatores & iuſtos diſtantia, & ſicut affectus eorum varij fuerant. ſic & vtrorumq; manſiones inter ſe diſtant. * haud ſua damno admiſſa, qui vel letalia non admiſerant ipſi crimina, aut ſi qua admiſerant, digna purgauerant pœnitentia, de numero eorum exiſtentes de quibus Canit propheta. Beati quorum remiſſa ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus. * at primi ſcelus exitiale parentis. hoc eſt peccatum originale, de quo dicit apoſtolus omnes in Adam peccauerunt. nam & ſi per Circoncisionem pœna æterna tollebatur non tamen ianua regni cœleſtis (vt modo per Baptiſmum) aperiebatur. * noſtra lucis, huius mon-*

Sinus abraæ.

Aug. de origine animæ.

Lucæ 16.

Originale peccatum.

Innocuæ circum ſedes, ſecretaq; longe
Atria circuitu longo, hic incendia nulla:
Nulli obſunt penitus flammis vltricibus ignes,
Vmbrarum ſed iners requies, penitusq; ſilentis
Mundi temperies ſecrete his ſedibus æuum
Inſuntes degunt animæ, quibus haud ſua damno
Admiſſa, at primi ſcelus exitiale parentis
Detinet hic clauſas, noſtræ nil lucis egentes, prouer. 13
Pœnarum prorſum expertes, niſi luce carerent
Iucunda, qua gens gaudet ſtellantis olimpi.
Hic patres ſanctum genus antiquiſſima proles,
Qui vitam vinclo nullo, non legibus vllis.
Compoſitam incultos primi degere per agrus
Inter oues patrio tantum ſe more tenentes,

*di. luce increata (qua deus eſt) ſperantes perfrui. * pœnarum prorſus expertes, nullã penitus ſentientes pœnam niſi priuationis. carebant .n. viſione diuina, quam & ſi ſperabant, affligebantur tamen longa expectatione, ſpes enim quæ differtur (vt ait ſapiens) affligit animum. ideoq; ſubiungit vates niſi carerent Luce iucunda. his quędam ſimilia ſcribit Gregorius. Eos .n. (ait) qui cœleſtis patriæ vias ſecuti ſunt: poſt egreſſum carnis inferni clauſtra tenuerunt: non vt pœna quaſi peccatores plecteret, ſed vt illos in locis remotioribus quieſcentes (quia nec dum interceſſio mediatoris aduenerat.) ab ingreſſu regni, reatus primæ culpæ retineret. * qua gaudet, de his Gaudijs ita ſcribit Greg. Quæ lingua dicere, vel quis intellectus capere ſufficit illa ſupernæ ciuitatis quanta ſint gaudia? angelorum choris intereſſe? cum beatiſſimis ſpiritibus gloria conditoris aſſiſtere? incircumſcriptum lumen videre? nullo mortis metu affici & incorruptionis perpetuæ munere lætari? & beatus Aug. poſt multa ſpecialiter enumerata, demum ait in ſumma; vbi ſunt omnia bona abſq; vllo malo. * hic patres. qui fuerunt ante diluuium, primi parentes, qui licet peccauerint, Chriſtus tamen purgauit peccata ipſorum, credendum eſt enim illos pœnituiſſe; vnde canit Eccleſia fœlix Adæ culpa, quæ talem meruit redemptorem. duo filij eius Abel iuſtus. & Seth. quem dedit ei dñs pro Abel occiſo a fratre Caym. Enos quoq; filius Seth qui cepit inuocare nomen domini. & alij multi vſq; ad Noe, preter Enoch quem viuum trãſtulit deus ĩ paradiſum deliciarum. vbi & degit vſq; ĩ preſentẽ diem & dicitur ibi moraturus cum Helya vſq; ad Antichriſti aduẽtum. * vinclo nullo præceptorũ dei. * nõ legibus vllis. ſcriptis ſ. nam & lege naturali cordibus inſita regebantur. cuius duo hæc potiſſima ſunt præcepta. vt quod ſibi quis velit fieri, alijs id & ipſe faciat. quod nolit pati: nec ipſe alijs inferat, ceterum quibuſdam cõſuetudinis legibus & ipſi tenebãtur ex quo vrbe cõdita ceperũt ſimul habitare, vt dicitur in libro decretorum. * per agros incultos. vt plurimum, nõ tñ oẽs. nam & fuit agricola ipſe Adam. cui dixit dñs maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ &c. ſic & Caym filius eius factus eſt agricola. multiq; poſt eos vſq; ad diluuium poſt quod etiam Noe vir agricola cepit exercere terram & plantauit vineam. multiq; poſt illum Abraam vero, Iſaac, & Iacob, filijq; eius. xij. & nepotes eorum fuerunt paſtores: peregriniq; cum gregibus per agros alienos huc & illuc vagabantur. donec a domino per Moyſen educti ſunt de egipto, & per Ioſue introducti*

gaudia paradiſi.

Enoch.

Lex naturæ.

diſt. 6. §. fin.

Adam fuit agricola, & alij.

troducti ſunt in terram promiſſionis. terram fluentem lacte & melle & de his nunc arbitror loqui vatem.* patrio more. vnde & legimus fratres Ioſeph conſtitutos ante Pharaonem interrogatos a rege, quid habere ut operis? reſpondiſſe. paſtores ouium ſumus nos & patres noſtri. ad peregrinandum in terram tuam venimus: quoniã non eſt herba gregibus ſeruorum tuorum ĩgraueſcente fame in terra chanaam.* vltro abſq; iudice aut legislatore.* rectumq; colentes. vt de hominibus ætatis aureæ canunt poetæ.* vateſq; Pij. prophetæ qui & videntes dicebantur. ꝙ ſpiritusſancto pleni cæteris abſcondita viderent: & quæ futura forent prædicerent. hi fuere q̃; plurimi verum iſti præcipui. Moyſes. Ioſue, Samuel, Rex Dauid prophetarum eximius. Natam. Helyſeus & anteceſſor eius Helyas qui tamen adhuc viuit nec limbum eſt ingreſſus. Eſaias, Hyeremias, Ezechiel: Daniel. & ſequentes. xij. cum eo: quorũ nomina vide in libro xij. prophetarum. & poſt illos longo temporis interuallo miſſus eſt Ioannes Baptiſta quo inter natos mulierum ſurrexit maior nullus. Is quoq; ab Herode rege, propter adulteram herodiadem interceptus præceſſerat dñm ad inferos, cum patribus & ipſe redemptorem morabatur.* magnas vrbes. Hieroſolymam, & Samariam regnorum capita.* quiq; dedere orbi leges. rectè viuendi. generaliter de prædictis omnibus intelligendo. nam cuncti prophetæ (vt docet Hier.) poſt editam legem Moyſi, in qua omnia dei mandata legebantur: nihilominus tamen doctrina ſua, rediuiua ſemper populi compreſſere peccata & propter exemplum viuendi libros ad noſtram etiã memoriam tranſmiſerunt. ꝙ ſi ĩ ſpecie volueris intelligere ad Moyſen diuinũ legislatorem & Aaron fratrem eius neceſſe eſt retrocedãs.* volentes etenim. ſicuti non damnantur niſi qui ex voluntate delinquunt. ſic vitæ eternæ præmium non merentur: niſi qui ſponte & fide per dilectionem operante, dei mandatis obſequuntur. Expedit tamen & iniquos ad ſemitam beneuiuendi vel inuitos cogere vt ex inultis voluntarij reddantur, quod & a maioribus noſtris. & ab ipſo domino factitatum eſſe ꝑpendimus.* vitæq; in limine rapti in ipſo vitæ initio. de circuncifis tamen intellige, ſicut. n. modo non ſaluantur infantes, niſi baptizati, ſic neq; tunc temporis niſi, circunciſi ad finũ abrææ ſaluandi deſcendebant infantes.* ſecla recenſebant, ad memoriam reducentes tempora venturi redemptoris a vatibus prædicta, & maxime hebdomadas illas Danielis, it. n. ab angelo edoctus præuiderat fixum occiſionis Chriſti tempus, quod recenſentes cognoſcebant eſſe completum. eſt autem eius hoc vatiminium. ſcito & animaduerte, ab exitu ſermonis, vt iterum edificetur Hieruſalem vſq; ad Chriſtum ducem, hebdomadæ vij. & hebdomadæ. lxij. erunt. & rurſum ædificabit platea & muri in anguſtia temporum. Et poſt hebdomadas. lxij. occidetur Chriſtus. & non erit eius populus qui eum negaturus eſt.* voluentia. i. quia voluuntur. participium eſt actiuæ ſignificationis poſitum pro eo quod laɫini non habēt in paſſiua ſicut græci.*. voluenda dies. pro volubilis aut voluta, hoc eſt præfixum noſtræ redemptionis tempus adeſt.*. ſupera & conuexa, modo ſignificat ſuperæthereas paradiſi ſedes, alias ingentes cælorum noſtri huius hemiſperij arcus, vndiq; ad terrã deflexos.*. manifeſtus pro manifeſte. eſt enim nomen pro aduerbio poſitum.*. oſtendit nobis, ſubaudi olim, dum adhuc æthereа veſcebamur aura.*. diuino numine aflati ſpiritunſancto non. n. voluntate humana allata eſt aliquando profetia (vt docet Petrus) ſed ſpiritusſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines.*. optandam, illis verbis, oſtende nobis domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.*. votis, quibus honorabilem illum. ſenem Symeonẽ vidimus.*. venienti æuo. i. futuri æui hominibus.* lux noſtra, & omnium hominum venientium in hunc mundum. Ieſus Chriſtus dominus deus noſter.* feri leonis, de quo ſic vaticinatus eſt Patriarcha Iacob. ca-

Iuſtitiæ memores vltro, rectumq́; colentes.
His vateſq́; pij. qui quondam numine pleni
Ventura intrepide magnas cecinere per vrbes.
Quiq́; dedere orbi leges diuina reperta,
Quoſq́; datis olim iuuit parere volentes,
Matronæ, atq́; viri, vitæq́; in limine rapti.
Omnibus vnus amor, cœliq́; arrecta cupido.
Et iam promiſſi memores tum forte per vmbras
Secla recenſebant tacitis voluentia luſtris.
Ducebantq́; animis finem aduentare malorum.
Atq́; hæc inter ſe læti ſermone ſerebant.
En tandem voluenda dies, en imminet illa.
Cum lucem liceat, ſupera & conuexa tueri.
Hanc claro pater omnipotens manifeſtus olympo
Oſtendit nobis diuino numine plenis,
Nos alijs ſubito mortalibus ore canentes,
Optandam votis venienti liquimus æuo,
Iam iam aderit lux noſtra, dei indubitata propago
Ille erat, ille feri ſub imagine ſæpe leonis

Margin notes: Vates & videntes. — gen. xlvij. — Hier. ipse fatione ãte Epiſtolas Pauli. — Volentes — Infantes. — Danielis 9. — Conuexa — Prophetia. — 2. Petri c. 1 — gen xlix. — Leo Chriſtus.

tulus Leonis iuda: Ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt Leo. & quaſi leena, quis ſuſcitabit eum? quod vaticinium in d.n. Ieſu Chriſto adimpletum eſſe oſtendit Ioannes in apocalypſi his verbis. Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius ſuper quibus verbis oſtendit glo. ord. quare Leoni Chriſtus comparetur dicens. Leo dum fugatur, per montes fugit & nodo quem habet in cauda veſtigia delet ne inueniatur. ita Chriſtus fugit per montes .i. diuinitus Iudeos latuit: aſſumpta carne diuinitatem texit, ne poſſet agnoſci. Leo dormit apertis oculis, ita Chriſtus expirauit diuinitate viuente. de hoc Leone vaticinatus eſt & Ezechiel propheta in obſcura illa viſione quattuor animalium. quorum ſecundũ erat ſimile Leoni. quam viſionem quo ad hoc propoſitum ſic interpretatus eſt diuus Hyeronimus. Chriſtus quem animalia figurabant homo fuit de virgine natus: vitulus in immolatione: Leo in reſurrectione. Aquila in aſcenſione. vel in homine (inquit) humanitas: In vitulo ſacerdotium. In Leone regnum: & in aquila exprimitur diuinitatis ſacramentum hæc eadem viſio renouata eſt in apocalypſi. vbi glo. ord. ſic dicit. vt Leo mortuus naſcitur: & die tertia voce patris viuificatur. ſic & Chriſtus die tertia poſt mortem reſurrexit. * *nobis preſſis oculos .i. oculos habentibus oppreſſos: interioris ſ. Luminis. ne hanc quam viderant Leonis figuram de Chriſto plane intelligerent. etenim prophetæ dum diuino illo calent furore cuncta quæ vident futura intelligunt. remiſſo autem feruido illo calore, parumper remittitur atq; obſcuratur eorum intelligentia. hoc autem dico ſecundum opinionem aliquorum, quibus hic adſtipulatur vates. mihi ſanè hæc ſententia adhuc animo non ſedet. & magis videtur conuenire vatibus gentilium mendacibus quã veris domini prophetis. dicebat enim Plato poetas myſtica decantare: quæ quidem & ipſi decedente furore vix intelligant.* * *vnus pro multis. hoc Eſaias cæteris clarius prædixerat. ipſe autem (inquit) vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: atritus eſt propter ſcelera noſtra. diſciplina pacis noſtræ ſuper eum: et liuore eius ſanati ſumus: omnes nos quaſi oues errauimus: vnuſquiſq; in viam ſuam declinauit. Et poſuit dominus in eo iniquitates omnium noſtrum. & Paulo poſt. in ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruos meos multos: & iniquitates eorum ipſe portabit. ideo diſpartiam ei plurimos & fortium diuidet ſpolia. pro eo ꝙ tradidit in mortem animam ſuam.* * *defenſos .i. ereptos.* * *Io. interiectio eſt præ nimia lætitia geſtientium patrum exprimens affectum. hac & Ouidius vſus eſt. Dicite, Io, Pæan, & Io, bis dicite pæan. Tibullus autem dolendo (vt nonnulli putant) ſiue potius deridendo (vt alij autumant) eadem vſus eſt particula in puellam parum formoſam, vror, Io, remoue ſæua puella faces. Io, quoq; nomen eſt proprium filiæ Inachi argiuorum regis, quam ægiptij Iſidim appellarunt vxorem Oſyridis eorum regis.* * *Dauidæ genus vaticinium eſt de quo ſupra. vicit Leo de tribu Iuda.* * *mortales. quia Chriſtus moriens vicit mortem veſtram, vobiſq; credentibus ſi iuſta & ſancta vixeritis poſt mortem*

Apoc. 5.
Ezech. 1.
In prologo in Matthæũ
Apoc. 4.
Vide & greg. ho. 4. ſup Ezechiel.
Eſaiæ 53. & 61.
Apoc. 5.

Leo Chriſtus.
Similitudo 4. animalium.
Io.

Oſtenſus nobis oculos caligine preſſis,
Vnus pro multis qui ſe ſe proderet vltro
Morti defenſoſq; daret nos hoſte ſubacto.
Vicit Io tandem leo magni á ſanguine Iudæ.
Dauidæ genus, ò paſſim gaudete beati.
Mortales, gaudete animæ iam corpore functæ.
Iam vos aſtra vocant, nunc quæ tot clauditur annos.
Ianua ſyderei nobis aperitur olympi.
Iamq; erit, vt noſtris promiſſum vocibus olim,
Lætitia exiliant montes, colleſq; reſultent.
Pampineis vincti formoſa cacumina ſertis,

corporis dabitur intrare regnũ cœlorum, nec in has inferni tenebras neceſſe erit deſcendere vt nobis olim. * *animæ func. ſ. ſeipſos quaſi alios præ nimio gaudio alloquũtur.* * *tot annos, a morte Abel iuſti, vſq; ad Chriſti aſcenſionem.* * *noſtris vocibus olim. hæ voces exultationis de aduentu Chriſti, & liberatione captiuorum habentur in multis Pſalmis. præcipue autem in his quorum initia ſunt hæc. cantate domino canticum nouum, Dominus regnauit exultet terra, & cantate (iterum) domino canticum nouum. & omnes gentes plaudite manibus.* * *exiliant montes .i. exultent angeli.* * *& colles .i. diſcipuli domini. litera pſalmi hæc eſt. Montes exultabunt a conſpectu domini, quoniam venit, & alterius pſalmi: Exultatione colles accingentur, & pingueſcent ſpecioſa deſerti, induti ſunt arietes ouium: & valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent. quæ & ſi iuxta litteram poſſint intelligi, quod ex abundantia & viriditate prebebunt hominibus materiam laudandi deum: melius tamen in ſpirituali ſenſu intelliguntur. de ſupernorum ciuium lætitia, & de hylaritate Ecleſiæ fidelium: quæ ex Chriſti reſurrectione renouata eſt. nouiſq; charifinatum donis, & virtutibus eſt ornata.* * *Pampineis ſertis, ſanctorum cœtibus, fratrũ corona, corona .n. ſenum (vt ait ſapiens).*

Pſal. xcv.
Pſal xcvi.
Pſal. xcvij.
Pſal. xlvi.
pſal. lxiiij.
Prouer. 17.

Montes qui
Colles qu.
Corona.

filij

filij eorum. & alibi, circa illum corona fratrum, & quaſi plantatio cedri de monte Libano: ſic circa illum ſteterunt quaſi rami palmæ & omnes filij Aaron in gloria ſua. vitis, enim principalis eſt ipſe dominus, apoſtoli eius palmites & reliqui diſcipuli ſunt pampini, quibus piè viuentibus, formoſa Eccleſiæ cacumina .i. Epiſcopales ſedes veluti florentibus ſertis coronantur. " *aries, ex predicto pſalmo, Te decet hymnus, ſumpta eſt hæc comparatio. ibi, induti ſunt arietes ouium, porrò per arietes gregis duces, ſignificantur Eccleſiæ prælati, qui Dominico gregi duces ſunt conſtituti.* * *minores fœtus .i. agni. hi ſunt ſubditi, qui bonam prælati conuerſationem imitantes, ſpirituali lætitia in dies magis ac magis exultant.* * *molliq; in gramine l. i. in ſaluberrima prælatorũ doctrina delectantur.* " *balatus, ſanctorũ presbiterorũ exhortationes. qui vice matris funguntur in ſpirituali generatione fidelium.* " *ipſi iam fontes. & hæc ex ſæpe dicto pſalmo mutuata ſunt. in quo ſic dicitur. viſitaſti terram & inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam. flumen dei repletum eſt aquis: paraſti cibum illorum quoniam ita eſt præparatio eius. Riuos eius inebrians multiplica genimina eius in ſtillicidijs eius lætabitur germinans: benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate. pingueſcent ſpecioſa deſerti & exultatione colles accingentur. quæ ſpiritali intelligentia ſunt percipienda. ipſi fontes, dona ſunt ſpiritusſancti vnde gratiarum omnium deriuant flumina. iccirco vaga, quia ſpiritus vbi vult ſpirat: & quando: & quantum vult. & neſcis vnde veniat, aut quo vadat. fontes etiam ipſi ſunt apoſtoli, ipſi & vaga flumina per totũ orbem decurrentia & aquis doctrinæ terrenã, aridaq; hominũ corda irrigantia.* * *Melle, miraculorum dulcedine.* " *lacte, facili et perſuaſibili ſermone. vnde & Paulus horum fontium nõ minimus & fluminum, Lac (inquit) dedi vobis potũ nõ eſcam tanquam paruulis in Chriſto. Petrus quoq; fons vberrimus docet paruulos in Xpo dicens. ſicut modo geniti infantes, rationabiles, & ſine dolo lac concupiſcite: vt in eo creſcatis in ſalutem, ſi tamen guſtatis quoniam ſuauis eſt dominus* * *& dulci nectare, ſuauiſſima de cœleſtibus doctrina. ex Iohele ſumptum eſt hoc vaticiniũ qui ſic ait. In die illa ſtillabunt montes dulcedinem: & colles fluent lacte. & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ. & fons de domo domini egredietur. & irrigabit torrentẽ ſpinarum.* " *ciues. Papienſibus pluſquam nota comparatio. quibus, dum, a, rege galliarum Franciſco obſiderentur, auxilio fuit exercitus Cæſaris. nam inito conflictu captus eſt rex & vrbs obſidione liberata eſt.* " *arietat, ariete .i. machina illa bellica impingit, nunc tamen iam non arietibus ligneis res agitur: ſed tormentis & pilis ferreis cœleſtium fulminum inſtar, muri duplices, & turres quæq; fortiſſimæ proſternuntur.* * *Ecce autem foribus. ex moralibus Gregorij hæc pro parte aſſumi potuere. cuius verba quia nimis prolixa ſunt non adſcripſi. videat illa qui velit.* * *conſtitit hic deus. cum tamen præmiſſi angeli eius dixiſſent. Tollite portas principes veſtras & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. reſpondentibus autem poteſtatibus tenebrarum. quis eſt iſte rex gloriæ? ſubiun-*

Qualeſ creber agris aries, ouiumq; minores
Subſiliunt fœtus, molliq; in gramine ludunt,
Balatus matrum dum per iuga longa ſequuntur.
Ipſi iam fontes, ipſa & vaga flumina paſſim
Melle fluant, niueo paſſim vaga flumina lacte,
Lacte mero & dulci diſtillent nectare rupes.
Talia perſtabant memorantes: cuncta fremebant
Intus lætitia ingenti, Plauſuq; ſecundo.
Sicut vbi ciues longa obſidione tenentur
Vrbem intra, & vallum, portarumq; obijce tuti,
Dum circum ſonat, atq; in muros arietat hoſtis,
Tum ſi fortè acies procul auxiliaribus armis
Aduentare vident ſocias è turribus altis,
Conſurgant, animosq; alacres ſpe ad ſydera tollant.
Ecce autem foribus ſuccedens maximus vltor
Haud cunctatus adeſt diuina luce coruſcus.
Porta ingens aduerſa manet centum ærea vaſtis
Vectibus, æterni poſtes. hanc nulla neq; igni
Vincere vis valeat, neq; duri robore ferri.
Conſtitit hic deus, ac dextra ſtridentia clauſtra
Impulit: intremuit quo latè exterrita tellus
Impulſu, vaga contremuerunt ſydera mundi,
Regiaq; vmbroſis immugijt atra cauernis.
Ad ſonitum horrifico aduentu de vallibus imis
Lucifugi raptim trepido adſunt agmine fratres
Humana facie crurum tenus, inde dracones,
Tum rudere inſuetum, dirumq; è faucibus ignem
Efflare, atq; domum piceo omnem inuoluere fumo.
Continuo patuere fores: procul ecce repentè

Marginal notes: Prouerb. 17 — Arietes qui — Pſal. 64. — Agni qui — Balatus. — Fontes. — Mel. — Lac. — 1. cor. 3. — 1. Petri 2. — Nectar — Papia. — Iohelis 3. — Arietare. — greg. ſuper Iob. cap. 38 — Chriſtus intrat in infernum. — Pſal. 23.

xerunt

xerunt Angeli. Dominus fortis, & potens: dominus potens in prælio. * *quo, ſubaudi impulſu.* * *à cardine poſtes. in ſignum huius rei. Angelus qui in die reſurrectionis domini deſcendit de cælo, & facto terremotu reuoluit lapidem ab hoſtio monumenti, & ſedebat ſuper eum. vt clauſtra inferorum ſua dominum virtute deieciſſe ac ſuperaſſe doceret. quatenus omnes quos ibi ſuos inueniſſet, ad paradiſi lucem, requiemq; ſubleuaret: iuxta illud propheticum. Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu: in quo non eſt aqua. hæc Beda. & paulo poſt: dominus ac redemptor noſter cum ſuum pro nobis corpus & ſanguinem hoſtiam patri obtuliſſet. Subuertit potentiam diaboli, ſatellitum eius ſpirituum, videlicet, immundorum audaciam comminuit. diſiecit clauſtra inferni. electos qui ibidem (quamuis in tranquillitatis ſinu) tenebantur eruit: & hac ipſa nocte reſurgens à mortuis ad cæleſtis regni gaudia reduxit. impleta prophetia qua dixit: Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatẽ.* * *confuſa. vnde & tartarum dixit appellari Seruius. quòd omnia illic turbata ſint & confuſa.* * *nox cæca receſſit, tanta lucis ingreſſu.* * *perſtringens oculos, nimis fulgentibus radijs lucis ſuæ. nam ſi nimia claritate ſplendor ſolis huius mortalium oculos offendit directa acie intuentium: quanto magis perſtringi debuerant aſſueti tenebris infernalibus oculi diuina luce illuſtrati?* * *gemma ig. ſpl. im. cor. periphraſis eſt pyropi. de quo Ouidius. flammasq; imitante pyropo. hic fortaſſe eſt carbunculus. de quo Plinius. gemmarum ardentium principatum habent carbunculi: à ſimilitudine ignium appellati: cum ipſi non ſentiant ignes.* * *in noctem. nec enim fulgor eius nocte vincitur. ſed in tenebris vt ignitus carbo lucet. vnde & per diminutionem non lucis ſed quantitatis nomen accepit.* * *regalibus ſolos enim reges decet ob immenſitatem pretij.* * *veſtit, illuminat, & colores rerum, qui à tenebris videbantur ablati reſtituit. poteſt etiam hæc metaphora ex illo trahi dicto prophetico. confeſſionem & decorem induiſti: amictus lumine ſicut veſtimento.* * *purpurea luce. Archelaus ſcripſit carbunculos carche-*

Zach 9. — Pſal. 67. — Seruius in 6 æneid. — Plinius lib. 37. cap 7. — Pſal. 103. — Plin. lib. 37 cap 7.

educuntur ſancti patres. — Tartarus. — pyropus. — carbunculus. — carbunculi carchedonij.

Sponte ſua abſiliunt conuulſi à cardine poſtes.
Apparet confuſa intus domus, altaq; circùm
Atria, rareſcunt tenebræ, & nox cæca receſſit.
Nam deus haud ſecus obſcuris conſpectus in antris
Perſtringens oculos diuina luce refulget,
Quam cum gemma ignes ſplendore imitata coruſco
In noctem thalamis lucet regalibus, atrasq;
Exuperat tenebras, largo & loca lumine veſtit
Purpurea circum perfundens omnia luce.
Vt vero in medijs Diuum penetralibus hoſtes
Videre, & faciem inuiſam agnouere per vmbras
Ardentem radijs, ac mira luce coruſcam,
Protinus aſpectu ſubitò terrentur, & imas
Conijciunt ſeſe in latebras, linguaq; reuulſent
Commiſſas vero caudas, ſtatióq; tremendum
Nequicquam vmbroſis in ſpelæis vlularunt,
Quales quæ celſis habitantes alpibus Euros
Semiferæ gentes ſemper patiuntur, & imbres,
Romanas ſi fortè procul fulgentibus armis
Ora exertantes antris videre phalangas,
Fumoſa extemplo palantes tecta relinquunt,
Diſperſiq; iugis, ſi qua altius exit in auras,
Rupe ſedent, longeq; duces mirantur euntes.

Auguſtinus de ſermone domini in monte.

donios nigrioris aſpectus eſſe. ſed igne vel ſole & inclinatione aeris quàm ceteros excitari. Eoſdem vmbrante tecto purpureos videri. ſub cælo flammeos. Contra radios ſolis & ſcintillare. ceras ſignantibus his liqueſcere, quamuis in opaco. * *diuũ. Dominum Chriſtum Ieſum deũ dei filium & lumen verum de lumine vero.* * *inuiſam, inſolitam videri, non odio habitam. nullus enim vera conſcientia teſte Auguſtino, deum poteſt odiſſe. [illegible] in lupis quibus & miluis quadrupedibus id ſignari [illegible] eſt. idem vult eſſe in demonibus quos ſupra ſub imagine ferarum deſcripſit.* * *tremendum, nomen pro aduerbio, ſicut horrendum & toruum.* * *ſemiferæ gentes. ruſtici montani nihil vrbanitatis habentes & ferinis moribus præditæ, ſerò nihil hominis præter effigiem præferentes.* * *ora exertantes, caput ad videndum more teſtudinis emittentes. porrò. exerto, tas, frequentatiuum eſt ab exero, ris, rui, ertum, cuius verbi Ouidius meminit. credibile eſt illos partes vitijs; iecisq; Altius humanis exeruiſſe caput. frequentatiuo vſus eſt Virgilius. At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris ora exertantem & naues in ſaxa trahentem.* * *phalangas. legiones. nam Romanis improprium eſt illud vocabulum, ſed Macedonibus proprium. qui (vt ait Q. Curtius rerum ab Alexandro geſtarum ſcriptor) phalangem vocant peditum ſtabile agmen [illegible] vir viro, armis arma conſerta ſunt. à noſtris quadratam aciem appellant.* * *palantes. huc & illuc vagan-*

Ouidius li. 2. faſt. — Virg 4. æn.

Exerto. — phalanges.

tes

tes quo fert animus formidine plenus. methaphora à fugientibus ex prælio. iugis. rupium, collium, & montium ſummitatibus recuruis. * rupe ſedent, ſiqua rupes altius cæteris exit in auras. i. in altum erigitur & multum eminet.* longè, ex alto procul in tutum poſiti.* caſti manes, piorum animæ. eſt enim* caſtitas. *caſtitas animæ (vt docet Auguſtinus) integra fides, ſolida ſpes, & ſincera charitas. & omnis anima* Aug in ſermone, de virginibus. *quę ab illicito viſu, auditu, odoratu, guſtu & tactu abſtinet: propter ipſam integritatem, virginis nomen accipit.** paſſas. *paſſas palmas. manus extẽſas ac expanſas in gratiarum debitas actiones.* tuendo. nec mirum, nam in iucundiſſima dei viſione conſiſtit ſanctorum ęterna beatitudo.* vltorem, qui de manu impij tyranni violenter eruerat.* vt te, modo admirantis eſt aduerbium. ſicut etiam alibi ſupra diximus. * cœli lux clara ſereni. non huius hemiſperij vnde oculi noſtri corporales, & omnium animantium illuminantur. ſed cœli olympiaci, ciuitatis ſupernæ. quam dicit Ioannes non indigere ſole neq; luna, quia* Apoc. pen. *claritas dei illuminat eam: & lucerna eius eſt agnus. lux enim iſta (vt ait Theoph.) non eſt ſenſibilis: ſed intellectualis vnde illuſtrantur ipſæ animę ſanctorum quæ etiam cœli vocantur. vt docet Gregorius* gregorius in ſermone apoſtolorũ. *in expoſitione illius verſiculi, Spiritus domini ornauit cœlos, hæc autem ideo adſcripſi. ne quis fatuus incideret in manicheorum errorem. qui ſolem iſtum carneis oculis viſibilem, Chriſtum dominum eſſe* Sol Chriſtus. *putauerunt. ſed eccleſia catholica improbat teſte Auguſtino tale commentum. non eſt enim Chriſtus* Aug. ſuper Ioan. c. 8. *dominus ſol factus. ſed per quem ſol ipſe cum ceteris luminaribus & rebus cunctis factus eſt. Omnia* Ioan. c. 1. *enim (inquit Ioannes) per ipſum facta ſunt.* ſefellit. quis enim vnquam ſperauit in domino & confuſus eſt? bonum eſt ſperare in domino (inquit propheta) quam ſperare in homine.* primo con, pa, mu, innocentiam & immortalitatem. * in priſtina, vt regnum cœlorum illi pateat. quod prius apertum, per* epexegeſis. *multa ſæcula clauſum fuit.* ignotasq; vias epexegeſis eſt, antè dictorum expoſitio. ſolent enim poetæ* Soli quare Chriſtus cõparetur. *cum quid paulo obſcurius dixerint. alijs verbis id explanare. lampadis æthereæ. i. ſolis. non quòd dominus Ieſus lux de luce, & lumen de lumine, non ſit abſq; comparatione multo fulgidior ſole. ſed dixit inſtar ſolis. quia non erat lumen aliud cuius claritatis comparatione tantum lumen aptius oſtendi poſſet. Sicut etiam dixit Euangeliſta in transfiguratione eius. & reſplenduit facies eius ſicut ſol.* tandem poſt longiſſimam expectationem. & ex hoc magnitudinem deſiderij eorum intellige. quamobrẽ merito dicebat dominus diſcipulis. amen dico vobis. quia multi reges & prophetæ cupierunt videre quæ videtis & non viderunt. & audire quæ vos auditis & non audierunt.* exhauſtum, oppreſſum primo ac exinanitum. ſed deinde erepeum.* tempeſtatis myſtica expoſitio. ** erumnis. opprobrijs doloribus ac miſerijs.* quantis procellis. i. tempeſtatibus ſeculi huius. congrua tranſlatio: nam mare eſt ſeculum. venti ſunt aereę demonum poteſtates. procellæ hominum prauorũ perſecutiones naufragium, mors, aut deſperatio. Sed precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. ergo iniquorum tantũ eſt deſperatio. hinc eſt quòd ipſe dominus Ieſus per os prophetæ clamauit ad patrem dicens: Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aquæ vſq; ad animam meã. Infixus ſum in limo profundi & non eſt ſubſtantia. veni in altitudinem maris & tempeſtas demerſit me. * fœdauit. vt nos fœdi mundaremur, fœdatus eſt ipſe omnium mundiſſimus.* cruore, vt nos morſu ſerpentis gelidi ceu filij pelicani tepeſieremus & viuificaremur. vnde per prophetam dicit ipſe dominus: Similis factus ſum pelicano ſolitudinis.* licuit. non equidem licuit. ſed permiſſum eis fuit. vt neſcientes*

At caſti circùm manes fulgore repentè
Luſtrati paſſas tendunt ad ſydera palmas,
Lætitiaq; fremunt ſubita; lachrimasq; dedere,
Nec ſaturare queunt animos, oculosq; tuendo.
Tum læto vltorem propius clamore ſalutant
Vnà omnes: Vt te cœli lux clara ſereni
Optatum aſpicimus, nec nos ſpes noſtra fefellit,
Qui reuehis mundo primo conceſſa parenti
Munera, & humanum genus omne in priſtina reddis,
Ignotasq; vias aperis ad ſydera cœli.
Veniſti: æthereæ facies tua lampadis inſtar
Diffulſit, tandemq; oculis lux reddita noſtris.
Sed quibus exhauſtum ærumnis, quantisq; procellis
Iactatum accipimus? (nigras ea fama ſub oras
Detulit.) indignò quis ſanctum vulnere corpus
Fœdauit? quænam haſta tuo intepuiſſe cruore?
Quod ferrum tulit? an tantum mortalibus vllis
In terris licuit ſcelus? ò quæ clauſa remotis
Aequora littoribus terrarum cingitis orbem,
Quæ vos, quæ tenuere moræ? quibus abdita clauſtris,
Leto opifex tam crudeli cum veſter obiret?
Vos tum diluuio mortalia cuncta decebat

quid agerent, humanam redemptionem operarentur. ò, quæ clauſa æquora, pulcherrima apoſtropha ad mare quòd non operuerit fluctibus ſuis genus hominum ſicut in tempore diluuij: cum neſandiſſimũ ſcelus ingrati patrarint in crucifixione domini Saluatoris ſui.* cingitis, circumdatis.* opifex veſter. quoniam (vt ait propheta) ipſius eſt mare. & ipſe fecit illud. & aridam manus eius fundauerunt.* terras nocentes. i. nocentum metbonimia eſt.* ſoboles certiſſima, vocatiui caſus eſt.* per hæc vulnera. tã aſpera & crudeliter illata. quarè, dicebat Petrus. Scientes quod non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati.* tanti, ſubaudi momenti ponderis & precij.* olim, antiquorum patrum temporibus. quibus mox, vt peccauerant, digna adhibebatur vltio.* adeon. pro, adeòne.* incommoda noſtra, miſeriæ noſtræ ac ærumnæ pro quibus ſubleuandis tam acerba indignaq; paſſus eſt.* nos patris, hoc eſt quod & ſupra memorauimus dixiſſe profetam. ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. atritus eſt propter ſcelera noſtra.* campos inanes. noſtræ habitationis comparatione, quia ibi rara vel nulla eſſent corpora. ſed tantam leues animæ, quæ vtpote ſpiritus terrena non aggrauant ſola.* ſe promunt. emittunt, egrediuntur fracta quippe fuerant clauſtra in ipſius introitu domini. vt ſupra viſum eſt.* ſupera ad conuexa. ad ſuperas auras hemiſperij noſtri. vel ad paradiſum delitiarum. in quo ſecundum opinionẽ aliquorum moram traxere illis. xl. diebus quibus dominus in terris adhuc, cum diſcipulis ante aſcenſionem eſt conuerſatus.* ſedibus ſtellantibus. ſtellarum ſplendoribus inſignitis. vel potius ſanctorum ipſorum (qui ſtellæ dicuntur) gloria refulgentibus.* placidum æuum. vitam* (in paradiſo deliciarum.)
(1. Cor. 15. Apoc. 20.) *æternam. hoc eſt enim ea prima reſurrectio de qua ſcribit Ioannes. beatus & ſanctus qui habet partẽ in reſurrectione prima.* defuncta, libera ereptaq; immunis atque exempta. periclis humanis. quibus hanc miſeram adhuc degẽtes vitam obnoxij ſunt. quorum iter vitæ (vt docet Ambroſius) occulta dæmonum infeſtatio, velut latronum obſidet multitudo. quibus per omnes vias ſupplantatores inuiſi animarum laqueos tendunt innumerabilibus mortibus expaueſcendos.* (vita miſera.) (Amb. in ſermone de cõfeſſ.) *nauigantibus enim nobis per hoc mare magnum & ſpacioſum: in quo reptilia quorum non eſt numerus animalia puſilla & magna. i. diuerſa inimicorum genera. quæ ſecundum noſtrarum virium quantitatem compenſato nobiſcum agone luctantur. In huius itaq; mundi pelago velæntibus nobis, valde pertimeſcendum eſt. ne nauem noſtram aut procella tempeſtatis arripiat: aut in æternam prædam pyrata crudelis abducat.* (pyrata.) ** ſecura operum. opera enim illorum ſequuntur illos. nec metuit illud profeticum. Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abbominationes quas operari ſolet impius nunquid viuet? omnes iuſtitiæ eius quas fecerat non recordabuntur. in præuaricatione qua præuaricatus eſt. & in peccato ſuo quod peccauit in ipſis morietur.* ſecreta lab, remota procul à laboribus. Ammodo (vt ſcribit Ioan.) iam dicit ſpiritus. vt requieſcant à laboribus ſuis. hinc et Auguſtinus neceſſarium aſſerit eſſe vt catholica dum hic degit eccleſia in varijs tentationibus viuat, & quottidie in alias atq; alias incidat tentationes. donec illuc perueniat, quo cum peruenerit Succedet quies labori, recedet tentatio, manebit ſempiterna benedictio.* it ip, ho, ge, pa, ante. pro anteit. eſt enim Thmeſis.* pater. Adã. in quo (vt ait Apoſtolus) peccauerunt omnes. & per vnum hominẽ mors introiuit in mundum.* antiquæ noxæ. veteris culpæ, pluſquàm notæ, inobẽditiæ diuinæ propter eſum ligni vetiti. Erubeſcant hic guloſi lurcones exiſtimantes gulam exiguum vel nullum eſſe peccatum.* (gula.) ** primores procerum, antiquos patriarchas ſicuti. Abel. Seth, Matuſalem. Noe. Salem. Iapheth. Arphaſath. Abraam. Iſaac. Iacob. & xij. filij eius capita tribuum. & alij quàmplurimi quorum nomina ſcripta ſunt*

Obruere, & terras penitus delere nocentes.
(Aug. in ſermone de marty.) Nóſne per hæc ſuperi ſoboles certiſſima regis
Vulnera ſeruamur? non ò non præmia tanti,
Non tanti ipſa ſalus erat olim noſtra tua ingens
Hæc pietas: adeon' tibi curæ incommoda noſtra?
O hominum dulcis requies, ſuperumq; voluptas?
Nos patris auerſi noſtro irritauimus iras
Crimine; tu diras ſoluiſti ſanguine pœnas.
Talia per campos iactabant vndiq; inanes.
Tum læti obſcuro pariter ſe carcere promunt,
Vltoremq; deum ſupera ad conuexa ſequuntur,
Sedibus vt placidum degant ſtellantibus æuum.
Felices animæ, gens iam defuncta periclis
Humanis, ſecura operum, ſecreta laborum.
Primus it ipſe hominum generis pater antè, nec ora
Conſcius antiquæ noxæ audet tollere cœlo:
Primores procerum inde alij non vana futuri

Figuræ. 3. *in libro vitæ & in Euangelio Matthei & Lucæ.* non vana futuri pectora. nota hic tres figuras in eo-* Matth. 1.
dem ſermone concurrere. quod raro alibi inuenies. Appoſitionem ſcilicet liptotem & peryphraſim. ap- Luc 3.
poſitio quidem dum duo ſubſtantiua eiuſdem caſus abſq; copula iunguntur. licet non eiuſdem generis.
cuiuſmodi eſt illud Ouidij. Quid meruere boues animal ſine fraude doliſve. Liptote vero. dum minus
dicitur & plus ſignificatur. non vana.i. certiſſima atq; veriſſima. periphraſis quoq; eſt, profetarum
*ſcilicet tacita deſcriptio. qui futura nouere. * niuea vitta, alba faſcia. quod erat candoris vitę ſignum.*
** illi. demones. & damnatorum animæ impiorum. quos minime à perpetuis pœnis eripuit dominus.*
** cremandos & nunquàm conſumendos, ſed in eternum excruciandos.* exercet. punit ac torquet.* tar-*
caminus. *tarus. carcer infernalis. vnde nulla eſt redemptio.* caminus. græca dictio eſt. Latinæ fornax ſuccenſa.*
inuidet. ** aulæ illetabilis. talis & Aeoli fuerat aula, de qua in ſuperioribus dictum eſt.* fortunatis ſedem inui-*
det. non tamen aufert. nec enim

Pectora, queis niuea velantur tempora vitta.
Ingemuere illi, quos ob commiſſa cremandos
Sorbet in abruptum, fundoq; exercet in imo
Tartarus, eructansq; incendia dira caminus,
Vnde animis miſeris nullo patet exitus æuo.
Præcipuè rex ipſe aulæ illætabilis alto
Cum ſocijs mœrens ducit ſuſpiria corde,
Et fortunatis ſedem, quam liquerat ipſe,
Inuidet æthercam furijs immanibus actus.
Illi iter ad cœli debentia regna tenebant
Felices animæ, quibus eſt in ſæcula vitæ
Iam nunc parta quies, præcluſaq; ianua leti.
Applaudunt volucres purum tranantibus auræ.
Subſidunt Euri, fugere ex æthere nimbi.
Arridetq; procul clari liquidiſſima mundi
Tempeſtas: cœlo arrident rutila aſtra ſereno.
Aſſurgit matutinis aurora volucrum
Cantibus aſſurgit rubefacta veſper ab æthra:
Atq; ea dum longè vaſtum per inane geruntur,
Iam lux Eois properabat tertia ab oris,
Et pater omnipotens nato immortalia membra
Illuſtrans penitus diuinum afflauit honorem,
Quodq; fuit mortale modò, & violabile corpus,
Immortale dedit. non tanta luce ſereno
Sydera clara polo, non aureus ipſe nitet ſol.
Ceu qui per noctem impoſito cinere obrutus ignis
Delitet, & nuſquam tecto ſe lumine prodit,
Si quis eum flabris exſuſcitet arida circum
Nutrimenta ferens, ſubitis ad tecta fauillis
Emicet, & totas luſtret ſplendoribus ædes.

poteſt. vnde Vergilius dixit. Liber pampineas inuidit collibus vmbras. i. per inuidiam abſtulit. canebant. hymnis & canticis ſpiritalibus laudabant. & fortaſſe cantabant Pſalmos Dauid. in quibus agitur de reſurrectione domini. quos Paulo ſupra citauimus:* purum. ſubaudi aerem. vel æthera ſi ſuperiorem curſum tenuere.* tranantibus. tranſilientibus; vel tranſuolantibus.* tranſlatio mutua. *mutua tranſlatio eſt à nauigantibus ad volantes & contra. vt mare veliuolum, & remigio alarum, dixerit Maro.* liquidiſſima tempeſtas. clariſſima ſerenitas. quale eſt illud. vnde hæc tam clara repente tempeſtas?* volucrum, præcipue hirundinis & philomellæ.* Veſper venus, & Lucifer. ** veſper. i. lucifer veneris ſtella quam & dianam vulgo vocãt. quod interdum etiam die videatur. eſtq; eadem ſtella. ſed ante noctis aduentum cum cœperit fulgere. appellatur veſper. mane vero (quòd ortum ſolis præcedat) dicitur Lucifer. quo aũt pacto valeat hęc eadem ſtella & ante occaſum atq; ortum ſo-*
lis oriri. vide carmen Seuerini & diuum Thomam expoſitorem eius. ab æthra rubeſ, i. ab aere iam ru-*
benti ex propinquitate ortus ſolis. porrò vates poetarum more vnum dicit, & aliud innuit. nam per
hanc ſerenitatem & hylaritatem auium, ſignificat exultationem illam ingentem quę facta eſt ex domi-
reſurrectio domini. *nica reſurrectione. quam & prænunciauerat propheta & omnibus annis in paſcali ſolemnitate canit ec-*
cleſia. Hæc eſt dies quam fecit dominus exultemus & lætemur in ea. ſimul & deſcribit vates horã qua Pſal. 11.
reſurrexit. de qua idem propheta. paratum eſt (inquit) cor meum deus: paratum cor meum. cantabo et Pſal. 107.
pſallam in gloria mea Exurge pſalterium & cithara. Exurgam diluculo. lux tertia. dies reſurrectioni*
*defixus. prædixerat enim ſe tertia die reſurrecturum. * immortalia membra Illuſtrans. quæ illuſtrando* Matth. 10. Mar. 9. & 10.
diuinitas Chriſti. *reddidit immortalia. ſemel enim (vt ait Apoſtolus) mortuus eſt Chriſtus: iam non moritur: mors illi vl-*
tra non dominabitur. penitus. ante enim gloria illa diuinitatis ſeſe continens interius non defendebat*
corpus a paſſibilitate vel mortalitate. non tamen credas ab eo vel in morte ſeparatam receſſiſſe. quia

indiſſolubile

indiſſolubile eſt illud vinculum vnionis, quo humanam ſibi filius dei naturam copulauit. * *modò. pauloante.* * *ipſe ſol. exigua quippe & penè nulla eſt comparatio omnis creaturæ ad creatorem.* * *ceu qui per noctem. ſatis clara comparatio. nox eſt illa tridui mora qua iacuit in ſepulchro. cineris obrutio. eſt lapis hoſtio monumenti ſuperpoſitus. ignis eſt ipſa latens diuinitas.* * *Talis vnicus ales. alia* phœnix· *Chriſti reſurgentis comparatio. Sumpta ex mira phœnicis auis reparatione. de qua vide Plinium. ſed*

Plin. lib. 10 c. 2. Solinus in capite de arabia.

Talis, vbi turpe irrepſit ſenium, vnicus ales,
Congeſſitq; ſibi ramis felicibus altum
Summo in colle rogum, poſuitq; in morte ſenectam,
Continuò nouus exoritur, nitidusq; iuuenta
Effulget criſtis, & verſicoloribus alis.
Innumeræ circum volucres mirantur euntem.
Ille ſuos adit Aethiopas, indosq; reuiſit
Iamq; adeò in terris hominum miranda pauentes
Terruerant animos viſa. vmbris orbe fugatis
Sole recens orto mœſtiſſima Magdalene
Amiſſi deſiderio perfixa magiſtri
Cum ſocijs ibant prima ſub luce ferentes
In gremijs molles patriæ felicis odores

& Solinus ait: apud Arabes naſcitur auis phœnix, aquilæ magnitudine, capite honorato: in conum plumis extantibus: criſtatis faucibus: circa collum fulgore aureo. poſtera parte purpureus abſque cauda in qua roſeis pennis cæruleus interſcribitur nitor. probatum eſt quadraginta & quingentis eum durare annis. * *turpe irrepſit ſenium, quòd ætas ſenilis minus formoſos reddat homines aſpectuque minus deſiderabiles.* * *vnicus ales. vnde*

Hieron. in expoſitiõe ſymboli. *& Hieronymus quid mirum (inquit) videtur ſi virgo conceperit. cum orientis auem (quam phœnicem vocant) in tantum ſine coniuge naſci, vel renaſci conſtet. vt ſemper vna ſit. & ſemper ſibi ipſa naſcendo, vel renaſcendo ſuccedat?* * *congeſſit. hinc Ambroſius. phœnix auis (ait) in locis Ara-*
Ambroſius examerõ lib. 5. c. 23. *biæ perhibetur degere. atque ea vſque ad annos quingentos longæua ætate procedere. quæ cum ſibi finem vitæ adeſſe aduerterit, facit ſibi thecam de thure, & myrrha, & cæteris odoribus. in quam impleto vitæ ſuæ tempore intrat. & moritur: de cuius carnis humore vermis exurgit: paulatimque adoleſcit: & proceſſu temporis ſtatuti induit alarum remigia: atque in ſuperioris auis ſpeciem for-*
Hieron. ad præſid. *mamque reparatur.* * *ſummo in colle. de libano (inquit Hieronymus) phœnix implet ſe aromatibus, & ſic nidificat, & indicat ſacerdoti Helipoleos menſe ſamenoth, aut ſamurth. implet aram ſacerdos ſarmentis. & ibi confert phœnix aromata. & electrum aræ imponit. Et primo ſolis ortu phœnix quidem mouet pennas. ſolis vero calore accenditur electrum, & ſic exuruntur aromata & ipſa phœnix incenditur. Craſtina die de cinere gignitur vermis. ſecundo pennas affert. tertio ad antiquam reddi-*
Marc. c. 16 *tur naturam. & ſic ad ſua loca reuertitur.* * *Iamque. manifeſtationem reſurrectionis agreditur: quam his verbis deſcribit Marcus. Cum tranſiſſet Sabbatum: Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata: vt venientes vngerent Ieſum. Et valde mane vna ſabbatorum veniũt ad monumentum, orto iam ſole. Et dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab hoſtio monumenti? erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem ſedentem in dextris coopertum ſtola candida: & obſtupuerunt. qui dicit illis: nolite expaueſcere. Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum: ſurrexit non eſt hic. Ecce locus vbi poſuerunt eum. Sed ite, dicite diſcipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in galilæam. ibi eum videbitis: ſicut dixit vobis.* * *viſa miranda. ſolis obſcuratio, tenebrarum horror: terremotus: & ingens Chriſti morientis clamor. vnde & legimus cen-*
Matth. 27. *turionem ex aduerſo ſtantem, cum vidiſſet quòd ſic clamans expiraſſet, dixiſſe. verè hic homo filius dei erat. ſic & qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum, viſo terremotu. & his quæ fiebant timuerunt valde. dicentes verè filius dei erat iſte. Omnis etiam turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, (vt*
Lucæ. 23. *refert Lucas) & videbant quæ fiebant: percutientes pectora ſua reuertebantur.* * *ſole recens orto, pro recenter. diluculum enim erat, quando è domo receſſerunt: orto autem ſole peruenerunt ad monumentum.* * *Magdalene. fœminea deuotione, non vt viuenti fidem: ſed & vt mortuo vnguenta defert ad ſepulchrum. & vt ſepulto parat mœroris obſequia: non vt reſurgenti diuinorum gaudia triumphorum.* * *amiſſi magiſtri. quem morientem viderat, amiſiſſe credebat. nec enim decentem opinionem magnitudinis, & diuinitatis magiſtri retinebat.* * *patriæ fœlicis, vel Arabię fœlicis cõterminę Iudeæ. vbi res odo-* odoramẽta vbi naſcantur. *ræ naſcuntur. vel etiã ipſam Iudeam intelligit, in qua & balſamũ naſcitur in vineis engaddi: & myrrha & ſtactæ atq; aloes. vnde legimus Iacob patrẽ Iudeorum dũ perigrinaretur in terra Canaan, (quæ poſtmodum dicta eſt Iudea expulſis inde cananeis) dixiſſe filijs ſuis parẽtibus deſcẽdere in Aegiptũ. Sumite*

de optimis terræ fructibus in vaſis veſtris: & deferte viro munera, modicum reſinæ & mellis & ſtoracis, ſtactes, & terebinthi, & amigdalarum. & paulo ſupra legimus. etiam Iſmaelitas viatores venire de Galaad: & camelos eorum portantes aromata, & reſinam, & ſtacten in Aegiptum. porro galaaditidem terram eſſe in illis regionibus & liber Ioſue, Iudicumque ac regum oſtendit hyſtoria. quin & Dauid ait in Pſalmis. Meus eſt galaad. meus eſt manaſſes. in monte quoque libano intra terminos eius terræ conſtituto (vt modo annotauimus) aromata multa naſcuntur. quibus phœnix rogum ſuum congerit. * odores. venerunt autem mulieres (vt ait Theophilus) iuxta conſuetudinem Iudeorum vngere corpus Ieſu. vt ſcilicet maneret odoriferum. & ne humiditate ſcaturiret. nam aromata virtutem habent deſicatiuam, humiditatem corporis abſorbentia vnde incorruptum corpus conſeruant.

Ioſue. 22. Iud. 5 & xi. Reg. 2. c. 2. & 17. PC. 59.

corpora quare ungebantur.

præcedenti folio.

greg in ho. 21. in die paſch.

Myrrhamq;, & coſtum, ſpicæq; vnguenta cilisſæ
Supremum tumulo munus, varioq; ferebant
Multa inter ſeſe triſtes ſermone per agros.
Nos miſeras, quas non ſecum lachrimabilis heros
Duxerit ad lætum. vigiles qui fallere nobis
Cuſtodes dabit? aut quis grandia ſaxa ſepulchro
Euoluet clauſo, vt ſaltem fungamur inani
Munere, deſerto ſoluentes debita buſto?
Talia fundentes tumulum venere ſub ipſum,
Iactanteſq; oculos faciles huc plurima, & illuc
Milite conſpiciunt collem, & cuſtode vacare,
Clauſtraq; mirantur ſecum patefacta ſepulchri.
Accedunt: at vbi tumulum conſpexit inanem,
Naribus vnde ingens fluctus ſe euoluit odorum,
Hoſte putans clam ſublatum pulcherrima virgo
Flebat, inornatum vellenſq; à vertice crinem.
Et nemora. & montes gemitu, ſyluaſq; replebat,
Cui iuuenis ſubitò effulgens in veſtibus albis
Aligerum genus, & cœli de gente, quid inquit
Quæritis ô matres? longo iam parcite luctu,
Atq; animis mœſtum tandem reuocate timorem.
Lætitiam certa iam ſpe præſumite veſtram,

vide & Pli. lib. 12. c. 12

fol. 19.

myſtica interpretatio.

quare (inquit Gregorius.) Nos quoq; in eum qui eſt mortuus credentes, ſi odore virtutum refecti, cum opinione bonorum operum dominum quærimus: ad monumentum illius cum aromatibus venimus. Myrrhamq; de myrrha alibi dictum eſt. * coſtum. hæc coſtus, ſti, arbuſcula aromatica & radix magni odoris. cuius meminit Hieronymus contra Iouianũ. * ſpicæ Ciliſſæ. nardi ſpicati. vel ſpicæ nardi, de qua vide Plin. & ſupra in lib. primo, dicitur autem hæc ſpica ciliſſa. quia in noſtro orbe laudatur ſyriaca, & ſyriæ contermina eſt Cilicia. porrò ſicuti. ab hoc nomine thrax. fit threiſſus. ſolutione diphthongi. quia græcè ſcribitur. θρᾷξ. & ſicuti à creta creſſus. quia græcè κρης. ſcribitur. Sic &. à, cilix, fit ciliſſus, ſa, ſum. * ferebant. hinc ſermo, deducitur. quòd verba inuicem ferantur. vnde vnius tantum loquela: proprie ſermo dici non poteſt. * vigiles, milites, qui adhibiti fuerant ſepulchro cuſtodes. vt ſupra viſum eſt. * quis grandia ſaxa. pluralis pro ſingulari. quo autem pacto lapis ille monumenti hoſtio ſuperpoſitus fuerit amotus, indicat Matheus Euangeliſta qui dicit. Ecce terremotus factus eſt magnus. Angelus enim domini deſcendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem: & ſedebat ſuper eum. * vacare. videtur contrarium eſſe quod ſubiungit Mattheus, præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes: & facti ſunt velut mortui. ſuper quibus verbis dicit Hieronymus cuſtodes quidem timore perterriti ad inſtar mortuorum ſtupefacti iacent: & angelus tamen non illos ſed mulieres conſolatur. * flebat, tangit ſimul & ſemel quæ habentur in Euangelio Lucæ & Ioannis. ille ſiquidem ſcribit. vna autem ſabbati valde diluculo venerunt mulieres ad monumentum portantes quæ parauerant aromata. & inuenerunt lapidem reuolutum, à, monumento: & ingreſſæ non inuenerunt corpus domini Ieſu. & factum eſt dum mente conſternatæ eſſent de iſto &c. hic autem Ioan. ſcribit. Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans. dum ergo fleret. inclinauit ſe & proſpexit monumentum &c. * in veſtibus albis. quia feſtiuitatis noſtræ gaudia nunciauit. candor etenim veſtis ſplendorem noſtræ denunciat ſolemnitatis iuxta Gregorium. veſtis etiam candida (vt ait Hier.) vera lætitia eſt hoſte depulſo regnoq; adepto. rege pacis quæſito & inuento, & nũquam dimiſſo. * quid quæritis ô matres? viuentem cũ mortuis? vt ait Lucas, non eſt hic ſed ſurrexit. * lætitiam veſtram. non ſolum de reſurrectione domini. ſed etiam de ſpe veſtræ reſurrectionis. ſurrexit enim Chriſtus primitiæ dormientium, deinde ſurgent hi qui ſunt Chriſti: qui in aduentum eius crediderunt. nam & ſi credimus q; Ieſus mortuus eſt: & reſurrexit. ita & deus eos qui dormierunt per Ieſum adducet cum eo. * quandoquidem. longa periphraſi deſcribit

Spica ciliſſa.

trax & treiſſus. cres & creſſus. cilix & ciliſſus.

Matth. 28.

veſtes albæ.

Lucæ. 24. 1. Cor. 15. 1. Theſal. 4

quod

*quod habemus in ſymbolo. deſcendit ad inferos: & reſurrexit à mortuis. * ablutus quæcunque ob-* heroes in deos
mor, tangit hic vates quendam morem gentilium deorum. quo mortui heroes dicebantur in deos tranſ-
4. Metam. *ferri. quem Ouidius ſuper ænea ſeruatum bis aſſerit verſibus. littus adit laurens vbi tectus arundine*
ſerpit in freta flumineis vicina Numicius vndis. hunc iubet æneæ quęcunque obnoxia morti Ablue-
re: & tacito deferre ſub æquora curſu. &c. quæ res & ſi de ænea fabuloſa ſit. quem conſtat in nu-
micum fluuium cecidiſſe & ſummerſum eſſe. dici tamen aut credi de domino noſtro Ieſu Chriſto nefas
eſſe quis dubitet? vt ad reſurrectionem corporis ſui indiguerit aliqua ablutione, maxime quę partem
corporis vllam auferret. cum de fidelibus dictum ſit. capillus de capite veſtro non peribit. ſanè ergo
*intelligas quòd dicitur hic. ablutus, ideſt diuinitatis lumine illuſtratus. * tenebras, ignorantiæ at-*
*que infidelitatis. * acri ſaucia amore. vnde Gregorius Maria Magdalenæ quæ fuerat in ciuitate pecca-*
greg. in no. feric. 5. pa-lch. *trix amando veritatem, lauit lachrymis maculas criminis: & vox veritatis impletur, qua dicitur, di-* Magdalena fo ris plorat.
miſſa ſunt ei peccata multa quia dilexit multum. quæ enim frigida prius peccando remanſerat: poſt

Quandoquidem, quem vos adeo lugetis ademptum,
Funeſtæq; trabi fixum, vt ſcelus omne piaret,
Veſtraq; ſponte ſua deleret crimina morte,
Vnus pro cunctis Erebi iam rege ſubacto
Manibus ex imis has rurſum lucis in oras
Victor ijt, ſuperaq; etiam nunc veſcitur aura,
Corporis ablutus, quæcunq; obnoxia morti.
Hæc ait, & nubi volucer ſe immiſcuit atræ.
Ipſa etiam res ecce oculis oblata repentè
Firmauit dubiumq; animum, tenebraſq; reſoluit.
Nanq; moræ impatiens, atq; acri ſaucia amore
Dum virgo ſedet, ac miratur inane ſepulchrum,
Artificumq; manus, videt ipſo in marmore fictum
Littus arenoſum, porrectum in littore piſcem,
In Egloga 2. ſyracuſio. Fluctiuomum, ingentem, nant æquore qualia in alto
Mole noua ignaros nautas terrentia cete,

modum amando fortiter arde-
bat. & vbi corpus dominicum
non inuenit, ſublatum credi-
dit. & poſt pauca. penſandum
eſt, huius mulieris mentē quan-
ta vis amoris accenderat: quæ
à monumento domini diſcipu-
lis etiam recedentibus non re-
cedebat. Exquirebat quem non
inuenerat: flebat inquirendo:
& amoris igne ſuccenſa, eius
quem ſublatum credidit arde-
*bat deſiderio. * dum virgo. à* virgo.
viridiori ætate. nam ſi turpiſ-
ſima paſiphae à Vergilio po-
tuit virgo appellari. cur non
magis poſt conuerſionem hone-
ſtiſſima Magdalena? præſer-
tim cum dicat propheta. verte impios. & non erunt. ſubaudiunt doctores, amplius impij. & de ſy-
nagoga iudeorũ toties fornicatione ſpirituali corrupta dicitur per prophetã. fornicata eſt cum amatori-
bus plurimis: tamen reuertere ad me. & ego ſuſcipiam te. & in canticis. Quàm pulchra es & quàm Ionæ figura.
*decora cariſſima in delitijs. * videt. mira certè phantaſia, & aptiſſima aperit hyſtoriam Ionæ pro-*
phetæ quam mortis, ſepulturæ & reſurrectionis dominicæ fuiſſe figuram nemo eſt qui dubitet. cum di-
xerit ipſe dominus Ieſus in Euangelio generatio mala & adultera ſignum quærit: & ſignum non da-
bitur ei: niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus no-
ctibus, ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. hanc hyſtoriam dicit au-
*thor fuiſſe in marmore ſepulchri effictam. * artificumque manus, ideſt opus effictum à manibus artifi-*
*cum. * piſcem. balenam. quam alij piſtricem, alij cetum appellant. de qua Iuuenalis. Quantum del-* Balena Cete.
Plin lib. 9. cap 3. *phinis balena Britannica maior. Balenas quaternum Iugerum magnitudine ſcribit Plinius reperiri in*
Indico Mari. hoc iccireo dixi: ne cui videatur mirum, aut impoſſibile factum fuiſſe hoc ſignum Ionæ.
vide in lib. 12. phophetarum. *de quo ſic habetur in principio libri ipſius Ionæ Prophetæ. Factum eſt verbum domini ad Ionam fi-* Ionæ hyſtoria.
lium amathi dicens. Surge. & vade in Niniuem ciuitatem grandem: & prædica in ea. quia aſcen-
dit malitia eius coràm me. & ſurrexit Ionas vt fugeret in tharſis à facie domini. dum autem eſſet in
naui, & dormiret. immiſit dominus ſubitam tempeſtatem. qua cum periclitarentur nautæ, immiſ-
ſerunt ſortem: vt ſcirent cuius culpa malum illud tam repentinum euenisſet eis. & cecidit ſors ſu-
per Ionam. qui deprehenſus indicauit, quòd fugeret à domino. cumque inſtarent dicentes. quid fa-
ciemus tibi? & ceſſabit mare, à nobis. at ille Tollite (inquit) me: & mittite in mare. & ceſ-
ſabit mare à vobis. timentes ergo ac trementes quia Propheta erat, tulerunt Ionam & miſe-
runt in mare. & ſtetit confeſtim mare à feruore ſuo. Et præparauit dominus piſcem grandem. vt
deglutiret Ionam. qui deglutitus fuit in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus. donec orauit
ad dominum Deum ſuum de ventre piſcis. & iuſſit dominus piſci. & euomuit eum in aridam. exple-

adhucq; tũdebant. textilibus donis.* varijs lintheaminibus,& maxime ſyndone atq; ſudario.* hæc,Magdalenã puto ĩtelligi debere,quæ & alias capillis pedes eius terſerat,dũ adhuc viueret. vt ĩ ſupioribus*
Proceleumaticus pes. *libris viſum eſt.* rorantia genua,ſluxu lachrimarũ parẽtis,nec nõ & ſanguine aquaq; ex vulnere lateris effoſſi defluẽte.ẽ ẽt notãdus hic pceleumaticus pes q quattuor ſyllabis breuibus cõſtat põt tñ & in dactilũ cõuerti,v, litera p cõſonante accepta.* illa,quæuis mulier ex his quę aderãt ſepulturæ dñi.nam* Marci 15.
vt Marcus refert.erant ibi mulieres.ĩter quas erat Maria Magdalene,& Maria Iacobi minoris,& Ioſeph mater,& Salome multæq; aliæ quæ ſimul cũ eo aſcẽderãt Hiroſolymam. inde,a corpore defleto.* Viri Ioſephus,& Nicodemus.* humentes.i.humectantes.principale p deriuatiuo.* guttis grandibus maiuſculis q̃ a mulieribus.* ſolati,vt placeat homini qcqd deo placet.nec.n de futura ĩdiẽ tertiũ reſurre*
Sepelitur Chriſtus. *ctione illius,eos puto cõſolationis vlla verba feciſſe,neq;.n.fidẽ debitã adhuc habebãt: ſed quaſi puro* Chryſ ſup Io.c.19.
homini aromata & vnguẽtã attulerãt,more iudeorũ q talia defũctis exhibebãt.& Chryſoſtomus,tulerũt(iqt) pigmenta quæ maxime corpus apta ſunt q̃; plurimũ cõſeruare,& nõ pmittere cito ſubijci corruptioni, adhuc.n. vt de nudo homine diſponebant. ſepulchro eou,mar,in monumẽto ipſius Ioſephi nouo q ſibi iuxta Matth,& Marc,exciderat in petra,& in quo nõdum quiſq̃; poſitus fuerat iuxta Lucã & Ioan.q ait,acceperũt ergo corpus Ieſu.& ligauerũt eũ lintheis cũ aromatibus:ſicut mos eſt iudeis ſepelire.Erat aũt ĩ loco vbi crucifixus eſt hortus,& ĩ horto monumẽtũ nouũ:in quo nondũ q̃ſquã poſitus*
Affari extrema *fuerat.ibi ergo ppter paraſceuẽ iudeorũ quia iuxta erat monumẽtũ poſuerunt Ieſum.* affatiq; extrema.ſ.verba,quæ cõpletis funebribus exeqijs more gentis dici ſolebãt.quæ aũt fuerĩt, non ſat cõpertum habeo.nec.n.ego iudeus ſum,vel cõmerciũ habẽs iudeorũ ſed neq; puto vatẽ ĩtellexiſſe ea verba, quæ olim a gẽtilibus romanis dicebanẽ.extremũ.ſ. vale,nos oẽs te eo ordine quo natura iubebit,ſequemur.et demũ reliquijs oſſibusq; ĩ vaſe collectis,ſacerdos aſpergebat aſtantes dicens.ilicet.nos aũt Xpi fideles pe* Seruius in lib.6.æneid
Sepulchro alieno quare. *ractis exequijs dicimus.requieſcat ĩ pace.ſed ad ſepulturã dñi redeamus.q icc irco ſepeliri voluit, vt verè mors eius pateret & adĩpleretẽ q ipſemet pdixerat vaticiniũ de figura Ionæ pfetę, ſicut .n. (dixerat) fuit Ionas in vẽtre ceti tribus diebus & tribus noctibus:ſic erit filius hominis ĩ corde terræ.cõdi aũt in alieno voluit ſepulchro,& ppter extremæ paupertatis exẽplũ:& Vt oſtenderet q p aliorũ moriebatur ſalute vt qd.n.illis(ait Aug.)*

Textilibus membra inuoluunt. pars ſqualida donis.
Hæc ſiccat fuſo rorantia genua capillo
Vulneribus ſuper accumbens. herensq; cruentis.
Oſcula dat manibus. pedibusq; rigentibus illa,
Indulgent omnes lachrimis, triſti q; vlulatu,
Cuncta replent vix inde viri diuellere poſſunt.
Ipſi etiam guttis humentes grandibus ora,
Tum corpus miſeras ſolati exangue ſepulchro
Condunt marmoreo, atq; affati extrema recedunt,
Et magnam comites genitricem in tecta reportant,
At ſolymos penitus nondum omnis cura reliquit,

ſepultura ppria ĩ terris cui fides manebat in cælis? vt qd illi ſepultura ppria, q tridui tãtũ tẽporis ſpacio, ĩ ſepulchro non tã mortuus iacuit q; velut ĩ lectulo cõqeuit.ĩ nouo aũt poſitus eſt monumẽto,ne poſt reſurrectionẽ cæteris corporibus remanẽtibus ſurrexiſſe alius fingerẽ. põt aũt & nouũ ſepul-
Sepulchro marmoreo quare. *chrũ,mariæ virginalẽ vterũ demõſtrare. ĩ marmoreo aũt ideo cõditus eſt.ne ſi ex multis lapidibus ædificatũ fuiſſet ſuffoſſis tumuli fũdamẽtis ablatus furto dicerẽ.ſic & ſi fuiſſet in terra dicere poterãt:ſuffoderũt terrã,& furati ſunt eum & ſi fuiſſet lapis paruulus ſu-*
Maria Virgo quare magna. *ppoſitus dicere poterãt:dormiẽtibus tulerũt eũ.ſed aduolerũt ſaxũ magnũ ad hoſtiũ monumenei.* magnã genitricẽ,Mariã matrẽ dñi,magnã vtiq; nõ corporis mole,ſed virtute: & qa facta ſunt ei magna: ab illo q potẽs eſt,& ſanctũ nomẽ eius.magna verè mater,quæ illũ quem cæli capere nõ poterat virgineo contulit ſinu.magnus eſt enim dominus & magnitudinis eius non eſt finis. magna eſt ergo & domina huius magni domini mater.* At ſolymos.non ſuffecerat principibus ſacerdotum crucifixiſſe dominum ſaluatorem:niſi ſepulchrum cuſtodirent,& quantum in illis erat manum etiam imponerent reſurgenti.qua propter ſcribit Mattheus & hic a vate refertur. Altera autem die quæ eſt poſt paraſceuen. conuenerunt principes ſacerdotum & Phariſei ad Pilatum dicentes. domine recordati ſumus quod ſeductor ille dixit adhuc viuens: poſt tres dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſq; in diem tertium,ne forte veniant diſcipuli eius & furentur eum:& dicant plebi ſurrexit à mortuis:& erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus: habetis cuſtodium: ite & cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes munierunt ſepulchrum ſignantes lapidem cum cuſtodibus.* omnis cura reliquit. nam licet immenſum facinus in nece domini perpetraſſent: non tamen ſuffiecit eis: niſi etiam poſt*

mortem

*mortem eius concepte nequicię virus exerceant. famam eius lacerantes & reſurrectionem probibẽtes. * timor acer, reſurrectionis futuræ iamdudũ ab ipſo dño pdicta & olim a pfetis pniſe, ac pfiguratæ. * ſæpe vt babemus. Matth. 17. nemini dixeritis viſionẽ donec filius bominis a mortuis reſurgat. & 16. & 20 Marci quoq; 8. ibi Ecce aſcẽdimus Hieroſolymã &c. itẽ oportere eũ multa pati a ſenioribus, & occidi, & poſt tres dies reſurgere. ſic & luc. 18. & 24. * ſocijs mœrẽtibus. vt ĩ die cœna. quãdo dixit eis. q tradẽdus eſſet ab vno ex xij. Apoſtolis ſubĩdeq; q oẽs eſſent ſcãdalũ paſſuri: demũ ſubiũxit. poſtq̃; reſurrexero, pcedã vos ĩ galileã. & ĩ illo plixo ſed aureo ſermone, quẽ ſcribit Ioan. poſt cœnã babitũ a dño: ſæpe de ſua reſurrectione q̃dã verba ĩterpoſita ſuboſcura ĩueniũtur. vt illud, vado pparare vobis locũ: iterũ venio & accipiã vos ad me ipm. & iterũ vado & venio ad vos: ſi diligeretis me, gauderetis vtiq; & rurſus, Modicũ & iã nõ videbitis me: & iterũ modicũ & videbitis me. qa vado ad patrẽ. & denuo. vos igiẽ nũc qdẽ triſtitiã habetis, iterũ aũt videbo vos & gaudebit cor veſtrũ. & alijs huiuſcemodi verbis. * ſacros vates. pcipue aũt Dauid ĩ multis pſalmis de reſurrectione Dñi vaticinatus eſt. Eſaias quoq; ſparſim de reſurrectione dñi verba poſuit. & Zacharias cap. 9. ibi Tu quoq; ĩ ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti victos tuos de lacu, ĩ quo nõ erat aqua. Sãſon quoq; & Ionas ĩ figura pdixerũt reſurrectionẽ dñi. * miſere. vide qualiter nolẽtes cõcertãt ad demõſtrãdã veritatẽ irrefragabilis. n. demõſtratio reſurrectionis facta eſt p ea, quæ ptenderunt. qa n. cuſtoditũ eſt ſepulchrũ, nulla fraus facta eſt. ſi aũt fraus facta non eſt, manifeſtẽ & irrefragabiliter dñs ſurrexit. * flebile buſtũ. i. tumulũ, ſimpliciter ĩtellige, nõ more romanorũ apud quos buſtũ iam exuſtũ cadauer vocabãt: vt docet ſeruius, & Verg. Semuſtaq; ſeruant buſta, Liuius quoq; ſcribit, locũ fuiſſe iuxta Aequeliũ noĩe Buſta Gallica. quoniã illic aceruatos cumulos ſuorũ defũctorũ ex peſtilẽtia vſſerãt galli. ĩuenimus ẽt apud Ciceronẽ buſtũ tumulũ appellari. ſed ĩ quo ſit cõditũ exuſtũ cadauer. pœnaq; (inqt) fuit Solonis lege cõſtituta, ſi qs buſtũ aut violaſſet. aut deieciſſet. * furto. dicit Rabanus. Diſcipuli qdẽ Xpi fures ſpualiter fuerũt. q ab ĩgratis iudeis ſcripta noui & veteris teſtamẽti oblata ĩ vſum Eccleſiæ cõtulerũt. & ſaluatorẽ q eis pmiſſus fuerat illis nocte dormientibus, hoc eſt in infidelitate torpentibus abſtulerunt, & gentibus credendũ tradiderunt. * Aura veni: ſpiritum ſanctum inuocat qui a patre & filio vnica ſpiratione procedit. idcirco aũt renouat inuocationẽ vt ſemiſopitã lectorũ attentionem ex dolore ac triſtitia mortis dñi, excitet, pmiſſa reſurrectionis eius latiſſima narratione. * cœli numẽ, cuius iucũdiſſimo aflatu ſuperi viuũt æternaq; voluptate pfruunẽ. * quicquid adhuc ſupat, reliqas intelligit meſtitiæ, quã ex defleta paſſione dñi cõceperat. * reffice recrea, addita eſt littera metri neceſſitate. * lætitiæ, anadiploſis eſt. i. reduplicatio ſermonis, quæ fit animorũ excitãdorũ gratia. * latiſluo. i. lateflueti torrẽte, de quo Regius (inquit) vates. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrẽte voluptatis tuæ potabis eos. quoniã apud te eſt fons vitæ: et ĩ lumine tuo videbimus lumẽ. * incipiũt, nam ſicuti mors Chriſti, noſtra eſt redẽptio. ita Xpi reſurrectio, gloria noſtra ſpes eſt, & veri initiũ gaudij. traditus eſt. n. Xps teſte apoſtolo pter delicta noſtra: reſurrexit autem propter iuſtificationem noſtrã. * educens tenebris inf. olym. Aſcendens. n. Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatẽ, Abacuch ẽt vates hanc piorum eductionem preuidens cecinit. Ego autem in domino gaudebo: & exultabo in deo Ieſu meo. deus dñs fortitudo mea: & ponet pedes meos quaſi ceruorũ. & ſup excelſa mea deducet me victor in pſalmis canẽtẽ*

Sollicitos ſed adhuc timor acer corda premebat.
Sæpe etenim audierant ſocijs mœrentibus hoſtem
Se ſe olim ſuperas rediturum lucis ad auras
Promiſiſſe, palamq; ſacros id promere vates.
Id veriti armatos ſubitò miſere viros, qui
Noctes atq; dies ſeruarent flebile buſtum,
Ne forte auferret furto quis nocte ſepultum,
Et totam impleret falſis rumoribus vrbem,
Defunctum vita rediſſe ad luminis oras.
Vitaleſq; auras haurire, atq; æthere veſci.
Aura veni afflanti patris omnipotentis ab ore.
Aura potens cœli numen, ſuperumq; voluptas,
Quicquid adhuc ſuperat mihi dira e cæde dolorum
Mente fuga, lætoſq; animi nunc reffice ſenſus;
Et placidos per membra riga mihi numine motus.
Sit fas lætitiæ ſentire in pectore lapſus,
Lætitiæ, qua gens fruitur felicis olympi.
Larga vbi latifluo paſſim torrente redundant,
Gaudiaq; nec fines nouit diffuſa voluptas.
Vertitur hic rerum facies: hic gaudia noſtra
Incipiunt: longè in melius verſa omnia cerno.
Iam deus vt ſacros vates, & ſancta piorum
Concilia educens tenebris inferret olympo,

Left margin notes: Io. 14. — Io. 16. — Pſal. 38. 15 21. 66 Eſa. 9. 11. 40. & 53. — Liuius lib. 5. — Lib. 2. de legibus. — Pſal. 35. — Rom. 4. — Abacuch. 3

Right margin notes: Sepulchrũ Chriſti. — Buſtum — Fures furtura diſcipuli. — Anadiploſis.

corporeis liber vinclis. *ſed & ſpiritalibus peccatorum. hinc cecinit propheta. Eſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum: & factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber.* *ſpiritus ad manes ad piorum animas educendas de carceris profunditate.* *animarum reg. ſil. appoſitio eſt* *per cæcos aditus, nobis viuentibus inuiſibiles. q ſi ad tropologicum ſenſum referas. per tenebras ignorantiæ, atq; infidelitatis itur ad inferos.* *& præcipites anfractus. per laborioſas difficultates, & valde periculoſas: vt pote temerarias. etenim, & ſi ad malum prona ſit omnis ætas ab adoleſcentia, difficilius tamen, & laborioſius malum opere completur, quam bonum.* *Solis huius. ſ. noſtri hemiſperij. nam ibi ſunt exteriores & perpetuæ tenebræ: vt docet dñs in Euang. ſi ad moralem ſenſum referas. pectora impiorum, ſolis iuſtitiæ Chriſti radijs ſunt inacceſſibiles. non q lux ipſa in tenebris eorum non luceat, ſi velit, ſed quia ipſi ſe ſe reddunt indignos, obſtructis ſemper eorum ſenſibus iniquitatum mole. quo fit vt radios ad ſe retrahat: ne velut immeriti illuſtrentur, ſuo recto ſemper ac iuſto iudicio.* *terrificã aulam per irriſionem. ſicut illud Verg. illa ſe iactet in aula Eolus: & clauſo ventorum carcere regnet. Eſt aũt infernus, qui hic a vate deſcribitur, ſecundum Baſilium, quidam locus communis in intimo terræ, obumbratus vndiq; & opacus. cuius eſt quoddam orificium in profundum tendens: per quod patet deſcenſus animabus ad mala damnatis.* *ſtabulant. bene verbo congruenti beſtijs vſus eſt. nam beſtiali & non humano more viuentes inferos tenent.* *noctiuagi fratres. demones de quibus in primo libro ſat dictũ eſt, & in ſecundo. ibi inuenies quare dicantur noctipotentes & idem intelligas dictum quare noctiuagi appellentur.* *immane nefas læſæ maieſtatis crimen: quo nullum grauius nec dignius puniri. ſuper his vide quæ diximus in primo.* *adortos. auſos, qui & auſum ſi potuiſſent opere expleſſent. adoriri enim propria eſt repente, & per inſidias aliquem inuadere, vel quoduis facinus ex improuiſo aggredi: tametſi minime ſequatur effectus interiecto impedimento.* *genus miſerabile, quinimo nulla dignum miſeratione. q ſua ſponte, nec per ſuaſu alicuius (vt homo) peccauerit. hoc ideo dixerim: ne origenianam hereſim fouere videamur. is enim plus iuſto miſericors. ipſum diabolũ, & angelos eius poſt grauiora pro meritis & diuturna ſupplicia ex illis cruciatibus eruendos & ſociandos ſanctis angelis credidit. ſed illum vt docet Auguſtinus propter hoc, & ꝑpter alia non nulla, non immerito reprobauit Eccleſia. ſuper hac re vide etiã Gregoriũ in moralibus.* *quando, pro ſiquidẽ, cauſale eſt.* *miſeri magis, pro miſeriores, non enim minus ardebunt quia cum multis ardebunt, ſed quãto plures, tanto ardentior flamma vorabit eos. dabunt etiam pœnas ſcelerum, quæ eorum perſuaſu ac ſuggeſtione homines commiſſerũt. etenim de fraudulento conſilio vnus quiſq; tenetur. tametſi liceat his quibus datur apud ſe explorare, vel peritiores conſulere, an illud conſilium ſibi expediat, priuſquam exequatur. hinc eſt q deus & ſerpentem & hominem ab initio peccãs puniuit.* *crudeles animæ; & ſibi & proximis, quibus facto & exemplo nocuerunt.* *expendunt, luunt & ſuſtinent: ab ære pendendo verbum hoc deductum eſt q olim apud Romanos pœnæ omnes pecuniariæ exiſterent. tum propter paupertatem, tum & propter vitæ innocentiam: quæ grauium facinorum erat immunis.* *fumum propter ignem ſulphureum. nam (vt ait propheta) pluet dñs ſuper peccatores laqueos: ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. altera vero pars gelu erit & glacies ſicut ait Iob. Ad nimium calorem tranſibit ab aquis niuium, & dñs in Euang. illic (ait) erit fletus & ſtridor dentium. ſuper quibus verbis ait Remigius. his verbis duplex pœna inferni demonſtratur. ſ. nimij caloris, & nimij frigoris.* *ignis ibi æternus. de quo dñs in Euang. Ite maledicti in ignem æternum qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. etenim (vt ait Rabanus) cum venerit finis mundi: ſicut boni quaſi in quoddã quietiſſimo*

Corporeis liber vinclis conceſſerat imos
Spiritus ad manes, animarum regna ſilentum,
Per cæcos; aditus, & præcipites anfractus
Solis inacceſſos radijs loca nocte perenni
Obſita terrificam cæcæ formidinis aulam,
Hic ſtabulant, viuiſq; tenent imperuia regna
Noctiuagi fratres, ſuperi quos ira parentis
Cœlo immane nefas animis excuſſit adortos.
Tartareiſq; genus miſerabile merſit in antris,
Quando illos tenuit regnandi tanta cupido.
Nunc miſeros pœnis manes, miſeri magis ipſi
Exercent, vinctoſq; tenent nigrantibus oris.
Interiora habitant barathrum irremeabile clauſæ
Crudeles animæ, ad ſuperos dum vita manebat,
Nunc merita expendunt vaſta fornace ſepultæ.
Supplicia, vndantemq; ferunt caligine fumum.
Ignis ibi æternus, ſemper noua flamma renaſcens.

Qua itur ad inferos.

Malum difficilius pficitur quã bonum.

lux Chriſti

Infernus.

Adoriri.

Demones nulla miſericordia digni ſunt.

Origeniana hereſia.

Ardebunt non minus quia cũ multis.

Demones puniẽtur de malo conſilio.

Conſilio fraudulento quis tenetur.

Expendo

Ignis & gelu in inferno.

æneid. 1.

Baſilius ſup Luc. c. 16.

fo. 49.

a fol. 7. & deinceps incipiẽdo ibi Interea longe, mi, reg. olym.

Aug. 21. li. de ciu. dei.

greg. 2. 21 & 25 moralium.

geneſis 3.

Pſal. 10.

Io. 24.

Matth. 13.

tiſſimo portu mittentur in vaſa cœleſtium manſionum. ſic & malos torrendos gehennæ flamma ſuſcipies. innocuæ, pro innocentum.* ſecretaq; longè Atria. hic deſcribit ſinum Abraæ qui & limbus dictus eſt. in quem omnium animæ piorum olim ab initio mundi vſq; ad mortem Chriſti deſcendebant. nulli enim quauis ſanctitate fulſerit, ante domini aſcenſſionem patuerat cœlum. hunc autem ſinum abraæ ſecundum Aug. intelligere debemus remotam ſedem quietis atq; ſecretã: vbi erat Abraã: non ꝙ ipſius tantum eſſet, ſed ꝙ ipſe pater multarum gentium fuerit, & præpoſitus ad imitandum fidei principatum.* longè. ſic & in Euang. diues in tormentis inferni poſitus vidit Abraam a longè. & Paulopoſt, ibi dicitur. Inter nos & vos magnum Chaos firmatum eſt: vt hi qui volunt hinc ad vos tranſire, non poſſint. neq; inde huc tranſmeare.* circuitu longo. nam quanta fuerat inter peccatores & iuſtos diſtantia, & ſicut affectus eorum varij fuerant. ſic & vtrorumq; manſiones inter ſe diſtant.* haud ſua damno admiſſa, qui vel lætalia non admiſerant ipſi crimina, aut ſi qua admiſerant, digna purgauerant pœnitentia, de numero eorum exiſtentes de quibus Canit propheta. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus.* at primi ſcelus exitiale parentis. hoc eſt peccatum originale, de quo dicit apoſtolus omnes in Adam peccauerunt. nam & ſi per Circonciſionem pœna æterna tollebatur non tamen ianua regni cœleſtis (vt modo per Baptiſmum) aperiebatur.* noſtræ lucis, huius mondi. luce increata (quæ deus eſt) ſperantes perfrui.* pœnarum prorſus expertes. nullã penitus ſentientes pœnam niſi priuationis. carebant.n. viſione diuina, quam & ſi ſperabant, affligebantur tamen longa expectatione, ſpes enim quæ differtur (vt ait ſapiens) affligit animum. ideoq; ſubiungit vates niſi carerent Luce iucunda. his quędam ſimilia ſcribit Gregorius. Eos.n. (ait) qui cœleſtis patriæ vias ſecuti ſunt: poſt egreſſum carnis inferni clauſtra tenuerunt: non vt pœna quaſi peccatores plecteret, ſed vt illos in locis remotioribus quieſcentes (quia nec dum interceſſio mediatoris aduenerat.) ab ingreſſu regni, reatus primæ culpæ retineret.* quæ gaudet, de his Gaudijs ita ſcribit Greg. Quæ lingua dicere, vel quis intellectus capere ſufficit illa ſupernæ ciuitatis quanta ſint gaudia? angelorum choris intereſſe? cum beatiſſimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſſiſtere? incircumſcriptum lumen videre? nullo mortis metu affici & incorruptionis perpetuæ munere lætari? & beatus Aug. poſt multa ſpecialiter enumerata, demum ait in ſumma; vbi ſunt omnia bona abſq; vllo malo.* hic patres. qui fuerunt ante diluuium, primi parentes, qui licet peccauerint, Chriſtus tamen purgauit peccata ipſorum. credendum eſt enim illos pœnituiſſe; vnde canit Ecleſia fœlix Adæ culpa, quæ talem meruit redemptorem. duo filij eius Abel iuſtus. & Seth. quem dedit ei dñs pro Abel occiſo a fratre Caym. Enos quoq; filius Seth qui cepit inuocare nomen domini. & alij multi vſq; ad Noe, preter Enoch quem viuum trãſtulit deus ĩ paradiſum deliciarum. vbi & degit vſq; ĩ preſentẽ diem & dicitur ibi moraturus cum Helya vſq; ad Antichriſti aduẽtum.* vĩclo nullo præceptorũ dei.* nõ legibus vllis. ſcriptis .ſ. nam & lege naturali cordibus inſita regebantur. cuius duo hæc potiſſima ſunt præcepta. vt quod ſibi quis velit fieri, alijs id & ipſe faciat. quod nolit pati: nec ipſe alijs inferat. ceterum quibuſdam cõſuetudinis legibus & ipſi tenebãtur. ex quo vrbe cõdita ceperũt ſimul habitare. vt dicitur in libro decretorum.* per agros incultos. vt plurimum, nõ tñ oẽs. nam & fuit agricola ipſe Adam. cui dixit dñs maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ &c. ſic & Caym filius eius factus eſt agricola. multiq; poſt eos vſq; ad diluuium poſt quod etiam Noe vir agricola cepit exercere terram & plantauit vineam. multiq; poſt illum Abraam vero, Iſaac, & Iacob, filijq; eius. xij. & nepotes eorum fuerunt paſtores: peregriniq; cum gregibus per agros alienos huc & illuc vagabantur. donec a domino per Moyſen educti ſunt de egipto, & per Ioſue introducti*

Innocuæ circum ſedes, ſecretaq; longe
Atria circuitu longo, hic incendia nulla:
Nulli obſunt penitus flammis vltricibus ignes,
Vmbrarum ſed iners requies, penituſq; ſilentis
Mundi temperies ſecrete his ſedibus æuum
Inſuntes degunt animæ, quibus haud ſua damno
Admiſſa, at primi ſcelus exitiale parentis
prouer. 13 Detinet hic clauſas; noſtræ nil lucis egentes,
Pœnarum prorſum expertes, niſi luce carerent
Iucunda, qua gens gaudet ſtellantis olimpi.
Hic patres ſanctum genus antiquiſſima proles,
Qui vitam vinclo nullo, non legibus vllis.
Compoſitam incultos primi degere per agrus
Inter oues patrio tantum ſe more tenentes,

Aug. de origine animæ. Luce 16.

Sinus abraæ.

Originale peccatum.

gaudia paradiſi.

Enoch.

Lex naturæ.

diſt. 6. §. fin.

Adam fuit agricola. & alij.

Iuſtitiæ memores vltro, rectumq́; colentes.
His vatesq́; pij, qui quondam numine pleni
Ventura intrepide magnas cecinere per vrbes.
Quiq́; dedere orbi leges diuina reperta,
Quosq́; datis olim iuuit parere volentes,
Matronæ, atq́; viri, vitæq́; in limine rapti.
Omnibus vnus amor, cœliq́; arrecta cupido.
Et iam promiſſi memores tum forte per vmbras
Secla recenſebant tacitis voluentia luſtris.
Ducebantq́; animis finem aduentare malorum.
Atq́; hæc inter ſe læti ſermone ferebant:
En tandem voluenda dies, en imminet illa.
Cum lucem liceat, ſupera & conuexa tueri.
Hanc claro pater omnipotens manifeſtus olympo
Oſtendit nobis diuino numine plenis,
Nos alijs ſubito mortalibus ore canentes,
Optandam votis venienti liquimus æuo,
Iam iam aderit lux noſtra, dei indubitata propago
Ille erat, ille feri ſub imagine ſæpe leonis

troducti ſunt in terram promiſſionis . terram fluentem lacte & melle & de his nunc arbitror loqui vatem. patrio more . vnde & legimus fratres Ioſeph conſtitutos ante Pharaonem interrogatos a rege, quid haberent operis? reſpondiſſe . paſtores ouium ſumus nos & patres noſtri . ad peregrinandum in terram tuam venimus: quoniã non eſt herba gregibus ſeruorum tuorum ingraueſcente fame in terra chanaan .* vltro abſq; iudice aut legislatore.* rectumq; colentes. vt de hominibus ætatis aureæ canunt poetæ .* vatesq; Pij. prophetæ qui & videntes dicebantur. q ſpirituſancto pleni cæteris abſcondita viderent: & quæ futura forent prædicerent. hi fuere q̃; plurimi verum iſti præcipui . Moyſes . Ioſue, Samuel, Rex Dauid prophetarum eximius. Natam. Helyſeus & anteceſſor eius Helyas qui tamen adhuc viuit nec limbum eſt ingreſſus. Eſaias, Hyeremias, Ezechiel: Daniel. & ſequentes. xij. cum eo: quorũ nomina vide in libro xij. prophetarum. & poſt illos longo temporis internallo miſſus eſt Ioannes Baptiſta quo inter natos mulierum ſurrexit maior nullus. Is quoq; ab Herode rege, propter adulteram herodiadem interceptus præceſſerat dñm ad inferos, cum patribus & ipſe redemptorem morabatur .* magnas vrbes. Hieroſolymam, & Samariam regnorum capita.* quiq; dedere orbi leges . recte viuendi generaliter de prediſtis omnibus intelligendo. nam cuncti prophetæ (vt docet Hier.) poſt editam legem Moyſi, in qua omnia dei mandata legebantur: nihilominus tamen doctrina ſua, rediuiua ſemper populi compreſſere peccata & propter exemplum viuendi libros ad noſtram etiã memoriam tranſmiſerunt. q ſi in ſpecie volueris intelligere ad Moyſen diuinũ legislatorem & Aaron fratrem eius neceſſe eſt retrocedas .* volentes etenim, ſicuti non damnantur niſi qui ex voluntate delinquunt. ſic vitæ eternæ præmium non merentur: niſi qui ſponte & fide per dilectionem operante, dei mandatis obſequuntur. Expedit tamen & iniquos ad ſemitam beneuiuendi vel inuitos cogere vt ex inultis voluntarij reddantur, quod & a maioribus noſtris. & ab ipſo domino factitatum eſſe ppendimus.* vitæq; in limine rapti in ipſo vitæ initio. de circuncisis tamen intelligẽ, ſicut .n. modo non ſaluantur infantes, niſi baptizati, ſic neq; tunc temporis niſi circunciſi ad ſinũ abraæ ſaluandi deſcendebant infantes.* ſecla recenſebant, ad memoriam reducentes tempora venturi redemptoris a vatibus prædicta, & maxime hebdomadas illas Danielis, is .n. ab angelo edoctus præuiderat fixum occiſionis Chriſti tempus, quod recenſentes cognoſcebant eſſe completum. eſt autem eius hoc vatininium. ſcito & animaduerte, ab exitu ſermonis, vt iterum edificetur Hieruſalem vſq; ad Chriſtum ducem. hebdomadæ vij. & hebdomadæ. lxij. erunt. & rurſum ædificabit̃ platea & muri in anguſtia temporum. Et poſt hebdomadas. lxij. occidetur Chriſtus. & non erit eius populus qui eum negaturus eſt.* voluentia. i. quæ voluuntur. participium eſt actiuæ ſignificationis poſitum pro eo quod latini non habẽt in paſſiua ſicut græci.* . voluenda dies. pro volubilis aut voluta, hoc eſt præfixum noſtræ redemptionis tempus adeſt.* . ſupera & conuexa, modo ſignificat ſuperæthereas paradiſi ſedes, alias ingentes cælorum noſtri huius hemiſperij arcus, vndiq; ad terrã deflexos.* . manifeſtus pro manifeſte, eſt enim nomen pro aduerbio poſitum.* . oſtendit nobis, ſubaudi olim, dum adhuc æthérea veſcebamur aura.* . diuino numine aflati ſpirituſancto non .n. voluntate humana allata eſt aliquando profetia (vt docet Petrus) ſed ſpirituſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines.* . optandam, illis verbis, oſtende nobis domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.* . votis, quibus honorabilem illum ſenem Symeonẽ vidimus.* . venienti æuo. i. futuri æui hominibus.* lux noſtra , & omnium hominum venientium in hunc mundum, Ieſus Chriſtus dominus deus noſter.* feri leonis, de quo ſic vaticinatus eſt Patriarcha Iacob. ca-

Marginal notes: gen. xlvij. — Vates & videntes. — Hier. in præfatione ãte Epiſtolas Pauli. — Volentes — Infantes. — Danielis 9. — Conuexa — Propheтia. — 2. Petri c. 1 — gen xlix. — Leo Chriſtus.

tulus

tulus Leonis iuda: Ad prædam fili mi aſcendiſti; requieſcens accubuiſti vt Leo. & quaſi leena, quis Leo Chriſtus.
Apoc. 5. *ſuſcitabit eum? quod vaticinium in d.n. Ieſu Chriſto adimpletum eſſe oſtendit Ioannes in apocalypſi*
his verbis. Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius
ſuper quibus verbis oſtendit glo. ord. quare Leoni Chriſtus comparetur dicens. Leo dum fugatur, per
montes fugit & nodo quem habet in cauda veſtigia delet ne inueniatur. ita Chriſtus fugit per montes
.i. diuinitus Iudeos latuit: aſſumpta carne diuinitatem texit, ne poſſet agnoſci. Leo dormit apertis ocu
Ezech. 1. *lis, ita Chriſtus expirauit diuinitate viuente. de hoc Leone vaticinatus eſt & Ezechiel propheta in ob-* Similitudo 4. animalium.
ſcura illa viſione quattuor animalium. quorum ſecundũ erat ſimile Leoni. quam viſionem quo ad hoc
In prologo in Matthæũ *propoſitum ſic interpretatus eſt diuus Hyeronimus. Chriſtus quem animalia figurabant, homo fuit de*
virgine natus: vitulus in immolatione: Leo in reſurrectione. Aquila in aſcenſione. vel in homine (in-
quit) humanitas: In vitulo ſacerdotium. In Leone regnum: & in aquila exprimitur diuinitatis ſacra
Apoc. 4. *mentum hæc eadem viſio renouata eſt in apocalypſi. vbi glo. ord. ſic dicit. vt Leo mortuus naſcitur: &*
Vide & greg. in ho. 4. ſup Ezechiel. *die tertia voce patris viuificatur. ſic & Chriſtus die tertia poſt mortem reſurrexit.* * *nobis preſſis ocu*
los .i. oculos habentibus oppreſſos: interioris ſ. Luminis. ne hanc quam viderant Leonis figuram de
Chriſto planè intelligerent. etenim prophetæ dum diuino illo calent furore cuncta quæ vident futura
intelligunt. remiſſo autem feruido illo calore, parumper remittitur atq; obſcuratur eorum intelligen-
tia. hoc autem dico ſecundum opinionem aliquorum, quibus hic adſtipulatur vates. mihi ſanè hæc ſen-
tentia adhuc animo non ſedet. & magis videtur conuenire vatibus gentilium mendacibus quã veris do-
mini prophetis. dicebat enim Plato poetas myſtica decantare: quæ quidem & ipſi decedente furore vix
Eſaiæ 53. & 61. *intelligant.* * *vnus pro multis. hoc Eſaias cæteris clarius prædixerat. ipſe autem (inquit) vulneratus*
eſt propter iniquitates noſtras: atritus eſt propter ſcelera noſtra. diſciplina pacis noſtræ ſuper eum: et
liuore eius ſanati ſumus: omnes nos quaſi oues errauimus: vnuſquiſq; in viam ſuam declinauit. Et po-
ſuit dominus in eo iniquitates omnium noſtrum. & Paulo poſt. in ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus
ſeruos meos multos: & iniquitates eorum ipſe portabit. ideo diſpartiam ei plurimos & fortium diuidet
ſpolia. pro eo quod tradidit in mortem animam ſuam. * *defenſos .i. ereptos.* * *Io. interiectio eſt præ nimia læ-* Io.
titia geſtientium patrum exprimens affectum. hac & Ouidius vſus eſt. Dicite, Io, Pæan, & Io, bis di-
cite pæan. Tibullus autem dolendo (vt nonnulli putant) ſiue potius deridendo (vt alij autumant)
eadem vſus eſt particula in puellam parum formoſam, vror, Io, remoue ſæua puella faces. Io, quoq;
nomen eſt proprium filiæ Inachi argiuorum regis, quam ægiptij Iſidim appellarunt vxorem Oſyridis eo
Apoc. 5. *rum regis.* * *Dauidæ genus vaticinium eſt de quo ſupra. vicit Leo de tribu Iuda.* * *mortales. quia*
Chriſtus moriens vicit mortem veſtram, vobisq; credentibus ſi iuſta & ſancta vixeritis poſt mortem
corporis dabitur intrare regnũ

Oſtenſus nobis oculos caligine preſſis,
Vnus pro multis qui ſe ſe proderet vltro
Morti defenſosq; daret nos hoſte ſubacto.
Vicit Io tandem leo magni á ſanguine Iudæ.
Dauidæ genus, ò paſſim gaudete beati.
Mortales, gaudete animæ iam corpore functæ.
Iam vos aſtra vocant, nunc quæ tot clauditur annos,
Ianua ſyderei nobis aperitur olympi.
Iamq; erit, vt noſtris promiſſum vocibus olim,
Lætitia exiliant montes, colleſq; reſultent.
Pampineis vincti formoſa cacumina ſertis,

cælorum, nec in has inferni te-
nebras neceſſe erit deſcendere
vt nobis olim. * *animæ iam, ſ.*
ſ. ſeipſos quaſi alios præ nimio
gaudio alloquũtur. * *tot annos,*
a morte Abel iuſti, vſq; ad
Chriſti aſcenſionem. * *noſtris*
vocibus olim. hæ voces exulta
tionis de aduentu Chriſti, & li
beratione captiuorum, haben-
tur in multis Pſalmis. præci-
cipue autem in his quorum ini-
Pſal. xcv. *tia ſunt hæc. cantate domino canticum nouum, Dominus regnauit exultet terra, & cantate (iterum)*
Pſal. xcvi. *domino canticum nouum. & omnes gentes plaudite manibus.* * *exiliant montes .i. exultent angeli.* Montes qui
Pſal. xcvij. Pſal. xlvi. * *& colles .i. diſcipuli domini. litera pſalmi hæc eſt. Montes exultabunt a conſpectu domini, quoniam* Colles qui
pſal. lxiij. *venit, & alterius pſalmi: Exultatione colles accingetur, & pingueſcent ſpecioſa deſerti, induti ſunt*
arietes ouium: & valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent: quæ & ſi iuxta
litteram poſſint intelligi, quod ex abundantia & viriditate prebebunt hominibus materiam laudandi
deum: melius tamen in ſpirituali ſenſu intelliguntur. de ſupernorum ciuium lætitia, & de hylaritate
Eccleſiæ fidelium: quæ ex Chriſti reſurrectione renouata eſt. nouiſq; charismatum donis, & virtuti-
Prouer. 17. *bus eſt ornata.* * *Pampineis ſertis, ſanctorum cætibus, fratrũ corona, corona .n. ſenum (vt ait ſapiens)* Corona.

filij

filij eorum. & alibi, circa illum corona fratrum, & quaſi plantatio cedri de monte Libano: ſic circa illum ſteterunt quaſi rami palmæ & omnes filij Aaron in gloria ſua. vitis, enim principalis eſt ipſe dominus, apoſtoli eius palmites & reliqui diſcipuli ſunt pampini, quibus piè vinentibus, formoſa Eccleſiæ cacumina .i. Epiſcopales ſedes veluti florentibus ſertis coronantur. Prouerb. 17 Pſal. 64.

Arietes qui ** aries, ex predicto pſalmo, Te decet hymnus, ſumpta eſt hæc comparatio. ibi, induti ſunt arietes ouium, porrò per arietes gregis duces, ſignificantur Eccleſiæ prælati, qui Dominico gregi duces ſunt conſtituti.*

Agni qui ** minores fætus .i. agni. hi ſunt ſubditi, qui bonam prælati conuerſationem imitantes, ſpirituali lætitia in dies magis ac magis exultant.*

** molliq; in gramine Lu, in ſaluberrima p̃latorũ doctrina delectantur.*

Balatus. ** balatus, ſanctorũ p̃sbiterorũ exhortationes, qui vice matris funguntur in ſpirituali generatione fidelium.*

** ipſi iam fontes. & hæc ex ſæpe dicto pſalmo mutuata ſunt. in quo ſic dicitur. viſitaſti terram & inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam. flumen dei repletum eſt aquis: paraſti cibum illorum quoniam ita eſt præparatio eius. Riuos eius inebrians multiplica genimina eius in ſtillicidijs eius lætabitur germinans: benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate. pingueſcent ſpecioſa deſerti & exultatione colles accingentur. quæ ſpiritali intelligentia ſunt percipienda.*

Fontes. *ipſi fontes, dona ſunt ſpiritusſancti vnde gratiarum omnium deriuant flumina. iccirco vaga, qa ſpiritus vbi vult ſpirat: & quã do: & quantum vult. & neſcis vnde veniat, aut quo vadat. fontes etiam ipſi ſunt apoſtoli, ipſi & vaga flumina per totũ orbem decurrentia & aquis doctrina terrenã, aridaq; hominũ corda irrigantia.*

Mel. ** Melle, miraculorum dulcedine.*

Lac. ** lacte, facili et perſuaſibili ſermone. vnde & Paulus horum fontium nõ minimus & fluminum, Lac (inquit) dedi vobis potũ nõ eſcam tanquam paruulis in Chriſto. Petrus quoq; fons vberrimus docet paruulos ĩ Xp̃o dicens. ſicut modo geniti infantes, rationabiles, & ſine dolo lac concupiſcite: vt in eo creſcatis in ſalutem. ſi tamen guſtatis quoniam ſuauis eſt dominus* 1. cor. 5. 1. Petri 2.

Nectar ** & dulci nectare, ſuauiſſima de cœleſtibus doctrina. ex Iohele ſumptum eſt hoc vaticiniũ qui ſic ait. In die illa ſtillabunt montes dulcedinem: & colles fluent lacte. & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ. & fons de domo domini egredietur. & irrigabit torrentẽ ſpinarum.* Iohelis 3.

Papia. ** ciues. Papienſibus pluſquam nota comparatio. quibus, dum, a, rege galliarum Franciſco obſiderentur, auxilio fuit exercitus Cæſaris. nam inito conflictu captus eſt rex & vrbs obſidione liberata eſt.*

Arietare. ** arietat, ariete .i. machina illa bellica impingit, nunc tamen iam non arietibus ligneis res agitur: ſed tormentis & pilis ferreis cœleſtium fulminum inſtar, muri duplices, & turres quæq; fortiſſimæ proſternuntur.*

Chriſtus intrat in infernum. ** Ecce autem foribus. ex moralibus Gregorij hæc pro parte aſſumi potuere. cuius verba quia nimis prolixa ſunt non adſcripſi. videat illa qui velit.* greg. ſuper Iob. cap. 38

** conſtitit hic deus. cum tamen præmiſſi angeli eius dixiſſent. Tollite portas principes veſtras & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. reſpondentibus autem poteſtatibus tenebrarum. quis eſt iſte rex gloriæ? ſubiunxerunt* Pſal. 23.

Quales creber agris aries, ouiumq́; minores
Subſiliunt fœtus, molliq́; in gramine ludunt,
Balatus matrum dum per iuga longa ſequuntur.
Ipſi iam fontes, ipſa & vaga flumina paſſim
Melle fluant, niueo paſſim vaga flumina lacte,
Lacte mero & dulci diſtillent nectare rupes.
Talia perſtabant memorantes: cuncta fremebant
Intus lætitia ingenti, Plauſuq́; ſecundo.
Sicut vbi ciues longa obſidione tenentur
Vrbem intra, & vallum, portarumq́; obijce tuti,
Dum circum ſonat, atq; in muros arietat hoſtis,
Tum ſi fortè acies procul auxiliaribus armis
Aduentare vident ſocias è turribus altis,
Conſurgant, animosq́; alacres ſpe ad ſydera tollant.
Ecce autem foribus ſuccedens maximus vltor
Haud cunctatus adeſt diuina luce coruſcus.
Porta ingens aduerſa manet centum ærea vaſtis
Vectibus, æterni poſtes. hanc nulla neq; igni
Vincere vis valeat, neq́; duri robore ferri.
Conſtitit hic deus, ac dextra ſtridentia clauſtra
Impulit: intremuit quo latè exterrita tellus
Impulſu, vaga contremuerunt ſydera mundi,
Regiaq́; vmbroſis immugijt atra cauernis.
Ad ſonitum horrifico aduentu de vallibus imis
Lucifugi raptim trepido adſunt agmine fratres
Humana facie crurum tenus, inde dracones,
Tum rudere inſuetum, dirumq́; è faucibus ignem
Efflare, atq; domum piceo omnem inuoluere fumo.
Continuo patuere fores: procul ecce repentè

xerunt Angeli. Dominus fortis, & potens: dominus potens in prælio. * *quo, ſubaudi impulſu.* * *à cardine poſtes. in ſignum huius rei. Angelus qui in die reſurrectionis domini deſcendit de cælo, & facto terremotu reuoluit lapidem ab hoſtio monumenti, & ſedebat ſuper eum. vt clauſtra inferorum ſua dominum virtute deieciſſe ac ſuperaſſe doceret. quatenus omnes quos ibi ſuos inueniſſet, ad paradiſi lucem, requiemq́; ſubleuaret: iuxta illud propheticum. Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu: in quo non eſt aqua. hæc Beda. & paulo poſt: dominus ac redemptor noſter cum ſuum pro nobis corpus & ſanguinem hoſtiam patri obtuliſſet. Subuertit potentiam diaboli, ſatellitum eius ſpirituum, videlicet, immundorum audaciam comminuit. diſiecit clauſtra inferni. electos qui ibidem (quamuis in tranquillitatis ſinu) tenebantur eruit: & hac ipſa nocte reſurgens à mortuis ad cæleſtis regni gaudia reduxit. impleta prophetia quæ dixit. Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatē.* * *confuſa. vnde & tartarum dixit appellari Seruius. quòd omnia illic turbata ſint & confuſa.* * *nox cæca receſſit, tanta lucis ingreſſu.* * *perſtringens oculos, nimis fulgentibus radijs lucis ſuæ. nam ſi nimia claritate ſplendor ſolis huius mortalium oculos offendit directa acie intuentium: quanto magis perſtringi debuerant aſſueti tenebris infernalibus oculi diuina luce illuſtrati?* * *gemma ig, ſpl, im, cor. periphraſis eſt pyropi. de quo Ouidius: flammasq́; imitante pyropo. hic fortaſſe eſt carbunculus. de quo Plinius. gemmarum ardentium principatum habent carbunculi: à ſimilitudine ignium appellati. cum ipſi non ſentiant ignes.* * *in noctem. nec enim fulgor eius nocte vincitur. ſed in tenebris vt ignitus carbo lucet. vnde & per diminutionem non lucis ſed quantitatis nomen accepit.* * *regalibus, ſolos enim reges decet ob immenſitatem pretij.* * *veſtit, illuminat, & colores rerum, qui à tenebris videbantur ablati reſtituit. poteſt etiam hæc metaphora ex illo trahi dicto prophetico. confeſſionem & decorem induiſti: amictus lumine ſicut veſtimento.* * *purpurea luce. Archelaus ſcripſit carbunculos carchedonios nigrioris aſpectus eſſe. ſed igne vel ſole & inclinatione aëris quàm cæteros excitari. Eoſdem vmbrante tecto purpureos videri, ſub cælo flammeos. Contra radios ſolis & ſcintillare, ceras ſignantibus his liqueſcere, quamuis in opaco.* * *diuū. Dominum Chriſtum Ieſum deū dei filium & lumen verum de lumine vero.* * *inuiſam, inſolitam videri, non odio habitam. nullus enim vera conſcientia teſte Auguſtino, deum poteſt odiſſe.* * *commiſſas... caudas, in lupis canibus & multis quadrupedibus id ſignum pauoris eſt. idem vult eſſe in demonibus quos ſupra ſub imagine ferarum deſcripſit.* * *tremendum, nomen pro aduerbio. ſicut... horrendum & toruum.* * *ſemiferæ gentes. ruſtici montani nihil vrbanitatis habentes & ferinis moribus præditi, ſerè nihil hominis præter effigiem præſeferentes.* * *ora exertantes, caput ad videndum more teſtudinis emittentes. porrò. exerto, tas, frequentatiuum eſt ab exero, ris, rui. ertum. cuius verbi Ouidius meminit. credibile eſt illos pariter, vitijsq́; iocisq́; Altius humanis exeruiſſe caput. frequentatiuo vſus eſt Vergilius. At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris ora exertantem & naues in ſaxa trahentem.* * *phalanges. legiones. non Romanis improprium eſt illud vocabulum, ſed macedonibus proprium. qui (vt ait Q. Curtius rerum ab Alexandro geſtarum ſcriptor) phalangem vocant pedeſtrem ſtabile agmen: cum vir viro, arma armis conſerta ſunt: à noſtri quadratam aciem appellant.* * *palantes, huc & illuc vagantes*

Sponte ſua abſiliunt conuulſi à cardine poſtes.
Apparet confuſa intus domus, altaq; circùm
Atria, rareſcunt tenebræ, & nox cæca receſſit.
Nam deus haud ſecus obſcuris conſpectus in antris
Perſtringens oculos diuina luce refulget,
Quam cum gemma ignes ſplendore imitata corruſco
In noctem thalamis lucet regalibus, atrasq;
Exuperat tenebras, largo & loca lumine veſtit
Purpurea circum perfundens omnia luce.
Vt vero in medijs Diuum penetralibus hoſtes
Videre, & faciem inuiſam agnouere per vmbras
Ardentem radijs, ac mira luce coruſcam,
Protinus aſpectu ſubitò terrentur, & imas
Conijciunt ſeſe in latebras, linguaq; remulcent
Commiſſas vero caudas, ſtatiſq; tremendum
Nequicquam vmbroſis in ſpeluis vlularunt.
Quales quæ celſis habitantes alpibus Euros
Semiferæ gentes ſemper patiuntur, & imbres,
Romanas ſi fortè procul fulgentibus armis
Ora exertantes antris videre phalangas,
Fumoſa extemplo palantes tecta relinquant,
Diſperſiq; iugis, ſi qua altius exit in auras
Rupe ſedent, longeq; duces mirantur euntes.

Zach 9. — Pſal. 67. — Seruius in 6 æneid. — Plinius. lib. 37. cap 7. — Pſal. 103. — Plin. lib. 37 cap 7. — Auguſtinus de ſermone domini in monte. — Ouidius li. 1. faſt. — Virg 4. æn.

educuntur ſancti patres. — Tartarus. — pyropus. — carbunculus. — carbunculi carchedonij. — Exerto. — phalanges.

tes

tes quo fert animus formidine plenus. methaphora à ſugientibus ex prælio. iugis. rupium, collium, & montium ſummitatibus recuruis.* rupe ſedent, ſiqua rupes altius cæteris exit in auras .i. in altum erigitur & multum eminet.* longè, ex alto procul in tutum poſiti.* caſti manes, piorum animæ. eſt enim caſtitas animæ (vt docet Auguſtinus) integra fides, ſolida ſpes, & ſincera charitas. & omnis anima quę ab illicito viſu, auditu, odoratu, guſtu & tactu abſtinet: propter ipſam integritatem, virginis nomen accipit.* paſſas palmas, manus extēſas ac expanſas in gratiarum debitas actiones.* tuendo. nec mirum, nam in iucundiſſima dei viſione conſiſtit ſanctorum ęterna beatitudo.* vltorem, qui de manu impij tyranni violenter eruerat.* vt te, modo admirantis eſt aduerbium. ſicut etiam alibi ſupra diximus.* cœli lux clara ſereni. non huius hemiſperij vnde oculi noſtri corporales, & omnium animantium illuminantur. ſed cœli olympiaci, ciuitatis ſupernæ. quam dicit Ioannes non indigere ſole neq; luna, quia claritas dei illuminat eam: & lucerna eius eſt agnus. lux enim iſta (vt ait Theoph.) non eſt ſenſibilis: ſed intellectualis vnde illuſtrantur ipſæ animę ſanctorum quæ etiam cœli vocantur. vt docet Gregorius in expoſitione illius verſiculi, Spiritus domini ornauit cœlos, hæc autem ideo adſcripſi. ne quis fatuus incideret in manicheorum errorem. qui ſolem iſtum carneis oculis viſibilem, Chriſtum dominum eſſe putauerunt. ſed eccleſia catholica improbat teſte Auguſtino tale commentum. non eſt enim Chriſtus dominus ſol factus. ſed per quem ſol ipſe cum ceteris luminaribus & rebus cunctis factus eſt. Omnia enim (inquit Ioannes) per ipſum facta ſunt.* ſefellit. quis enim vnquàm ſperauit in domino & confuſus eſt? bonum eſt ſperare in domino (inquit propheta) quam ſperare in homine.* primo con, pa, mu, innocentiam & immortalitatem.* in priſtina, vt regnum cælorum illi pateat. quod prius apertum, per multa ſecula clauſum fuit.* ignotasq́; vias epexegeſis eſt, antè dictorum expoſitio. ſolent enim poetæ cum quid paulo obſcurius dixerint. alijs verbis id explanare. lampadis ætheree .i. ſolis. non quòd dominus Ieſus lux de luce, & lumen de lumine, non ſit abſq; comparatione multo ſulgidior ſole. ſed dixit inſtar ſolis. quia non erat lumen aliud cuius claritatis comparatione tantum lumen aptius oſtendi poſſet. Sicut etiam dixit Euangeliſta in transfiguratione eius. & reſplenduit facies eius ſicut ſol.* tandem poſt longiſſimam expectationem. &*

castitas. — Aug in ſermone, de virginibus.

paſſas.

Apoc. pen.

gregorius in ſermone apoſtolorū.

Sol Chriſtus. — Aug. ſuper Ioan. c. 8. Ioan. c. 1.

epexegeſis.

Soli quare Chriſtus cōparetur.

At caſti circùm manes fulgore repentè
Luſtrati paſſas tendunt ad ſydera palmas,
Lætitiaq́; fremunt ſubita, lachrimasq́; dedere,
Nec ſaturare queunt animos, oculosq́; tuendo.
Tum læto vltorem propius clamore ſalutant
Vnà omnes: Vt te cœli lux clara ſereni
Optatum aſpicimus, nec nos ſpes noſtra fefellit,
Qui reuehis mundo primo conceſſa parenti
Munera, & humanum genus omne in priſtina reddis,
Ignotasq́; vias aperis ad ſydera cœli.
Veniſti: æthereæ facies tua lampadis inſtar
Diffulſit, tandemq́; oculis lux reddita noſtris.
Sed quibus exhauſtum ærumnis, quantisq́; procellis
Iactatum accipimus? (nigras ea fama ſub oras
Detulit.) indignè quis ſanctum vulnere corpus
Fœdauit? quænam haſta tuo intepuiſſe cruore
Quod ferrum tulit? an tantum mortalibus vllis
In terris licuit ſcelus? ò quæ clauſa remotis
Aequora littoribus terrarum cingitis orbem,
Quæ vos, quæ tenuere moræ? quibus abdita clauſtris,
Leto opifex tam crudeli cum veſter obiret?
Vos tum diluuio mortalia cuncta decebat

ex hoc magnitudinem deſiderij eorum intellige. quamobrē merito dicebat dominus diſcipulis. amen dico vobis. quia multi reges & prophetæ cupierunt videre quæ videtis & non viderunt. & audire quæ vos auditis & non audierunt. exhauſtum, oppreſſum primo ac exinanitum. ſed deinde ereptum.* ærūnis: opprobrijs doloribus ac miſerijs.* quantis procellis, i. tempeſtatibus ſeculi huius: congrua tranſlatio: nam mare eſt ſeculum, venti ſunt aereę demonum poteſtates. procellæ hominum prauorū perſecutiones naufragium, mors, aut deſperatio. Sed precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. ergo iniquorum tantū eſt deſperatio. hinc eſt quòd ipſe dominus Ieſus per os prophetæ clamauit ad patrem dicens: Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aquæ vſq; ad animam meā. Infixus ſum in limo profundi & non eſt ſubſtantia. veni in altitudinem maris & tempeſtas demerſit me.* fœdauit. vt nos fœdi mundaremur, fœdatus eſt ipſe omnium mundiſſimus.* cruore, vt nos morſu ſerpentis gelidi ceu filij pelicani tepeſieremus & viuificaremur: vnde per prophetam dicit ipſe dominus: Similis factus ſum pelicano ſolitudinis.* licuit, non equidem licuit, ſed permiſſum eis fuit. vt neſcientes*

tempeſtatis myſtica expoſitio.

quid

*quid agerent, humanam redemptionem operarentur. * ô, quæ clauſa æquora, pulcherrima apoſtrophe ad mare quòd non operuerit fluctibus ſuis genus hominum ſicut in tempore diluuij: cum neſandiſſimũ ſcelus ingrati patrarint in crucifixione domini Saluatoris ſui. * cingitis, circumdatis. * opifex veſter. quoniam (vt ait propheta) ipſius eſt mare. & ipſe fecit illud. & aridam manus eius fundauerunt. * terras nocentes. i. nocentum methonimia eſt. * ſoboles certiſſima, vocatiui caſus eſt. * per hæc vulnera. tã aſpera & crudeliter illata. quarè, dicebat Petrus. Scientes ꝙ non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati. * tanti, ſubaudi momenti ponderis & precij. * olim, antiquorum patrum temporibus. quibus mox, vt peccauerant, digna adhibebatur vltio. * adeon. pro, adeòne. * incommoda noſtra, miſeriæ noſtræ ac erumnæ pro quibus ſubleuandis tam acerba indignaq; paſſus eſt. * nos patris, hoc eſt quod & ſupra memorauimus dixiſſe profetam. ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. atritus eſt propter ſcelera noſtra. * campos inanes. noſtræ habitationis comparatione, quia ibi rara vel nulla eſſent corpora. ſed tantam leues animæ, quæ vtpote ſpiritus terrena non aggrauant ſola. * ſe promunt. emittunt, egrediuntur fracta quippe fuerant clauſtra in ipſius introitu domini. vt ſupra viſum eſt.* in paradiſo deliciarum. ** ſupera ad conuexa. ad ſuperas auras hemiſperij noſtri. vel ad paradiſum delitiarum. in quo ſecundum opinionẽ aliquorum moram traxere illis. xl. diebus quibus dominus in terris adhuc, cum diſcipulis ante aſcenſionem eſt conuerſatus. * ſedibus ſtellantibus. ſtellarum ſplendoribus inſignitis. vel potius ſanctorum ipſorum (qui ſtellę dicuntur) gloria refulgentibus. * placidum æuum. vitam* 1. Cor. 15. Apoc. 20. *æternam. hæc eſt enim ea prima reſurrectio de qua ſcribit Ioannes. beatus & ſanctus qui habet partẽ in reſurrectione prima.* vita miſera. ** defuncta, libera ereptaq; immunis atque exempta. periclis humanis. quibus hanc miſeram adhuc degẽtes vitam obnoxij ſunt. quorum iter vitæ (vt docet Ambroſius) occulta dæmonum infeſtatio, velut latronum obſidet multitudo. quibus per omnes vias ſupplantatores inuiſi animarum laqueos tendunt innumerabilibus mortibus expaueſcendos.* Amb. in ſermone de cõfeſſ. *nauigantibus enim nobis per hoc mare magnum & ſpacioſum: in quo reptilia quorum non eſt numerus animalia puſilla & magna. i. diuerſa inimicorum genera. quæ ſecundum noſtrarum virium quantitatem compenſato nobiſcum agone luctantur. In huius itaq; mundi pelago velitantibus nobis, valde pertimeſcendum eſt. ne nauem noſtram aut procella tempeſtatis arripiat: aut in æternam predam pyrata crudelis abducat.* pyrata. ** ſecura operum. opera enim illorum ſequuntur illos. nec metuit illud profeticum. Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abhominationes quas operari ſolet impius nunquid viuet? omnes iuſtitiæ eius quas fecerat non recordabuntur. in præuaricatione qua præuaricatus eſt. & in peccato ſuo quod peccauit in ipſis morietur. * ſecreta lab, remota procul à laboribus. Ammodo (vt ſcribit Ioan.) iam dicit ſpiritus. vt requieſcant à laboribus ſuis. hinc et Auguſtinus neceſſarium aſſeris eſſe vt catholica dum hic degit eccleſia in varijs tentationibus viuat, & quottidie in alias atq; alias incidat tentationes. donec illuc perueniat, quo cum peruenerit Succedet quies labori. recedet tentatio, manebit ſempiterna benedictio. * it ip, ho, ge, pa, ante. pro anteit. eſt enim Thmeſis. * pater. Adã. in quo (vt ait Apoſtolus) peccauerunt omnes. & per vnum hominẽ mors introiuit in mundum. * antiquę noxæ. veteris culpæ, pluſquàm notæ, inobẽdītiæ diuinæ propter eſum ligni* gula. *vetiti. Erubeſcant hic guloſi lurcones exiſtimantes gulam exiguum vel nullum eſſe peccatum. * primores procerum, antiquos patriarchas ſicuti. Abel. Seth, Matuſalem. Noe. Salem. Iapheth. Arphaſath. Abraam. Iſaac. Iacob. & xij. filij eius capita tribuum. & alij quàmplurimi quorum nomina ſcripta ſunt*

Obruere, & terras penitus delere nocentes.
Aug. in ſermone de marty. Nóſne per hæc ſuperi ſoboles certiſſima regis
Vulnera ſeruamur? non ô non præmia tanti,
Non tanti ipſa ſalus erat olim noſtra tua ingens
Hæc pietas: adeon' tibi curæ incommoda noſtra?
O hominum dulcis requies, ſuperumq; voluptas?
Nos patris auerſi noſtro irritauimus iras
Crimine; tu diras ſoluiſti ſanguine pœnas.
Talia per campos iactabant vndiq; inanes.
Tum læti obſcuro pariter ſe carcere promunt,
Vltoremq; deum ſupera ad conuexa ſequuntur,
Sedibus vt placidum degant ſtellantibus æuum.
Felices animæ, gens iam defuncta periclis
Humanis, ſecura operum, ſecreta laborum.
Primus it ipſe hominum generis pater antè, nec ora
Conſcius antiquæ noxæ audet tollere cœlo:
Primores procerum inde alij non vana futuri

Figuræ. 3.

Matth. 1. Luc 3.

in libro vitæ & in Euangelio Matthei & Lucæ. non vana futuri pectora . nota hic tres figuras in eodem ſermone concurrere . quod raro alibi inuenies. Appoſitionem ſcilicet liptotem & peryphraſim. appoſitio quidem dum duo ſubſtantiua eiuſdem caſus abſq; copula iunguntur . licet non eiuſdem generis . cuiuſmodi eſt illud Ouidij . Quid meruere boues animal ſine fraude doliſve . Liptote vero . dum minus dicitur & plus ſignificatur . non vana.i. certiſſima atq; veriſſima . periphraſis quoq; eſt , profetarum ſcilicet tacita deſcriptio . qui futura nouere. * niuea vitta, alba faſcia. quod erat candoris vitę ſignum. * illi . demones . & damnatorum animæ impiorum . quos minime à perpetuis pœnis eripuit dominus . * cremandos & nunquàm conſumendos. ſed in ęternum excruciandos. * exercet. punit ac torquet. * tartarus. carcer infernalis. vnde nulla eſt redemptio. * caminus . græca dictio eſt . Latinæ fornax ſuccenſa . * aulæ illetabilis. talis & Aeoli fuerat aula, de qua in ſuperioribus dictum eſt. * fortunatis ſedem inuidet. non tamen aufert. nec enim poteſt. vnde Vergilius dixit. Liber pampineas inuidit collibus vmbras. i. per inuidiam abſtulit. * canebant. hymnis & canticis ſpiritalibus laudabant . & fortaſſe cantabant. Pſalmos Dauid. in quibus agitur de reſurrectione domini. quos Paulo ſupra citauimus: * purum. ſubandi aerem. vel æthera ſi ſuperiorem curſum tenuere. * tranantibus. tranſilientibus ; vel tranſuolantibus . mutua tranſlatio eſt à nauigantibus ad volantes & contra. vt mare velinolum , & remigio alarum, dixerit Maro. * liquidiſſima tempeſtas. clariſſima ſerenitas . quale eſt illud. vnde hæc tam clara repente tempeſtas? * volucrum, præcipue hirundinis & philomellæ . * veſper. i. lucifer veneris ſtella quam & dianam vulgo vocāt. quod interdum etiam die videatur. eſtq; eadem ſtella. ſed ante noctis aduentum cum ceperit fulgere . appellatur veſper. mane vero (quòd ortum ſolis præcedat) dicitur Lucifer. quo aūt pacto valeat hęc eadem ſtella & ante occaſum atq; ortum ſolis oriri. vide carmen Seuerini & diuum Thomam expoſitorem eius. * ab æthra rubeſ, i. ab aere iam rubenti ex propinquitate ortus ſolis . porrò vates poetarum more vnum dicit , & aliud innuit . nam per hanc ſerenitatem & hylaritatem auium, ſignificat exultationem illam ingentem quę facta eſt ex dominica reſurrectione. quam & prænunciauerat propheta & omnibus annis in paſcali ſolemnitate canit eccleſia. Hæc eſt dies quam fecit dominus exultemus & lætemur in eā. ſimul & deſcribit vates horā qua reſurrexit. de qua idem propheta. paratum eſt (inquit) cor meum deus : paratum cor meum. cantabo et pſallam in gloria mea Exurge pſalterium & cithara. Exurgam diluculo. * lux tertia. diēs reſurrectioni defixus. prædixerat enim ſe tertia die reſurrecturum . * immortalia membra Illuſtrans. quæ illuſtrando reddidit immortalia . ſemel enim (vt ait Apoſtolus) mortuus eſt Chriſtus: iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. * penitus . ante enim gloria illa diuinitatis ſeſe continens interius non defendebat corpus a paſſibilitate vel mortalitate . non tamen credas ab eo vel in morte ſeparatam receſſiſſe . quia*

caminus.

inuidet.

translatio mutua.

Veſper venus, & Lucifer.

reſurrectio domini.

Pſal. 11.

Pſal. 107.

Matth. 10. Mar. 9. & 10.

diuinitas Chriſti.

Pectora, queis niuea velantur tempora vitta.
Ingemuere illi, quos ob commiſſa cremandos
Sorbet in abruptum, fundoq; exercet in imo
Tartarus, eructansq; incendia dira caminus,
Vnde animis miſeris nullo patet exitus æuo.
Præcipuè rex ipſe aulæ illætabilis alto
Cum ſocijs mœrens ducit ſuſpiria corde,
Et fortunatis ſedem, quam liquerat ipſe,
Inuidet æthercam furijs immanibus actus.
Illi iter ad cœli debentia regna tenebant
Felices animæ, quibus eſt in ſæcula vitæ
Iam nunc parta quies. præcluſaq; ianua leti.
Applaudunt volucres purum tranantibus auræ.
Subſidunt Euri; fugere ex æthere nimbi.
Arridetq; procul clari liquidiſſima mundi
Tempeſtas : cœlo arrident rutila aſtra ſereno.
Aſſurgit matutinis aurora volucrum
Cantibus aſſurgit rubefacta veſper ab æthra :
Atq; ea dum longè vaſtum per inane geruntur.
Iam lux Eois properabat tertia ab oris,
Et pater omnipotens nato immortalia membra
Illuſtrans penitus diuinum afflauit honorem,
Quodq; fuit mortale modò, & violabile corpus,
Immortale dedit. non tanta luce ſereno
Sydera clara polo, non aureus ipſe nitet ſol.
Ceu qui per noctem impoſito cinere obrutus ignis
Delitet, & nuſquam tecto ſe lumine prodit,
Si quis eum flabris exſuſcitet arida circum
Nutrimenta ferens, ſubitis ad tecta fauillis
Emicet, & totas luſtret ſplendoribus ædes.

indiſſolubile

indiſſolubile eſt illud vinculum vnionis, quo humanam ſibi filius dei naturam copulauit. * *modò. pauloante.* * *ipſe ſol. exigua quippe & penè nulla eſt comparatio omnis creaturæ ad creatorem.* * *ceu qui per noctem. ſatis clara comparatio. nox eſt illa tridui mora qua iacuit in ſepulchro. cineris obrutio. eſt lapis hoſtio monumenti ſuperpoſitus. ignis eſt ipſa latens diuinitas.* * *Talis vnicus ales. alia* phœnix. *Chriſti reſurgentis comparatio. Sumpta ex mira phœnicis auis reparatione. de qua vide Plinium. ſed*

Plin. lib. 10 c. 2. Solinus in capite de arabia.

Talis, vbi turpe irrepſit ſenium, vnicus ales,
Congeſſitq; ſibi ramis felicibus altum
Summo in colle rogum, poſuitq; in morte ſenectam,
Continuò nouus exoritur, nitidusq; iuuenta
Effulget criſtis, & verſicoloribus alis.
Innumeræ circum volucres mirantur euntem.
Ille ſuos adit Aethiopas, indosq; reuiſit.
Iamq; adeò in terris hominum miranda pauentes
Terruerant animos viſa. vmbris orbe fugatis
Sole recens orto mœſtiſſima Magdalene
Amiſſi deſiderio perfixa magiſtri
Cum ſocijs ibant prima ſub luce ferentes
In gremijs molles patriæ felicis odores

& Solinus ait: apud Arabes naſcitur auis phœnix, aquilæ magnitudine, capite honorato: in conum plumis extantibus: criſtatis faucibus: circa collum fulgore aureo. poſtera parte purpureus abſque cauda in qua roſeis pennis cæruleus interſcribitur nitor. probatum eſt quadraginta & quingentis eum durare annis. * *turpe irrepſit ſenium, quòd ætas ſenilis minus formoſos reddat homines aſpectuque minus deſiderabiles.* * *vnicus ales. vnde*

Hieron. in expoſitiõe ſymboli. *& Hieronymus quid mirum (inquit) videtur ſi virgo conceperit. cum orientis auem (quam phœnicem vocant) in tantum ſine coniuge naſci, vel renaſci conſtet. vt ſemper vna ſit. & ſemper ſibi ipſa naſcendo, vel renaſcendo ſuccedat?* * *congeſſit. hinc Ambroſius. phœnix auis (ait) in locis Ara-*
Ambroſius examerõ lib. 5. c. 23. *biæ perhibetur degere. atque ea vſque ad annos quingentos longæua ætate procedere. quæ cum ſibi finem vitæ adeſſe aduerterit, facit ſibi thecam de thure, & myrrha, & cæteris odoribus. in quam impleto vitæ ſuæ tempore intrat. & moritur: de cuius carnis humore vermis exurgit: paulatimque adoleſcit: & proceſſu temporis ſtatuti induit alarum remigia: atque in ſuperioris auis ſpeciem formamque reparatur.* * *ſummo in colle. de libano (inquit Hieronymus) phœnix implet ſe aromatibus,*
Hieron. ad præſid. *& ſic nidificat, & indicat ſacerdoti Helipoleos menſe famenoth, aut famuth. implet aram ſacerdos ſarmentis. & ibi confert phœnix aromata. & electrum aræ imponit. Et primo ſolis ortu phœnix quidem mouet pennas. ſolis vero calore accenditur electrum, & ſic exuruntur aromata & ipſa phœnix inceditur. Craſtina die de cinere gignitur vermis. ſecundo pennas affert. tertio ad antiquam redditur naturam. & ſic ad ſua loca reuertitur.* * *Iamque. manifeſtationem reſurrectionis agreditur: quam*
Marc. c. 16 *his verbis deſcribit Marcus. Cum tranſiſſet Sabbatum: Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata: vt venientes vngerent Ieſum. Et valde mane vna ſabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam ſole. Et dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab hoſtio monumenti? erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem ſedentem in dextris coopertum ſtola candida: & obſtupuerunt. qui dicit illis: nolite expaueſcere. Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum: ſurrexit non eſt hic. Ecce locus vbi poſuerunt eum. Sed ite, dicite diſcipulis eius, & Petro. quia præcedet vos in galileam. ibi eum videbitis: ſicut dixit vobis.* * *viſa miranda. ſolis obſcuratio, tenebrarum horror: terremotus: & ingens Chriſti morientis clamor. vnde & legimus cen-*
Matth. 27. *turionem ex aduerſo ſtantem, cum vidiſſet quòd ſic clamans expiraſſet, dixiſſe. verè hic homo filius dei erat. ſic & qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum, viſo terremotu. & his quæ fiebant timuerunt valde. dicentes verè filius dei erat iſte. Omnis etiam turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud. (vt*
Lucæ. 23. *refert Lucas) & videbant quæ fiebant: percutientes pectora ſua reuertebantur.* * *ſole recens orto, pro recenter. diluculum enim erat, quando è domo receſſerunt: orto autem ſole peruenerunt ad monumentum.* * *Magdalene. fœminea deuotione, non vt viuenti fidem: ſed & vt mortuo vnguenta defert ad ſepulchrum. & vt ſepulto parat mœroris obſequia: non vt reſurgenti diuinorum gaudia triumphorum.* * *amiſſi magiſtri. quem morientem viderat, amiſiſſe credebat. nec enim decentem opinionem magnitudinis, & diuinitatis magiſtri retinebat.* * *patriæ fœlicis, vel Arabiæ fœlicis cõterminæ Iudea. vbi res odoræ naſcuntur. vel etiã ipſam Iudeam intelligit, in qua & balſamũ naſcitur in vineis engaddi: & myrrha & ſtacta atq; aloes. vnde legimus Iacob patrẽ Iudeorum dũ peregrinaretur in terra Canaan, (quæ poſt modum dicta eſt Iudea expulſis inde cananeis) dixiſſe filijs ſuis parãtibus deſcẽdere in Aegiptũ. Sumite* odoramẽta vbi naſcantur.

quod habemus in ſymbolo . deſcendit ad inſeros : & reſurrexit à mortuis . * ablutus quæcunque ob, mor, tangit hic vates quendam morem gentilium deorum . quo mortui heroes dicebantur in deos transferri . quem Ouidius ſuper ænea ſeruatum his aſſerit verſibus . littus adit laurens vbi tectus arundine ſerpit in freta flumineis vicina Numicius vndis . hunc iubet æneæ quęcunque obnoxia morti Abluere : & tacito deferre ſub æquora curſu . &c. quæ res & ſi de ænea ſabuloſa ſit . quem conſtat in numicum fluuium cecidiſſe & ſummerſum eſſe . dici tamen aut credi de domino noſtro Ieſu Chriſto nefas eſſe quis dubitet ? vt ad reſurrectionem corporis ſui indiguerit aliqua ablutione , maxime quę partem corporis vllam auſerret . cum de fidelibus dictum ſit . capillus de capite veſtro non peribit . ſanè ergo intelligas quòd dicitur hic . ablutus , ideſt diuinitatis lumine illuſtratus . * tenebras , ignorantiæ atque infidelitatis . * acri ſaucia amore . vnde Gregorius Maria Magdalenæ quæ fuerat in ciuitate peccatrix amando veritatem , lauit lachrymis maculas criminis : & vox veritatis impletur, qua dicitur, dimiſſa ſunt ei peccata multa quia dilexit multum . quæ enim frigida prius peccando remanſerat : poſtmodum amando ſortiter ardebat . & vbi corpus dominicum non inuenit , ſublatum credidit . & poſt pauca . penſandum eſt , huius mulieris mentē quanta vis amoris accenderat : quæ à monumento domini diſcipulis etiam recedentibus non recedebat . Exquirebat quem non inuenerat : flebat inquirendo : & amoris igne ſuccenſa , eius quem ſublatum crediderat ardebat deſiderio . * dum virgo . à viridiori ætate . nam ſi turpiſſima paſiphae à Vergilio potuit virgo appellari . cur non magis poſt conuerſionem honeſtiſſima Magdalena ? preſertim cum dicat propheta . verte impios . & non erunt . ſubaudiunt doctores , amplius impij . & de ſynagoga iudeorũ toties fornicatione ſpirituali corrupta dicitur per prophetã . fornicata es cum amatoribus plurimis : tamen reuertere ad me . & ego ſuſcipiam te . & in canticis . Quàm pulchra es & quàm decora chariſſima in delitijs . * videt . mira certè phantaſia , & aptiſſima aperit hyſtoriam Ionæ prophetæ quam mortis, ſepulturæ & reſurrectionis dominicæ fuiſſe figuram nemo eſt qui dubitet. cum dixerit ipſe dominus Ieſus in Euangelio generatio mala & adultera ſignum quærit : & ſignum non dabitur ei : niſi ſignum Ionæ Prophetæ . Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus , ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus . hanc hyſtoriam dicit author fuiſſe in marmore ſepulchri effictam . * artificumque manus , ideſt opus effictum à manibus artificum . * piſcem . balenam . quam alij piſtricem , alij cetum appellant . de qua Iuuenalis. Quantum delphinis balena Britannica maior . Balenas quaternum Iugerum magnitudine ſcribit Plinius reperiri in Indico Mari . hoc iccirco dixi : ne cui videatur mirum , aut impoſſibile factum fuiſſe hoc ſignum Ionæ . de quo ſic habetur in principio libri ipſius Ionæ Prophetæ . Factum eſt verbum domini ad Ionam filium amathi dicens . Surge . & vade in Niniuem ciuitatem grandem : & prædica in ea . quia aſcendit malitia eius coràm me . & ſurrexit Ionas vt fugeret in tharſis à facie domini . dum autem eſſet in naui , & dormiret . immiſit dominus ſubitam tempeſtatem . qua cum periclitarentur nautæ , immiſerunt ſortem : vt ſcirent cuius culpa malum illud tam repentinum eueniſſet eis . & cecidit ſors ſuper Ionam . qui deprehenſus indicauit , quòd fugeret à domino . cumque inſtarent dicentes . quid faciemus tibi ? & ceſſabit mare , à nobis . at ille Tollite (inquit) me : & mittite in mare . & ceſſabit mare à vobis . timentes ergo ac trementes quia Propheta erat , tulerunt Ionam & miſerunt in mare . & ſtetit confeſtim mare à feruore ſuo . Et præparauit dominus piſcem grandem . vt deglutiret Ionam . qui deglutitus fuit in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus . donec orauit ad dominum Deum ſuum de ventre piſcis . & iuſſit dominus piſci . & euomuit eum in aridam . exple-

Quandoquidem, quem vos adeo lugetis ademptum ,
Funeſtæq; trabi fixum, vt ſcelus omne piaret ,
Veſtraq; ſponte ſua deleret crimina morte,
Vnus pro cunctis Erebi iam rege ſubacto
Manibus ex imis has rurſum lucis in oras
Victor ijt, ſuperaq; etiam nunc veſcitur aura,
Corporis ablutus, quæcunq; obnoxia morti .
Hæc ait, & nubi volucer ſe immiſcuit atræ.
Ipſa etiam res ecce oculis oblata repentè
Firmauit dubiumq; animum, tenebraſq; reſoluit .
Nanq; moræ impatiens, atq; acri ſaucia amore
Dum virgo ſedet, ac miratur inane ſepulchrum,
Artificumq; manus, videt ipſo in marmore fictum
Littus arenoſum, porrectum in littore piſcem ,
Fluctiuomum, ingentem, nant æquore qualia in alto
Mole noua ignaros nautas terrentia cete ,

Margin notes: heroes in deos — 4. Metam. — greg. in no. feric. 5. paſch. — Magdalena foris plorat . — virgo . — In Egloga 1. ſyracuſio. — Ionæ figura. — Balena Cete . — Plin lib. 9. cap 3. — vide in lib. 12. phophetarum . — Ionæ hyſtoria.

Balenæ. uitque inde mandatum. * Fluctiuomum. ora nanque balenæ habent in frontibus. ideoq; ſumma aqua annatantes in ſublime nimbos eflant. & fluctus ad anhelitus ictusq; quantos nulli turbines voluunt. cete. hæc Plinius. * immania cete. generis eſt neutri & num: plur: tantum. ſicut in Geneſi. creauit deus cete grandia. & Virgilius. Tum variæ comitum facies immania cete quo in loco dicit Seruius. græcam eſſe declinationem. το κητος τα κητη. quia nullum apud nos animal eſt neutri generis. niſi forte hic cetus huius ceti dicamus. quod & ſi nuſquàm lectum eſſe dicat. nos tamen legimus in tranſlatione Hieronymi doctoris eloquentiſſimi. Sicut fuit Ionas in ventre ceti. & Ambroſius in lib. Exam. ſcriptum reliquit. virtute mitigauit mare, diſciplina ſtrauit cetos. quare dicendum eſt. vtroque modo poſſe declinari. * turpe. quia longe diſtat ab aliorum piſcium forma, ita vt penè ſit informe. * atrum viſu. obſcurū ac terribile. *ſpa- Plinius lib. 9 cap. 6.

Monſtrum, turpe, atrum, ſpatioſi bellua ponti,
Cuius ab vndiuomo vates imperditus ore
Redditus aereas rurſum veniebat ad auras.
Tum ſecum: ſuperi nunc ò nunc viſa ſecundent
Præſentes: veterum agnoſco non vana futuri
Signa inquit: nempe, vt monſtri deformis in atro
Treis vates latuit luces, treis gutture noctes
Ingluuiem paſſus, vaſtæq; voraginis antrum,
Sic heros multum ad ſuperos defletus amicis,
Incluſusq; cauo ſaxo, terraq; ſepultus
Delituit, ſæpe vt (memini) prædixerat ipſe,
Ad cœlum redijt, ſaxumq; reliquit inane.
Talia verſanti ſubitò ſub imagine falſa
Ignoti agricolæ ſeſe deus obtulit ipſe,
Et tumulum iuxta aſtabat, mox farier orſum
Virgo amens animi agnouit conuerſaq; luce prox. folio.
Reſpicit ecce noua illuſtrem radijsq; coruſcum.
Corruit, ac genua amplexans ſatis ora tueri

cioſi bellua ponti. cauſa enim euidens tantæ molis animalium horum eſt maritimi humoris luxuria. * vndiuomo ore, quod undas ingētes veluti nimbus euomat. * vates imperditus. propheta Ionas nequaquàm peremptus, tametſi tandiu ſteterit in vaſta eius piſcis aluo ſepultus. * Tum ſecum. ſupple Magdalena inquit. * ò, modo aduerbium eſt optantis. * ſecundent præſentes. proſpera reddant propicij. * prædixerat ipſe dominus. vide loca Euangelij apparitio dñi in forma hortulani. ſupra citata. * talia verſanti, id eſt cogitanti. de adimpletione veteris figuræ quam cernebat in marmore fictam. * imagine falſa. nec enim erat dominus, illius loci hortulanus ſicut ei videbatur. quia apparitiones domini tales erant: qualis in eorum mente verſabatur. nam quia ſepulchrum domini erat in horto: exiſtimauit Magdalena ꝙ forſitan hortulanus loci illius alio dominum ſuum abſtulerat. & propterea in ſpecie hortulani apparuit ei. * ignoti agricolæ. tangitur hic id quod ſcribitur à Ioanne. dum Maria ſtaret adhuc ad monumentum foris plorans, inclinaſſetq; ſe, & iterum proſpexiſſet in monumentum. vidit duos Angelos in albis ſedentes. vnum ad caput: & vnum ad pedes: vbi poſitum fuerat corpus Ieſu. qui dixerunt ei. Mulier quid ploras? dicit eis. quia tulerunt dominum meum: & neſcio vbi poſuerunt eum. hæc cum dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum. & vidit Ieſum ſtantem. & neſciebat quia Ieſus eſſet. dicit ei Ieſus. Mulier quid ploras? illa exiſtimans quia hortulanus eſſet. dicit ei. Dñe ſi tu ſuſtuliſti eū, dicito mihi vbi eū poſuiſti: & ego eū tollam. dicit ei Ieſus Maria. conuerſa illa dicit ei. Raboni. quod dicitur, magiſter. dicit ei Ieſus noli me tangere. nondum enim aſcendi ad patrem meum. vade aūt ad fratres meos. et dic eis. Aſcendo ad patrem meū: et patrem veſtrū. deum meum & deū veſtrum. * farier orſum. appellante dño illā uoce proprio Maria virgo. * à viridiori ætate. ſic Virg. Ah virgo infœlix. amens animi. præ nimia doloris triſtitia primum. & mox nimio præ gaudio. nam hæ paſſiones cum fuerint vrgētes, hominem quodammodo extra ſe eijciunt. * conuerſaque, ſubaudi retrorſum ab aſpectu Angelico ad dominum. ſed quare ad Angelos loquens: & nondum ab eis aliquid audiens: quòd aſtaret dominus conuerſa eſt retrorſum? reſpondet Chryſoſtomus. quòd ea cum Angelis loquente, Chriſtus poſt eam apparuit. & Angeli conſiderantes dominatorem & figura & inſpectione & motu aſſurrexerunt ei oſtendentes quoniā dominum viderunt. & hoc eſt quòd mulierem conuerti retrorſum fecit. * genua amplexans, ideſt amplecti volens. nec enim tunc potuit deſiderium ſuum explere. dicente illi domino. noli me tangere. verum paulòpoſt (vt ait Auguſtinus) cum perueniſſet Maria ad alias mulieres: quæ aſpectu pauentes Angelico, fugerant procul extra ſepta monumenti. factum eſt quod ſcribit Mattheus Euangeliſta quia occurrit illis Ieſus dicens, Auete, ille autem acceſſerunt: & tenuerunt pedes eius. & adorauerunt eum, tuncque (ait illis Ieſus). Nolite timere: ite nunciate fratribus meis: vt eant in Galileam Ioan. 20. Matth. 27.

ibi

ibi me videbunt. & de hoc amplexu poſſumus intelligere poetam hic locutum fuiſſe. mos eſt quippe poetarum, vt per tranſitum plures interdum tangant hyſtorias. Sicque colligimus teſte Auguſtino (de conſen. Euang.) *Angelorum collocutionem bis habuiſſe mulieres: quæ venerunt ad monumentum. & bis etiam ipſius domini. ſemel ſcilicet quando Maria hortulanum putauit. & iterum cum eis redeuntibus occurrit in via: vt eas repetitione firmaret. * nequit. quia mortalium oculi non poſſunt tantam claritatis ſupernæ lucem ſuſtinere. * decor ſuus, propria & ſolita pulchritudinis honeſtas. de hoc pronomine, ſuus, videto Laur: Val: abunde diſputantem.* (lib 2. ca. 1. & in libello de reciprocatione ſui & ſuus.) ** marmoreo. candido ac ſolido quale eſt marmor parium. * turgentibus gemmis. aut tumidulis adhuc oculorum pupillis: quę gemmis omnibus lucidiores ac pretioſiores ſunt. in his enim vis tota videndi conſiſtit. aut exeuntibus adhuc quibuſdam lachrimarum guttulis præ gaudio. quæ gemmarum è vitibus erumpentium inſtar habere videntur.*

Clara nequit, corpusq́; oculis obit omne volutis,
Et mœſtum aſpectu dulci ſaturauit amorem.
Continuo triſti penitus de pectore mœror
Omnis abit, rediitq́; decor ſuus ilicet ori
Marmoreo: ſed adhuc turgentibus humida gemmis
Lumina, inornatiq́; fluunt per colla capilli.
Sic vbi rore madens pluuio roſa languida honeſtum
Demiſit caput, atq; comam largo imbre grauatam,
Tum ſi purpureo Sol lumine veſtiat arua,
Et redeat madido facies innubila cœlo,
Protinus attollens ſeſe rurſum illa reſurgat,
Puniceiq́; ſinus diuinum pandat honorem.
Talis erat poſito virgo pulcherrima luctu.
Ardet amans ipſum affari regemq́;, deumq́;
Et coràm ſolitas haurire ac promere voces,
Dum trepidat, quæ prima hærens exordia ſumat,
Mortales viſus adopertus nube reliquit.
Fama Paleſtinas ſubito hæc impleuerat vrbes.
Iamq́; ſacerdotes trepidare, & quærere, ſiquà
Multiplici vulgi ſermoni occurrere poſſint,
Rumoremq́; aſtu præmere, atq; extinguere famam.
Cuſtodes buſti in primis, qui cuncta canebant,
Muneribus ſuperant, ſubiguntq́; haud vera profari,
Sublatum furto intempeſta nocte cadauer.
Sed non vlla datur verum exuperare facultas.
Quoq́; magis tendunt ſerpentem ſiſtere famam,
Amplius hoc volat illa, omnemq́; exuſcitat oram.

** ſic vbi, pulchra decenſque comparatio. & ſatis manifeſta. * facies innubila. ſerena & abſque nubilo. * hærens, ideſt dubitans. * adopertus coopertus. & adumbratus. * reliquit, diſparuit. vt oſtenderet non terrenã amplius ſed cœleſtem fore ſuam conuerſationem. * fama hæc reſurrectionis domini. * trepidare, ne debitas tanto pro crimine pœnas mox eſſent luituri. * ſiquà tecna doloſa. * aſtu, fraudulenta ac mendace aſtutia. * cuſtodes. buſti, milites adhibiti ſepulchro pro cuſtodia: exponitur hic quod & Mattheus ſic enarrat. cum abiiſſent à ſepulchro mulieres quædam de cuſtodibus venerũt in ciuitatem: & nunciauerunt principibus ſacerdotum omnia quę facta fuerant. Et congregati cum ſenioribus conſilio accepto pecuniam copioſam dederunt militibus, dicentes. Dicite quia diſcipuli eius nocte venerunt & furati ſunt eum vobis dormientibus. Et ſi hoc auditum fuerit à præſide: nos ſuadebimus ei: & ſecuros vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt ſicut erant edocti. Et diuulgatum eſt verbum iſtud apud Iudeos. vſque in hodiernum diem. * qui cuncta canebant, diuulgabant. ſimplex quidem animi qualitas, & indocta hominum ruſticitas ſæpe veritatem rei vt eſt ſine fraude manifeſtat. at contra verſuta malignitas falſitatem veriſimilibus verbis pro vero commendare decertat. * Muneribus ſuperant. Si pecunia apud diſcipulum vim tantam habuit: vt eum faceret magiſtri proditorem. non mireris ſi peccunia milites ſuperantur. de quibus cecinit Lucanus. Nulla fides pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur. * ſublatum furto. ſed qualiter furati eſſent cadauer defuncti, diſcipuli homines pauperes, & idiotæ, & neque aperte audentes: apparere Si enim adhuc viuum videntes Chriſtum fugerunt: qualiter mortuo eo non timuiſſent tantam militum multitudinem? numquid hoſtium ſepulchri poterant euertere? lapis enim imminebat magnus multis indigens manibus? Numquid etiam ſigillum non erat ſuperpoſitum? propter quid autem non furati ſunt prima nocte? quando nullus ſepulchro affuit. Sabbato enim petierunt à Pilato cuſtodiam. hæc Chryſoſtomus & alia multa quæ licet in Homelia eius videre. Remigius quoque dicit. Si cuſtodes dormierunt quomodo furtum*

*viderunt? & ſi non viderunt quomodo teſtes fuerunt? & ideo quod voluerunt facere non potuerunt. * verum exuperare. Super omnia namq; vincit veritas: manet & inualeſcit in æternum: viuit & obtinet in ſæcula ſæculorum. vt late diſputauit Eſdras & obtinuit.* quòq; magis tendunt, ideſt enituntur. ab arcu facta tranſlatio. * Amplius hoc, ideſt eo magis. Sic & Chryſoſtomus. per quæ reſurrectionem obumbrare conantur: per hæc eam faciunt clarere. dicentes enim quod diſcipuli furati ſunt: confitentur non eſſe corpus in ſepulchro. furtum autem oſtendit eſſe mendax, cuſtodia militum & diſcipulorum pauor.* exuſcitat. quaſi hactenus dormientes in infidelitatis & peccatorum ſopore excitat, & commouet ad credendam reſurrectionem dominicam: cuius fides eorumque reſurrectionis & noſtræ viua ſpes extat. * patentes tumulos: de ſepulchrorum apertione & mortuorum reſurrectione. Sic ait Mattheus Euangeliſta. moriente domino terra mota eſt. & petræ ſciſſæ ſunt: & monumenta aperta ſunt. & multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt. Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius venerunt in ſanctam ciuitatem: & apparuerunt multis. * exiſſe ſepulchris. quæret autem aliquis quid de illis factum ſit qui reſurgente domino ſurrexerunt? credendum quippe eſt. quoniam ideo ſurrexerunt: vt teſtes eſſent dominicæ reſurrectionis. Quidam autem dixerunt quòd iterum mortui ſunt & in cinerem conuerſi: ſicut & Lazarus & cæteri quos dominus reſuſcitauit. ſed iſtorum dictis nullo modo eſt fides accommodanda. quoniam maius illis eſſet tormentum, qui ſurrexerunt ſi iterum mortui eſſent: quàm ſi nõ*

Eſdræ. 3. & 4.

corpora ſanctorum reſurrexerunt cum eo.

Matth. 27.

Sunt etiam, qui ſe ore canant vidiſſe patentes
Spontè ſua tumulos, multosq; exiſſe ſepulchris,
Quorum iampridem tellus acceperat oſſa.
Intereà ſocij, quos in diuerſa pauentes
Iamdudum terror longè diſiecerat omnes,
Tabeſcunt mœſti: cœlo cecidiſſe videtur
Omnibus extinctum æterna caligine Solem,
Et penitus mundo iucundum lumen ademptum.
Tandem conueniunt, & adhuc loca nota frequentant,
Tectaq;, quæ viuo ſibi quondam rege fuiſſent.
Dulcia, ſed caſu nunc deſolata recenti.
Dux nuſquam: miſeris nuſquam datur illa tueri
Ora, illosue oculos aſpectu luce ſerena
Iucundos magis, aut cœlo radiantibus aſtris,
Et cunctis nomen dulce obuerſatur ad aures.
Aegreſcunt mœſti: ſqualent circùm omnia luctu.
Haud ſecus atq; olim exemit cùm ſubere paſtor
Cærea dona cauo, vacuumq; alueare reliquit.
Tunc etiam, fumus quas longè diſpulit ater,

*reſurgerent. Incunctanter ergo credere debemus: quia qui reſurgente domino à mortuis reſurrexerunt. aſcendente eo ad cœlos & ipſi pariter aſcenderunt. hæc Remigius ſuper Mattheo. idem teſtatur Ambroſius. qui & amplius dicit. plurimos ex beatis martyribus reſurrectionem cũ domino corporaliter conſecutos eſſe, & quotannis conſecuturos. Nam ſicut legimus (inquit) in prima reſurrectionis feſtiuitate ſuſcitante ſe domino, multa ſanctorum corpora ſuſcitata vixiſſe: cur non quotieſcunque reſurrectionis eius feſtiuitas celebratur: totiens reſurgere credamus & ſanctos? vbi enim votorum iugis eſt ſolemnitas: gratia iugis eſt & donorum. & ſubinde adducit exemplum Ioannis Apoſtoli. quem reſurrexiſſe teſtatur & probat. * intereà ſocij. laborum ſcilicet Apoſtoli, quos ſecum dixerat permanſiſſe in tentationibus ſuis. hic demum conſequenter aggreditur apparitiones factas apoſtolis. etenim quæ ſupra narrantur mulieribus factæ minus validæ forſitan viſa fuiſſent ad tantam rem probandam. fœmineum quippe teſtimonium ex ſe infirmum eſt, ob fragilitatem ſexus. * ſolem nec mirũ. nam ipſe dominus ſol iuſtitiæ dicitur.* tandem poſt duos dies. quod ſpaciũ longius anno mœrentibus illis viſum eſt.* Tectaq; Simonis illius qui cœnaculum grande ſtratum ad eſum agni paſchalis cõmodauerat. * dulcia. non ſolum propter eſum agni veteris figuræ quàm immolationis ipſius Chriſti. qui verus eſt agnus. & qui (vt canit Eccleſia) abſtulit peccata mundi. ſed multo magis propter inſtitutionem Euchariſtiæ. quo nullus animæ. ſuauior eſt cibus. * illa ora, in qua & Angeli delectantur intueri. * ægreſcunt mœſti. nullam hic ſignificat inchoationem ſed potius augumentum ægritudinis animi, & doloris, ex memoria iucunditatis præteritæ. * ſqualent: horrorem quendam præſeferunt. ſicut enim loca ex domini præſentia ridere dicuntur. ſic & ex abſentia eius ſqualere & quodammodo mœrere videntur. * ſubere, ideſt, de alueari facto ex ſuberis cortice. * cerea dona, ideſt, fauos mellis adhuc in cera exiſtentis. * alueare, per ſyneræſim, duæ mediæ ſyllabæ in vnam contrahi neceſſe eſt. eſt autem alueare vaſculum illud vimineum, vel ex ſuberis cortice, ſiue alterius arboris caua factum: quo à ruſticis apes includuntur.*

cap. 27. Ambroſius in ſerm. martyrũ inter vtrunque paſcha.

alueare.

georg. 4. *includuntur. vel breuius quauis apum domuncula. de quare Vergilius in Georgicis. Ipſa autem ſeu corticibus tibi ſuta cauatis, ſeu lento fuerint aluearia vimine texta, Anguſtos habeant aditus. dicitur autem alueare ab alui ſimilitudine. & à mellis alimonio dicitur aluus ſecundum Varronem.* fumus ater quo apes ex aluearibus expelluntur: vt impunè mella colligantur. quod & Vergilius præcipit. Si quando ſedem anguſtam, ſeruataque mella Theſauris relines. prius hauſtus ſparſus aquarum, ore foue, fumoſque manu prætende ſequaces. * inania tecta, domunculas vacuas, inde melle exempto. * nequicquam, ideſt incaſſum. quia non ſibi ſed alijs laborauerunt. iuxta illud Maronis. Sic vos non vobis Mellificatis apes. * hyemi futura. cuius memores tota æſtate laborauerant. Vergilius venturæque hyemis memores æſtate laborem experiuntur: & in medium quæſita reponunt. * Ecce viros. diſcipulos domini. * tali mœrore, ſimili triſtitia, qua apes exemptis fauis circum aluearia volant. * attonitæ matres. Magdalena, Ioanna, & Maria Iacobi & cæteræ quę cum eis erant. regreſſæ à monumento (vt ait Lucas) nunciauerunt hæc omnia illis vndecim. & cæteris omnibus. & viſa ſunt ante illos ſicut deliberamenta verba iſta: & non crediderunt illis. * alij. Petrus ſcilicet &* Ioan. 20. *Ioannes. quibus cum dixiſſet Magdalena. Tulerunt dominum de monumento: & neſcimus vbi poſuerunt eum.*

Hinc illinc glomerantur apes,& inania fruſtra
Tecta adeunt denſo volitantes agmine circùm,
Direptosq; fauos ægrè,populataq; paſſim
Mella vident nequicquam hyemi congeſta futuræ.
Ecce viros autem tali mœrore ſepultos.
Attonitæ miris matres rumoribus implent,
Vidiſſe aligeros cœli de gente miniſtros,
Regem ipſum vidiſſe nouo fulgore micantem,
Et vacuum porrò tumulum,veſtesq; relictas.
Protinus ergo alii montis petere ardua curſu
Contendunt rapido feſtini,vbi inane ſepulchrum.
Aſt aliis incredibile, ac mirabile viſum,
Et primò ancipites deluſos credere matrum
Effigie pauitantum oculos,& imagine falſa,
Vt nobis ſæpe inſomnis ſpectare videmur
Abſentum vultûs,ſimulacraq; luce carentum,
Donec ſera illis ſub luce in tecta coactis
Ingrediens ſeſe oſtendit manifeſtius heros
Voce habituq; deum confeſſus imagine nota,
Diuinum toto iaciens de corpore lumen.

*Exierunt & venerunt ad monumentum: currebant autem duo ſimul: & ille alius diſcipulus præcucurrit citius Petro. & venit primus ad monumentum: Et cum ſe inclinaſſet vidit poſita lintheamina: non tamen introiuit. venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum. Et vidit lintheamina poſita, & Sudarium, quod fuerat ſuper caput eius, non cum lintheaminibus poſitum: ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum. tunc ergo introiuit & ille diſcipulus: qui venerat primus ad monumentum: & vidit & credidit. nondum enim ſciebant ſcripturam: quia oportet eum à, mortuis reſurgere. * incredibile, eſt enim (vt ait Theophilus) naturaliter incredibile mortalibus reſurrectionis miraculum. quæ tamen incredulitas Apoſtolorum, non tam eorum fuit infirmitas: quàm noſtra (vt ita dicam) erat futura firmitas. ipſa namque reſurrectio illis dubitantibus per multa argumenta monſtrata eſt. quę dum nos legentes agnoſcimus: de eorum dubitatione ſolidamur. * ancipites. incerti ac dubij. * donec ſera ſub luce. qua omnes conuenerant. & maxime timebant. exponit autem vates illam apparitionem quam ſic late deſcribit Ioannes Euangeliſta cum ſero eſſet die illo vna ſabbatorum: & fores eſſent* (apparitio dñi.) cap 20. *clauſæ: vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudeorum: venit Ieſus & ſtetit in medio. & dixit eis. pax vobis. & cum hoc dixiſſet: oſtendit eis manus, & latus. gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino. dixit ergo eis iterum pax vobis. Sicut miſit me pater & ego mitto vos. hęc cum dixiſſet. inſuflauit: & dixit eis. Accipite ſpiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta ſunt. Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur didymus non* Beda. *erát cum eis quando venit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli. vidimus dominum &c.* coactis. congregatis in vnum. in hoc enim oſtenditur infirmitas Apoſtolorum. qui foribus clauſis intus congregati reſi-* Theo. *debant propter timorem Iudeorum quorum metu fuerant prius diſperſi.* ingrediens hoſtijs clauſis. vt oſtendat ꝙ eodem modo reſurrexit adiacente lapide ſuper monumento.* Thomas didymus. grecè quidem didymus dictus eſt latinè vero geminus propter dubium cor in credendo. Thomas vero abyſſus interpretatur quia deinde altitudinem trinitatis certa fide penetrauit.* aberat. non autem caſu geſtū eſt* (didymus. Thomas.)

Hinc Thomas aberat Didymus vicina pererrans
Oppida,quò metus impulerat duce nuper adempto.
Isq́; vbi dein rediens eſt ſacræ redditus vrbi,
Acceptusq́; domo,ſocios videt ecce recenti
Attonitos caſu,ac cæco terrore ſilentes.
Quales aut templum,domini aut vbi diuitis ædes
Marmoreas petijt ruptis de nubibus ignis,
Terrificisq́; locum impleuit ſplendoribus omnem,
Stant intus pauidi ciues: quatit omnibus horror
Pectora: vix longo poſt tempore corda reſidunt.
Obſtupuit viſu ignarus,cauſamq́; requirit,
Et ſocios dicti Didymus demulcet amicis,
Quem ſenior Petrus amplexus,lachrimisq́; profuſis
Menti caniciem humectans ſic deniq; fatur:
Vidimus (ò iam nos felices) vidimus ipſum,
Vt ſoliti,regem ſpirantem,aurasq́; trahentem
Cœlicolum regem,qui nos modo morte reliquit.
Hæc ait: exultansq́; animo cœlum vſq; tuetur.
Ille autem (neq; enim narranti talia credit)
Ipsćne rurſus,ait,cœli hoc ſpirabile lumen
Aſpicit? an potius ſimulachri apparuit vmbra,
Atq́; oculos fallax veſtros eluſit imago?
Immo,ait,illum ipſum diuino illa ipſa gerentem
Vulnera,& antiquam ſeruantem corpore formam
Vidimus,ac veros manibus tractauimus artus.
Vidi oculis,vidi ipſe me is,& vulnera noui.
Veſper erat, clauſæq́; fores,clauſæq́; feneſtræ.

vt electus ille diſcipulus tunc deeſſet. egit namq́; miro modo ſuperna clementia vt diſcipulus dubitans dum in magiſtro ſuo vulnera palparet carnis: in nobis vulnera ſanaret infidelitatis. quo,aduerbialiter.* dein,pro deinde per apocopen.* ſacra vrbi,hieroſolyma. quæ propter templum & ſacrificia quę in ea fiebant ſacra vrbs appellabatur. tametſi cito erat ruitura propter ſacerdotum & populi nequitiam.* recenti caſu,in bonam nunc accipe partem,ideſt,nouo ſaluatoris aduentu. quem enim vt extinctum diu fleuerant. repente viuentem & glorioſum viderant.* cæco terrore,inſolita animi concuſſione. tangitq́; latenter quòd habetur penes Lucam. dominum videlicet ſtetiſſe in medio diſcipulorum & dixiſſe,pax vobis. ego ſum nolite timere. conturbatos vero diſcipulos & primo aſpectu conterritos exiſtimaſſe ſe ſpiritum videre. dominumq́; ſubiunxiſſe. Quid turbati eſtis & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? videte manus meas & pedes meos,quia ego ipſe ſum.palpate & videte. quia ſpiritus carnem & oſſa non habet. Sicuti me videtis habere.* ædes marmoreas. palatij alicuius grandis eſt periphraſis.* ruptis de nubibus ignis. per tranſitum docet quo pacto creentur fulgura, erumpunt enim ex colliſione nubium è diuerſo flatu ventorum confligentiũ.* terrificis ſplendoribus.non ſolum ob metum preſentẽ ipſius fulguris ſed multo magis propter malum euentum qui inde timetur. nam proximo futurã domini domus videntur hæc ſigna minari ruinam.* lõgo poſt tempore.aut archaiſmos eſt,ſecutus eſt enim antiquos. qui,ante,poſt,& circum, vtriq; iungebant caſui.aut longo poſt vna pars eſt.vt dicat reſidunt lõgo poſt.ſicut multo magis, multo minus,& poſt modò,ità & longopoſt.vt poſtpoſita videatur præpoſitio & in vnitatem coacta.* corda reſidunt. conquieſcunt.ſolent quippe ex timore palpitare.* demulcet,lenit ac mittigat.* ſenior Petrus.nota hic de pluribus,dici cõparatiuum.* lachrymisq́; profuſis.præ gaudio.ſ.* menti caniciẽ.canã barbã.eſt.n.mentũ, tieminẽs à gula extrema pars oris.q totũ ſolet operiri in viris à barba.in fœminis nitidũ manet.& quãuis Plinius dicat præter hominẽ nullum aĩal habere mentum.Hier.tñ dixit. Dauid apprehẽdiſſe mentũ leonis ac vrſi.eosq́; ſuffocaſſe.et Plautus.glandiodicam ſuillam:lardum:pernam: itidẽ aũt ſinciput aut menta porcina.* ille aũt,Thomas qui dicebatur didymus.* neq;.n.nar,ta,cr, plus aũt nobis (inquit Gregorius) infidelitas Thomæ ad fidem.quàm fides credentium diſcipulorum profuit. quia dum ille ad fidẽ palpando reducitur.noſtra mens oĩ dubitatione poſtpoſitã in fide ſolidatur.* ipſa vulnera. potuit quidem dominus cicatrices vulnerum ſuorum obducere:qui valuit à mortuis reſurgere. quod vtiq́; maius eſſe nemo dubitat.ſed certè diſpenſationis gratia qui mortem deſtruxit:ſigna mortis noluit delere. primo quidem vt per hoc diſcipulis fidem ſuæ reſurrectionis aſtrueret. deinde vt patri pro nobis ſupplicans quale genus mortis pro homine pertulerit ſemper oſtendat. tertio vt ſua morte redẽptis quàm miſericorditer ſint adiuti propoſitis eiuſdem mortis indicijs inſinuet. poſtremo vt in iudicio q̃ iuſte damnentur impij denunciet.* tractauimus. frequentes palpauimus. dixerat enim eis.palpate & videte. quia ego ipſe ſum.* clauſæq́; fores. propter metũ iudeorũ.at quo pacto intrant ad eos clauſis foribus? ſi hoc*

vrbs ſacra.

fulgura.

longo poſt tẽpore.

comparatiuum de pluribus dici.

mentum.

Thomæ infidelitas.

cicatrices vulnerũ quare retinuit dominus

clauſis foribus.

Seruius in buc. egl. 1.

1. reg. 17. & 2. reg 20

Plau. in Men.

Aug. in ſermone paſche. & ſuper Io. c. 20.

ſi hoc ſurrexi t de ſepulchro quod pependit in ligno? ſi comprehendis modum (reſpondet Aug.) non eſt miraculum. vbi deficit ratio: ibi eſt fidei ædificatio, Moli quidem corporis vbi diuinitas erat, hoſtia clauſa non obſtiterunt. ille quippe non apertis ianuis intrare potuit: quo naſcente virginitas matris inuiolata permanſit. inopinaq; gaudia. gauiſi quippe ſunt diſcipuli viſo domino. vt qui ſocij ſuerant paſſionis, & conſolationis eſſent.* ad lucem glorioſi corporis.* cremari non tamen verè comburi. nam ſuperum lumen ardet quidem. ſed illuſtrat & non conſumit.* trepidare. conturbati .ſ. (vt ait Lucas) & conterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre.* horreſcere viſu. diſcipuli certe nouerant Chriſtum verum hominem cui tanto tempore adheſerant, ſed poſtquam viderant illum mortuum: non poterant credere tertia die potuiſſe veram carnem de Sepulchro reſurgere. præterea turbabantur: quod vectibus obſeratis ſeſe dominus cum corpore improuiſus intromiſiſſet.* increpitans, cogitationes vtiq; eorum falſas, ac pernicioſas. perdidiſſet enim Chriſtus fructum paſſionis: ſi non eſſet credita veritas reſurrectionis.* ipſe ego ſum, magiſter veſter & dominus.* pacē non quam mundus dat, ſed meam pudeat ergo (inquit Cyrillus) nos pacis munus deſerere: quam nobis diſcedens Chriſtus reliquit. pax enim & nomen dulce & res dulcior. quam & dei eſſe accepimus, iuxta illud. pax dei quæ exuperat omnem ſenſum &c. pacis & deum eſſe, iuxta illud. Deus pacis Sanctificet. &c. ipſam & eſſe deum.* Pax. Multiplex.

Philip 4. 1. Theſ. 5. Epheſ. 2.

Nos intus Pauidi latitare, & corpora victu
Curare, ac poſitis mœſtis diſcumbere menſis.
Ecce autem tecti in medijs penetralibus ipſe
Improuiſus adeſt & inobſeruabilis heros
Effulget clauſis ingreſſus limina portis,
Improuiſus adeſt, inopinaq; gaudia portat.
Continuò ad lucem viſum tectum omne cremari.
Nos trepidare animis, ſubitoq; horreſcere viſu
Attoniti. verùm ille metus, vanumq; timorem
Increpitans vetuit trepidos exurgere menſis.
Ipſe ego ſum: pacem vnanimes agitate, metusq;
Soluite: tentandosq; dabat ſimul omnibus artus,
Vulneraq; inſigni quæ corpore quina gerebat.
Quin etiam parcis nobiſcum accumbere menſis
Non fugiens ſolito eſt coràm de more locutus.
Ceu mortalis adhuc quæ verba nouiſſima nuper
Ad mortem properans nobis memoranda reliquit.
Tum demum liquidis abiens ſe immiſcuit auris.
Hæc ſenior, ſocijq; eadem ſimul ore canebant.
pſal. 21. Nec dum finis erat verbis, cum protinus ecce

iuxta illud. ipſe eſt pax noſtra: qui fecit vtraq; vnum. pax bonum eſt quidem commendatum ab omnibus: obſeruatum autem, a paucis. Quæ autem eſt cauſa? ambitio dominij. facultatū cupiditas. Liuor. Odium. & maiorum contemptus. aut aliqd huiuſmodi ex his quæ dei ignaros videmus incurrere. tentandos artus, vt non ſolum viſu (qui interdum fallitur) ſed etiam tactu, qui ſenſus certior eſt, firmarentur in fide reſurrectionis.* vulnera quina. i. quinq; plagas. quas ideò ſuſtinuerat. vt vatū reſponſa implerentur. quorum illud præcipuum foderunt manus meas, & pedes meos: & dinumerauerunt omnia oſſa mea. Item illud videbunt in quem transfixerunt.* parcis menſis. in quibus delicatiora apponebantur obſonia, piſcis aſſus, & fauus mellis.* non fugiens. hoc eſt, quod addidit Lucas. Adhuc autem (inquit) illis non credentibus & mirantibus præ gaudio dixit Ieſus. habetis hic aliquid quod manducetur? at illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi: & fauum mellis. Et cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. hæc ſunt verba quæ locutus ſum ad uos cum adhuc eſſem vobiſcum. quoniam neceſſe eſt impleri omnia: quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & prophetis, & pſalmis de me, manducauit autem dominus poſt reſurrectionem: vt magis ac magis veritatem ſuæ reſurrectionis inſinuaret. manducauit quidem poteſtate, non ex neceſſitate. aliter enim: abſorbet aquam terra ſitiens: aliter ſol calens. illa indigentia, iſte potentia.* verba nouiſſima. aut illa Ammodo non bibam de hoc genimine vitis: donec bibam vobiſcum illud nouum in regno patris mei. & illa deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. dico enim vobis quia. ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei. Aut illa verba dicit quæ poſt cęnam longo aureoq; ſermone locutus eſt ad eos. ſicut ſcribit Ioannes Euangeliſta.* liquidis auris, .i. diſparuit ab oculis diſcipulorum. vt oſtenderet eis ſe quidem verè ſurrexiſſe. ſed ad vitam immortalem longè a prima diſtantem.* hæc ſenior .ſ. Petrus. qui non modo ſeniliatate ſed moribus ac vita cæteros antecedebat. erat autem viridis adhuc & fortis Petri ſenectus. ſuperuixit enim multos annos quibus viriliter*

Zach. 12. Luc. 24. Beda. Marci 14. Lucæ 22. Io. a capite 14. ad cap. 18.

Manducauit Chriſtus & bibit. Senior Petrus.

deo

deo militauit. cum clamore ruit conuerſus eſt hic ordo hyſtoriæ . ſequens enim apparitio præcedentem*

Cleophas.

*anteceſſit. verum poetis id vitio non datur . nam artis poeticæ eſt : vt futura præoccupent, & præterita poſt dicant . modo conciné dicta dicendis annectant . * Cleophas fid, vnus ex. lxxij. diſcipulis poſt xij apoſtolos electis, a, domino: quos & miſit binos in omnem ciuitatem, & locum quò erat ipſe venturus.* ſubiunxerat. ſicut & modo videmus reuerendis Epiſcopis venerabiles presbiteros eſſe ſubiectos . illi enim vices apoſtolorum, iſti verò. lxxij. ſeruant.* viuit adhuc , dominus & magiſter noſter . * his oculis, his auribus, pleonaſmos eſt figura, qua decenter vtimur ad fidem faciendam de re creditu difficili nobis oſtenſa . ſic & Aeneas ſuper apparitione Mercurij. ipſe deum manifeſto in lumine vidi intrantem muros: vocemq; his auribus hauſi.* hauſi vocem accepi, audiui . * Ammaona ſignat . ſecutus eſt*

Theophylus.

Ammaon.

diuum Ambroſium, qui hunc Cleophe comitem vocat Ammaona. nonnulli verò alij Lucam ipſum fuiſſe arbitrati ſunt . qui propter humilitatem eo quod eſſet ſcriptor , proprium nomen tacuerit vteruis fuerit . de numero lxxij. erat. Nam modò fortè animis. quia huius viſionis prolixa eſt hyſtoria, diffuſaq; ab Euangeliſta narratur: & diffuſius hic a vate repetitur . non totam ſimul congeremus : ſed per partes , & in locis opportunis eam ſubijciemus . refert itaq; Lucas . poſteaquàm mulieres receſſerant a ſepulchro: Petruſq; abierat ſecum admirans quod factum fuerat . Ecce duo ex illis ibant ipſa die in Caſtellum , quod erat in ſpatio ſtadiorum . lx. ab Hieruſalem nomine Emaus. & ipſi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant . Et factum eſt dum fabularentur , & ſecum quærerent : & ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis : oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoſcerent &c. * mæſti, præoccupatio , color rhetoricus . * montes Iudeæ Emaus . ipſa eſt Nicopolis Ciuitas inſignis Paleſtinæ quæ poſt expugnationem Iudeæ ſub Marco Aurelio Principe reſtaurata cum ſtatu mutauit & nomen. de hac vrbe latius ſupra dictum eſt in cathalogo vrbium terræ promiſſionis . * aduena in ignota veſte .*

Apparet Chriſtus ſub habitu peregrini.

Beda.

Emaus.

Nicopolis.

Fo. 63.

Cum clamore ruit Cleophas fidiſſimus vnus
E multis quos biſſenis coniunxerat heros,
Atq; hæc dicta dabat : vos ò iam ſoluite luctu .
Viuit adhuc ſocij leti iam lege ſolutus .
Viuit adhuc : vidi his oculis , vidi ipſe , deiq;
Auribus his auſi vocem conſuetaq; verba
Audijt hic etiam mecum, viditq; loquentem
(Atq; manu , nutuq; propinquum Ammaona ſignat)
Nam modo fortè animis mœſti dum incedimus ambo
Quà ſe demiſſi incipiunt ſubducere montes ,
Extulit aereas Emaus vbi turribus arces ,
Aduena in ignota nobiſcum veſte profectus ,
Externoſq; gerens habitus comes additur vltro .
Tædia dumq; viæ vario ſermone leuaret ,
Interdum eruptis roramus fletibus ora ,
Et gemitus imis dolor exprimit oſſibus ardens :
Ille ægros dictis ſolari , & quærere cauſas
Crebra reſurgentis luctus : nos ordine cuncta
Pandimus , atq; ducis letum crudele profamur ,
Quo moriente ſimul perierunt gaudia noſtra .
Vt factis , verbiſq; animos ſpe arrexerit ingens

greg. In ho.

Peregrinus quare Chriſtus.

*ſub habitu peregrini , alludit autem ad illud dictũ Cleophæ . Tu ſolus peregrinus es ĩ Hieruſalem, & hæc ignoras ? iccirco autem ſpeciem peregrini, quam non recognoſcerent oſtendit . quia hoc agebat foris in oculis corporis: quod apud ipſos agebatur intus in oculis cordis. ipſi namq; apud ſeipſos intus & amabant , & dubitabant . de ſe ergo loquentibus preſentiã exhibuit : ſed de ſe dubitantibus cognitionis ſuæ ſpeciem abſcondit . * quærere cauſas. dixit .n. Qui ſunt hi ſermones quos confertis ad inuicem ambulãtes & eſtis triſtes ? * pandimus . nam reſpondit ei Cleophas. Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem : et nõ cognouiſti quæ facta ſunt in illa his diebus ? quibus ille dixit . quæ ? at illi dixerunt ei, de Ieſu Nazareno , qui fuit vir propheta : potens in opere & ſermone : coram deo & omni populo . quomodo eum tradiderunt ſummi ſacerdotes noſtri in damnationem mortis : & crucifixerunt eum. nos autem ſperabamus quia ipſe eſſet redempturus Iſrael. Et nunc ſuper hæc omnia tertia dies eſt hodie quod hæc facta ſunt . ſed & mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos : quæ ante Lucem fuerunt ad monumentum : & non inuento corpore eius venerunt dicentes : ſe etiam viſionem angelorum vidiſſe : qui dicunt eum viuere . Et abierunt quidam ex noſtris ad monumentum : & ita inuenerunt , ſicut mulieres dixerunt : ipſum verò non inuenerunt . * letum crud, pro, quaſi non expectantes amplius illum victurum . ſed doloroſi quaſi perempto ſaluatore . * ſpe ar, in, ing, . ſiquidem ſperauerant Chriſtum ſaluaturum & redempturum eos non a vinculis peccatorum , a ſeruitute diaboli , & ab inferno carcere .*

Chriſtus qualis ſperabatur.

ſed potius liberaturum populum Iſrael a temporalibus malis ingruentibus & a ſeruitute Romanorum. ipſum quoq; credebant & optabant terrenum Regem futurum . quem etiam putabant promulgatam i ſe mortis ſententiam cauere potuiſſe. morte fefel, om,arguebant autem quodammodo ſeipſos q in illo redemptionem ſperauerint . quem iam mortuum viderant: nec reſurrecturum amplius credebant.* non pudet , o , ſemper cæcos.Intellectu ſc3. vnde & in Euang. ſic habetur eum dixiſſe , O ſtulti & tardi corde ad credendum in his omnibus quæ locuti ſunt prophetæ . Nonne hæc opportuit pati Chriſtum,& ita intrare in gloriam ſuam ? Et incipiens a Moyſe, & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturas quæ de ipſo erant.* & lucis egentes . internæ.ſ. ferè enim dixerant quæ & cruci-*
Pſal 21. *fixo inſultantes . alios ſaluos fecit ſeipſum non poteſt ſaluum facere .* funera crudelia . vt in pſalmis .*
Eſaie 53. *foderunt manus meas & pedes meos &c.in Eſaia . & cum iniquis deputatus eſt . & in ſapientia Mor*
ſap 2. Hierem.xi *te turpiſſima occidamus eum. & in Hieremia . venite ponamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra .* haud credita vobis.nec enim crediderant eum moriturum , quem viderant mortuorũ ſuſcitatorem . poſſe mori non putabant : quem vitę autorem cognouerant . * obtulit ipſe. & hoc ex Eſaia . oblatus eſt quia ipſe voluit .* vnus pro multis.ex eodem . ipſe vulneratus eſt (inquit) propter iniquitates noſtras : atritus eſt propter ſcelera noſtra . item . poſuit in eo dominus iniquitatem*
Matth.7. *omnium noſtrum .* ſignaret iter: anguſtam illam viam tribulationum : & paſſionum . de qua dixerat* Arcta uia.
dominus . quam anguſta eſt porta,& arcta via quę ducit ad vitam : & pauci ſunt qui inueniunt eam
Act 14. *& apoſtolus . per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei.diſcant autem pingues eccleſiæ prælati,in delitijs viuentes . quam ſint ſtulti , & cæci , & verè lucis egentes ſi oportuit pati Chriſtum : & ita intrare in regnum ſuum , & in gloriam ſuam . quo nam pacto delitijs affluentes intrabũt* Conſiliũ pro prelatis.
ipſi in alienum regnum & gloriam alienam ? vel modo errorem ſuum recognoſcant , & peccata præterita elemonſynis redimant , vt eum hic alienam ſuppleuerint inopiam . magnam quoq; eorum indigen-
Lucæ 6. *tiam ſuppleant pauperes : quorum eſt regnum cælorum . ſic & dominus ipſe conſuluit. facite (inquit)*
Lucæ 16. *vobis amicos de Mammona iniquitatis : vt cum defeceritis:recipiant vos in æterna tabernacula.* ante retexit.illis verbis . Ecce aſcendimus Hieroſolymam : & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum , & ſcribis , & condemnabunt eum morte : & tradent eum gentibus ad illudendum: & flagellandum : & crucifigendum: & tertia die reſurget .* media vrbe , Hieruſalem . vt cum dixit . ficut*
Matth. 20. Mar 10. Luc.18.

Io.3. Ingenti : ſed deinc nos morte fefellerit omnes.
Non pudet o ſemper cœcos , & lucis egentes ?
Nonnè ducis veſtri quondam crudelia vates
Io.8. Funera prædixere omnes , caſusq; nefandos
Io.12. Tot veterum monimenta docent haud credita vobis ?
Sponte ſua leto caput obuius obtulit ipſe
Vnus pro multis , patrias quò flecteret iras ,
Io.2. Atq; iter ipſe ſuo ſignaret ad aſtra cruore .
Haud ita vos ille erudijt : nam ſæpe futura
Hæc eadem de ſe longe ante retexit amicis.
Atq; equidem , memini,nuper media vrbe canebat ,
Obſcura ſed verborum rem ambage tegebat .
Nunc autem manifeſta patent,nunc omnia aperta
Nube palam ablata , nec ſpes fouiſtis inanes.
Matth.21. En rex , qui poſitas conſeuerat ordine vites

*Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto : ita, & oportet exaltari filium hominis . * tegebat. rem ob, amb, ver, illis. ſc3. cum exaltaueritis filium hominis;tunc cognoſcetis quia ego ipſe ſum . & iterum illis verbis . ego ſi exaltatus fuero a terra : omnia traham ad meipſum. & rurſus. ſoluite templum hoc , & in tribus diebus excitabo illud . ſimiliter & in agricolarum parabola : quam & vates hic annectit. & in ea lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic factus eſt in caput anguli . quam & Petrus*
1.Petri c.2 *de Chriſti morte reſurrectioneq; exponit .* manifeſta patent,n,o,a, ſic & Ioannes Euangeliſta dixit .*
Io.2. *cum reſurrexiſſet a mortuis recordati ſunt diſcipuli eius , quia hoc dicebat de templo corporis ſui . & crediderunt ſcripturæ : & ſermoni quem dixit Ieſus .* En rex qui poſitas . hic interſerit parabolam agricolarum , & eius expoſitionem ; per quam latenter mors domini deſignabatur & ſacerdotum ac principum iudeorum eiectio . apoſtolorum vero ſucceſſorumq; ad regimen eccleſie ſuffectio , eſt autem* Vineæ & agricolarũ parabola.
Matth. 21. *(vt refert Matthæus) hæc parabola . homo erat pater familias qui plantauit vineam ; & ſepem circumdedit ei : & ædificauit turrim : & locauit eam agricolis : & peregrè profectus eſt . cum autem tempus fructuum appropinquaſſet. miſit ſeruos ſuos ad agricolas. vt acciperent fructus eius . Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius : alium occiderunt ; alium ceciderunt : alium verò lapidauerunt . iterum*

miſit

miſit alios ſeruos plures prioribus. & fecerunt illis ſimiliter. nouiſſime autem miſit ad eos filium ſuum dicens. verebuntur fortè filium meum. Agricolæ autem videntes filium: dixerunt intra ſe Hic eſt heres. venite occidamus eum: & habebimus hereditatem eius. Et apprehenſum eum eiecerunt extra vineam: & occiderunt. cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet. & vineam ſuam locabit alijs agricolis. * ferarumq; hypermetrus verſus. * nam pater omnipotens. hæc eſt expoſitio parabolæ: quæ alia interpretatione non indiget excepto quod ſcribit Hier. Esaiæ 5.

Vinea domini quenam. Eſaiam dixiſſe vinea domini ſabaoth domus Iſrael eſt & viri iuda germen eius delectabile. prolixã vero parabolæ huius interpretationem qui velit videre quærat Homeliam in Quadrageſima. * fera ſunera vatum. crudeles prophetarum occiſiones. iuxta illud. Hieruſalem Hieruſalem quæ lapidas prophetas, & occidis eos qui ad te miſſi ſunt &c. * Paleſtini .i. Iudei, qui & Paleſtini propter vicinitatẽ regionis (ſunt enim iuxta Plinium finitimi.) & morum ſimilitudinem malorũ) dicebantur. * furijs immanibus acti. facibus inuidiæ & odij accenſi. * natum hauſerunt. e medio ſuſtulerunt. quaſi abſorbuerunt. quò ad impium eorum deſiderium. cupiebant enim creſcentem illius famam cum eo penitus extinguere: & clari nominis illius memoriam annihilare. ſed non ſucceſſit eis. nam ſurgens a mortuis magis ac magis indies innotuit. Feria 6. Domin. 2.

Prætendens ſepem inſidijs hominumq; ferarumq;
Omnibus immiſſis incaſſum ex vrbe miniſtris
Quos lœto dedit inſontes manus effera agreſtum.
Demum infelices natum ipſum miſit in agros.
Nam pater omnipotens poſt tot fera funera vatum
Ipſe ſuum iuſſit natum deſcendere olympo;
Ecce palæſtini furijs immanibus acti
Natum etiam hauſerunt crudeli funere herilem.
Haud impune tamen. rex vrbe vltricibus armis
Iam iam aderit. flammiſq; feros agitabit agreſtes.
Et pangenda alijs credet vineta colonis.
Sic fatus cæpit voces ex ordine vatum
Obſcuras. veterumq; euoluere facta parentum.
Cuncta docens lætum chriſto crudele minari.
Quo mortale genus tenebris educeret atris.
Vt clara antiquis portendi hæc omnia ſignis,
Monſtrabat ratione, oculis caligine abacta?
Vt noſtros mira inflexit dulcedine ſenſus?
Vt reſoluta nouo ardebant præcordia amore?

* vltricibus armis. Titi et Veſpeſiani Romani exercitus Imperatorum. quibus necem Chriſti deus pater vltus eſt vt & ſuperioribus libris frequenter eſt dictum. * feros agreſtes impios Iudeorum principes ac ſacerdotes vineæ domini agricolas peruerſos. quos in templo & cum templo ſcribit Ioſephus in ipſo vrbis excidio extinctos fuiſſe. In lib de Bello iudaico.

pangenda. * pangenda vineta, fingenda plantanda iungenda & colenda. perſtat autem in tranſlatione vineæ. ſed de Chriſti eccleſia hæc ſunt intelligẽda. nam

Vitis prima. vitis prima & præcipua Chriſtus eſt. diſcipuli vero eius ſunt palmites: vnde ceu propagines quædam ſunt alij fideles longè lateq; per orbem propagati. & rurſus, huius vineæ primus ac præcipuus agricola pater eſt. iuxta illud euangelicum. ego ſum vitis: & pater meus agricola eſt. Chriſtus quoq; agricola eſt. qui & palmites ſuos facit agricolas. & operarios vineæ ſuæ. hinc dixit Paulus. Ego plantaui, Apollo rigauit. deus autem incrementum dedit. & alibi. laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. intellige quę dico. dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. ſuper hac re vide Auguſtinum in hom.

Figure multe de Chriſto. incipiente. Iſte locus. * vatum, prophetarum. David. Eſaiæ, Hieremiæ cæterorumq;. quos & ſupra citauimus. * veterum facta parentum .i. antiquas patrum figuras ad Chriſti myſterium pertinentes. veluti Noe fabricationem Archæ. Exitum de Aegipto poſt immolationem agni. oblationẽ quoq; Iſaac & arietis loco eius immolati. amaritudinẽ aquarũ Marath ademptã per ligni immiſionem. fluxum aquæ de petra, Manna de Cœlo. exaltationem ſerpentis in deſerto. & introitum in terram promiſſionis tranſacto iordane, Ieſu duce. aliaq; permulta. de quibus ait Paulus. omnia in figura contingebant illis. expoſitiones harum figurarum quære in primo huius. * tenebris atris. Inferni. & per quas demerguntur homines in Infernum. * vt clara, quam clara. admirantis eſt aduerbium ſimul & quantitatis de quo ſupra dictum eſt. * caligine abacta. effugata ignorantia ab oculis cordis. * mira dulcedine, De apoſtolis.

Dulcedo Dei. fo. 90.

guſtate. quam nemo nouit niſi qui guſtarit. vnde benè nos admonet propheta. Guſtate & videte quam ſuauis eſt dominus. * ardebant. alludit ad id quod dixerunt hi duo diſcipuli poſt agnitionem domini & diſceſſum.

Ardor diuinus. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis: dum loqueretur in via & aperiret nobis ſcripturas? * nouo amore. exaudito eum ſermone diuino: inardeſcit animus: torporis frigus recedit. mens in ſu-

perno deſiderio ſit anxia. audire libet præcepta cæleſtia. & quot mandatis inſtruitur, quaſi tot facibus animus inflammantur. qualiter. note ſunt hæ comparationes. per rigorem autem ſoluti æris. duritiem cordis infidelis depoſitam intellige. per liquefactionem verò glaciei gelidæ ſed tamen fragilioris frigidum animi torporem charitatis igne depulſum recognoſce. gradatim enim ad ſummum virtutis apicem fit aſcenſus. nemo quippe repente fit perfectus. agnouimus antequam ven.ad ſed, vt virtutem quam commendabilis ſit oſtenderet. nam quia hoſpitalitatem ſectati ſunt: eum quem in ipſa expoſitione ſcripturarum non cognouerunt, in panis fractione cognoſcunt.* fingentem componentem ſe ac præparantem ad longius iter obeundum. fingere namq; (vt ait Gregorius) componere dicimus. vnde & compoſitores luti figulos vocamus. nihil ergo ſimplex veritas per duplicitatem fecit: ſed talem ſe exhibuit in corpore: qualis apud illos erat in mente.* ſuccederet hoſpes. ſic & in Euang. & appropinquauerunt caſtello quo ibant: & ipſe finxit ſe longius ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiſcum domine quoniam adueſperaſcit. & inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum eſt dum recumberet cum eis. accepit panem & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum & cognouerunt eum. & ipſe euanuit ex oculis eorum.* piceo amictu, nigra tenebrarum vmbra nocturnarum mox appropinquantium.* infuſcans, obumbrans.* paruit, aſſenſit poſtulationi noſtræ.* fruges toſtas. cer. liba, appoſitio eſt. & periphraſis panis. nam ſiccatis frugibus & ſaxo molæ fractis, atq; pertritis fit farina: vnde panis atq; placentulæ quæ cerealia ideo liba dicebantur. quod ex eis cereri iuxta fabulas frugum inuentrici libaretur .i. ſacrificaretur.* fregit more ſolito. crucis ſigno abſq; cultello.* nox abijt, ab vtriſq; oculis interna atq; externa.* Lux cognitionis domini, nam (vt ait Greg.) deum quem in expoſitione ſacræ ſcripturæ non cognouerant, in panis fractione cognoſcunt. quiſquis ergo vult audita dei verba intelligere: feſtinet ea quæ iam intelligere potuit opere adimplere. Ecce enim dominus non eſt cognitus dum loqueretur, & dignatus eſt cognoſci dum paſcitur.* reſpuit hu. vi. vt oſtenderet, & ſi idem corpus quod prius habuerat, aſſumpſiſſe, alterius tamen gloriæ. neq; diutius cum eis commorari decere.* negat Thomas. nunc redit ad finem præcedentis viſionis: quæ ab Euangeliſta Ioanne deſcripta paulo ſupra relata eſt. in cuius calce ſic dicitur. Thomas autem vnus ex xij. qui dicitur Didimus, non erat cum eis. quando venit Ieſus. dixerunt ergo ei alij diſcipuli. vidimus dominum. ille autem dixit eis. niſi videro in manibus eius fixuram clauorum & mittam digitum meum in locum clauorum. & mittam manum meam in latus eius non credam.* nemo perſuaſerit vnquam ſicut autem (inquit Chryſoſt.) ſimpliciter & qualitercumq; credere, facilitatis eſt nimiæ: ita multum inueſtigare rudiſſimæ mentis eſt. & propter hoc Thomas accuſatur quodammodo infidelitatis, nimiſq; duræ ceruicis.* hauſero. hoc eſt omnibus corporis mei ſenſibus percepero.* his manibus contrectaro. tardo pede, Thome quoq; tarditatem in credendo fermè ante oculos ponit inſpectandam. ſimile quiddam dicit Chryſoſtomus alijs groſſior exiſtens Thomas, eam quæ eſt per tactum groſſiſſimam querebat fidem* ſimul ecce deus. poſt tamen octo. dies (vt ſcribit Ioannes) iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit eis. pax vobis. deinde dicit Tho-*

Hoſpitalitas commendatur.

Fingere.

In ho.

Liba cerealia.

Optimus intelligendi modus.

Thomas increpatur.

Apparitio in Octaua.

Io. 20.

Qualiter aut æris rigor acri ſoluitur æſtu,
Aut glacies concreta nouo ſub ſole liqueſcit.
Non illum tamen immemores agnouimus ante,
Quàm ventum ad ſedem, paruamq; ſubiuimus vrbem.
Namq; iter vlterius fingentem, ſeq; ferentem
Longè alias ſedes petere, ambo orauimus, ijsdem
Nobiſcum haud aſper tectis ſuccederet hoſpes.
Id quoq; præcipiti ſuadebat veſper olympo
Iam piceo terras infuſcans noctis amictu.
Paruit, & menſas comitum eſt dignatus egenas.
Vt primum fruges toſtas cerealia liba
Attigit, & ſolito fregit de more, repentè.
Nox abijt, tandemq; oculis lux reddita noſtris.
Agnoſco, & ſupplex manifeſtum numen adoro.
Sed ſubito volucres abiens ceu fumus in auras
Reſpuit humanos viſus, ſenſuſq; refugit.
Talia narrabat Cleophas, quæ credita cunctis
Io. 20. Vera negat Thomas, & cœptis perſtat in ijſdem.
Hæc mihi (dicam iterum) nemo perſuaſerit vnquam,
Illum ipſum his oculis clara niſi luce videndum
Hauſero, & his manibus niſi vlunera contrectaro.
Sic fatur ſimul ecce Deus cum lumine largo
Improuiſus adeſt iterum, ſocioſq; reuiſit,

ma

ma. Inſer digitum tuum huc: & vide manus meas. & affer manum tuam: & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas. & dixit. dominus meus, & deus meus. dicit ei Ieſus. quia vidiſti me Thoma credidiſti: beati qui non viderunt & crediderunt. * Et clauſæ manſo, manſen, quærat aliquis; ſi foribus clauſis intrauit: vbi eſt corporis modus? & ego reſpondeo (dicit Aug.) ſi ſuper mare ambulauit. vbi eſt corporis pondus? ſed fecit illud dñs tamq̃, dñs. numqd igitur quia reſurrexit, deſtitit eſſe dominus? * non aliter * quottidiano viſu notiſſima comparatio eſt. * ille ſò metallo. intacto vitro. & nota vitrum dici poſſe metallum. * vt verò Dydimus. dubius Thomas * vulnera monſtrantem. vt oſtenderet ei, q̃ etiam tunc cum loquebatur ad condiſcipulos, aderat, & verba incredulitatis eius audierat. * & ſe nomine compellantem. conſidera dominatoris orbis clementiam O ſuperbe cinis. qualiter & pro vna anima oſtendit ſeipſum vulnera habentem, & accedit vt ſaluet vnum. & nimirum diſcipuli annuntiantes digni erant fide. & ipſe id ante promittens: ſed tamen quia ſolus Thomas quæſiuit. neq; hoc eum priuauit Chriſtus. non autem ſtatim ei apparet: vt interim a diſcipulis admonitus accendatur in maius deſiderium & fidelior fieret in futurum. * ver æ mihi facies ex humanitate viſa. ad fidem diuinitatis eius peruenit: quam & confeſſus eſt. dicens. * verus deus, dum autem vidit, Palpauitq; Thomas. cur ei dicitur, quia vidiſti me, credidiſti? cum fides ſit de inuiſibilibus. eſt .n. (vt ait Apoſt.) ſubſtantia ſperandarum rerum. argumentum non apparentium. reſpondet Gregorius aliud vidit Thomas, & aliud credidit. hominem vidit: & deum confeſſus eſt. * animo labanti, titubanti inſtabili, atq; inconſtanti. a labo, bas, participium eſt. non a labor laberis ideoq; corripit primam, & terminatur in, ans. * quæ ſuprema. ſ. pmiſſa de reſurrectione tua. nam eis dixerat. poſtquam autem reſurrexero: præcedam vos in galileam. & alia multa, quæ late adduximus paulo ſuperius. * cum quarta luce a minori ad maius argumentum vrgentiſſimum. eſt autem tale. Qui potuit alium ſuſcitare non ſuſcitabit ſeipſum? vtiq;. & qui ſuſcitauit Lazarum quatriduanum & fœtentem, vtiq; & triduanum & incorruptum ſuſcitabit ſemet ipſum. dicitur etiam a maiori ad minus ordine retrogado vtrouis modo arguatur. ſi quod magis poteſt, vtiq; & quod minus. ſi quod minus eſt non potuit, neq; quod magis eſt poterit. ſed hoc negando, illud aſſerendo procedit. * atq; aderã ſuſcitationi Lazari. de qua in ſuperioribus libris viſum eſt. * mens læua, ſiniſtra & mala vt pote infidelis. * forſan & hæc. immo & ſine forſan. nam proculdubio (vt docet Gregorius) non hoc caſu ſed diuina diſpenſatione geſtum eſt. vt electus ille diſcipulus tunc deeſſet: poſt autem veniens audiret. audiens dubitaret. dubitans palparet. & palpans crederet. egit, namq; miro modo ſuperna clementia vt diſcipulus dubitans dum in magiſtro ſuo vulnera palparet carnis: in nobis vulnera ſanaret infidelitatis. * Proderit hic. in hoc reſurrectionis articulo fidei maximo. * hæſiſſe, dubitaſſe. * voluiſſe contingere. certiori ſenſu tactus voluiſſe veritatẽ explorare. * eluderet. ſicut in præſtigijs fieri ſolet. in quibus cordula trabs eſſe videtur. * nunc adiens

Foribus clauſis

Vitrum.

Chriſtus etiam pro vno.

Vidiſti & credidiſti quomodo.

Labans a labo bas.

Arg. de minori ad maius & cõtra.

mens leua.

Thome infidelitas profuit.

apparitiones domini 12.

Et clauſæ manſere fores, manſere feneſtræ.
Non aliter vitri, quod tectis ſummouet auras,
Lumine ſol penetrat ſplendentes aureus orbes
Inſertim radios iaciens in opaca domorum,
Nec tamen vlla viæ apparent veſtigia adacta
Luce, ſed illæſo ſæpe itq; reditq; metallo.
Sternunt ſe ſe omnes terræ, genibusq; ſalutant.
Vt verò Didymus manifeſto in lumine vidit
Vulnera monſtrantem, & ſe nomine compellantem,
Horruit, & prono confeſtim corruit ore.
Multaq; ſe incuſans animo ſic deniq; fatur:
Vera mihi facies, uerus Deus, omnia noui
Haud equidem (fateor) viuum te credere quibam.
Poſt obitus cœli hoc iterum ſpirabile lumen,
Has auras haurire. animo tua dicta labanti
Exciderant penitus, modò quæ ſuprema dediſti.
Demens, qui te obita non poſſe huc morte reuerti
Crediderim, cum quarta alios iam luce ſepultos
Ad ſuperas cœli nuper reuocaueris auras.
Et memini, atq; aderam; ſed me mens læua tenebat.
Forſan at hæc tamen haud veſtro ſine numine tanta
Credo equidem venit dementia. forſitan olim
Proderit hic ſeris hæſiſſe nepotibus vnum,
Et manibus voluiſſe prius contingere corpus,
Talibus orantem Deus, & lux ipſa reliquit.
Nunc hos, nunc adiens alios, & pectora firmans.
Nec prius euaſit mundi mortalibus oris,

Io 20 Mar. ci 16. Matth 28 Lucæ vlti- mo. Ibidem. & mar. vlt. Io.20 ibidem Io.21 Matth. 28. 1. cor 15. Marci 16. & vlt. Lucæ vlt. & act 1. 1.cor.15. Hier.lib. vir.ill.c. 2. act.1. gl.ord act. 1.

alios duodecies apparuiſſe dominum ante aſcenſionem credimus primo Mariæ virgini matri. 2 Magdalenę iuxta ſepulchrum in ſpecie hortulani 3. eidem cum alijs mulieribus a ſepulchro redeuntibus 4. Petro cum abijſſet a ſepulchro admirans ſecum quod factum fuerat, v. duobus diſcipulis euntibus in Emaus vi. apoſtolis abſente Thoma. & hæ omnes apparitiones factæ ſunt ipſo die reſurrectionis. vij. in die octauo. iterum apoſtolis præſente Thoma viij. ad mare Tiberiadis. ix. in galilea in monte quem conſtituerat illis Ieſus apparuit pluſquam quingentis fratribus vt refert Paulus. x. & xi. in die Aſcenſionis. ſemel in Hieruſalem conueſcentibus illis. & poſtremo in monte Oliuarum vnde & conſcendit in cœlũ xij. Iacobo apoſtolo. qui vt dicitur vouerat ſe non comeſturum donec videret Chriſtum reſurrexiſſe. verum hanc vltimam poſui. quia de loco & tempore nihil habetur ex Euang. credo tamen quod in die Paſchatis facta fuerit. * nec prius euaſit. hoc eſt quod ait Lucas. præbuit apoſtolis ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis & loquens de regno dei. * quaterdena, non tamen eis per xl. dies cõtinuos apparuit vel manſit cum eis, ſed frequenter eo temporis ſpatio, viſit eos corporali ſpecie: qui numquam receſſit ab eis diuinitate. & quia. xl. horis mortuus iacuerat in ſepulchro: icci rco. xl. diebus verſatus eſt viuus in terra. * forte igitur Petrus & ſocij. hic redit ad enarrandam mirificam illam viſionem factã iuxta mare Tiberiadis: in qua principatus apoſtolorum Petro ceterorum ardentiſſimo collatus eſt. hanc & miro carmine ſecundus ingenio vates hic exornat.

Apparitiones Domini 12.

* & ſocij, ſex alij: quos enumerat Ioannes his verbis. poſtea manifeſtauit ſe iterum Ieſus ad mare Tiberiadis. manifeſtauit autem ſic. Erant ſimul Simon Petrus & Thomas qui dicitur didymus & Nathaneal. qui erat a chana galileæ: & filij Zebedei: & alij ex diſcipulis eius duo. dicit eis Simon Petrus vado piſcari. dicunt ei: venimus & nos secum. Et exierunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderũt Mane autem facto ſtetit Ieſus in littore: non tamen cognouerunt diſcipuli quia Ieſus eſt. dicit ergo eis Ieſus: pueri numquid pulmentarium habetis? reſponderunt ei. non, dicit eis. mittite in dextram nauigij rhete: & inuenietis. miſerunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piſciũ.

Quam quater exoriens dena ſol luce rediret.
Forte igitur Petrus. & ſocij vada ſalſa ſecabant
Remigijs lembum ſubigentes, dum ſibi victum
Arte parant ſolita, piſcesq; in gurgite captant.
Et iam per totam vano. quàm longa labore
Defeſſi noctem fruſtra madefacta legebant
Rhetia, cum iuuenem egregium videre liquenteis
Fluctifrago tractus e littore proſpectantem.
Nec primo agnouere deum, diuinaq; membra,
Quandoquidem ſe mortali cælauerat ore.
Ipſe dehinc tali compellans voce natantes
Dextram, ait, affectate viri: huc appellite puppim:
Hac dabitur vanum non effudiſſe laborem.
Nec mora, præceptis parent, dextraq; per undas
Detorquent alacres curſum, nodoſaq; lina
Proijciunt, moti ſonuit plaga cærula ponti.
Iamq; ſenex tacito ſocijs Petrus innuit ore,

dicit ergo diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus Petro. dominus eſt. Simon Petrus cum audiſſet, quia dominus eſt. tunica ſuccinſit ſe. (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. alij autem diſcipuli nauigio venerunt. non enim longe erant, a terra: ſed quaſi cubitis ducentis trahentes rhete piſcium. vt ergo deſcenderunt in terram: viderunt prunas poſitas & piſcem ſuperpoſitum & panem. dicit eis Ieſus. afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc. Aſcendit Simon Petrus et traxit rhete in terram plenum magnis piſcibus centũ quadraginta tribus. & cum tanti eſſent: non eſt ſciſſum rhete. * lembum, nauiculam. grece το λεμβος. dicitur in genere neutro. vt docet Suidas. * ſubigentes impellentes. * arte ſolita, piſcatoria .ſ. nec fuit peccatum (vt docet Greg.) negotium quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, hoc etiam poſt conuerſionem ſine peccato extitit, hoc eſt poſt conuerſionem repetere. hinc eſt quod ad piſcationem redijt Petrus: Matheus vero ad Thelonei negotium non reſedit. ſunt enim pleraq; negotia quæ ſine peccatis exhiberi aut vix, aut nullatenus poſſunt. ad hæc ergo quæ ad peccatum implicant: neceſſe eſt vt poſt conuerſionem animus non recurrat. * captant. quærunt capere. nec tamen capiunt. nam ſequitur. Et iam per totam &c. * fluctifrago, e littore, vnde collidentes fluctus franguntur intumeſcent enim fluctus & non tranſibunt dicit dominus * nodoſaq; lina .i. rhetia. per periphraſin. ex multis quippe nodis annectuntur fila quando rhetia componuntur. * ſonuit, ex ictu rhetis. * ponti, non verè maris ſalſi. ſed lacus Genezareth. qui, & mare Tiberiadis dicebatur propter vicinam Tiberiaden vrbem. mare vero diuinæ more ſcripturæ. in qua

In homelia

Hieremiæ 5.

Lembus.

Conuerſus ad que negot.

Mare.

omnes

Auxilioq; vocat nutuq́; manuq́; ſilentes
Significans prædam innumeram: vix retia cuncti.
Plena trahunt: capti ſaliunt per vincula piſces.
Senſit Ioannes hic numen, & heus prior inquit
O ſocij, non fallor, adeſt Deus, ille magiſter
Ille quidem: agnoſco diuinos oris honores.
Lætitiam vt iactat vultuq́; oculiſq; decoris:
Quod ſimul accepit Petrus, haud cunctatus, ab ipſa
Deſilijt rate, & æquoreas ſe iecit in vndas,
Quò regem ſalſos per fluctus primus adiret,
Quamuis multa timens gliſcentibus æquora ventis.
Cætera deinde manus terræ aduertuntur & omnes
Remiuaga ſiccum cupidi tenuere carina.
Tum victu vt vires reuocent, cerealia menſis
Dona onerant iuſſi, viuosq; in littore piſces
Vna omnes torrere parant, ſuccenſaq; pruna
Suggeritur circùm: teter petit æthera nidor.
Vt compreſſa fames, ſurgit rex optimus ipſe,
Confeſſusq; deum ſocijs ita deniq; fatur.
Pacem optate viri, pacem laudate quieti.

omnes aquarum congregationes appellantur Maria. * *tacito ore p tranſitum more aucupũ ac piſcatorũ tangit. qui perſæpe ſtrepitum vitant, quo territi aues ac piſces fugerent.* * *ſenſit Ioan. hic numen Ioan. perſpicatior erat Petro, & ideo prior cognouit Chriſtum, ſiue miraculo piſcationis: ſiue ſono præcognita vocis. ſiue prima reminiſcens piſcationis. ſiue quia placuit domino ſeſe huic oſtendere præ ceteris dilecto.* * *agnoſco, non tam exteriori quam interiori aſpectu propter carnis & animi munditiam, qua illi qui pollent cæleſtia numina facile intuentur. etenim ſcriptum eſt. beati mundo corde quoniam ipſi deum videbunt.* * *quod ſimul accepe, mox vt percepit dñm eſſe.* * *haud cunctatus. quia Ioanne feruentior erat, & cæteris ardentius Chriſtum amabat.* * *deſilijt rate. neſcit. n. tarda molimina amoris vehementia.* * *Et æquoreas ſe iecit ĩ vndas. vide præcipitẽ viri huius feruorem. exiſtimauit. n. ſic celerius ad dñm peruenturum, q̃, nauigio.* * *ſalſos per fluctus. i. ſimiles ijs qui in ſalſo mari voluuntur a ventis. nec n. ſalſa eſt illa aqua, ſed dulcis, & ſaluberrima.* * *primus adiret. non tamen ſiccis pedibus ſuper fluctus ambulando. ſed aut natando. aut per aquam pedibus eundo. quia erãt prope terram, vbi ſolent eſſe vada: & non profundi gurgites.* * *multa timens. iſtud magis cõuenit veræ ãbulationi ſuper mare, quã olim Petrus fecerat dñi permiſſu. ideoq; dicendum eſt tacitè eius rei hyſtoriam a vate poetarum more, per tranſitum tactam eſſe, maxime ex eo quod ſubiungit* * *gliſcentibus æquore ventis. i. increbeſcentibus ventorum flatibus. quam rem non hic ſed tunc ibi factam legimus. ea eſt huiuſmodi. cum iuſſiſſet diſcipulos dñs aſcendere in naniculam & præcedere eum trans fretum. quarta vigilia noctis videns naniculam eorum a fluctibus iactari propter cõtrarium ventum, venit ad eos ambulans ſupra mare. quem videntes ſupra mare ambulantem, turbati ſunt dicentes quia fantaſma eſt. Et præ timore clamauerunt. ſtatimq; Ieſus locutus eſt eis dicens. habete fiduciam. ego ſum. nolite timere. reſpõdens autem Petrus dixit. dñe ſi tu es iube me venire ad te ſuper aquas at ipſe ait. veni. Et deſcendens Petrus de nanicula ambulabat ſuper aquas: vt veniret ad Ieſum. videns verò ventum validum venientem timuit. & cum cepiſſet mergi: clamauit dicens: domine ſaluum me fac. & continuo Ieſus extendens manum, apprehendit eum. & ait illi. modicæ fidei quare dubitaſti? Et cum aſcendiſſet in naniculam ceſſauit ventus,* * *cætera deinde ma, ter, ad, ſyntheſis eſt. figura. vt illud. Hæc manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.* * *viuosq; in littore piſces. quos tunc prendiderant. ne putarent phantaſma eſſe quod factum fuerat.* * *ſuggeritur. ſumminiſtratur ſupponitur.* * *teter nidos. graueolens odor ex vſtulatis piſcibus inſurgens. qui & vſtrina dicitur. de hoc & Verg. occupat os flammis: illi ingens barba reluxit. Nidoremq; ambuſta dedit Martialis vero videtur poſuiſſe etiam pro leui & delectabili odore coctarum rerum. quando dixit. Paſceris & nigræ ſolo nidore culinæ. niſi deridendo malueris ita dixiſſe.* * *vt compreſſa fames. minus eſt, quàm exempta per quod vocabulum fugari famem ſignificatur nec tamen affluentiam quæſitam. vt in lautis conuiuijs fieri ſolet. nota ergo veſcentium tres gradus. primus eſt, vt fames comprimatur tantum. & hoc eſt perfectorum Chriſti diſcipulorum. ſecundus vt per ſaturitatem penitus eximatur fames. & hoc eſt vulgarium turbarum. vt ſupra in libro quarto viſum eſt. dapibusq; epulati largius omnes, Et frugum pariter, laticumq; expleta cupido eſt. & in Euangelio clarius: de quinq; panibus quos iuſſit turbis apponi, ſcriptum eſt. Et manducauerunt omnes & ſaturati ſunt. tertius eſt delicatorum, & luxurioſorum affluentiam regalem in epulis requirentium, vt in conuiuio Didonis legimus. poſtquam prima quies* epulis

Gen. 1.
Ioannes perſpicatior Petro
Virgines facile numen intuentur.
Petrus Ioanne ardentior.
Petrus ſupra mare.
Matth. 14
Syntheſis.
Nidor teter. vſtrina.
Aeneid. 12
Fames cõpreſſa & exempta.
Veſcentiũ tres gradus.
Matth. 14.

epulis.menſæq; remotæ. confeſſusq; deum re ipſa:& ſi nõ verbo,ſic .n.legimus in Euang.& nemo au debat diſcumbentium interrogare.Tu quis es? ſcientes quia dñs eſt.* pacem optate viri,pacem h.qui, in hoc ſermone multa colligit vates domini mandata,quæ tametſi in prædicto Euangelij loco non habean tur ſcripta,ex alijs nihilominus Euangelij locis diuina cõprobantur eſſe reſponſa. nam hoc de pace præ-*
Io. 14. *ceptum,in illo aureo ſermone habetur à Ioanne relato,quem poſt cænam paſchalem habuit ad diſcipu- los.pacem (ibi inquit) meam do vobis.pacem relinquo vobis:non quomodo mundus dat,ego do vobis. non turbetur cor veſtrum,neq; formidet,audiſtis,quia dixi vobis vado, & venio ad vos : ſi diligeretis me:gauderetis vtiq; quia vado ad patrem.* ferendo poſteaq; (dicit Aug.) cohortatus eſt dñs audi- tores ſuos vt ſe præpararent ad omnia ſuſtinenda pro veritate,& pro iuſtitia:& bonum quod habituri erant ea benignitate diſcerent:vt etiam alios docerent.incipit eos informare atq; docere doctrinam,pro qua vult omnia ſuſtineri.& quam non vult abſcondi.* ſit timor.dicit dñs.Nolite timere eos , qui occi-* Timendus quis eſt.
dunt corpus:poſt autem non habent quid faciant.timorem ergo eorum ne timueritis.timete potius eum qui habet poteſtatem & animam & corpus mittere in gehennam. adijſſe tyrannos.dicit ipſe dñs cum*
Matth. 10. *ſteteritis ante reges & præſides:nolite cogitare quomodo aut quid loquamini dabitur enim vobis in illa hora,quid loquamini.non enim eſtis vos qui loquimini:ſed ſp̃s patris veſtri,qui loquitur in vobis.* ma ieſtas,terrena cito peritura fumo quippe comparatur.* egentes vos ſc3.diſcipulos meos.qui hanc vitã lucis huius mundi appetere non debetis quos æterna vita moratur in cælis.hæc præcepta nulli melius q̃ ſancti Martyres obſeruauerunt.de quibus ita canit Eccleſia.ſanctorum meritis inclyta gaudia,panga mus ſocij,geſtaq́; fortia.Nam gliſcit animus promere cantibus,victorum genus optimum.Hi ſunt quos, retinens mundus inhorruit.ipſum nam ſterili flore per aridũ ſpreuere penitus.teq; ſecuti ſunt rex Chri-* Chriſtus adeſt.
ſte bona cælitus.Hi pro te furias,atq; ferocia calcarunt hominum ſæuaq́; verbera. ceſſit his lacerans, fortiter vngula.nec carpſit penetralia.& reliqua. ego preſens adero.hanc vtiq; dñi preſentiã exptus*
Act. 7. *eſt Stephanus prothomartir in medio inſanientium iudeorum concilio.quando poſt audaciſſimam eorũ increpationem,& ſtridentibus inimicorum dentibus in eum.cumq; eſſet plenus ſp̃uſancto intẽdens in cæ lum,vidit cælos apertos : & Ieſum ſtantem à dextris virtutis dei.exclamauitq; dicẽs.Ecce video cælos apertos & Ieſum ſtantem à dextris virtutis dei.* decimo quippè die ab Aſcenſione domini in cælum*
Lucæ vlt. *datus eſt ſp̃sſanctus.* pater afflabit , hoc eſt quòd ſcribit Lucas dñm dixiſſe diſcipulis antequam aſcen deret.vos autem (inquit) teſtes eſtis horum.& ego mittam promiſſum patris mei in vos . interim ſe-*
Act. 1. *dete in ciuitate.quoadusq; induamini virtute ex alto & alibi.conueſcens (ait) præcepit eis ab Hieroſo- lymis ne diſcederent.ſed expectarent promiſſionem patris quam audiſtis (inquit) per os meum . quia Ioan.quidem Baptizauit aqua.vos aũt baptizabimini ſp̃uſancto non poſt multos hos dies.* præſide quo freti.Ne turbati (inquit Theoph.) cogitarent diſcipuli,quomodo nos homines Idiotæ teſtimonium pe-*

Saluete æternum ſocij , æternumq́; valete.
Eſte mei memores:ego claro poſcor olympo.
Iamq; adeò duris animos aptate,ferendo
Omnia. nec propius ſæuos adijſſe tyrannos
Sit timor , atq; duces affari , & vera monere.
Non vos Maieſtas ſoliorum , aut ſceptra ſuperba
Terrificent regum lucis nil huius egentes.
Haud longè tum quærendum , quæ tempora fandi ,
Quis modus aptus : ego præſens adero omnibus , ora
Veſtra regens : dabitur verborum copia cuiq́;.
Nec cœlo vires vos , & ſolamen ab alto
Deficient. cum ſol decimo iubar aureus ortu
Extulerit , pater afflabit cœleſtibus auris ,
Diffuſumq́; animis numen diuinitus addet,
Præſide quo freti reges,rerumq́; potentes
Nil veriti , noſtrum vulgabitis vndiq; nomen.

rhibebimus gẽtibus & iudeis q̃ te occiderũt? fortiſſimã ꝓmiſſit eis armaturã ſp̃sſancti,et Chryſoſtomus.ſicut (ait) milites inuaſuros multos nullus ductor ſinit exire niſi prius armati ſint. ita dñs diſcipulos ãte ſp̃s deſcenſum:ad conflictũ egredi nõ permittit. vulgabitis vndiq; .i.in oẽs gẽtes.ꝓdicare.n.oportebat ĩ noĩe eius pœnitentiã & remiſſionẽ peccatorũ in oẽs gentes,incipiẽdo ab Hieroſolymis vt ſcribit Lucas.& Marcus refert eũ dixiſſe . predicate Euangelium omni creaturæ.quod et Matth. teſtatũ reliquit relatis vltimis eius verbis . dixit enim . Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra . Euntes ergo docete omnes gentes:baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti . docentes eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis . Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſumationem ſeculi . * ſanctum genus . Chriſtianorum .*

Euãgeliũ vbiq; prædicandum.

Sancti vnde.

ſic dicti à Chriſto. quaſi vncti gratia ſpirituali, deriuantur ab eo qui vnctus eſt oleo Lætitiæ præ partici pibus ſuis. ſic & ſancti vocantur, ab eo ſanctificati qui ſanctus ſanctorum eſt. ſanctum quippè etiam dicitur quòd ſanguinis pœna ſancitum .i. firmatum eſt. nos quoq; hoc pacto in Chriſti ſanguine qui pec catorum noſtrorum pœnam luit: ſanciti firmati ſumus. vt filij Dei nominemur & ſimus. & breuiter (vt ait Petrus) vos genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, & populus acquiſitionis. denſus palmes. ad id pertinet hæc comparatio, quod & aliâs ſupra dictum eſt. Ego ſum Vitis & vos palmites. & ad Eccleſiæ futuram fœcunditatem oſtendendam, bonorum operum fructibus. nam vt docet Hieronymus. conſiderandus eſt hic ordo præcipuus. iuſſit Apoſtolos, vt primum docerent omnes gentes: deinde vt eas fidei tingerent ſacramento: & poſt fidem ac Baptiſma. quæ eſſent obſeruanda præcipèrent. quia ſicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita & fides abſq; operibus mortua eſt. hunc ordinem ſaluberrimum moderni ſi aduerterent Heretici, non errarent. arbitrantur n. prima duo .i. fidem tantum ac Baptiſma ſufficere ad ſalutem. & tertium negligunt ſeruare .ſ. quæ docuerunt eſſe ſeruanda.* ſuprema dies. de qua ſic ait Iohel Propheta, Dies tenebrarum & caliginis, dies nubis, & turbinis, magnus & terribilis valde. ſimilis ei non fuit ab initio: & poſt eum non erit. & Apoſtolus. Dies domini ſicut fur in nocte, ita veniet. cum enim dixerint Pax & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. & Petrus, aduenìet (inquit) dies Domini vt fur. in quo cæli magno impetu tranſibunt. elementa verò calore ſoluentur. terra verò & omnia quæ in ipſa ſunt opera exurentur. attendite autem (inquit ipſe dominus) ne fortè grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ & ſuperueniat in vos dies illa. tanquàm laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. & ſicut in diebus Noè. ita erit in hac die. edebant & bibebant, vxores ducebant & dabantur ad nuptias. vſq; in diem qua intrauit Noè in arcam. & venit diluuium & perdidit omnes.* eliciam. de reſurrectione mortuorum & alibi ſupra dictum eſt. hic autem vide quæ dicuntur à Ioanne. cap. v. & vi. maxime vbi dicit. poteſtatem dedit ei pater iudicium facere, quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc: quia venit hora: in qua omnes qui in monumentis ſunt audient vocem filij Dei. & procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt: in reſurrectionem Iudicij.* patefactis oſſa ſepul, vide pulcherrimum Ezechielis vaticinium. ab initio. cap. 37. vſq; ad illum locum vbi dicit. Ecce ego aperiam tumulos veſtros. & educam vos de ſepulchris veſtris.* hanc vallem, Ioſaphat quæ eſt inter montem Oliuarum & montē Sion. per quam labitur torrens cedrorū. iuxta Iobelis vaticiniū. congregabo inquit oēs gentes. & deducam eas in vallem Ioſaphath. & diſceptabo cùm eis ibi. & rurſus. conſurgant, & aſcendant gentes in vallem Ioſaphath: quia ibi ſedebo. vt Iudicem omnes gentes in circuitu.* hauſta luce perempti, Infantū .ſ. animæ flentes.* ipſe ego iura dabo. cui pater dedit omne iudicium.* vitas pop, & crim. omnes enim (vt ait Paulus) nos oportet manifeſtari ante Tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis prout geſſit, ſiuè bonum ſiuè malum. de hoc iudicio vide Mattheum Euangeliſtam latè differentē. in eo loco vbi dicit. Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua & omnes Angeli eius cum eo. & tūc ſedebit ſuper Sedem Maieſtatis ſuæ & congregabuntur ante eum omnes gentes. &c. vſq; in finem capitis illius.* biſſenis ſedibus. cū ſederit inquit filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ, ſedebitis et vos ſuper ſedes xij. Iudicantes xij. tribus Iſrael.* cenſebitis. iudicabitis, verbum Romanum eſt. ſoli namq; Romani cenſores habuerant, apud quos ſummum erat arbitrium, non ſolum cenſus annuos extimare: ſed et mores quorumcunque emendare, ita vt etiam malè moratos Senatores ius eis eſſet, è ſenatu remouere.* orbis honores. vide ad quantam gloriam ignobiles hi piſcatores fuerint eleuati. vt Chriſti vniuerſorum Iudicis conſtituti, futuri ſint in iudicio aſſeſſores. nec tamen (inquit Auguſtinus) hos*

Tum ſanctum ſeſe genus aurea tollet ad aſtra,*
Denſus agens veluti laxis ſe palmes habenis
Luxuriat, folijsq; ſimul. fœtuq; graueſcit.
Deniq;, cum ſuprema dies illuxerit orbi,
Omniaq; eliciam patefactis oſſa ſepulchris,
Atq; iterum in lucem emergent, quos terra tegebat,
Hanc vallem, denſa hos implebunt agmina colles.
Matres, atq; viri, vixq; hauſta luce perempti.
Ipſe ego iura dabo, mediaq; in valle ſedebo
Quæſitor, vitas populorum, & crimina pendens.
Vos etiam mecum biſſenis ſedibus ipſi
Sublimes mortale genus cenſebitis vna.
Biſſenæq; tribus gentis tum veſtra ſubibunt
Arbitria, & veſtros mirabitur orbis honores.

Margin notes (in order of appearance): 1. Petri. 2. — Hier. ſuper Matth. c. vlt. — Ordo præcipuus Chriſtianorum. — Fides abſq; operibus mortua. — Iohelis. 2. — Dies Iudicij. — 1. Theſ. 5. — 2. Petri c. 3 — Lucæ 21. — Reſurrectio mortuorum. — Ezech. 37. — Iohel. 3. — Ioſaphat vallis — Iudicium generale. — Io. 5. — 2 cor. 5. — Matth. 25. — Matth. 19. — Cenſeo. — Piſcatores efferuntur. — Aug. 20. de Ciuit. dei.

hos xij. ſolos homines cum Chriſto ſeſſuro, & iudicaturos putare debemus. quia dixerit ſedebitis ſup. xij ſedes. alioquin Paulus Apoſt. qui plus illis omnibus laborauit: vbi ad iudicandum ſedeat, non habebit. qui profectò cum alijs ſanctis ad numerum iudicum ſe ptinere demonſtrat. cum dicit. Neſcitis quia angelos iudicabimus? quanto magis ſecularia? in hoc ergo numerò iudicantiũ, oẽs intelligũtur: qui propter Euangelium ſua omnia dimiſerũt. & ſecuti ſunt dñm. hinc & Greg. Quiſquis (ait) ſtimulo diuini amoris excitatus hic poſſeſſa reliquerit: illic proculdubio culmẽ iudiciariæ poteſtatis obtinebit. vt ſimul tũc Iudex cum iudice veniat. qui nunc conſideratione iudicij ſeſe ſpõtanea paupertate caſtigat.* interea Petre. nunc redit autor ad finem apparitionis pdictæ. in qua cũ pranſi eſſent (vt refert Ioannes) dixit Simoni Petro Ieſus. Simon Ioannis diligis me plus his? dicit. etiã domine Tu ſcis quia amo te. dicit ei paſce agnos meos. dicit ei iterũ. Simon Ioãnis diligis me? ait illi. Et tu ſcis dñe quia amo te. dicit ei iterum, paſce agnos meos. dicit ei tertio. Simon Ioannis amas me? contriſtatus eſt Petrus: quia dixit ei tertio, amas me. Et dixit ei, dñe tu oĩa noſti. tu ſcis quia amo te. dicit ei Ieſus paſce oues meas. quibus verbis, totius Eccleſiæ principatum beato Petro collatum eſſe nemini dubiũ eſt. quem ante promiſerat illis verbis. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo Claues regni cælorũ. et quodcumq; ligaueris ſuper terram: ligatũ erit et in cælis, & quodcũq; ſolueris ſup terrã: ſolutũ erit & in cælis. & eandem poteſtatem habere conſtat primæ ſedis. i. Romanæ ſummũ antiſtitẽ beati Petri ſucceſſorẽ. idq; ſacri teſtantur canones. id ſacri confitentur & doctores, Garriant quicquid velint heretici. Chryſoſt. quoq; ſup illis verbis. Eximius (inquit) Apoſtolorũ erat Petrus: & os diſcipulorũ & vertex collegij. vnde & negatione deleta, triplicata confeſſione committit ei prelationẽ fratrũ. et Theophylus, finito (ait) prandio cõmiſſionem ouium mundi Petro cõmendat. non alij.* pietate, dei cultu. qui maxime in charitatis ardore conſiſtit. quo Petrus alios præcellebat. vt modo dictũ eſt.* Tu regere, & paſcere oues Chriſti hoc eſt. credentes in Chriſto ne à fide deficiant confortare: terrena ſubſidia ſi neceſſe eſt ſubditis puidere: & exẽpla virtutũ cum verbo pdicationis impẽdere. aduerſarijs obſiſtere: et errãtes ſubditos corrigere. hęc ſi facerent, prælati maledicorũ ora hereticorũ obſtruerẽt: nec hyſcere aduerſus eos auderent.* populis parcens. cũ iuſtè viuunt.* voca ſub ſigna rebelles. hinc quidam dixit. In baculi forma, præſul datur hæc tibi norma: Attrahe per primum: medio rege: pungè per imum. Attrahe peccãtes: rege iuſtos: pungè vagantes: Attrahe, ſuſtenta, ſtimula vaga, morbida, lenta.* admonitũ. benedicit. qa ante excõmunicationẽ trina canonica monitio ſemp debet pcedere iuxta ſacras ſanctiones.* deuoueris, maledixeris excõmunicaueris,* iuſta ira, qa iniuſta ligamina dei rũpit iuſtitia. nec .n. eterni tribunal iudicis eũ habet reũ quẽ iniuſtè iudex condemnat dicente ppheta nec damnabit eũ cum iudicabitur illi. ſæpe .n. fit vt dicit Greg. vt erga quemlibet proximum odio vel gratia moueatur paſtor. Iudicare autem digne de ſubdidis nequeunt: qui in eorũ cauſis ſua vel odia, vel gratiam ſequuntur. vnde rectè per prophetã dicitur. Mortificabant animas: quæ nõ moriuntur: et viuificabant animas quæ non viuunt. non morientẽ quippe mortificat, qui iuſtum damnat. & non victurum viuificare nititur, qui reum à ſupplicio abſoluere conatur, incorectum. cauſæ ergo penſandæ ſunt: & tunc ligandi atq; ſoluendi poteſtas exercenda. videndũ quæ culpa: aut quæ ſit pænitentia ſecuta poſt culpam. vt quos omnipotens deus per compunctionis gratiam viſitat, illos Paſtoris ſententia abſoluat. tunc enim vera eſt abſolutio præſidentis, cum interni arbitrium ſequitur iudicis. dat ſubinde exemplum Lazari quatriduani à dño ſuſcitati, & poſtmodum à diſcipulis ſoluti. poſtremo cõcludit hæc de ſolutionis ordine breuiter dixerim, vt ſub magno moderamine paſtores Eccleſiæ vel ſoluere ſtudeãt, vel ligare. ſed vtrũ iuſtè vel iniuſtè liget paſtor: paſtoris tñ ſententia gregi timenda eſt. ne is qui ſubeſt: & cum iniuſtè forſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiã ex alia culpa mereatur.* colloquia abſterrens hominum. excommunicatus enim ſimilis eſt ei cui olim interdicebatur aqua et igni. et nullo modo licet cum eo participare, nõ ſalutare. nõ loqui, nõ cõtrahere, nõ orare nec cibũ ſumere. exceptis qbuſdam caſibus & pſonis. quibus ſpecialiter hæc ſacri Canones pmittũt. alioquin, quiuis alius, quouis modo cum eis communicauerit, ac ſi peſtilenti adhæſiſſet, veluti contagioſo.

Interea Petre te (nulli pietate ſecundum
Noui etenim) his rerum ſummam clauumq; tenentem
Præficimus cunctis, vltro qui noſtra ſequuti
Imperia: hoc te præcipuo inſignimus honore.
Tu regere, & populis parcens dare iura memento.
Summa tibi in gentes iam nunc conceſſa poteſtas.
Iamq; pias tege pace: voca ſub ſigna rebelles.
Quemcumq; in terris ſcelus exitiale peroſus
Admonitum fruſtra, iuſta deuoueris ira

Margin notes: 1. cor. 6. — Aug. in lib. de pœnitentia. — Petro ſumma datur. — Diſt. 21. & 22 & d. ma ior & ob c. ſolite. — Aug. Amb. greg. & Hier. — Paſcere oues Chriſti quid ſit — Alcuinus. — Prælatorũ officia. — gl. c. 1. de ſacr. vnct. — Baculus prælatorum. — 24. q. 3. c. d Illi cita. & deſent. ex c. ſacro. Delent. li. 6. cap. 1. — Ligandus quis vel ſoluendus. — Paſtoris ſententia. — 11. q. 3. c. quoniam multos gl. in c. cũ deſideres de ſen. ex. — Excommunicatus.

morbo, excommunicatione inficitur. cœtuq́; maximè ab eccleſiaſtico cōuentu. vnde nec miſſas, diuinaue vlla officia preſentibus excōmunicatis pagere licet. qui protinus veluti canes à Dei templo ſunt eijciendi.* inuiſus cœlo. quia angelica deſeritur cuſtodia. & relinquitur in manu Sathanæ. ſicut legimus Paulū feciſſe in corinthium, qui nouercam pro vxore habebat. Ego qdem (inquit) abſens corpore, preſens aūt ſpū, iam indicaui vt pſens eum, qui ſic operatus eſt. in noīe Dñi N. I. Ch. cōgregatis vobis & meo ſpū cum virtute dñi Ieſu. tradere huiuſmodi hominē Sathanæ in interitū carnis: vt ſps ſaluus ſit in die d. n. Ieſu Ch. & alibi, Quam fidem (ait) & bonā conſcientiam quidam repellentes circa fidem naufragauērunt; ex quibus eſt Hymeneus & Alexander; quos tradidi Sathanæ: vt diſcant non blaſphemare.* aſpiret. eſt .n. veluti palmes abſciſus à vitè quare dicebat Aug. nihil excōmunicatione magis eſſe timendū fidelibus. quæ membra ſpūalia ab Eccleſiaſtico corpore reſcindit.* idem. ab eo .n. petenda eſt abſolutio, à quo vinculum excōmunicationis proceſſit. iuxta illam regulam, qui poteſt ligare poteſt & ſoluere. dextera quæ fecit vulnus, opemq́; feret.* meliorem. abuſiua comparatio, nec enim bonum fas eſt excommunicare, ſed malum, inobedientem & contumacem. eſt aūt quidam modus loquendi tractus ab egroto. qui ſi modo parum conualuerit melius ſe habere dicitur. non ꝙ prius bene ſe habuerit. item meliorem dixit. quia venia non niſi correcto dari debet. creſcente verò contumatia creſcere debet & pœna. perſeuerans enim diu excōmunicatione ex ſua pertinatia labitur in crimen hereſeos, hereticorumq́; pœnas poterit non immerito formidare.* claudere & pandere. hinc ianitor cœli ab Eccleſia decantatur: & atherei claniger Olympi.* relinquēs*

Apoſtolus corinthium excommunicat.

1. cor. 5.

1. Timo. 1.

Excōmunicatione nihil magis timendum.

Qui ligat is & is ſoluit.

Melior.

Abuſiuam facit comparationē

Excommunicatus pertinax fit hereticus.

Colloquio abſterrens hominum, cœtuq́; piorum,
Idem erit inuiſus cœlo. non ille beatis
Sedibus aſpiret, niſi tu placabilis idem
Dignatus venia meliorem in priſtina reddas.
Iamq; adeò tibi conceſſum mortalibus ægris
Claudere ſyderei portas, ac pandere cœli.
Talia mandabat terras, hominesq́; relinquens.
Sic natis moriturus oues, & ouilia paſtor
Commendans caris furta, inſidiasq́; luporum
Edocet, & pecori contraria paſcua monſtrat.
Sic ſocijs æuo iam feſſus nauta biremem
Credit, inexpertosq́; docet varias maris oras,
Et breuia, & ſyrtes, & naufragas Syrenas.

cum mox eſſet relicturus. ſicut & Marcus ait. & dñs quidem Ieſus poſtquàm locutus eſt eis: aſſumptus eſt in cœlum. & ſedet à dextris dei. ſic natis moriturus. non Chriſtus. ſed paſtor quiuis. ſimilitudines enim non æquis paſſibus per omnia concurrunt. hoc autem dicimus, qa teſte Apoſtolo, Chriſtus reſurgens ex mortuis, Iam nō moritur: mors illi vltra non dominabitur. quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel t. quod aūt viuit, viuit Deo.* luporum. attendite (inquit dñs) à falſis prophetis: qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium: intrinſecus aūt ſunt Lupi rapaces. A fructibus eorū cognoſcetis eos. nunqd colligūt de ſpinis vuas? aut de tribulis ficus? nec mirū: ſi mouet diſcipulos à lupis cauere, cū dixerit eis. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio Luporū. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpētes: & ſimplices ſicut colūbæ. cauete aūt ab hominibus. tradēt .n. vos ī cōcilijs: & ī ſynagogis ſuis flagellabūt vos: & ad reges ac pſides ducemini pꝑter me in teſtimoniū illis & gentibus. hoc idem fecit Apoſtolus cū diſceſſurus eſſet ab Ephe ſijs. Attendite (inqt) vobis: & vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam dei: quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego ſcio quoniā intrabunt poſt diſceſſionē meā Lupi rapaces in vos: non parcentes gregi, & ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa: vt abducāt Diſcipulos poſt ſe.* cōtraria paſcua. ꝑ hæc corruptā hereticorū doctrinā intellige. de qua ſic ait Apoſt. ne ſimus paruuli fluctuātes, & circūferamur omni vento doctrinæ. in neqtia hoīum, in aſtutia ad circūuentionē erroris. & alibi. erit .n. tēpus cū ſanā doctrinā non ſuſtinebūt: ſed ad ſua deſideria coacervabūt ſibi magiſtros prurientes auribus: & à veritate qdem auditum auertent. ad fabulas aūt conuertentur. & ad titū ſcribens ait. ſunt multi inobedientes, vaniloqui, & ſeductores, maximè qui de circuncíſione ſunt: quos oportet redargui: qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non opportet turpis Luchri gratia. & Iacobus Apoſtolus. terrena inquit ſapientia animalis & Diabolica. vbi enim Zelus & inconſtantia, contentio & omne opus prauum.* biremem, apta comparatio. nam & eccleſia ipſa, Petri Nauis dicitur. ꝙ ei fuerit regimen illius commiſſum, vt modo dictum eſt.* & breuia & ſyrtes idest breuia ſyrtium, breuia autem dicuntur quaſi vadoſa. propter breuem vndam. ſunt verò ſyrtes loca periculoſiſſima nauigantibus. ad quæ interdum flante vento cumuli trahuntur Arenæ. & inde alio interdum detrahuntur. de his Saluſtius. Nam prope duo ſunt ſinus in extrema africa, impares*

Similitudine.

Rom 6.

Lupi ſunt cauēda.

Matth 7.

Matth. 10.

Actuum 20

Doctrina peruerſa.

Nauis Eccleſia

Breuia ſyrtium

magnitudine

magnitudine, pari natura, quorum loca terræ proxima peralta. ſunt cætera interiora, vbi ſors tulit alta alia, alia in tempeſtate vadoſa. nam in tempeſtate fluctus quaſi limum harenam & ſaxa trahunt. & hinc facies locorum mutatur. non valde ab his ſyrtibus diſſimilem illum ſinum arbitrarer fuiſſe mytileneum, in quem Paulus Apoſtolus impegit cum Romam pergeret. de quo ſic ait Lucas. cum dies factus eſſet: terram non agnoſcebant, ſinum verò quendam conſiderabant habentem littus, in quem cogitabãt, ſi poſſent eijcere nauem. & cum anchoras ſuſtuliſſent: cõmitebant ſe mari. ſimul laxantes iuncturas gubernaculorum: & leuato artemone ſecundum auræ flatum tendebant ad littus. Et cum incidiſſemus in locum Bithalaſſum impegerunt nauem, & prora quidem fixa manebat immobilis: puppis verò ſoluebatur aui maris. & naufragas ſirenas. hæ ſecundum fabulas tres, virgines in parte fuerunt, & in parte volucres, Acheloi fluminis & Calliopes muſæ filiæ, quarum ſunt hæc nomina. Parthenope, Leucoſia & Lygia. Et primo iuxta pelorum: poſt in capreis inſulis habitauerunt, quæ illectos ſuo cantu nautas in naufragia deducebant. de his & in primo libro dictum eſt. & Virgilius ita canit. Iamq; adeò ſcopulos ſyrenum aduecta ſubibat Difficiles quondam: multorumq; oſſibus albos. Tunc rauca aſſiduo longè ſale ſaxa ſonabant. hoc autem in loco per Syrenas poſſumus intelligere noſtræ tempeſtatis hereticos grandi eloquio reſonantes, & rudis aures populi dulci facundia demulcentes, verum illectos in profundum inferni detrudentes. quorum mores optime apoſtolus ad Timotheum ſcribens predixit quem omnino vide.* his animaduerſis, Aſcenſionem Domini ante oculos ponit quam & Lucas his verbis deſcripſit. Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus ſuis benedixit eis: & factum eſt dum benediceret illis: receſſit ab eis, & ferebatur in cœlum.* palmiferi collis, oliuarum montis, in quo ſunt & palmæ. nam ſicut ait Ioannes inſidenti aſello qui proceſſerunt obuiam, tulerunt & ramos palmarum. quod nequaquam facere potuiſſent ſi et ibi palmæ conſitæ non fuiſſent. porrò Bethania hæc in latere montis oliuarũ poſita eſt. vnde dñs in cœlum aſcendit.* intereà, tametſi triũphus iſte qui à vate decantatur, ex Euangelio non habeatur. pium tamen eſt credere, quod in Aſcenſu Domini factus fuerit. nam & contemplatiui, in ſanctis meditationibus ſuis hoc teſtantur. & verbi dei precones in concionibus eius diei populo triumphum hunc aſcendentis exponunt. ſed & regius vates immenſam diei huius & triumphi lætitiam duobus pſalmis decantauit. Omnes inquit gentes plaudite manibus: iubilate Deo in vocè exultationis. & poſt pauca Aſcendit Deus in iubilo, & dominus in voce tubæ: pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite Regi noſtro pſallite. quoniam Rex omnis terræ Deus: pſallite ſapienter. regnabit Deus ſuper gentes: Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. &c. vſq; in finem Pſalmi. & in altero. cantate inquit deo: Pſalmum dicite nomini eius. iter facite ei. qui aſcendit ſuper occaſum. dominus nomen illi. Qui educit vinctos in fortitudine, ſimiliter eos qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris. & poſtpauca, currus dei decem millibus multiplex: millia lætantium: dominus in eis in Synai Sancto Aſcendiſti in altum: cepiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus &c. vſq; ibi pſallite deo qui aſcendit ſuper cælum cæli ad Orientem. indeq; vſq; in finem. hæc iccirco adduxi ne forte quiſpiam fictionem hanc eſſe poeticam exiſtimaret. quinimo crediderim multo maiorem exultationem in cælis factam eſſe in aſcenſu domini quàm vel ab hoc facundiſſimo vate vel à mille alijs potuerit deſcribi. nam (vt ait Hier.) Quicquid humanis dici poteſt verbis, minus eſt à laude cæli.* alituum cæleſtiũ acies, angelorũ chori, ſed ideo militari vſus eſt vocabulo: quia deus ipſe dicitur dñs Sabaoth. i. exercituũ. ſimul & vt alludat ad Romanorum Imperatorum triumphos, qui multa precedentiũ militũ acie & quaſi ad bellum inſtructa celebrabantur.* pendent ſpeculis. hoc eſt feneſtris cæli tamq; in ſpeculis ſpectatores. ſicut hodieq; vidimus fieri intrãte Cæſare Carolo Quinto Mediolanũ cum ſolemni pompa. anno à Natiuitate Dñi. 1540. Menſe. Auguſti Die 22.* propugnacula ſumma. eminẽtiores turriũ ac murorũ pinnas, vnde procul in ſubeuntes hoſtes tela iaciuntur.* coronant, cingunt ac implent.* tibia dat can-*

His animaduerſis totius lucida circum
Palmiferi nubes collis capita ardua texit,
Et curua æthereis fulſerunt littora flammis.
Intereà totum exercent noua gaudia cœlum
Alituum cœleſtum acies, ſanctiq; volucres
Dant manibus plauſus, & multicoloribus alis,
Inſtaurantq; choros, fremitu ætheris atria feruent.
Pars pendent ſpeculis, & propugnacula læti
Cœli ſumma tenent, & mœnia celſa coronant.
Obuia pars portis parat ire patentibus, & ſe
Quiſq; auris credunt, ac pennis æthera obumbrant.
Hi plectro indulgent, fidibusq;: his tibia cantus

Margin notes: Mytileneus ſinus. — Act. 27. — Syrenæ. — 2. Timoth. 3. — Aſcenſio domini. — Triumphus Chriſti. — Pſal. 46. — In ſermone de aſſumptione. — Sabaoth.

Biforis. Tibia. tus biſores.i.diuerſos ob foraminũ diuerſitatem.ſonus enim inſtrumenti muſici variatur ex vario fora-
minum loco.poteſt etiam per hypallagen ſic intelligi.Tibia biforata, i. hinc inde perforata dat cantus.
Tibia. plures quippe quam duo foramina habet tibia.ſed ante retroq;. dicta eſt autem. Tibia. ꝙ olim tibijs
gruum fieret.vel ex harundine ad ſimilitudinem earum. * caua cornua, rauciſonaſq; tuba nota ſatis
Muſica inſtrumenta. ſunt hæc muſica inſtrumentis ſic & cimbala.videntur autem ſumpta potius ex pſalmis.in quibus his in
ſtrumentis inuitamur ad laudandum deum. ſicuti cum dicitur, laudate dominum in ſono tubæ. laudate Pſal. 91. & 97.
eum in pſalterio & cythara.la Pſal. 105.
udate deum in timpano & cho
ro.laudate eum in cordis et or-
gano. laudate eum in cimbalis
bene ſonantibus: laudate eum ĩ
cimbalis iubilationis. omnis ſp̃s
laudet dominum. quam ex hy-
ſtoria dedicationis aureæ ſta-
tuæ: quam erexit Nabuchodo-
noſor rex Babilonis. in qua ſic
legitur. vobis dicitur populis,
tribubus, & linguis ĩ hora qua
audieritis ſonitum tubæ et fiſtu
la & cythara, ſambucæ & pſal
terij & ſymphoniæ et vniuerſi
generis muſicorũ cadentes ado
Ter. rate ſtatuam &c. * pernice .i.
veloci chorea, * ter, icirco his
ter dicit.primo in ſumma trini-
tatis honorem. deinde quia ſpi-
rituum ipſorum ter trini ſunt
contra. chori. vt alibi oſtẽſum eſt. * con

Dat biſores: alij caua cornua flatibus implent,
Rauciſonaſq; tubas, & Ahenea cymbala iactant.
Atq; vbi ter patris ad ſolium pernice chorea
Indulſere choris, ter ludo lucida regna.
Luſtrauere, poliq; è vertice decurrere,
Non aliter ſunt ingreſſi volucri agmine contra
Concentu vario, & multiſono modulatu,
Quam prolapſa Remi cùm nondum vrbs alta iaceret,
Tarpeiæq; arces ſtarent, lateq; ſubactis
Iura daret populis rerum pulcherrima Roma.
Conſul victor, ouans pugnatis vndiq; bellis,
Intrabat rediens, Capitoliaq; alta ſubibat.
Talis nubiuago tendebat ad æthera greſſu
Vera dei ſoboles. vt verò flectere quiret,
Iratus quoties genitor mortale pararet
Exercere genus meritis ob crimina pœnis,
Omnia fert ſecum cœdis monimenta nefandæ,
In primis duplicemq; trabem, infandamq; columnam,
Brachia cui vinctus tulit aſpera verbera, & acres
Virgarum faſces, infectaq; ſanguine lora,

tra, in bonam partem accipe .i. proceſſere obuiã aſcendenti domino. * Remi vrbs. hæc eſt Roma cuius mæ-
Rema. nia ſanguine Remi ſancta facta ſunt. Lucanus, Fraterno primi maduerunt ſanguine muri hinc & noſtro
Remus a Remulo ceſus. rum eloquentiſſimus Leo in ſermone apoſtolorũ Petri & Pauli. ſic ait, Romanã alloquens vrbẽ. iſti ſunt
ſancti patres tui veriq; paſtores, qui te regnis cœleſtibus inſerẽdam, multo melius, multoq; fœlicius con
diderũt: q̃; illi quorũ ſtudio prima mœniũ tuorũ fondamẽta locata ſunt. è, q̃bus is q tibi nomen dedit fra- en. 1. & 6.
Roma. terna te cæde fedauit. facit ad hoc ꝙ Remus ante Romũ ſiue Romulũ viſis ſex vulturibus captauerat au
guriũ. tametſi Romus poſterior. xij. viderit. obidq; orto certamine inter ipſos & fautores. Remus fuit ex
tinctus. Remi itaq; iure ac tẽpore ſupioris põt vrbs appelari. ſicut et Romi viribus fortioris. cuius appel
latio p̃ualuit, & in frequentiori eſt vſu. nec .n. facilè inuenies Remã dici à Remo, ſicut vbiq; Romã à Ro
mo vel Romulo legimus appellatã. vnde & Verg. cecinit. Romulus excipiet gentẽ: & mauortia condet
mœnia. Romanoſq; ſuo de nõie dicet. & alibi. En huius nate auſpicijs illa inclyta Roma &c. arbitror aũt
Remi potius nomẽ q̃ Romi vatẽ poſuiſſe. Tum ꝓpter quãtitatẽ ſyllabæ. quæ ĩ Remo corripiẽ. ſed in Romo
ꝓducitẽ. Tum & ꝓpter ſimilitudinẽ caſus vrbis romanæ. ac ſi diceret. nõ amplius Roma à Romo fortiſſi-
mo. ſed potius de nominãda eſt à Remo imbelli & q cecidit. nã & ipſa vrbs multiplicibus deformata rui
Tarpeia arx que & capitolium. nis quodammodo cecidiſſe videtur. * tarpeiæq; arcis. capitoliũ dicit in rupe tarpeia conditũ, etenim mons
ille arcis Romanæ vertex cũ prius ſaturnius diceretẽ, tarpeij ſaxi tũc accepit nomẽ. cũ virgo tarpeia nõie
Sabinis arcẽ ꝓdidiſſet. & ibi ĩ ꝓditionis p̃ciũ necata fuiſſet & ſepulta. vide Liuiũ & Plutarchũ in vita
Triumphus Romanorum. Romuli. * victor ouans .i. triũphans de victis hoſtibus. de maiori quippe triumpho intelligit non de mino
ri. erat autem ille triumphus omnium honorum qui a populo romano decerni ſolerent, maximus. Qui .n.
digni illo honore habebantur, ſedentes aureo in curru equis albis vehebantur. corona laurea capiti im-
poſita. ãte triũphantẽ victi hoſtes onerati cathenis trahebãtur. & p̃eunte ſenatu, exercituq; ſubſequẽte
capitolium aſcendebant ad templum Iouis: vbi mactato tauro albo, & ſumpto de victis hoſtibus ſup-
plicio, qui ex rupe tarpeia præcipitabantur. domum propriam eodem comitatu redibant. hæc ex Plu-
tarcho & Liuio. * nubiuago greſſu. ſic & regius vates canit. Qui ponis nubẽ aſcenſum tuum: qui ambu- Pſal. 103.
las ſup p̃ẽnas vẽtorũ. qui facis angelos tuos ſp̃s, & miniſtros tuos ignẽ vrentẽ. et Lucas in act. apoſt. vi-
dentibus

dentibus (inquit) illis eleuatus eſt & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. exercere, fatigare & fa-
tigando corrigere.* duplicemq́; trabem, .i. crucem, ex duplici trabe compactam. longa .ſ. & tranſuerſa.
* columnam cui alligatus fuerat cęſus. * aſpera verbera, v 3. 6666. vt aliqui dixerunt. * virgarum
faſces, quos lictores preſidis cum ſecuribus ante magiſtratū præferebant : quod erat poteſtatis inſigne.
* infectaq́; ſin, lo, corrigias cruore maculatas quibus fuerat aſtrictus. * haſtamq́;. lanceam qua latus.*

Haſtamq;. & calamo pendentia pocula leui,
Treis deinde. ingentes & acuta cuſpide vectes
Cernere erat, quibus effoſſus palmasq́; pedesq́;.
Sertaq́; nexilibus vepribus conſerta rigebant.
Illic & longo Romani ſigna ſenatus
Haſtili ſuſpenſa, cauoq́; latentia cornu
Lumina. quod ſuperas abies tollebat ad auras.
Quamq́; manu rex pro ſceptro geſtauit arundo.
Omnia quę pueri cœleſtes ante gerebant,
Singula quisq́;, poliq́; arcem per inane petebant.
Suſpexere viri attoniti, acieq́: ſequentes
Alituum nubem ac regem videre per auras.
Tollentemq́; manus, cœliq́; ſerena ſecantem.
Cum ſubito rutila hæc venit vox reddita ab æthra.
Ne trepidate quid heretis ſupera alta tuentes?
Cum genitore Deus regnandum accepit olympum,
Nec mora, carminibus cœli domus ardua longe.
Auditur reſonare, modisq́; per aſtra canoris.
Contra etiam plauſere, atq́; hæc alterna canebant
Læta viri, cœlumq́; oculis animisq́; petebant.
Omnes ò plauſu gentes, linguisq́; fauete,
Atq́; Deum canite aſcenſu ſupera alta tenentem.
Quadrupedum, volucrumq́; genus mutæq́; natantes

*eius iam defuncti perforatū eſt
vnde exiuit ſanguis quo redi-
meremur, & aqua qua munda
remur * & calamo pen. poc. le.
i. ſpongiam aceto plenam arun
dini impoſitam, qua ſitientē do
minum potauerunt, * tres ingen
tes vectes .i. magnos tres clauos
quibus manus eius foderunt ac
pedes.* ſertaq; nex, vep, con,
rig .i. ſpineam coronā contortis
ex ſpinis circumplexam.* roma
ni ſigna ſen, vexilla romani im-
pēj. aquila inſignita. cum bis li-
teris. S. P. Q. R. hoc eſt. Sena-* Aquila.
tus Populusq́; Romanus. ca-* Laterna.
*uoq; la, cor, lum, hoc eſt later-
nas. per periphraſim. fit .n. ex
ſectilibus cornu laminis. dictaq;
eſt laterna, ꝙ latitans intus lu-
men habeat. hinc Plautus: quo
ambulas tu, qui Vulcanum in
cornu geris? & Martialis. Dux
laterna vię clauſis feror aurea
flammis. Et tuta eſt gremio par
ua lucerna meo. de hac ſic (ait) Ioannes. Iudas ergo cum accepiſſet cohortē & a pontificibus & pha*
Io. 18. *riſeis miniſtros venit illuc cum laternis facibus & armis.* abies .i. lancea ex abiete facta.* rex, verè rex
regum & dominantiū dn̄s qui pro nobis ſoluendo mortis indebitæ tributum, nos a mortis æternæ debi-
to tributo liberauit.* quod, cauum cornu. hoc eſt corneam laternam abies .i. abiegna haſta tollebat in al-
tum.* pueri cæleſtes. angeli. non ab ætate ſed a miniſterio dicti pueri. * ſingula quiſque, prolepſis* Prolepſis implicita.
Act. 1. *eſt implicita.* ſuſpexere viri atto. hoc eſt quod ait Lucas, cumq́; intuerentur in cęlum euntem il-
lum. Ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis. qui & dixerunt viri galilei quid ſtatis aſpi-
cientes in cælum? hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in cælum ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum
euntem in cælum.* alituum nubem, denſa angelorum agmina. tollentemq́; manus. ad eorum benedi-
ctionem. ſic enim dixit Lucas. & eleuatis manibus ſuis benedixit eis. & factum eſt dum benediceret*
Lucæ 24. *illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cælum.* rutila ab æthra. ab aeris fulgore coruſco. de ætra alibi
dictum eſt.* regnandum ac, ol, ſedet enim a dextris dei. accepit autem in eo quod homo eſt id quod an
te ſecula ſemper habet cum deo patre & ipſe deus. dignus enim eſt (quod ait Ioannes in apoc.) agnus*
Apoc. 5. *qui occiſus eſt, accipere virtutē, & diuinitatē, & ſapientiā, & fortitudinē, & honorē & gloriā, & be-
nedictionem: & omnē creaturā, quæ in cęlo eſt: & ſup terrā, & ſub terra, & quæ ſunt in mari, & quæ
in eo. oēs audiui dicentes: ſedenti in throno, & agno, Benedictio & honor & gloria & poteſtas in ſecu-
la ſeculorū.* contra ēt plauſere, cęleſtes choros imitantes, & quaſi angelis reſpondentes.* alterna, p vi-
ces vt videmus in eccleſiaſticis choris fieri.* viri, illi .ſ. qui viderāt aſcendentē dn̄m apoſtoli eius cæteriq;
diſcipuli.* cælum, quo viderant ſpem ſuā conſcendiſſe, & vnde ꝓmiſſam virtutem qua induerentur ab
alto, praſtollabantur.* animis ſequendi deſiderio.* omnes ò plauſu gentes, mirandus vates dicit eos ce-*
Pſal. xlvi. *ciniſſe eum pſalmum cuius initium eſt Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo omnis terra, in quo
proculdubio. aſcenſus domini præuiſus a regio vate decantatur. quem & quotannis in ſolenni huius
feſti celebratione cantat eccleſia.* aſcenſu, ſu, al, te, ibi dicitur Aſcendit deus in iubilo, & dominus in*

Creatura rum exultatio. voce tuba, pſallite deo noſtro, pſallite: pſallite regi noſtro pſallite.* quadrupedum, hic inuitantur omnes creaturæ ad exultationem aſcenſus conditoris ſui. non quòd in eis ſenſus vllus ſit. ſed quòd hominibus materiam præbeant exultandi: indeq; dominum laudandi, atque benedicendi, hunc morem in pleriſq; Pſalmis ſeruat Dauid Propheta. & præcipuè in eo Pſalmo cuius initium eſt. Laudate dominum de cælis. vnde hæc videntur eſſe ſumpta.* mutaq; natātes. piſces dicit lingua carētes (vt ait Plinius) lib 9.c.8.

Piſces lingua Carent. Delphines linguam habent. præter delphinos quibus contra naturam aquatilium dicit eſſe mobilem ac breuem linguam, atq; latam, haud differentem ſuillæ. pro voce tamen gemitum humano ſimilem reddit.* ipſi dent, m, i, d, ſ, v, hic verſiculus inuenitur & in Pſalmo cuius initium eſt cantate domino canticum nouum. dicitur enim ibi. Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt à conſpectu domini.* ſcatebris ebulitionibus.* idem filius dei deus.* numine diuinitate ſpũ ac poteſtate.* nullis principijs. cum ſit ipſe ſine principio & ſine

Deus omnium eſt principiũ. fine, principium tamen eſt & finis omnium. eſt enim (vt ait Paulus) imago dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa in cælis, & in terra, viſibilia, & inuiſibilia: ſiue throni, ſiue dominationes: ſiue principatus: ſiue poteſtates: omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt. Et ipſe eſt ante omnes & omnia in ipſo conſtant.* omnia cond, cæ, ter, fre, hinc & Innocētius Papa dixit. vnum eſſe vniuerſorum principium, creatorem omnium viſibilium, & inuiſibilium, ſpiritualium & corporalium: qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis vtranque de nihilo condidit creaturam; ſpiritualem, & corporalem: angelicam videlicet & mundanam. ac deinde humanam, quaſi communem ex ſpiritu & corpore conſtitutam.* vt terras ponto diſcluſerit. quaſi inuitas ſeparauerit. licet au- Apoc. 1. & 2. col. 1. De ſũ trin. c. 1.

terre ab aquis diuiſio. tem videatur vates vati Ouidio alludere in principio Methamorphoſeos. vbi fermè hæc eadem quæ hic paucis immutatis dicuntur verè tamen ex initio geneſeos aſſumpta fuere. terra enim ideo erat inanis & vacua quia aquis operta tegebatur. vt interpretatur Ambroſius, nec oculis corporeis poterat videri; cumq; dominus dixiſſet. Congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum: & appareat arida. tūc recedentibus aquis in locum vnum, diſcluſa terra remanſit. hoc idem dicitur in Pſal. confitemini domino quoniam bonus. vnde nonnulla quæ hic dicuntur aſſumpta fuerunt. videlicet. Qui fecit cælos in intellectu: Qui firmauit terram ſuper aquas. Qui fecit luminaria magna; Solem in poteſtatem diei. & Lunam & ſtellas in poteſtatem noctis.* ponto. cui terminum impoſuit, quem non tranſgredietur: neq; conuertetur operire terram.* appinxerit, duplicem habet ſenſum, & vtrunq; huic loco conuenientem. ap- 3 hexam. c 2. pſal cxxxv. pſal. ciij.

Appingo. pinxerit. i. plantauerit. ex ad & pango. cel lib. iij. at quæ vetere ſarmento panguntur, tardius conualeſcunt. Item appinxerit. i. depinxerit, coloribus varijs exornauerit. iuſſit enim deus vt terra germinaret

Sufficio. herbam virentem, & afferentem ſemen iuxta genus ſuum.* ſufficiatq; ſubminiſtret.* ſatis fruges. hinc propheta. qui rigat montes de ſuperioribus ſuis: de fructu operum tuorum ſaciabitur terra: producēs fenum iumentis: & herbam ſeruituti hominum. vt educas panem de terra: & vinum letificet cor hominis.* almum humo-

Vinum. rem. quo maxime alimur corroboramur, & exhilaramur, vt modo dictum eſt. vinum enim moderate ſumptū humanis corporibus gratiſſimus eſt liquor, hauſtum vero immoderate venenum eſt Bacchus enim ad culpam cauſas dedit, ille furentes cētauros domuit &c. Tunc ſurgunt lites (inquit Horatius) cum pauper cornua ſumit. ſed de hac re alibi dictum eſt ſatis.

Deus immobilis & oĩa mouet. * Tu cuncta moues. & d nemine moueris: hinc Seu: Boe: ſtabi-

Zeugma liſq; manens dat cuncta moueri.* tibi maximus æter & latices. i. aquæ quæ ſu, æth, con, parent. tibi obſequuntur. eſt autem Zeugma a poſteriori.* quiq; ſuper lat, concr, æth, fecit quippe deus firmamen-

Aque ſunt ſup firmamentum. tum: diuiſitq; aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum. nec tibi videatur impoſſibile aquas eſſe ſuper firmamentum. crede deo. cui (vt ait Angelus) omnia poſſibilia ſunt. lucæ 1.

Exultent, tractus terrarum vbicunq; patentes.
Ipſi dent montes, ipſa & dent flumina vocem
Læta ſuam, & ſcatebris voluentes flumina fontes,
Quodq; ambit longis terras anfractibus æquor.
Cuncta ſuum agnoſcant autorem, & carmina dicant
Semper vt idem ingens regnarit originis expers
Cum genitore deo, deus omnia numine complens.
Vt nullis mox principijs, aut ſemine nullo
Omnia condiderit, cœlum, terraſq;, fretumq;
Quæq; vago paſſim ſubſunt animantia cœlo.
Vt terras ponto diſcluſerit, æthera terris, georg. 2.
Luciferis cœli luſtrauerit atria flammis, Horatius.
Tellurisq; ſinum varijs appinxerit herbis,
Sufficiatq; ſatis fruges, & vitibus almum
Humorem. tu cuncta moues: tibi maximus æther,
Quiq; ſuper latices concreſcunt æthere, parent;

hoc idem teſtatur propheta dicens. Et aquæ omnes quæ ſuper cælos ſunt laudent nomen domini. quia pſal. 148. *ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt. & alibi. extendens cælos ſicut pellem qui te-* pſal. ciij. *gis aquis ſuperiora eius ſi quæris rationem: vide diuum Ambroſium latè de hac re diſſerentem. ij. He-* 2. hexam. c. 3 K. *xameron libro. vbi inter alia ſic aduerſantibus reſpondet. cùm ipſi dicant volui orbem cæli ſtellis arden* Pſal. ciij. *tibus refulgentem: nonne diuina prouidentia neceſſario proſpexit vt intra orbem cæli, & ſupra orbem redundaret aqua: quæ illa feruentis axis incendia temperaret? * nubila te ventiq; timent. in Pſal. Qui ponis nubem aſcenſum tuum: qui ambulas ſuper pennas ventorum. * te veſper & ortus. in eo-* Ibidem. *dem Pſal. ortus eſt ſol. & exibit homo ad opus ſuum, & operationem ſuam vſq; ad veſperam. Quo-niam magnificata ſunt opera tua domine: omnia in ſapientia feciſti. * ſua munera, officia. * tuo nu-tu, imperio tuo. vnde & alio in pſalmo dicitur. ordinatione tua perſeuerat dies: quoniam omnia ſer uiunt tibi. quare iure merito hominem redarguit Ambroſius. quod imperio dei inſenſibilibus elemẽtis pa rentibus, ipſe non obediat, non mediocris (inquit) pudor eſt. imperio dei inſenſibilia elementa pare re. & homines non obedire: quibus ſenſus ab ipſo tributus eſt autore. * monſtriferi ponti, qui varias quam plures monſtruoſasq; belluas gignit: maiores etiam terreſtribus propter humoris Luxuriã, nam* Plin. lib. 9. c. 2. *(vt ait Plinius) in mari tam latè ſupino molliq; ac fertili accremento accipiente cauſas genitales ſem perq; pariente natura pleraq; etiam monſtrifica reperiuntur, perplexis & inſemet aliter, atq; aliter nunc flatu, nunc fluctu conuolutis ſeminibus, atq; principijs: vt vera ſit vulgi opinio quicquid naſ-catur in parte naturæ vlla, & in mari eſſe, præterq; multa quæ nuſquam alibi. rerum quidem non ſolum animalium ſimulacra ineſſe licet intelligere intuentibus, vnam gladium, ſerras, cucumim verò & in colore & in odore ſimilem: quominus miremur equorum capita in tam paruis eminentia cocleis.* Ibidem. Pſal. ciij. *ſic & in prædicto pſalmo legitur. hoc mare magnum & ſpacioſum manibus: illic reptilia quorum non eſt numerus. Animalia puſilla cum magnis: illic naues pertranſibunt. Draco iſte quem formaſti ad illu-dendum ei, ideſt cete ſeu balena, omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore opprtuno. * plaga*

Omnia deo pa rent excepto homine qui nõ vult.

Mõſtra quare i mari maiora.

Animalia queq; in mari. Vna gladius ſerra & cucumis i mari.

Nubila te, ventiq; timent: te veſper, & ortus.
Obſeruant, obeuntq; tuo ſua munera nutu.
Et tibi monſtriferi obſequitur plaga cœrula ponti.
Tu manibus validis terrarum pondera libras,
Atq; grauem vacuo ſuſpendis in aere molem,
Rerum elementa locans æterno fœdere, vt omnia
prouer. 8. Concordi in medium tendant nitentia motu.
Tu liquidas per inane vias is nubibus actus,
Aurarumq; ſedens veheris pernicibus alis.
Non tibi tempus equis fugit irreuocabile adactis.
Semper idem ante tuos oculos, præſensq; moratur.

*cœrula, regio coloris cœrulei, i. viridis ſuboſcuri * pondera libras. ſuſpendis, collocas, ſuſtines, & coaptas. in ſæpe citato pſalmo ita dicitur. Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, nõ inclinabitur in ſæculum ſæculi, hæc omnia & Salomon in prouerbijs eleganter enarrat dicens de filio dei. quando præparabat cælos ade ram; quando certa lege & gyro vallabat abiſſos. quando æ-tera firmabat ſurſum: & librabat fontes aquarum: quando circundabat mari terminum ſuum: & le-gem ponebat aquis. ne tranſirent fines ſuos, quando appendebat fundamenta terræ: cum eo eram cun-* Plin. lib. 1. c. 5. *cta componens. * ſuſpendis in aere, ſic & Plinius. Aeris vi ſuſpenſam cum quarto aquarum elemen-to librari medio ſpatij tellurem videmus, vt omnia, Dactilus proſpondeo. * nitentia motu. idem Pli-* ibidem. *nius ita mutuo complexu diuerſitatis effici nexũ et: leuia ponderibus inhiberi, quo minus euolent: con-traq; grauia, ne ruant ſuſpendi leuibus in ſublime tendentibus. ſic pari in diuerſa niſu, vi ſua quæq; conſiſtere irrequieto mundi ipſius conſtricta circuitu. quo ſemper in ſe currente, imam atq; mediam in toto terram eandemq; vniuerſo cardine ſtare pendentem librantem per quæ pendeat. ita ſolam immobi-lem, circa eam volubili vniuerſitate eandemq; ex omnibus necti, eidemq; omnia inniti. * is pro vadis* pſal. ciij. *nubibus actus, ſic & in pſalmo. Qui ponis nubem aſcenſum tuum: qui ambulas ſuper pennas ventorũ hæc eſt ea nubes lucida, quam cæleſtem nymbum poetæ appellant. aerea autem nube vtitur dominus: vt acerrimum fulgentiſſimi luminis ſui ſplendorem temperet: quo mortalium oculi viſum eius ferre poſſint alioquin non ſolum offuſcarentur: ſed & vita ipſa præ nimio terrore priuarentur. * tempus fugit. æ-ternum quippe eſt verbum dei: æternus eſt filius dei: ante omnia tempora: & poſt omnia tempora: ipſiusq; eſt temporis conditor, ac moderator. de creaturis, non de creatore dictum eſt. omnia tempus* Ecl. 3. *habent. & ſuis ſpacijs tranſeunt vniuerſa ſub cælo: * præſensq; moratur. omne tempus aut præteritũ aut futurum eſt. cum perpetuo motu labatur, nec Paulo quidem ſtet momento. propter tamen quoſdã*

Librare.

Nube quare tegitur dominus

Tempus.

actus

actus humanos continuam habentes cauſam, dicitur & preſens tempus. & hac in his qua ſunt ſub ſole patre temporum. apud deum verò temporis & ſolis ipſius conditore, nullum tempus prateritũ eſt aus futurum. ſed ei ſempiterno ſunt omnia preſentia, qua hic apud nos fuerunt vel futura ſunt. parens.i.obediens tibi in creatura tua iubenti. nam tangit illud miraculum quod factum eſt ſub Ioſue, cum enim perſequeretur Ioſue Ammorreorum reges: & inclinata iam dies eorum internitioni non videretur ſuffectura irruente in ſe ſpiritu domini, conuerſus ad magna mundi luminaria Ioſue, ſol (inquit) contra Gabaon ne mouearis. & Luna contra vallem Haylon. ſteteruntq; Sol, & Luna in medio cœli. & non feſtinauit occumbere ſpacio vnius diei. non fuit ante & poſtea tam longa dies. obediente domino voci hominis, & pugnante pro Iſraele.* ſol ſtetit. tempore Ezechia regis Iuda, ſol ẽt x. lineis horologij retroceſſit in condonatæ ſalutis regi ſignum, & futura liberationis vrbis hieruſalem a Sennacherib Aſſyriorum rege. ſed tunc temporis non ſtetit ſol, vt ſcribit Dionyſius ad Polycarpũ. cuius hæc ſunt verba. ſol cum decima hora eſſet, deo pracipiente repedauit ad orientem alijs .x. horis deſignatis: deinde rurſus .x. horis alijs ad occidentem currente ſole. ſed & reſiduis diei duabus horis. quare & ſi vtrobiq; magnum fuerit in ſole miraculum: de priore arbitror vatem intellexiſſe. dum dicit Solem Lunamq; ſtetiſſe.* pueri, Sidrach Miſach & Abdenago, quos in fornacem ignis mitti iuſſit Nabuchodonoſor rex. ꝙ ſtatuam auream quam ipſe erexerat noluiſſent adorare. ſed eos omnino non tetigit ignis, nec flamma exuſſit capillum quidem capitis, nec ſaraballa eorum fuerunt immutata, neq; per eos tranſiuit odor ignis, miſit enim deus angelum ſuum & liberauit eos de camino ignis ardentis. hyſtoriam hanc latè ſupra retulimus. ibi vide eam. & in Daniele propheta.* iactantq; tuas ad ſyd, lau, cecinerunt enim per fornacem ambulantes illud canticum notiſſimum; cuius initium eſt. Benedicite omnia opera domini domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula &c.* tu mare na;con, di, vn, nunc redit vates ad pſalmum, confitemini, de quo ſupra. in quo dicitur confitemini domino qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones: Et eduxit Iſrael per medium eius: & excuſſit Pharaonem & virtutẽ eius in mari rubro. nota eſt hyſtoria & ſæpe tacta ſupra ac relata. in multiſq; alijs pſalmis ſparſim decantata. habetur autem in Exodo.*

Sol & Luna ſteterunt. — Ioſue. 10. — Sol regreſſus ẽ — 4. Reg 20. Eſaiæ 38. — pueri in fornacem miſsi. — Danielis 3 ibidem. — pſal cxxxv. — Aqua concreta — pſal. 32. & 72. — pſal. 72. & 88. — pſal. cv.

Quodq; eſt, quodq; fuit, ſimul & quod deinde ſequetur
Ipſe etiam parens tibi cœli in vertice fixus
Sol ſtetit: ipſa etiam ſurgens in cornua luna:
Atq; ſuos penitus requierunt ſydera curſus.
Te mandante ſuam vim ſæpe innoxius ignis
Dedidicit: pueri in medijs fornacibus aſtant.
Illæſi, iactantq; tuas ad ſydera laudes.
Tu mare nauigerum concreta diuidis vnda.
Et populis medios das ire impune per æſtus.
Tu rapidos flectis ripis mirantibus amnes,
Tu largam tectis è cautibus elicis vndam
Idem largifluos fonteis, & flumina ſiſtens.

Exodi 14. Verſu illo. Quiq; ſup latices conſtit

ſed quia dicit vndam concretã .i. congelatam fuiſſe. erat enim eis pro muro a dextris & a ſiniſtris. hoc adducit Ambroſius in argumentum quòd aqua poſſint eodẽ modo ſtare ſupra firmamentum. vt paulo ſupra dictum eſt. quid miraris (inquit) ſi ſupra firmamentũ cœli potuit tantæ maieſtatis operatione vnda ſuſpendi? de alijs hæc collige. de ijs quæ viderũt oculi hominum. quomodo ad iudeorum tranſitum: ſi rationem quaris, ſe vnda diuiſerit. non ſolet hoc eſſe naturę vt aqua ſe diſcernat ab aqua. & in profundo interfuſiones aquarum terra medio ſeparentur. Gelauerunt inquit fluctus, & firmamenti ſpecie curſum ſuum in ſolito ſine frenarunt. nonne potuit etiam aliter hebræum populum liberare? ſed tibi voluit oſtendere vt eo ſpectaculo etiam illa quæ non vidiſti, æſtimares eſſe credenda. amnes. non ſolum Iordanem. quem ſiccauit in introitu filiorum Iſrael in terram promiſſionis; ſed & alios de quibus pſaltes regius canit. tu confirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita draconum in aquis. Tu dirupiſti fontes & torrentes: Tu ſiccaſti fluuios ethan. qua eſt in extremis finibus ſolitudinis venientibus ab Aegipto ad mare rubrũ. porro de Iordanis reflexione dicit Ambroſius. Iordanis quoq; reflexo amne in ſuum fontem reuertitur. hærere aquam cum labitur, & ita ſurſum redire in ſuperiora ſine vllo repagulo, impoſſibile habetur. ſed quid impoſſibile ei qui dedit poſſe quibus voluit?* tactis, e cautibus. duriſſimis ſaxis Moyſi virga percuſſis. vnde & propheta. interrupit petram in heremo & adaquauit eos velut in abyſſo multa. & eduxit aquam de petra: & eduxit tanquam flumina aquas. & paulopoſt. percuſſit petram: & fluxerunt aqua. & torrentes inundauerunt. hyſtoriam verò hanc quare ſupra. & in exodo & in lib. Numerum.* flumina ſiſtens, de quibus ſupra. vel potius per colorem Rhethoricum qui dicitur a contrario alludit ad verſiculos alius*

Ioſue 3. — pſal. 83. — Iordanis retrorſum. — numeri 33 — Aqua e ſaxis. — Exodi 17. & nu. 20.

pſalmi

Pſal. 106. *pſalmi:in quo dicitur poſuit flumina in deſertum: & exitus aquarum in ſitim: Terram fructiferam in ſalſuginem, a malitia habitantium in ea. poſuit deſertum in ſtagna aquarum: & terram ſine aqua in exitus aquarum.* procul tangis. è nubibus iaculatis fulminibus non paucis. Qui tangit montes (inquit propheta) & fumigant. Qui reſpicit terram: & facit eam tremere: exemplum huius eſt mons Synai. de quo ſic habetur in exodo. Totus autem mons Synai fumabat: eo quod deſcendiſſet dominus in igne. & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace. eratq; omnis mons terribilis. prius tamen audita fuerant tonitrua, viſa micare fulgura. & nubes denſiſſima montem operuerat.* aſſurgunt Reges, poſt conuerſionem eorum ad fidem. nam prius contra ſteterãt ſicut ait Dauid. Aſtiterunt Reges terræ & principes conuenerunt in vnum, aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* pauidi, ad monitionem eiuſdem. & nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. ſeruite domino in timore. & exultate ei cum tremore.* tibi ſceptra, quod factũ fuiſſe a Conſtantino primo Imperatore Chriſtiano ſupra memoratum eſt.* deponunt, hoc maxime factum eſt a Romanis ducibus tempore prædicti Imperatoris. nec propterea minus regnare deſtiterunt: quinimo latius imperij Romani fines protulerũt. hic eleganter Leo Papa Romam alloquens ait. Iſti apoſtoli ſunt qui te ad hanc gloriam prouexerunt: vt ſis gens ſancta: populus electus: ciuitas ſacerdotalis & regia: per ſacram beati Petri ſedem caput orbis effecta, latius præſideres religione diuina, quam dominatione terrena. quamuis enim multis aucta victorijs, ius imperij tui terra mariq; protuleris. minus tamen eſt quòd tibi bellicus ſudor & labor ſubdidit, quam quod pax Chriſtiana ſubiecit.* adorant, & offerunt munera: vt a regio vate vaticinatum fuerat. A templo (inquit) tuo tibi offerent reges munera & poſt pauca. Diſſipa (inquit) gentes quæ bella volunt. venient legati ex Aegipto: Aethiophia præueniet manus eius Deo. Regna terræ cantate Deo: Pſallite domino: pſallite Deo qui aſcendit ſuper cœlum cœli ad Orientẽ. & alibi. Et dominabitur à Mari vſq; ad Mare: & a flumine vſq; ad terminos orbis terrarum. coram illo procident Aethiopes: & inimici eius terram lingent. Reges tharſis & inſulæ munera offerent: Reges Arabum & Saba dona adducẽt. Et adorabunt eum omnes reges omnes gentes ſeruient ei.* Tu ſurdis aures ſufficis, i. reponis et ſubminiſtras: auditum auiſſum præſtando. nam aures habere et aurium ſenſu carere, penè idem ſunt ac non habere. ſicuti dicimus mulierẽ viduam, inutilem virum habentem. & Eccleſiam viduatam quæ inutilem habet prælatum. eſt aũt hypozeugma locutionis.* vires ſufficis ægris hæc omnia i ſuperioribus libris latè tractata ſunt. quæ in hoc pæane haud diſſimili ab Herculeo Vergiliano, canentium more breuibus* Pſal. 103. Exodi 19. pſal. 2. Leo in ſermone: Apoſtolorũ Petri & Pauli. pſal. 67.

Synai mons fumigans. Reges Chriſto aſſurgunt. De romana gloria. Habere & inutiliter eſt non habere. Hypozeugma.

Quosq; procul tangis fumant ad ſydera montes.
Aſſurgunt Reges Pauidi, tibi ſceptra, tibi arma
Deponunt, longèq; tremunt, & numen adorant.
Tu ſurdis aures, oculos tu lumine captis,
Et vocem mutis, & vires ſufficis ægris.
Tu reuocas in vitam obita iam morte ſepultos,
Et rurſum potes amiſſos accendere ſenſus.
Non te vis crudi perterruit horrida lœti,
Non Erebi confuſa domus loca fœta timoris.
Te manes tremuere. plagæ regnator opacæ
Vmbrarum paſſim populantem immitia regna

Matth. 11. *repetuntur. habes tamen ſimile quoddam in Euangelio Matthei (ite inquit) & renuntiate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis. cæci vident, Claudi ambulant, Leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgũt, pauperes Euangelizantur. & beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me.* crudi læti, crudelis, & horrendæ mortis Crucis.* non erebi. i. in inferni, ab erebo inferni fluuio teterrimo.* confuſa domus. cunctæ enim ibi plena ſunt perturbationibus & confuſionibus, maximeq; confunduntur diuites et ſuperbi, quod omnia ſibi ſint conuerſa retro, & nihil ad votum reſponderit. concupierunt gloriam, & ecce ignominiam: ſtuduerunt opibus. & ecce miſera conſumuntur inopia. voluptates et delitias appetierũt. & ecce dolores ſuſtinent atq; tormenta. omni itaq; ſpe ſua defraudati, ex omni parte confunduntur.* loca fœta, i. plena timoris. ſed quid amplius timent damnati ad perpetuos carceres & continua tormenta? vtiq; venturum diem iudicij formidant: quo faciem Chriſti tremendam ſunt viſuri: & digna factis etiam in reſumpto corpore ſint recepturi, ac paſſuri multo his grauiora.* Te manes. modo impiorum animæ per antiphraſim. quod nequaquam bonæ ſint.* plagæ reg. opa, obſcuræ regionis infernæ.* paſſim. non tamen ex omni damnatorum circo. verùm ex eo tantum quem ſupra diximus vocari ſinum abrahæ, ſeu limbum: quo piorum animæ tenebantur incluſæ redemptorem expectantes.* immitia pro immitium, i. crudelium tortorum ac impiorum: regna verò dixit quò ad opinionem Demonũ, reuera. teterrimi ſunt carceres: tale eſt illud vergilianum. illa ſe iactet in aula Aeolus, & clauſo ventorum carcere regnet.* Eumenides* Aeneid. 1.

Erebus. Retrouertũtur omnia in inferno. Damnati grauiora timent. manes. Reg nũ eſt carcer. Eumenides.

Eumenides. *des,infernales furiæ.hoc eſt cæteri demones.per contrarium ſic appellantur ꝙ minime ſint mittes aut be*
neuolæ. * *præda ingenti,de qua pſalmiſta.Aſcendens (inquit) in altum captiuam duxit captiuitatē.*
hæc ſunt illa ſpolia quæ Euangelicus miles fortior, minus forti victo & alligato detraxit. hic eſt grex Lucæ 11.
ille congregatus & ex inferno ad paradiſum adductus de quo Micheas ita prædixerat. congregatione Micheæ 2.
congregabo Iacob totum te in vnum conducam reliquias Iſrael. pariter ponam illum quaſi gregem in
ouili:quaſi pecus in medio caularum,Aſcendet enim pandens iter ante eos.diuidet & tranſibunt por-
tam:& egredientur per eam.& tranſibit rex eorum coram eis:& dominus in capite eorum. * *tempora*
vel omnia vſq; ad finem ſæculi. vel noſtra dicit ætatis tempora. * *fugientia ſecula:annorum centena ac*
Millena.nihil eſt enim tempore fugatius. * *voluentia luſtra,volubilia quinquennalia.i.quinq; annorum*
Olympiades. Luſtra. *ſpacia quæ græcè Olympiades ab Olympico certamine dicebantur:& latinè luſtra,ab vrbis illuſtratio-*
ne quorum vtrumq; de quinquennio in quinquennium celebrari ſolebant. * *opiſex rerum, omnia enim* Io. 1.
per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. vt ſcribit Ioannes Euangeliſta, & Dauid inquit. Pſal. 32. &
verbo domini.cæli firmati ſunt.& initio tu domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt Pſal. ci.
cæli. * *ſalutifer orbis.vnde & ſalutare,prædicabatur in pſalmis.& Ieſum nomen accepit. ipſe enim ſal*
uum facit populum à peccatis eorum. & ſenex ille Simeon cecinit. Quia viderunt oculi mei ſalutare
tuum. quod paraſti ante faciem omnium populorum. lumen ad reuelationem gentium: & gloriā ple-
Chriſtianū genus. *bis tuæ Iſrael.* * *aſpice nos.i.miſerere. aſpectus .n. dei.miſeratio hominum eſt.* * *genus noſtrum.chriſtia-*
norum.ſ.quod eſt genus electum,regale ſacerdotium,atq; gens ſancta,& populus acquiſitionis.vt mo- 1. petri c. 2
net Petrus. * *veteres iras.i.pœnam veteris culpæ primi parentis Adæ.nec enim ira cadit in deum. ſed*

Non tulit, atq; imis trepidus ſe condidit antris,
Proſtratæq; metu procul Eumenides latitarunt.
Dum ſuperas præda ingenti vehereris ad arces:
Nūnc vbi iam victor regnas, ſuperumq; beato
Concilio imperitas, prouiſaq; tempora longè
Diſponens reparas fugientia ſecula mundo,
Nec requieſſe ſinis ſolis voluentia luſtra.
Salue opifex rerum, vaſtiq; ſalutifer orbis,
Aſpice nos propius, propius genus aſpice noſtrum,
Morte tua patet ætherei cui ianua Olympi.
Et veteres tandem pater obliuiſcitur iras.
Talia littorea læti ſub rupe canebant.
Vndeni proceres, omniſq; effuſa iuuentus.
Non tamen exuerant vanum inter tanta timorem
Gaudia, nondum animos firmati numinis aura
Aetherea, ſed adhuc latebras, cauaq; antra petebant.
Sicut vbi accipiter celſa de ſede columbam.
Suſtulit apprenſam; quam roſtro euiſceret vnco,
Diffugiunt aliæ huc illuc: mox turribus imis
Condunt ſe celeres,& inania murmura miſcent.
Haud illi ſecus attoniti poſt funera regis.
Incluſi tecto ſtabant promiſſa magiſtri

pœnā paſſis ita videtur. de deo
more ſentientibus humano. * *o-*
bliuiſcitur.i.more obliuiſcentis
nequaq; amplius punit. * *vnde-*
ni proceres.xi.apoſtoli,qui pri-
us.xij.fuerant ſed abiecto Iuda
proditore ac ſuſpenſo,duodena-
rius diminutuſ fuerat nume-
rus,qui vt pficeretur poſt mo-
Numerus 11. *do electus eſt Mathias, vnde-*
narius autē numerus malæ eſt
ſignificantiæ,vt pote qui tranſ-
greſſionem legis,hoc eſt pecca-
tum ſignificat.in quod morien-
te domino per ſcandalum quod
paſſi ſunt inciderunt apoſtoli.
verum eo reſurgente reſipue-
runt: & electo Matthia duo-
Numerus 12. *denariū (hoc eſt) perfectionis*
numerū redintegrarūt. * *exue-*
rant, omnino, tametſi viſo do-
mino gauiſi fuerint.& aliquan-
tulum recreati, non tamen ad-
huc in publicum audebant præ
Timor mundanus. *dicare.* * *vanum timorem:mundanum .ſ.de quo dicit dominus.dico autem vobis amicis meis,ne terrea-*
mini ab his qui occidunt corpus:& poſt hæc non habent amplius quid faciant. oſtendam autem vobis Lucæ 12.
quem timeatis. timete eum qui poſtquam occiderit. habet poteſtatem mittere in gehennam. * *animos*
firmati.Synodocheos intellige.i. animi eorum nondum fuerant confirmati à ſuperueniēte ſpiritus ſancti
virtute. * *cauaq; antra petebant.poeticè totum hoc intellige. pro eo quod ſupra diximus:quia nō præ-* Lucæ vlt.
ſumebant publicè fidem Chriſti prædicare alioquin quo pacto paruiſſent domino? qui in cœlum aſcen- & act. 1.
dens præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent:ſed expectarent promiſſum à patre ſpiritum ſanctum.
& quomodo verum eſt id quod ait Lucas? Et ipſi adorantes (.ſ.aſcendentem dn̄m) regreſſi ſunt in Ibidem.
Accipitris parabola & expoſitio. *Hieruſalem.& erant ſemper in templo, laudantes & benedicentes deum.* * *ſicut vbi accipiter,per acci-*
pitrem mortem intellige: quæ corpus Dn̄i in Crucis paſſione dilacerauit adeò vt,à,plantæ pedis vſq; ad
verticem

Math 26. *verticem non eſſet in eo ſanitas. per columbas diſugientes apoſtolos. qui relicto eo (vt ſcriptum eſt) omnes fugerunt.* incluſi tecto. ecce ꝙ non in caua latitabant antra, ſed (vt ait Lucas) Tunc reuerſi* Actu. 1. *ſunt Hieroſolymam à monte qui vocatur Oliueti, qui eſt iuxta Hieruſalem ſabbati habens iter. Et cum introiſſent in cœnaculum aſcenderunt vbi manebat Petrus, & Ioannes: & Iacobus & Andreas: Philippus & Thomas: Bartholomeus & Mattheus: & Iacobus alphei: & Simon Zelotes: & Iudas Iacobi. hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione. cum mulieribus & Maria matre Ieſu.* Lucæ c. fin. ** promiſſa magiſtri. dixerat enim abiens ab eis. Ego mittam promiſſum patris mei in vos: vos autem ſedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. * promiſſa dies. decima ab Aſcenſione. vt myſticè oſtendatur ad obſeruationem decalogi neceſſariam eſſe & ſpiritus ſancti gratiam. * regione ſerena, in ſummo Olympo. vbi beatorum ſedes eſt. in qua perpetua eſt animarum ſerenitas nullis curarum nubibus obumbrata.* Olympus. Daniel 12. ** ſidera, & aqua nam ſunt hæc ſydera? niſi de quibus ſcribitur. qui erudiunt multos ad iuſtitiam erunt ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates.* purior æther, abſq; vlla ignorantiæ nebula, vel iniquitatis caligine.* purpureo lumine, Charitatis & ſapientiæ.* tempora diſpenſans. nam ordinatione eius perſeuerat dies (vt ait propheta.) & omnia ſeruiunt illi. hinc dixit Innocentius. deus primo per Moyſen, & Sanctos Prophetas, aliosq; famulos ſuos, iuxta ordinatiſſimam diſpoſitionem temporũ doctrinam humano generi tribuit ſalutarem: & tandem per vnigenitum filium eius D. N. Ie. Chriſtum viam vitæ manifeſtius demonſtrauit. tria verò ſunt hæc tempora præcipua. ante legem & poſt legem: & tempus gratiæ, in quo fuimus ab Aduentu Redemptoris in humilitate: & erimus vſq; ad eius aduentum in gloria. & primo quidem dedit Apoſtolos: Martyres deinde: tertio doctores & poſtremo confeſſores. quibus Eccleſia Domini regeretur. ſed illo tempore de quo modo loquitur vates: Apoſtolos miſſurus erat ad gentium eruditionem. * ſecretaq; fœdera. tacitas & annexas mundi diſpoſitiones quas ſecularium poetæ fata vocant æterna, arcana, & irreuocabilia. * moribundos artus: quos prius mortales induerat. ſed poſt reſurrectionem immortales.* magno amore, ſi eo quo patrem complectitur. ſpiritus ſanctus eſt. ſi eo quod diſcipulos proſequitur Charitas eſt. ſed & de vtroq; poteſt hic locus intelligi. * O Pater. plenum beneuolentiæ nomen, quo nullum dulcius aut ad conciliandam gratiam aptius inueniri poteſt nam ſolum id artificioſiſſimi vim tenet exordij. * ſocijs noſtris. qui nobiſcum laborauerunt: noſtris & intentationibus permanſerunt. eſt aũt altera ſpecies captationis beneuolentiæ a perſona cui petitur, multum vrgens. * tempus non importuna ſed oportuna oſtenditur petitio: quæ non niſi in debito tempore poſtulatur. * amiſſo duce. potiſſima neceſſitatis cauſa, ducis amiſſio. ne veluti grex amiſſo paſtore diſpergantur, & fiant eſca luporum. * imbelli, minime apti ſpirituali bello quo Chriſti fideles aduerſus diabolum rugientem, mundum frementem quottidie pugnant, & contra carnis blandimenta. * mortali, adde tu, terreno & corpore creti. & ob id fragiliſſimo. * diſcute, hæc eſt breuiſſima & pleniſſima petitio. abiectio impedimenti, & gratiæ, auxilijq; collatio.* & pectora firma, dono fortitudinis, roborisq; virtute.* ne nequeant. liptote eſt. i. vt audacter valeant.* alacres. feſtini atq; hylares.* procurrere. vltro occurrere.* me propter. Anaſtrophe eſt. præpoſitionis ordo conuerſus. * ſolymæ, nominatiui caſus. vrbs Hieruſalem. de hoc nomine dictum eſt alibi. * iudeaq; ſubaudiatur regio. cuius contribules maiori odio quàm ceteri Iſraelitæ perſequebantur Chriſtum, eius quidem diſcipulos. ꝙ Galileum exiſtimarent, & Galilei fautores. cum de ſua Tribu. i. Iudea Meſſiam ſecundum ſcripturas oriturum ſperarent. quapropter Mattheus Euangeliſta volens eos ab hoc pernicioſiſſimo errore*

Pſal. c. 18. — De ſumma trin. c. 1. — Tempora variata. — Fata. — Amor dei. — Pater. — Petitionis conditiones. — Liptote. — Anaſtrophe. — Iudei quare Chriſtum perſequebantur. — Chriſtus ex tribu Iuda.

Cœlo expectantes venturum numen ab alto.
Iamq; aderat promiſſa dies, deciesq; tenebras
Flammifera Sol exoriens face ab orbe fugarat,
Cùm pater omnipotens cœli regione ſerena,
Sydera purpureo reficit qua purior æther
Lumine, cœlicolum in medio media arce ſederet
Tempora diſpenſans, ſecretaq; fœdera mundo.
Cui ſe tum exutus moribundos filius artus
Diffulgens radijs, ac mira luce coruſcus
Obtulit, & magno genitorem affatus amore eſt.
O pater & ſocijs tandem ſuccurrere noſtris
Tempus ait, quos amiſſo duce protinus omnes
Acer agit timor huc illuc, atq; omnia terrent
Imbelles, quoniam mortali corpore creti.
Diſcute terrorem hunc animis, & pectora firma.
Ne caſus nequeant alacres procurrere in omnes
Illis me propter Solyme, Iudæaq; paſſim
Inſidias infenſa odijs molitur iniquis,

rore

*rore renocare, in fronte ſui Euangelij. & de tribu Iuda deſcendiſſe dñm, ac de ſtirpe Dauid, & in Bethleem Ciuitate Dauid Ortum fuiſſe demonſtrat. * hos olim fore, tales futuros eſſe. * per gentes canerent. hoc maximè Dauid præmonſtratum eſt. & id in multis pſalmis aperit, quos omnes citare nimis longum eſſet præcipuè nobis properantibus ad maiora. ſufficiat itaq; Pſalmus iſte. Cœli. i. apoſtoli enarrant gloriam dei pro nobis hominis facti. & opera manuum eius .i. miracula quæ in humanitate geſſit aſſumpta annunciat firmamentum ijdem .ſ. Apoſtoli firma fidei fundamenta. quos & vocari firmamentũ docet Daniel Hieronymo interprete, in illis verbis. fulgebunt iuſti quaſi ſtellæ & intelligentes quaſi firmamentum. Dies diei eructat verbum et nox nocti indicat ſcientiam. Non ſunt loquelæ neque ſermones quorum non audiantur voces eorum. in omnẽ terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. q aũt hæc verba de Apoſtolis ſint intelligẽda teſtatur Apoſtolus, ſcribens ad Rom: Numquid (ait) non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorum. * ad noua ſacra, ad noui teſtamenti ſacramenta & præcipuè corporis & ſanguinis. d. n. Ieſu Chriſti agni immaculati: qui tollit peccata mundi. ſunt autem hæc Eccleſiaſtica ſimul Sacramenta. vij. Baptiſmus: Confirmatio: Ordo: Pænitentia, Euchariſtia, Matrimonium, & extrema Vnctio. * polli-*

Pſal. 8. Dan. 12. Hier. 1 prologo Biblię cap. 3. Rom. x.

Sacramenta Eccleſiæ.

Tu tamen hos olim fore, qui præſtantibus auſis
Per gentes canerent noſtrum indelebile nomen,
Quacumq; oceano terrarum clauditur orbis,
Et populos noua conuerſos ad ſacra vocarent.
Pollicitus genitor, tibi nec ſententia nutat.
Hos (quando cœli demum non abnuis arcem)
Ipſe ego ſæpe tua fretus pietate labantes.
Firmaui, impleuiq; animis, ſiquidem affore olympi
Promiſi auxilium ſubitò, & tutamen ab arce,
Quo freti reges, regumq; minacia iuſſa
Contemnant, alacreſq; ruant in funera leti
Sponte ſua verè pro religionis amore.
Sic fatus palmas ferrò oſtentabat acuto,
Traiectoſq; pedes, & hians in pectore vulnus,
Sertaq;, & hamatos vepres, quos hoſtia geſſit.
Annuit oranti, delibanſq; oſcula nato
Reddidit hæc pater æterno deuinctus amore.
Iam conceſſa petis: dabitur tibi nate quod optas.
Promiſſa (ne tende manus) afflabimus aura,
Quoſuis atq; viros noſtros flammabimus igni,
Vt pro te blandæ proiecto lucis amore
Non ferrum, aut flammas metuant, morſuſuè ferarũ.

Malach. 3. Ione 3. De pen. diſt. 1. cap. Nouit.

Lucæ 12.

Matth 5 6 7. cap. 13. vſq: ad c. 18.

Sententia Dei

*citus genitor. referatur ad huius ſyntaxeos principium. Tu tamen O genitor es pollicitus. eſt enim lõgum quidem hyperbaton, ſed non obſcurum. * tibi, vt hominibus, qui ſemper ſunt inſtabiles. * nec ſententia, ſ. diſpoſitiua. ſcriptum eſt enim ego Deus, & non mutor comminatoria verò ſæpè mutatur. vt patet ĩ Niniuitis. hinc dixit Ambroſius. Nouit deus mutare ſententiam: ſi tu noueris emendare delictum. * quando, pro ſiquidem. * non abnuis arcem. liptote eſt .i. promittis cœleſtem gloriam. * labantes, nutantes et pre humanã incõſtantia vacilantes. * firmaui illis verbis. Nolite timere puſillus grex: quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum. et alijs per multis quæ patent ex Euangelio. Impleuiq; animis. præcipuè in ſermone illo longo ad illos habito ſuper monte. & in illo aureo teſtamento, quòd poſt cœnam magnã habuit ad diſcipulos: quod & notauit tabellio Euangeliſtarum Ioannes Excellẽtiſſimus. ſed & poſteaq; reſurrexit à mortuis per xl. dies loquens eis de regno dei, multum animi diſcipulis adiecit. * promiſi in die Aſcenſus ſiue vt ſupra viſum eſt. * ruant, non temerè, ſed audacter cum fuerit opus accedant ſpreto acerrimorum tormentorum ac mortis ipſius extremo terrore. * verè religionis. Chriſtianæ .ſ. * oſtentabat, non ad iactantiam ſed ad commiſerationem captandam, non ſibi ſed humano generi. & ecce vna ex cauſis (vt etiam ſupra retulimus.) quare ſibi retinuit dominus cicatrices, vnde & Bernardus dixiſſe legitur. pænitentibus nulla eſt de ſpe veniæ relicta dubitatio. vbi filio mater oſtendit pectus & vbera: filius patri Latus & vulnera. * hyans in pec, vul, .i. latus apertum. * ſertaq; & hamatos vepres. i. aculeatam coronam ſpinarum. eſt aũt. Epexegeſis, .i. præcedentis expoſitio dictionis. * hoſtia, agnus immaculatus ſuper ara crucis deo patri immolatus pro totius orbis ſalute. * annuit oranti. petita conceſſit. * æterno deuinctus amore miranda dicti huius tranſlatio. à turpiſſimo ad honeſtiſſimum amorem ſpiritus ſancti. eſt enim (vt canit Eccleſia Ticinenſis) amborum nexus & amor. * quoſuis fidelium. ab initio quidem viſibiliter. ſed deinceps inuiſibiliter omnes in te credentes. * flammabimus igni. eſt eadem figura proximè dicta. * blanda lucis, huius vita delitioſos allicientis ad amo-*

Cicatrices quare retinuit dominus.

Epexegeſis.

In hymno. S. Syn.

rem mundi, & ad fruendas voluptates. * non ferrum. vt Paulus, ferro capite obtruncatus. * aut Paulus ferro.
flammas. vt Laurentius flammis acribus exuſtus. qui in tormentis tanti fuit animi. vt dum vreretur Laurent. igne.
Decio tiranno dixerit. Diſce miſer quia carbones tui mihi refrigerium præſtant: tibi autem æternum ſup
plicium. & poſt pauca, Ecce inquit miſer aſſaſti me vna parte: regyra alteram, & hanc manduca. O vir Ignatius ferarũ
tutem martyris inuincibilem? * morſusuè ferarum. vt Ignatius, qui poſt multa ſuperata tormenta. pro morſu.
iectus ad beſtias, cum earum rugitus audiret: ardore patiendi ait. viri Romani (aderat ſiquidem Tra-
ianus Imperator & Senatus aliorumq́; maxima turba) qui hoc certamen ſpectatis: non ſine cauſa labo
raui. non propter prauitatem hæc patior, ſed propter pietatem: frumentum enim Chriſti ſum, dentibus
beſtiarum molar, vt panis mundus inueniar, hæc autem illo dicente prefocauerunt eum Leones: carnes
tamen eius non Lacerauerunt. tametſi famelici ab earum eſu abſtinuerunt. * aut crinita hauſtra, ab ha Hauſtra.
uriendo, rotarum cados quibus veſtiuntur, veluti caput crinibus. Catherinæ habemus exemplum, quæ
machinam Rotarum horrendam præfixis vndiq; acutiſſimis clauis non expauit. * pugnando, non Lan Catherina.
ceis aut Gladio. ſed armis militiæ cœleſtis ſpiritualibus. de quibus ait Apoſtolus. Induite vos armaturã
Ephesios 6 Dei. vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli &c. & Ambroſius arma (inquit) ſeruorum Dei ſunt
lachrimæ & orationes. * ſuperbi. i. nobiles. omnia terrena contemnentes. & hæc eſt bona ſuperbia
mundum & cuncta quæ in mundo ſunt Cœleſtium amore flocifacere. * non illos æſtus, calidiſſimarũ re-
gionum, qualis eſt arenoſa Libia & pro maiori parte Aphrica. Aethiopia & India. ad quas pro-
pter feruorem æſtus Apoſtoli non deſtiterunt accedere. nam & Mattheus Aethiopas: & Thomas In
dos: & alij alios diuerſarum plagarum populos ad fidem Chriſti conuerterunt. * non frigora, nimium
maximè Scythicarũ. quas nec refugerunt Chriſti diſcipuli. * Lætiferum ſydus. caniculam dicit quæ & Canicula Syrius.
Aeneid. 3 Syrius vocatur. de qua Vergilius Tum ſteriles exurere Syrius agros eſt autem Syrius ſtella in ore Canis
ſita in medio Centro Cœli. ad eam cum ſol accedit corpora humana lãguore afficiuntur. propter duplica
tionem caloris oritur circa. viij. Cal. Iulij peſtilentiam dicitur ab Aſtrologis creare. ſi cæterorum con-
ſentiat Aſtrorum curſus. hoc intellige verum ex dei permiſſu. cæterum eo prohibente innoxia erit.

Aut crinita rotis circumlaniantibus hauſtra,
Quiq́; reformidant nunc omnes aeris auras,
Obijcient certis alacres ſe ſponte periclis
Pugnando & claras animas de corpore reddent
Contemptu necis, & vera virtute ſuperbi.
Non illos æſtus, non illos frigora ſiſtent,
Lætiferum aut campos cum ſydus findit hiulcos,
Cærulea aut glacie cum nectit flumina bruma.
Verùm vltra Gangem auditi, Bactra vltima ſupra,

quam rem non aduertens Ser-
uius dixit interdum creare pe-
ſtilentiam, interdum innoxiam
naſci. * findit hiulcos campos.
apertos, diſſolutos, & paſſim Hiulcus.
præ nimio calore hiantes: lata-
rumq; plenos fiſſurarum. quæ
res in ortu canicula plerunq́;
ſolet contingere. * nectit flu-
mina bruma cum ſtringit flum
os hiemale gelu. ſenſus autem Bruma.
horum verſuum breuiter eſt talis. non deſiſtent diſcipuli tui propter æſtiuum feruorem, aut hyemis
frigus, quominus per totum orbem diſcurrant ad prædicandum Euangelium. * verùm vltra Gangen, nõ
modo ad inferiorem, ſed & ad ſuperiorem Indiam auditi fuerunt ſermones fidei ab Apoſtolo Thoma, ganges.
& Bartholomeo diſſeminati. eſt autem Ganges Indie, fluuius, qui alio nomine dicitur Phyſon egre-
diens de paradiſo terreſtri. quem primus Alexander Macedo nauigauit: poſt illum Traianus Impera-
tor. latus eſt atq; profundus. minima quippè Gangis latitudo. eſt octo. M. paſ. maxima. xx. altitudo
verò vbi vadoſiſſimus eſt, ad minus centum pedum menſuram implet. dictum Gangem volunt à Gange
Aethiopum rege, qui etiam Indos ſuo ſubiugarat imperio. * Bactra vltima Imperij. ſ. Perſarũ & Aſſy
riorum. eſt autẽ vrbis & regionis nomẽ vltra Aſſyrios & ſupra perſidem. de qua vide late Quin: Cur-
tium. in vita Alexandri. Bactrianorum rex fuit olim Zoroaſtes magicæ artis inuentor. crudelis ea gens
eſt & infida, Bactrianis ijs idem Thomas Apoſtolus prædicauit. declinatur. plur: numero hæc Bactra,
ctrorum. * Iſmara. ſing. numero Iſmarus, plur: hæc Iſmara. Mons eſt Thraciæ partim incultus, & aſper- Bactra.
rimus. & partim vinetis oliuetiſq́; ſpectabilis, Orphei nomine & carmine vulgatiſſimus. vnde cecinit Iſmarus.
Virg. Nec tantum Nodope miratur & Iſmarus Orphea. Biſtoniaſq́; plagas. ipſa eſt Thracia ab vrbe
Biſtonia quæ fuit olim caput regni. ſiue de nomine ſtagni Biſtonij: de quo. Ouidius. feſſaq; Biſtonia Biſtonia.
membra lauabis aqua. ſiue a rege Biſtone. vnde & prouincia dicta eſt Biſtonis. idem Ouidius. Tuta ta-
men bello Biſtonis ora fuit. * Seraſq́; remotos Gadibus. nam Seres populi ſunt Aſiæ Scythicæ à Sera vr-
be ſic appellati. à quibus ſericum. i. lana illa tenuiſſima ex arboribus depectire. vnde ſericæ veſtes, & Seres populi.
oloſericea

Oloſericum. Subſericum. Bombices. gades. Britannia. Anglia Albion. gargates. gregorius. Aug.miletus. Tẽpla Chriſto conſtituta.

Lib 6.c.10 georg 2 Plinius lib. 4.c.16.

oloſerica, ac ſubſerica. vide Plinium. et hunc ipſum vatem in libello quem Bombicem inſcripſit. ſunt aũt Bombices quidam vermes olim apud indos æthiopas & ſeres tantũ: modo & apud nos. qui illis in regionibus ſuper arboribus aranearum more fila tenuiſſima deducunt. vnde fit ſericũ. de his Verg. Quid memorem æthiopum molli canentia lana, velleraq; vt folijs depectãt tenuia ſeres. & Sidonius Aſſyrius gemmas: ſer vellera: Thura Sabeus. Gades aũt duæ ſunt inſulæ in extrema noſtri orbis parte verſus occidentem ad fines Bethicæ prouinciæ. vbi Europa ab Africa dirimitur. nobiles atq; excellentes viri ſunt in eis. ita vt equeſtris ordinis gaditanos quingentos vno cenſu numeratos ab Vrbanis aliquando cenſoribus fuiſſe compertum ſit. Britannos. in oceeano ſeptẽtrionali eſt inſula Britanniæ, quæ nunc Anglia dicitur, tam magno circuitu, vt alter orbis penè videatur. Albion olim dicta (vt refert Plinius) forma eſt triangularis (vt ſtraboni placet) in ea Gargates lapis reperitur qui ardet in aqua (mirabile dictu) & oleo reſtinguitur teſte ſolino. tardè receperũt Chriſti fidem. Apoſtolus eorum fuit Greg. moralis doctor. qui miſſus ad eos conuertendos a Pelagio pontifice, fuit à Romanis reuocatus: & paulopoſt defuncto pelagio in ſummum Pontificem eleuatus, miſit in Britanniam Auguſtinum, Miletum & quoſdam alios Monacos, quorum prædicationibus Britãni conuerſi Gregorium Apoſtolum ſuum nihilominus eſſe dixerunt. & ſummo ſemper in honore habuerunt.* nouantes templa. quæ prius per orbem idolis gentiũ dedicata fuerant. vnde eliminata omni ſacrorum illorum ſpurcitia in honorem veri dei & ſanctorũ eius poſtmodum nouo conſecrationis ritu ſunt initiata.* ſtatuẽt tibi maxima. à Thoma in india, & Mattheo in Aethiopia, & à Bartholomeo in Armenia, Chriſto templa nouata & conſtructa fuiſſe legimus. Romæ verò & per cæteras orbis partes maximè quæ romano ſuberant imperio non niſi Cõſtantini magni tempore magna templa conſtrui potuere vel nouari. propter inges & longas infidelium imperatorum perſecutiones.* mutatæ gentes ab idolatria ad cultũ veri dei.*

Iſmara, Biſtoniaſq; plagas, Seraſq; remotos
Gadibus, & virides penetrabunt vocè Britannos.
Implebunt terras monitis, & cuncta nouantes
Templa pererrato ſtatuent tibi maxima mundo,
Ad tua mutatæ properabunt nomina gentes.
Diuiſæ pænitus toto orbe per æquora gentes,
Seclaq; conuerſis procedent aurea rebus.
Quæ tibi ſæpe ego pollicitus, ſcisq; omnia mecum.
Nec tantum tua nate pijs hæc vulnera Olympum
Nunc pandi metuere nigra quos nocte premebat
Inſontes primi ſcelus exitiale parentis.
Verùm alios mox, atq; alios per ſæcula cœlo
Efficient dignos, ſua quos commiſſa piacla
Sydereis procul arcebant à ſedibus olim.
Tanta tuæ merces, ea vis, ea gratia mortis.
Atq; adeò quodcumq; homines ab origine rerum
Admiſere, alijs quicquid peccabitur annis,
Huc coeat, ſatis illa tui, pars parua, ſuperq;
Omnia diluere, prorſuſq; abolere cruoris.
Quin etiam mox tempus erit, cum ſcilicet olim

Labia confuſa. Babel. Aurea ſecla. gen. 11.

** diuiſæ gentes. Olim in confuſione linguarum propter conſtructam turrem Babel. ſicut in geneſi legimus dixiſſe homines ad inuicem dum adhuc eſſent labij vnius ac ſermonis eiuſdem faciamus nobis turrĩ cuius culmen pertingat vſq; ad cælum. & celebremus nomen noſtrum antequam diuidamur in vniuerſas terras. & poſt pauca. diuiſit eos dñs ex illo loco in vniuerſas terras. potes & ſimpliciter intelligere gentes variarũ inſularum à continenti diuiſas, vel gentes interſe diuiſas linguis, moribus, ac vario cultu.* ſecla aurea, quæ olim à poetis in latio regnãte Saturno fuiſſe cantata ſunt & ſub Auguſto per totum orbem. verè tamen ſecla aurea. i. optima fuere in Eccleſia Dei quamdiu multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna: nec quiſquam eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia. quod & Hieroſolimis ab Apoſtolis, & ad fidem conuerſis ab eis obſeruatum legimus. & Alexandriæ in Aegipto ab his qui à Marco Euangeliſta fidem Chriſti recipiebant, vt refert Hier. in vita Marci ex Philone hebræo.* ſciſq; omnia. quid non ſciat patris ſapientia?* meruere, nota hic maximum paſſionis Chriſti meritum. vt non ſolum regni cæleſtis ianuam aperuerit. ſed & ab antiquis ſæculis patres ab infernali carcere redemit. & omnibus verè pænitentibus vſq; ad conſummationem ſæculi peccatorum veniam quantumcunq; grauium obtinebit.* piacla, crimina grauia mortis expiatione digna.* olim. dum adhuc eſſent in peccatis. longè etenim, à peccatoribus ſalus.* admiſere, peccauere.* annis. ſ. futuris.* huc coeat. in vnum aduuetur aceruum.* ſuperq; ſatis. pluſquam ſufficiens.* diluere. mundare ac purgare.* abolere, delere de libro.* olim modo in futurum. nam ad omne tempus*

Act. 4. Hier. li. virorum illuſtrium. Piacula. Coeat. Olim.

tractum

*tractum habent hæc aduerbia. olim, & quondam. nam ætatis ſuæ ac noſtræ tempora vult hic vates eſſe præuiſa. * tercentum luſtra ideſt mille & quingentos annos ab aſcenſione domini iacto calculo: & non à Natiuitate. alioquin addiſſet quinque aut ſex luſtra, prima ſiquidem excuſſio additionis huius libri facta eſt Cremonæ anno à natiuitate Domini M. D. X X X V. hæc autem noſtra commentaria ſecuto poſt luſtro cepta ad medium alterius cœleſti fauente numine vltimam manum ſenſerunt. * veri vates Chriſti poetæ qui eſt veritas. qualis ipſe, & noſtri æui quamplures. * graium mendacia. græcanicas fabulas. quibus referta ſunt græcorum vatum poemata, necnon & latinorum qui ſecuti ſunt graios. * carmine verſo. à fabulis ad canendam veritatem, ab idolorum cantilenis ad hymnos veri dei ſanctorum eius. a laudibus demoniorum ad gloriam Domini Noſtri Ieſu Chriſti propagandam. & carmine fœlici pangendam. * omnes vrbes, in quibus diuinum hoc opus legetur. * Italiæ fœlicis. ob virorum fortium fœcunditatẽ ac ſapientum. & propter rerum omnium fertilitatem, quæ humano ſunt vſui neceſſaria. teſtantibus hoc fermè omnibus rerum ac orbis terræ deſcriptoribus. * Addua vbi vagus alpinus eſt fluuius, quem larius emittit lacus ex xxx. fluminibus quibus augetur padus, vnũ haud ignobile. vide Plinium vbi loquitur de pado. & Italiæ regione decima. * ſerius, exiguus eſt amnis ante hunc vatem ſolis accolis cognitus. nunc autem toto celeberrimus orbe. vide fabellam eius in calce. ij. libri Bombicum vatis huius. eſt autem curſu breuiſſimus influit in adduam ſupradictum: & ei iunctus deſcendit in padum, haud procul à Cremona. ab hoc ſerio flumine dicit ſeriadas eſſe vocatas nymphas, quæ matres Italicas docuerunt curare Bombyces: à quibus ſericum deducitur.*

Vates veri.

Italia fœlicis.

Addua.

Serius amnis.

Tercentum prope luſtra peregerit æthereus Sol,
Tum veri Graium obliti mendacia vates
Funera per gentes referent tua carmine verſo,
Atq; tuis omnes reſonabunt laudibus vrbes,
Præſertim lætam Italiæ fœlicis ad oram,
Addua vbi vagus, & muſcoſo ſerius amne
Purior electro, tortoq; ſimillimus angui,
Qua rex fluuiorum Eridanus ſe turbidus infert
Mœnia turrigeræ ſtringens maletuta Cremonæ,
Plin. lib. 3. c. 15. c. 17. Vt ſibi iam tectis vix remperet vnda caducis.
Illic tum niuei velut inter nubila cygni
Omnibus in ripis pueri, innuptæq; puellæ
Carmina caſta canent, mixtiq; in gramine molli
Laudibus incipient certatim aſſueſcere noſtris,
Et teneri prima cœtus te voce ſonabunt.
Hæc tibi certa manent, hæc vis mouet ordine nulla.
Sic fatus dulcem nato inſpirauit amorem.
Intereà ſcelus infandum pellacis Iudæ
Multa execrantes ſocij ſe ad iuſſa parabant
Munera. diuerſas ſort:ti protinus oras,
Quas peterent, moreſq; nouos noua ſacra docerent.
Quò ve autem patribus biſſenis cœtera, vt antè,
Pareret pubes, numerum ſanctumq; ſenatum,

** tortoq; ſimillimus angui, propter flexus multipliceſq; reflexus. * fluuiorum anapeſtus eſt loco dactyli. * Eridanus, ſic appellatur à græcis noſter Padus ab Eridano ſolis filio ibi ſubmerſo. verum de pado ſatis dictum eſt in primo. vide & Plinium in tertio. * turrigera Cremonæ, perſimilis eſt illi noſtra Papia quoad turres multas. quas olim veteres ad ſolam nobilitatem oſtentandam erigebant, nec vllis vſibus aptas. tunc vigebat illud prouerbium: Nobilis habens turrim. fatui, vera nobilitas inclyta eſt virtus, & probati mores. hinc eſt haud ignobile fratris mei monoſtichon. ſola facit claros natales inclyta virtus. vide & iuuenalem. * caducis. quæ pro parte ceciderunt & parte proximam minantur ruinam, ac ſi diceret, quæ iam ceciderunt & quæ prope iam caſura ſunt. * niuei cygni, quibus propter cantus dulcedinem comparantur poetæ. vnde & Mœris Virgilius ſuperet modo mantua nobis (inquit) Man, v, m, n, u, cre, cantantes ſublime ferent ad ſydera cygni. & Horatius. Multa Dyrceum leuat aura cygnum. * carmina caſta, qualia ſunt hæc, quæ pre manibus habemus. cęterorum enim vatum carmina fermè omnia lumbos mouent: & ad libidinem teneras adoleſcentium mentes alliciunt. quarè deinceps explodenda erunt, & noſtro procul orbe fuganda. * teneri cœtus. mollium conuentus puerorum. * dulcem amorem. qui eſt ſpiritus ſanctus à patre & filio vnica ſpiratione procedens. * Pellacis Iudæ, perblandicias decipientis. nam pellicere eſt blandiendo allicere. blando autem oſculo conſtat eum magiſtrum & dominum prodidiſſe. * iuſſa munera apoſtollatus officia, quę tametſi grauia videantur onera, ſunt nihilominus maxima diuinæ largitatis beneficia. & ea inter varia multiformis ſpiritus gratiarum dona con-*

Eridanus.

Plin. lib. 3. c. 15. — Turrigera Cremona.

Nobilitas vera.

Cignis quare comparantur poetæ.

Carmina caſta.

Pellicere.

1 cor 12. — Numerus xi-

ſnmerat Paulus . * numerum duodecimum nam in vndenario remanere timebant. quòd omne pecca- Beda.
tum ad vndenarium numerum pertineat . omnis enim qui peruerſè agit, præcepta decalogi tranſgredi-
tur . ideóq; in duodenarium reintegratur numerus Apoſtolorum. vt per duas ſeptenarij partes (ter
quaterni enim duodecim ſunt) gratia quam prædicabant etiam in numerò ſeruaretur . * ſupplent . ne Act. 1.
ob defectum imperfectionis numeri remorarentur à conſequenda ſpiritus ſancti gratia. tangitur autem
hic quòd refert Lucas . Petrum in medio fratrum . cxx. ſurrexiſſe, atq; dixiſſe. viri fratres oportet
impleri ſcripturam quam prædixit ſpiritus ſanctus per os Dauid . de Iuda qui fuit dux eorum, qui
compræhenderunt Ieſum . qui connumeratus erat in nobis . & ſortitus eſt ſortem miniſterij huius . &
hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis : & ſuſpenſus crepuit medius: & diffuſa ſunt omnia Pſal. 108.
viſcera eius . & poſt pauca . quia ſcriptum eſt in libro pſalmorum, Epiſcopatum eius accipiat alter .
oportet ergo ex his viris qui nobiſcum ſunt congregati, in omni tempore quo intrauit, & exiuit in-
ter nos dominus Ieſus : incipiens à baptiſmate Ioannis vſq; in diem qua aſſumptus eſt à nobis, teſtem
Matthiæ ele- reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis. & ſtatuerunt duos : Ioſeph qui vocabatur Barſabas,
ctio. qui cognominatus eſt iuſtus . & Matthiam . & orantes dixerunt . Tu Domine qui corda noſti omni-
um, oſtende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum miniſterij huius, & Apoſtolatus de
quo præuaricatus eſt Iudas : vt abiret in locum ſuum. Et dederunt ſortes eis : & cecidit ſors ſuper
Sortibus an ſit Matthiam : & annumeratus eſt cum xi. apoſtolis . * ſortitu ideſt ſorte . poſitum eſt deriuatum pro Hier. ſuper
vtendum. principali . ſub hoc exemplo non indifferenter ſortibus eſt vtendum, vel etiam credendum . cum pri- Ionam.
uilegia ſingulorum communem legem non poſſint facere . præterea hic ſorte eligitur ne à lege diſcre- Beda.
pet . in qua ſummus ſacerdos ſorte quærebatur . ſicut de Zacharia dicitur . ſorte exijt vt incenſum po-
neret quia quærendus erat vetus ſacerdos : donec veniret nouus ille, qui per proprium ſanguinem in-
troiuit in ſancta ſanctorum cuius hoſtia in Paſchate immolatur . ſed die pentecoſtes ſpiritu apparen-
te eſt conſumata : donec veritas veniret figuram . licuit exercere vnde Matthias qui ante pentecoſten
ordinatur, ſorte quæritur . ſeptem autem Diaconi poſtea non ſorte, ſed diſcipulorum electione, apoſto-
lorum verò oratione & manus impoſitione ſunt ordinati . ſi quis tamen rerum humanarum neceſſita-
te compulſus, vbi aliter prouideri non poſſit, exemplo apoſtolorum putat dominum ſorte conſulen-
dum, animaduertat Apoſtolos non aliter hoc egiſſe . niſi prius collecto fratrum cœtu, & oratione præ
miſſa . * prælatus . cæteris qui aſtabant omnibus, & præcipuè Ioſeph Barſabæ cognominato iuſto, qui
pariter ſecum fuerat coelectus
& à diſcipulis arbitratus tanti
nomina hebrea bonoris dignus . * Matthia,
in ia. nota hic veram eſſe illam regu-
lam. qua dicitur nomina hebræ
a, in ia, deſinentia penultimā
producere poſſe . ſed & corri-
pere, propter vocalem ante vo
calem more noſtro. nec. n. gracè
magis ſcribitur diphthōgo Mat

> Quod ſupereſt, ſupplent ſocijsq; ex omnibus vnus
> Sortitu gaudes tanto prælatus honore
> Matthia . obſcurum genus . & ſine luce propago .
> Tum cuncti inter ſe mœſti ſic ore precari .
> Si nunc . ſi nobis aurai cœlitus almæ
> Halitus omnipotens patefacto aſpiret Olympo .
> Quandoquidem toties nobis Deus omnibus illum
> Auxilio fore pollicitus . ſanè omnia vera .

thias q̃; Maria. ſed ſimplici. i. vtrumq; ſic. μαρία, καὶ ματθίας . at illud graui, hoc acuto notatur accen
tu ? verùm conſtat ſyllabæ quantitatem accentu minime variari dicet etiam contentioſus vt huius lo-
ci perſpicuum argumentum euadat . hic eſſe dactylum & non ſpondeum, deberéq; fieri temporis tantū
& non ſyllabæ colliſionem . aduerſus huiuſmodi contentioſos ſuſcipiant pugnam qui velint, monentem
ego ſequar Apoſtolum : contentionibus minimè eſſe deſeruiendum : quæ nihil amplius proſunt quàm
ad ſubuerſionem . * obſcurum genus, pro obſcura, hoc eſt ignobili, natus genere . * & ſine luce,
ſubaudi parentum ac maiorum : qui nulla clari virtute, nullo præditi nomine fuerunt, ideóq; familiam,
Matthias quare prælatus eſt Ioſepho. domum, ſanguinem & progeniem minime illuſtrarunt. ſed quare Matthias hic ignobilis, & ſine cogno-
mine, præpoſitus eſt nobili coelecto Ioſepho vocato Barſabæ & cognominato iuſto ? quia apud deum
maioris eſt meriti parui humilitas cordis, quàm nobilitas ſanguinis, & multiplicati nominis claritas,
quæ ex ſola hominum opinione procedit . * mœſti propter moram de cœlo ſuperuenientis auxilij . expe
ctantibus enim & ſummopere deſiderantibus quælibet etiam parua mora longiſſima tarditas videtur.
* ore precari . ſed non minus corde . iuxta illud vulgatiſſimum ſed & veriſſimum . Si cor non orat, in
Si. uanum lingua laborat . * ſi nunc, ſi nobis . rogantis & optantis eſt aduerbium . & per ſe plenum. vt
alias dictum eſt . * aurai . pro auræ ſoluta diphtongus eſt . * halitus omnipotens ſpiritus ſanctus . qui

Deus

*D:us eſt omnipotens. * toties. vide Euangelium Ioannis & præcipuè in illo ſermone longo poſt vltimam cœnam habito. * ſanè ideſt certe. * hoc vnum, miſſio ſpiritus ſancti. * ſuſpenſi. non præ exitatione, ſed ex deſiderio. * Ecce autem, exponitur hic aduentus ſpiritus ſancti in diſcipulos. quem his verbis Lucas enarrauit. Et dum complerentur dies pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco. Et factus eſt repente de cœlo ſonus tamquam aduenientis ſpiritus vehementis. & repleuit totam domum, vbi erant ſedentes: Et apparuerunt illis diſpartitæ linguæ, tamquam ignis, ſeditq; ſupra ſingulos eorum. Et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. & cœperunt loqui varijs linguis: prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. * ruere, aperiri, caſma fieri. * nimbus. globus ingens igneus & lucidiſſimus. * diuerſi radij. quia varia ſunt dona gratiarum ſpiritus ſancti, diuerſaq; diuerſorum cordibus infuſa. * innoxius ignis, minime comburens. iccirco ſpiritus ſanctus in igne monſtratur. quia (vt ait Paulus) deus noſter ignis conſumens eſt. & per eum peccati rubigo conſumitur. & frigus torporis expellitur. & ſicut ignis quattuor habet proprietates, vrit enim, purgat. calefacit & illuminat, ſimiliter ſpiritus exurit peccata. purgat corda: torporem excutit. & ignorantias illuſtrat. * ſtricturis. ſtrictura, eſt terra ferri in maſſam coacta vel multæ ferri maſſæ in vnum à forcipe fabrili ſtrictæ comprehēſæ, vt crebris percuſſionibus malleorum in vnam rudem materiam cogantur prius igne mollitæ. vnde quoduis opus fiat. * diſſiliunt ſcintillæ. hinc & inde & ex omni parte candentis ferri emicant.*

Spiritus ſancti in diſcipulos. Aduentus.

Spiritus ſanctus quare igneus dicitur.

Greg.

Rabanus.

Strictura.

Strabo & Plinius.

Prædixit: deſit veris hoc hactenus vnum.
Talia ſuſpenſi ſecum ægra mente ferebant.
Ecce autem cœli ruere ardua viſa repentè,
Et ſuperum tonat ingenti domus alta fragore.
Suſpiciunt: noua lux oculis diffulſit, & ingens
Viſus ab æthereo deſcendere vertice nimbus.
Lucis inardeſcens maculis, tectumq; per omne
Diuerſi rumpunt radij: tum innoxius ignis
Omnibus extemplò ſupra caput aſtitit ingens,
Et circum rutilis incanduit aura fauillis.
Stricturis veluti crebræ crepitantibus olim
Diſſiliunt ſcintillæ, acres dum incudibus ictus
Alternant chalybes, robuſtaq; brachia tollunt
Candentem curua verſantes forcipe maſſam.
Nam pater omnipotens, ſuperaq; æquæuus ab arce
Filius aſpirant vnà omnipotentibus auris:
Infunduntq; viris numen. Deus ecce repente,
Ecce Deus: cunctis diuinitus algida corda
Incipiunt afflata caleſcere: numine tacti,
Implentur propiore viri, ſacrumq; furorem
Concepere, deumq; imis hauſere medullis.
Nec mora, nec requies: ter ſcintillantibus igneis
Terrifico radijs fulgore, ter alitis auræ
Turbine correpti blando flammantur amore
Igneſcuntq; animis, atq; exultantia cunctis
Exercent acres ſtimulis præcordia motus
Diffugiunt animis terrores: mira loquuntur,

Chalybes.

Eſum, trin, lib. 64. 1.

** chalibes. fabri quilibet ferrarij. ni mauis accipere ponti populos: qui iuxta Thermodo ontem fluuium nudi ferrum effodere dicuntur. primosq; ferunt inueniſſe, & fabricaſſe ferrum. de his eſt illud Maronis: At chalybes nudi ferrum. ponitur et chalybs pro ipſa ferri materia & pro inſtrumento quouis ex chalybe facto. Eſt etiam in Hiſpania fluuius huius nominis à quo & populi iuxta calybes cognominātur et ferro & opere fabrili præſtantes, * candentem, ignis ſpeciem habentē et quodamodo albicantem. * æquæuus. coæternus. * vna, pari aſpiratione & vnica vt dicitur in concilio Lugdunenſi, aduerſus Græcorum errorem. * infundunt interius inuiſibili gratia, ſed exterius viſibili ſigno. * algida corda ideſt præ nimio timore iudeorum ante gelida. * caleſcere præ calore diuinæ charitatis, quæ cum fuerit perfecta foras mittit timorem. * viri tacti, ſacro igne aflati. * hauſere attraxere. * imis medullis, magis animæ quàm corporis. namq; animarum calor & in corpora redundat. & feruere facit: ita vt in aliquod magnificum opus erumpant neceſſe eſt: vnde dixit Gregorius. ſi ſpiritus adeſt. magna fiunt. quòd ſi non fiunt: nec adeſt. odit enim ocij torporem; quare bene ſequitur: Nec mora, nec requies. neſcit enim tarda molimina ſpiritus ſancti gratia, * ter, dicit hoc ter. propter trinitatem perſonarum. * flammantur hinc canit Eccleſia, ignis vibrante lumine, linguæ figuram detulit. verbis vt eſſent proflui, & charitate feruidi, linguis loquuntur omnium, turba pauent gentilium, muſto madere deputant, quos ſpiritus repleuerat. &c.*

Algida.

Spiritus vbi eſt magna facit. Molimina tarda, neſcit ſpiritus ſācti gratia

Amb ſuper Luca.

feruidi. * *Diffugiunt animis terrores etenim infirma pectoris humani ſua virtute confirmat. ſunt autem notanda & votis omnibus expetenda mirabilia. ſeptem eius dona. videlicet Spiritus Sapientiæ & intellectus: ſpiritus ſcientiæ ac Pietatis: nec non conſilij atque fortitudinis, & vltimo ſpiritus timoris domini. ab hoc extremo gradatim aſcenditur ad ſupremum. ſicut ait pſalmiſta. initium ſapientiæ eſt timor domini.* * *mira loquuntur hinc canit eccleſia. loquebantur varijs linguis Apoſtoli magnalia Dei.* * *mirabile dictu, duo erant miranda, vnum quòd rudes ac idiotæ qui vix patria lingua nouerant loqui, modo gentium omnium linguis (quæ dicuntur eſſe. lxxij.) loquerentur. alterum mirabilius. quòd vna quauis lingua, puta hebrea, græca, vel latina loquentes, vnicuiq; audienti in propria viderentur lingua loqui. ita vt vno docente ceteris etiam tacentibus. ſermo vnius ad auditum omnium perueniret ac intelligeretur. habens in ſe hanc vim: vt cum diuerſarum gentium auditores eſſent, vnuſquiſq; ſecundum linguam ſuam vnius ſermonis ab Apoſtolo prolati ſuſciperet auditum, & caperet intellectum. potuit itaq; dominus qui ab initio vnam tantum omnium hominum linguam ob eorum ſuperbiam in plures loquelas diuiſit, ſermonemq; vnicum in multiplicem confudit, modò varias omnium voces in vnam conglutinare, propter Apoſtolorum humilitatem. vt facilius Euangelium vbiq; prædicarent: interpretibus minime indigentes. vt adimpleretur illud vaticinium. In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum: Non ſunt loquelæ neq; ſermones quorum non audiantur voces eorum,* * *multi tunc ierant varijs huc partibus orbis. idem enarrat Lucas dicens. erant autem in Hieruſalem habitantes Iudei viri religioſi ex omni natione quæ ſub cœlo eſt. facta autem hac voce, conuenit multitudo, & mente confuſa eſt. quoniam audiebat vnuſquiſq; lingua ſua illos loquentes. ſtupebant autem omnes & mirabantur adinuicem dicentes. nonne ecce omnes iſti qui loquuntur galilei ſunt? Et quomodo nos audiuimus vnuſquiſq; linguam noſtram, in qua nati ſumus? Parthi: & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Meſopotamiam. Iudeam & Capadociam. pontum & Aſiam: Phrygiam & Pamphyliam: Aegiptum, & partes Libyæ. quæ eſt circa Cyrenem & aduenæ Romani Iudei quoq; & Proſolyti Cretes: & Arabes, audiuimus eos loquentes noſtris linguis magnalia dei.* * *ſacrorum ſtudio. nec enim licebat Iudeis per diuerſas orbis partes exiſtentibus alicubi Deo ſacrificare, niſi Hieroſolymis ſolis.* * *vrbis, tunc clariſſima (vt ait Plinius) vrbium orientis,* * *ſolennem, honorem, in memoriam legis acceptæ ab angelo Dei ſuper monte Synai quinquageſimo die ab Aegipti exitu.* * *poſt Orgia, paſchalia dicit feſta. quando immolabatur agnus. de vocabulo, Orgia, alibi dictum eſt. eſt tamen aduertendum quia hic dies quinquageſimus, non à cœna domini. vel à die quo crucifixus eſt: ſed ab eius reſurrectione computatur. die autem ſolenni venit ſpiritus ſanctus: vt tanta virtus multos haberet qui approbarent: & varias linguas cognoſcerent. quinquageſimo quoque die (qui numerus Iubileo conſecratus eſt & indulgentia in iubileo concedebatur) iccirco cœleſtis hæc gratia cœlitus miſſa eſt: vt oſtenderetur veram in ſpirituali Iubileo indulgentiam & remiſſionem peccatorum non niſi, e cœlo per ſpiritum ſanctum haberi poſſe.* * *Libyſtide cretus. ex Africa in qua & Libia eſt, Ortundus. porrò Libiam duobus modis dici Auguſtinus docet. & iſtam quæ propria Africa eſt, quæ & vulgo Barbaries ſiue Barbaria vocatur. ad quam profectus Imperator noſter Carolus mirabilem obtinuit victoriam. & illam orientalem partem. quæ & arenoſa libia appellatur & Africa contermina. dicta eſt libia quod inde libs ventus flare ſoleat, vel à lybia epaphi filia. ſiue ἀπὸ τοῦ λείπειν. propter ſiccitatem ex aquarũ penuria. à varone dicta eſt libya quaſi λείπουσα. i. egens pluuijs. hinc Saluſtius. cœlo terra penuria aquarum.* * *Galli, de his vide commentaria Cæſaris.* * *romulidæ, Romani, patronymicum à conditore romulo. pluſquam noti ſunt omnibus iſti. & magnificentia geſtorum, & multiplici elegantia ſcriptorum.* * *parthique. Aſſiriorum ſunt populi diutina cum Romanis bella geſſere, incerta fortuna & varijs ſeuentibus bellorum. ab Exulibus ſcytharum refert Iuſtinus Parthorum Imperium fuiſſe deductum & duode viginti regna tenuiſſe donec à Romanis debellati quieuere*

Mira canunt. eadem varijs (mirabile dictu)
Gentibus accipitur vox haud obſcura, ſibiq;
Quiſq; videbatur patrias haurire loquelas,
Multi tunc ierant varijs huc partibus orbis
Sacrorum ſtudio, viſendæq; vrbis amore,
Solennem quæ luce illa celebrabat honorem,
Quinquaginta actis poſt orgia prima diebus,
Orgia cum menſis epulandum apponimus agnum.
Hic ſua verba audit tellure libiſſide cretus,
Hic Galli ſua, Romulidæ, Parthiq;. Scytæq;.

Linguę 72.

Lingua vna loquens ab oibus intelligebatur.

Pſal. 18.

Penthecoſtes quinquageſimus dies.

Aug. lib de paſtoribus.

Libyſtis, dis,

Libia.

Libs.

Parthi.

Scytæq;

Iuſtinus lib. 12.

Plin. lib 6. c. 25.

teſtatus

teſtatus eſt Plinius. * *Scythęq; ſeptentrionales ſunt populi. quorum regio eſt ad orientem porrecta ncluditur ab vno latere ponto. ab altero montibus Riphæis, à tergo Aſia, & Phaſi flumine. longè*
Iuſtinus li. 2. *latèque patet. viri fortes ſunt, ſed non niſi laceſſiti prœliantur. mores eorum deſcribit Iuſtinus, quem vide.* * *Thraces. aſpera regio eſt thracia vt Pomponius ſcribit, nec cœlo nec ſolo tractabilis: & niſi quæ mari propior eſt, infœcunda: frigidaq;. feros habet homines, aſpero cultu. eſt autem Europæ regio inter partes Scythiæ poſita Macedoniam ſequens. à ſeptentrione Iſtrum habet, ab oriente pontum, à meridie Aegæum mare. dicta eſt vel à Thrace martis filio. vel quaſi θραχυσ ideſt aſpera. quòd montes habeat aſperos. Rhodopem ſemper niualem & glacialem hemum. Inter vrbes celebriores habuit Bizantium poſtea mutato nomine, & à magno Conſtantino illuc translatò Romano imperio dicta eſt Conſtantinopolis. quam nunc tenent Turcæ: iterum citra mare translato imperio in Carolum Francorum regem primò, dehinc in Germanos.* * *Afriq́ue verſipelles illi. qui tandiu ſtante Carthagine pernicioſiſſima bella geſſere aduerſus Romanos. dum vtraq; Ciuitas de ſummo orbis imperio contendebat. quæ Titus Liuius lacteo eloquentiæ ſtilo deſcripſit.* * *Creteſq́; ſemper mendaces (vt ait Apoſtolus) malæ beſtiæ ventris pigri. Eſt autem Creta inſula in medio pōtorum (ſi latinè dici poſſet) olim Hecatompolis, à centum vrbibus ab Homero appellata. de qua Virgilius. Creta Iouis magni, medio iacet inſula ponto. Mons ideus vbi, & gentis cunabula noſtræ. centum vrbes habitant magnas vberrima regna. de hac inſula Strabo diligentiſſime ſcripſit. quem vide.* * *atq; Indi, ab indo fluuio defluente ex iugo caucaſi montis dicto paropaniſo orientem verſus. à quo & India dicitur, Orientalium regionum maxima, quæ leni ſpiritu fauonij ſaluberrima eſt, & fertiliſſima. nam bis fruges in anni colligit ſingulis, propter duplicem æſtatem, autore Solino. de hac regione multa*
Strabo lib. 15. *ſcripſit Strabo. & Quintus curtius in geſtis Alexandri, qui vſque ad extremos eorum fines cum ex-*
Pli. lib 6. & c. 19. 20 *ercitu peragrauit. vide & Plinium. atque Pomponium. qui dicit tantum indiam ſpacium littoris occupare: quantum per ſexaginta dies noctesque velificantibus curſus eſt. quinque milia oppidorum legitur habuiſſe. Elephantes habet maximos. hinc Virgilius dixit India mittit ebur &c.* * *Atque*
georg. 1. *Arabes de his quia contermini ſunt Iudeis ſupra dictum eſt.* * *atque areniuagi Garamantes. populi ſunt inter Libyam & Africam iuxta κεκαυμένην ideſt zonam torridam ſolitudinibus à reliquorum mortalium commertio diſcreti. areniuagi dicuntur. quia frequenter per arenam oportet eos vagari ad quærendos olim effoſſos puteos, & à ſuper iacta à ventis arena ſæpè coopertos, non quia domibus careant. habent plura oppida & præcipuum garama, vnde ipſi garamantes appellantur. quod à*
Pli li. 5. c 5 Act. 2 *Plinio Garadamum vocatur.* * *mirantur cuncti. ſtupebant autem omnes (inquit Lucas) & mirabantur adinuicèm dicentes Quidnam hoc vult eſſe? alij autem irridebant dicentes quia muſto pleni ſunt. Sed Petrus oratione ſua oſtendit eos non eſſe ebrios, cum eſſet hora diei tertia, nec adhuc bibiſ-*
Iobelis 2. *ſent. ſed eueniſſe quòd prædictum fuerat à Iobelle propheta. Et erit in diebus nouiſſimis. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem &c.* * *mirantur & ipſi diſcipuli domini. nam & ſi nouerant ſpiritum domini venturum in ſe, non tamen vt inexperti maximam vim eius poterant cognoſcere vel ingentem virtutem.* * *hominem vel, ex, de exteriori intellige. quem & veterem hominem appellat Apoſtolus dicens. Expoliantes vos veterem homin̄ cum actibus ſuis.* * *moribundaq́; membra ideſt ad mortem quottidie tendentia. vnde Gregorius dixit. temporalis vita æterna vitæ comparata, mors eſt potius dicenda quàm vita,*

Nec non ſubiecti glaciali ſydere Thraces,
Col. 3. Afriq;, Creteſq́; Phrygumq́; è gente profecti,
Atq; Indi, atq; Arabes; & Areniuagi Garamantes,
Mirantur cuncti, circùm mirantur & ipſi.
Namq; hominem velut exuti, moribundaq́; membra,
Mente domos cœli peragrant, atq; æthera apertum
greg. I ho. Martyrū. Intenti, & ſuperum taciti ſermone fruuntur.
Iamq́; canunt ventura: animis Deus expulit atram
Luſtrans corda intus nubem, quæ corpora circum

ipſe enim quottidianus defectus corruptionis, quid eſt aliud quam quædam prolixitas mortis? * *domos cœli peragrāt. hinc dixit Apoſtolus, conuerſatio noſtra in cœlis eſt. nos quoq; ſi vellemus conſiderare. quæ & quanta ſunt quæ nobis promittuntur in cœlis: vileſcerent animo omnia quæ habentur in terris.* * *& ſuperum taciti ſermones fruuntur loquebantur enim prout ſpiritus ſanctus dabat elo-*
Act. 2. *qui illis.* * *canunt ventura. receperant enim & gratiam prophetādi cum linguarū generibus. quod &*
Ioel 2 & act. 2. *Iobel ante prædixerat Et quidem ſuper ſeruos meos & ancillas meas in diebus illis effundam de ſpiritu meo & prophetabunt.* * *atram nubem, obſcuram caliginem ignorantiæ. quæ cœleſtis animus ex ve-*

Thraces.
Africa.
Cretes.
Ecatompolis.
Indi.
Arabes.
garamantes.
garama
garadamum
Homo exterior qui & vetus dicitur.
Mors dura & dulcis.

amine carnis obumbratur.* hebetat.debiles reddit ac rudes.* duræ mortis,quæ amatoribus huius ſæcu
li & voluptatum eius dura videtur.cæleſtia verò appetentibus duri carceris eſt exitus.* luce palam ī
templo,coram populo,qui dominum ſuum & magiſtrum crucifixerant.* terrorum expertes.nihil com-
minata tormenta formidantes.* mortalia ſubandi iuſſa.legimus .n. principes Iudæorum apoſtolis præce
piſſe:ne in nomine Ieſu loquerentur ad populum. quibus Petrus & Ioannes magna autoritate reſpon-
debant . obedire magis deo oportet quam hominibus.* ferrum quo laniabantur eorum corpora.& de- Act. 4.
mum obtruncabantur vt Iacobus , & Paulus.& flammas quibus excruciabantur. & quandoq; exu-
rebantur .* morſuſuè ferarum . quibus obijcebantur deuorandi , exempla horum & ſupra retulimus
hoc eodē in libro, & in hiſtorijs ſanctorum martyrum quottidie legimus.* vulgo . modò in publicum .
* peremptum , pro noſtra omniumq́; ſalute.ſed & reſuſcitatum tertia die , & qui aſcendit ad cælum ,
venturusq́; eſt iudex viuorum & mortuorum. vt ſæpe dicebant Petrus & Paulus in prædicationibus
Chriſtus homo eſt & deus. ſuis.* genus æth,de,ol,confitendum quippè eſt dñm noſtrum Ieſum Chriſtum non ſolum eſſe hominem
hominis filium : ſed & verum deum , dei patris filium. in alterutra enim parte vel qui ſolum hominem
fuiſſe dixerit : gloriam negabit conditoris : vel qui ſolum deum , negabit miſericordiam redemptoris .
* acris numinis hauſtu,ex ſuſceptione ſpſſancti,qui acribus ſtimulis impellebat eos ad prædicationem fi
Dehiſcit. dei,pulſo procul omni timore. * dehiſcit,aperitur.hanc rem æſtiuo tempore fieri ſæpe videmus.* attol-
lunt rur,cap,herbæ languentes ex æſtu erant Apoſtoli : qui propter feruorem tribulationis , propter
mortem domini imminentis , ex timore principum Iudæorum aliquandiu languerant . verum conſolati
aduentu cæleſtis imbris ſpſſancti , priſtinum vigorem receperunt . & maiorem animi fortitudinē, quā
Apoſtoli orbē diuiſerunt. prius habuiſſent . * ergo abeunt , diuiſerunt enim inter ſe orbem.ita tamen ꝙ etiam vltra fines quiſq́;
Petrus. ſuos condiſcipulos adiuuabat.Petrus enim Hieroſolymā, & totam Iudeā, Anthiochiam,Pontum,Ga-
latiam,Cappadotiam, Aſiam,& Bithynniam peragrauit,ac nouiſſimè Romam fidei verbo impleuit . &
Marcus. per totam Italiam diſcipulos ſuos diſperſit.inter quos Marcus Aquileiam miſſus Hermagoram ſucceſſo
Hermagoras. rem reliquit.qui Papiam tunc Ticinum vocatam Syrum miſit.à quo patre noſtri anteceſſores ad fidem
Syrus. Iacob zeb. Chriſti cōuerſi ſunt.Iacobus Ze
Ioannes. bedei ī Iudea et Samaria ꝑdica
nit,nec nō et ad Hyſpaniā vſq;
perrexit.Ioannes.vij.Eccleſias
Matthæus. Aſiæ gubernauit,Matthęus in
Iudea ſcripſit Euāgelium:quod
etiam ſecum ferens,Parthiam,
perſiden, Aegiptum,atq; Ae-
thiopiam fidelibus repleuit .
Thomas. Thomas vltra cæſareā,parthis
medis Perſis Hyrcanis Bactria
nis & habitatoribus inferioris
Indiæ Chriſtum Euāgelizauit
Bartholomęus. Bartholomæus in Lycaonia,
Albano maioris Armeniæ. &
in inferiori India fidem Chriſti
Iacobus alphe. diſſeminauit.Iacobus Alphæi
Hieroſolymorum relictus eps
nō eſt pr̨etergreſſus Iudæam.

Caligatq́; hebetatq́; humanas humida mentes.
Quosq́; modo duræ mortis formidine turpi
Speluncis atris terrebant omnia clauſos,
Liberius nunc luce palam,atq; licentius audent
Terrorum expertes,nec iam mortalia curant.
Non ferrum,aut flammas metuunt, morſuſuè ferarū.
Sed Regem vulgo teſtantur morte peremptum
Immerita,genus æthereo deducere olympo.
Iamq; pudet metuiſſe omnes,animoſaq; lœti
Spes magis,atq; magis viget acris numinis hauſtu.
Haud ſecus ac crebris cum rimis terra dehiſcit,
Cum ſitit omnis ager, tum quæ morientia languent
Gramina, cœruleus ſi cœlo venerit imber,
Continuo attollant rurſus capita,aruaq́; ponant
Squallorem, redeatq́; decor ſuus omnibus agris
Ergo abeunt varias longæ lateq́; per oras
Diuerſi, laudesq́; canunt,atq; inclyta vulgo

Philippus. Simon. Philippus vltra Syriam & Aſiam ad ſcytas vſq; profectus eſt .Simon poſtquàm diu prædicauerat in
Aegipto , perſide , & Babilonia , in Iudæam reuerſus, vbi cum centum & viginti eſſet annorum cru
Thadeus. cifixus eſt.Iudas qui & Thaddæus ad Edeſſam quæ eſt in Syria miſſus eſt,ad curandum regem Abaga
rum,quem vbi ſanauit,& cum ciuibus ad Chriſtum conuertit , Meſopotamiam , pontum, Perſiden,&
Mathias. Armeniam perluſtrauit. Mathias in . Iudæa ac Macedonia diu prædicauit.vbi & Martyrio eſt corona-
Paulus. tus.ad quas autem gentes perexerit gentium apoſtolus Paulus,qui plus omnibus laborauit.quia longū
nimis eſſet per ſingula recenſere acta legantur apoſtolorum, diuerſæq́; ad diuerſas Eccleſias miſſæ epi-
ſtolæ ſuæ teſtantur.ab his & à lxxij. diſcipulis per totum orbem terrarum Euangelium Chriſti eſt pro-
pagatum.* vt vates,quinam ſint iſti vates ſæpe dictum eſt ſupra & apoſtolus multa eorum vaticinia
de gentiū vocatione ad fidem Chriſti colligit ad.Rom.c.10.& 15.* fines in omnes.in omnem terrā exi-

Pſal 18. Aug lib 16 de ciuit dei c.9. 3.regum 9. 2.par. 8.

Zona noſtra & Zona oppoſita noſtra. Antipodes. Taprobana que & ophir.

nit ſonus eorum : & in fines orbis terræ verba eorum . prædixit Dauid . quem refert Paulus vt modo dixi. audijt & ſiquem . ſenſus eſt . audierunt apoſtolicam vocem de Ieſu Chriſto. non ſolum qui habitant in Zona noſtra.in hemyſperio noſtro . ſed etiam qui habitant vltra Zonam ardentem in altera habitabili Zona.i.in altero hemyſperio nobis oppoſito. qui vocantur Antipodes ardenti Zona à nobis diuiſi.quos tamen Aug.Lactantium ſecutus,eſſe negat,ꝙ nulla à nobis ad illos ſit via. qua genus hominũ deſcendens ab Adam ad eam Zonam potuerit accedere inhabitandam . iccirco æthiopas indos & qui Taprobanam inſulam inhabitant,pro antipodibus accipiendos hic eſſe dixerim.ad quos & viam eſſe conſtat . ex multis hyſtoricorum libris.& in lib.regum legimus ac in paralip:regem Salomonẽ claſſem miſiſſe in Ophyr.quam Taprobanam inſulam ſcriptores dicunt.vnde tulerunt primo aurum quadringentorum viginti talentorum . * æthere iniquo , nimis feruido , ideòq; ſub ſe habitationem probibente.* plaga inuia,Zona torrida per quam nullus mortalium poteſt iter facere. * quiq; pontus cir,or, ex, æq, .i. audierunt & hi qui in extremis oceani habitant inſulis . vt qui vltra britanniam Orcades incolunt & vltimam inſularum Tylen,nam inde vnius diei nauigatione mare concretum eſt.quod Plinius teſtatur . quis aũt ſanctorum apoſtolorum vel deinceps minorum iuerit ad eas inſulas non memini me legiſſe . niſi ea quæ de Aug anglorum epõ miſſo illuc à beato Gregorio ſupra notaui , præterea legi beatum patricium ſcotos brytannicam gentem cum rege ad fidem conuertiſſe.et in hybernia inſula,Brytannia haud multum remota,puteum ſolo baculo deſignaſſe:effodiſſeq; . per quem dicitur aditus eſſe ad purgatoriũ & ad inferos.* ponunt leges.quas refert Lucas in act.apoſt.& lxxxvi.capita canonum apoſtolorũ cæteris inter apocrypha deputatis cum itinerario beati Petri,in quo continebantur.* moremq; ſacrorum. quem ſeruamus in miſſa & diurnis laudibus ac nocturnis.nec non in ſacramentorum miniſterio.* infectũ ſcelus.i.peccatum originale,quo genus omne hominum infectum & maculatum naſcitur,baptiſmalibus aquis abluitur . quod & dominus Ieſus antequam aſcenderet in cœlum imperarat.dicens.Euntes docete omnes gentes . baptizantes eos in nomine patris . & filij: & ſpiritus ſancti amen.docentes eos ſeruare omnia quæcumq; mandaui vobis . Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſumationem ſæculi.* relligio noua,à veteri præfigurata,& a prophetis prædicta.hinc per Hieremiam dictũ legimus Ecce dies veniunt dicit dñs:& feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum : Non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus veſtris.in die qua apprehendi manum eorum: vt educerem eos de terra*

Plinius lib 4 c.16. Vide in hyſtoriã beati Patricij in Cathalogo ſanctorum 16.diſt. cũ. 6.capit. Matth. vlt Hier.31.

Orcades. Tylæ. Aug.anglorum Epiſcopus. Patricium. Hybernia puteus ſancti patricij. Canones apoſtolorum. Originale peccatum. Noua religio. Nouum fœdus

Facta ducis, iamq; (vt vates cecinere futurum
Antiqui) illorum vox fines exit in omnes.
Audijt & ſi quem medio ardens æthere iniquo
Sydere deſertis plaga diuidit inuia terris,
Quiq; orbem extremo circumſonat æquore pontus
Continuò ponunt leges, moremq; ſacrorum
Vrbibus. infectum genti luſtralibus vndis
Eluitur ſcelus & veteris contagia culpæ.
Relligioq; nouas noua paſſim exuſcitat iras,
Protinus hinc populos Chriſti de nomine dicunt
Chriſtiadas. toto ſurgit gens aurea mundo
Sæclorumq; oritur longè pulcherrimus ordo.

FINIS.

ægipti.pactum quod irritum fecerunt : & ego dominatus ſum eorum dicit dñs:ſed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael.poſt dies illos dicit dñs. dabo legem meam in viſceribus eorum. & in corde eorum ſcribam eam , & ero eis in deum. & ipſi erunt mihi in populum &c. nouas aras.in quibus verus agnus immolatur: qui tollit peccata mundi d.n.i.chr.* Chriſti de nomine.i.Chriſtianos.quaſi vncti deriuctur ab vncto.verum de hac re alibi dictum eſt. cognominati. ſunt aũt primum antbiochia diſcipuli dñi,chriſtiani,cum ibi prædicantibus Barnaba & Paulo magnus fidelium numerus excreuiſſet.* Chriſtiadas.i. chriſtianos.quod nomen heroicus verſus minimè capit.* gens aurea.i. optima,veri dei cultrix.ab initio quidem fuit aurea gens noſtra.verùm ſuccedentibus temporibus facta eſt decolor ætas.nunc .n.quia abundat iniquitas : multorum charitas refrigeſcit.* ſeclorum pulcherrimus ordo.alludit ad renouationem ſæculorum:quæ ſibylla cumana per metalla diuiſerat. aurea.ſ. argentea & ferrea.& de Chriſto (teſte Auguſtino) fuerat vaticinata.Sed quia ēt de hac ſeclorum & rerum reiteratione ſupra diximus:hic cum fine libri & commentariorum noſtrorum finem faciemus . ſubiungentes cum ipſo vate eam ſalutarem clauſulam.ſi quid in noſtris cõmentarijs dictum inueniatur canonicis inſtitutis obuiare: Indictum habeatur . numquam enim correctionem ſancta matris Eccleſie reiecturi ſumus ſed amplexur.Nnec me fugit aliquos fore,qui hoſce commentarios noſtros calumnientur ꝙ*

Act.11

Chriſtiani vbi primum cognominati ſunt. Chriſtiadæ. Aurea ætas. Ordo ſeclorum. Secula triplicia

parum

parùm ſumma vatis eloquentia reſpondeant. quibus hoc modo ſatisfacimus. non videri interpretes eos qui alio indigeant interprete. ſtudiū autem noſtrum nouerint hoc fuiſſe vt parum doctis non duri, doctis verò non vſquequaq; contemptibiles eſſemus: ita vt multiplex vatis opus ex ſe multis in locis ſalebroſum, expoſitione noſtra planus redditus, & vt aiunt vndiq; cylindro coequatus, à nemine fugiatur, ab omnibus relegatur & ametur. futuri ſunt etiam qui nos indoctos & illepidos obiurgent. ꝙ fermè nihil de noſtro appoſuerimus. ſed omnia mutuò hinc inde acceperimus. qui non aduertunt in ipſum vatem, quem legunt & approbant hoc iurgium redundare. confitemur .n. cum nihil ſit ſub ſole nouum, et nullum dictum quin dictum prius, voluiſſe nos potius mutuantibus gratias agere, quam furtim tacitis autoribus aliena ſublegere. præcipuè cum chriſtianis prohibitum ſit furari, & furta reſtituere cum damnis cogantur illatis ſed & apud gentiles alienorum ſubleguli ſcriptorum Battili probroſo nomine vocitentur. abſit Liuor: faceſſat inuidia, & maxima commentariorum noſtrorum vtilitas eluceſcet. Ad te autem domine mi Ieſu Chriſte cuius inſtinctu & adortus ſum rem hanc grandem: & tuo ſubſequente fauore ad finem celerrimum & optatū perduxi, me me conuerto. tibiq; (quas poſſum (nō quas debeo) gratias ago. tibi defenſori opuſculum hoc commendo. etenim noſti, nullam eius pagellam niſi te prius inuocato elucubratam eſſe. abs te ſolo tantorum mercedem laborum expecto. Tibi honor tibi gloria qui cum patre & ſpirituſancto viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Si quid hic factum dictumuè contra ſanctorum
Patrum ſcita: infectum, indictumuè
Eſto.

CHRISTIADOS AVTORIS

AD LECTOREM ADMONITIO.

Quiſquis es.

AVtor te admonitum vult. ſe non laudis ergo opus adeò periculoſum cupidè aggreſſum. verum ei honeſtis propoſitis præmijs à duobus ſummis pontificibus demandatum ſcito, Leone x. prius; mox Clemente vij ambobus ex Hetruſcorum Medycum clariſſima familia. cuius liberalitati atque induſtriæ hæc ætas literas ac bonas arteis, quæ planè extinctæ erant excitatas atq; reuiuiſcentes debet. id volebam neſcius ne eſſes.

P. BARTHOLOMAEI BOTTAE CHARITATIS ODE PRIMA.

SVmma quem celſo Charitàs Olimpo
Conditor rerum, moderator orbis,
Iuſſit elabi, ſimilemq; noſtri.
Sumere formam.
Qui creaturam Deus & Creator
Mittis, à lapſu veteri iacentem
Carnis indutus trabeam leuaſti
Præ Charitate,
Adde ſuccenſo Charitatis igne
Tu mihi vires, quibus hunc vaporem
Flammeum ſpargam tuus vt per orbem
Carmine vates.
Talis, ac tantus Charitatis ardor
Eſt: vt & terras, mare, & aſtra cœli,
Quin & immenſi ſpacioſa flammis
Luſtret Olimpi.
Ignis eſt àrdens minimèq; lædens
Eſt fouens ardor, reparansq; læſa,
Finis eſt legis Charitas: & omnis
Iuſſio legis.
Omne mandatum Charitas recludit.
Omne mandatum Charitas adimplet.
Sola virtutes Charitas & in ſe
Continet omnes.
Eſt voluntatis pia norma noſtræ:
Mentis humanæ eſt habitusq; rectus.
Hæc voluptati penitus repugnat
Carnis, & orbis.
Iſta mundanis inimica pompis:
Iſta terrenis inimica rebus:
Sola, quæ toti eſt inimica mundo,
Ignea vis eſt.
Vnde, nimirum, calet, ambit ignem
Spiritus ſancti, vt copuletur illi
Semper exhalat: petit alta ſemper.
AEthera flammis.
Sordibus nullis, vitioq; nullo
Apta corrumpi, ſtabiliſq; ſemper
Neſcit à ſueto procul amoueri
Tramite recti.
Carnis hæc omnes ſuperans amores,
Vincit affectus etiam paternos.
Vritur fœlix, inhiat. magisq;
Ac magis vri.
Ardor immenſus cibat hanc amantem
Hæc alit flammas, aliturq; ab illis.
Vt deo iungi queat, vnde venit,
Tranſit in ignem.
Semper inuictum gerit alma pectus
Hoſtis aduerſus gladios maligni.
Conterit cauto pede icasq; greſſu
Illecebrarum.
Actuum ſumma eſt charitas bonorum.
Eſt ſalus morum: gladius malorum:
Criminum morſus: ſcelerumq; mucro, &
Lœtifer hoſtis.
Vita virtutum, pugilumq; virtus:
Palma victorum: locus & triumphi.
Quæ fatigantur, requies bonarum
Eſt animarum.
Cauſa & humani eſt meritum laboris
Ipſa fit merces meritisq; maior
Præmium nobis operantibusq;
Grande fit ipſa.
Hec ea eſt virtus, ſine qua placere
Non poteſt vllus: potuit nec vnquam,
Nec Deo gratus poterit deinceps
Eſſe tonanti.
Quiſquis àrmatus clipeo hoc potenti.
Quiſquis & comptus clamide hac decora
Tela nec morſus ſcelerum, necis ve
Sentiet vllos,
Dat bonos fructus bona pœnitentis
Arbor, ad cœlum gradientibusq;.
Quaq; nitantur. volitentq; celſa
Scala fit ala
Perſeuerantum parat hæc coronas.
Martyrum cætus ea glorioſe.
Excipit: cunctos beat hæc fideles
Maxima virtus.

Ode Secunda.

INTERLOCVTORES AMBROSIVS POLYGLOSSVS ET QVERCENS Hieronymus Scitus puer.

Hie. QVam fuit dulcis pater alme doctor.
Auribus noſtris charitatis Ode.
Quis magis fœlix, magis & beatus
Me valet eſſe?
Colligant gemmas alij, & lapillos.
Littoris rubri calidis arenis
Semiſopitos, alij vel aurum
Gangis & Hermi,
Aſt ego multas Polygloſſe linguas
Dum legam docti ſenioris huius.
Ore tam dulci, nihil extimabo
Tharſon & Ophir,
Cum tribus linguis fuero politus.
Mi parens per te, latia & pelaſga,
Atq; Caldea, Trimegiſtus alter
Nonne vocabor?

Polygl. Nate ſi linguis hominum loquamur,
Atque tam multis ſimul angelorum,
Vna ſi nobis charitas & abſit,
Quid faciemus?
Ceu viros rauco ſonitu ciere
Aera: Mauortem vel ad arma ſæuum
Prouocant, verum neque cum ſonantur
Ipſa reſultant.
Sic loquens linguis, charitate caſſus,
Excitat multos volitare ad aſtra:
Is tamen cæni iacet in profundo
Semiſepultus.
Vtq; tinnitu vario choreas
Cimbalum mulcet: neq; ſaltat vſquam
Quin & arguto ſonitu: & canoro
Deperit ictu.
Plura ſic callens dialecta ſæpe
Doctus interpres, ſtudium Mineruæ
Ad capeſcendum mouet adiacentes:
Mulcet amicos.
Si tamen ſola charitatis ipſe
Ignea lingua minime loquatur:
Verba diſperdit: ſophiæq; nigra
Ludit in vmbra.
Hier. At nouus vates qui aperit ſecreta
Cantico dulci, & modulatur odas,
Alta ſcrutatur, mihi faxo nunc my-
ſteria pandat
Polyg. Falleris fili neq; dant ſalutem
Cuncta priſcorum monimenta vatum,
Tu licet ſenſu penetraris acri
Quæq; profunda.
Nec tuum vatem moduli iuuabunt:
Spiritu ſi non charitatis halet:
Quæret Orpheus Euridicen, ademptam
Moxq; dolebit.
Hier. Quid pater? ſolers meus eruditor
Iura perdoctus physicen, & vltra,
Quas vocant artes quoq; liberales,
Phyloſophumq;?
Polyg. Si tuus doctor Salomona magnum
Vinceret ſenſu: nihil ad ſalutem,
Ni ferat ſecum charitatis illud
Diſtichon almum.
Hier. Mira decantas pater: vt quid iſta?
Forté de recti, vitio ſenectæ
Calle deliras? duce non ſciente
Tollar ad aſtra?
Nunquid oblitus domini fidelis
Ore promiſſi volitantis ora
Omnium paſſim, populum fidelem
Saluat Ieſus.
Crede. qui credit, fueritq; lotus
Hic erit ſaluus: repetitq; ſæpe:
Te fides ſaluum facit: & beatum.
Credimus & nos.
Polygl. Credit & demon, ſimul & tremiſcit.
Credidit Iudas, ſimul & crematur.
Peſſimi credunt adeunt fideles
Tartara ſecum.
Voce præclara ſolidoq; cantu
Ecce conclamo: miſeri fideles,
Qui fidem ſolam fatui tenetis,
Non opus vllum.
Si fidem tantam Synapiq; idipſum
Tam potens granum teneas, vt altos
Transferas montes: faciasq; cuncta
Imperioſus.
Si tamen tecum charitatis ignem
Cum fide tanta minime tenebis;
Nil ages: nam non opera hæc ſalutem
Grandia præſtant.
Hier. Numquid & multas elemoſinarum
Quas dedit ſummas pia mater olim
Et mihi. & patri, generiq; noſtro
Sunt valituræ?
Polyg. Si facultates tribuantur omnes
Pauperum turbis, charitatis abſq;
Dulcis inſtinctu, minime recludent
Limen olympi.
Quòq; mireris magis, iſtud audi.
Si quis ardenti dare corpus igni
Auſus, impulſu charitatis abſq;
Nil ſibi prodeſt.
Hier. Si pater virtus charitatis hæc eſt
Sola quæ nobis reſerare cœlum
Poſſit, hanc quæſo doceas: habere
Vt valeamus.

Charitatis Ode iij.

AVreo quamuis charitas ſedere
In throno poſſit ſuper eminenti,
Vt pote excellens, dominæq; cunctis
More iubere.
Stat laborantum tamen ipſa mater
Alma virtutum: refouetq; feſſas
Preſtat ingentes animos coronæ
Speq; triumphi.
Si quis hanc lædit, patienter omnem
Fert pia offenſam: veniam petenti
Semper indulget miſerata: nec ſe
Vindicat vnquam.
Indiget quiſquam? petat hanc: benigna
Pauperum turmis alimenta preſtat.
Contegit nudos: miſeros in omnes
Officioſa

Officioſa.
Si qua virtutum leuat inſequentem
Se virum: tollit penitusq; ad aſtra
Inde lætatur, nihil æmulata
Corde, vel ore.
Proximum contra nihil egit vnquam
Perperam. duros neque machinatur
In ſuos hoſtes: hominumq; nulli
Noxia fertur.
Proſperè cœdant ſibi cuncta numquam
Turgida inflatur charitas, ſuperbo
Hoſtis infenſa eſt. minimum tumorem
Quemlibet odit.
Neminem toruis oculis tuetur
Sit gradu quamquam immerito locatus
Celſior ſe ſe; male nec cupitos
Ambit honores.
Nil ſibi ſoli. ſua nec requirit
Mitis exactrix: aliena corde
Anxio curat. ſatagensq; toti
Proſpicit orbi.
Nullus iratam videt, irritatur
Non probris v.lis, faciéuæ cœſa,
Rebus extortis minus & mouetur
Libera ab illis.
Actibus prauis inimica tantum,
Vt malum nulli meditetur vnquam.
Corde nec ſecum tacito nocere,
Cogitat vlli.
Cum quis à celſa ſtabiliq; ſede.
Labitur præceps ſcelerum ruinis:
Illa non gaudet ſuper hoc iniquo;
Quin magis ardet.
Gaudet, exultat, choreasq; ducit;
Cum probant veram ſine fraude vitam?
Verba doctrinæ, probitasq; morum,
Iuſtitiæq;
Quid morer multis, bona ſingulatim
Huius exponens? mala quæq; ſuffert
Omnia expectat: bona cuncta credit,
Omnia ſperat.
Durat æternum charitas, nec vnquam
Excidit, ſæclo potior futuro,
In viris iuſtis ea glorioſe
Perficietur.

Charitatis Ode. iiij.

INTERLOQVVTORES HIERONYMVS ET POLYGLOSSVS.

Hier. OPtimam tandem pater eſſe rerum
Nouimus cantu meliore docti,
Optimam rerum fateamur eſſe
Hanc charitatem.
Aſt ego ſimplex, rudis, ac tenellus
Hactenus, magnos ſuper hos ſcientes,
Et prophetantes nihil expetendum
Eſſe putabam.
Litteræ pulchræ, bona ſunt ſcientum *Poly.*
Dona: diuini precioſiora
Munera oracli: Charitas ſuperſtat
Omnibus iſtis.
Eloqui multis aliquando linguis
Non oportebit. quia ſenſus vnus
Omnibus fiet: labium beatis
Omnibus vnum.
Tunc prophetarum vacuiq; cantus.
Tempus id præſens: nihil in futurum
Quod viris iuſtis minus adſit, inde
Opperiendum.
Actus is multus, modus & ſciendi,
Bibliothecæ quoq; deſtruentur
Cum ſuis libris, labor & ſcientum
Anxia cura.
Nunquid inſulſi? pater heu quid inquis? *Hier.*
Nunquid in cœlis erimus rudentes?
Abſq; doctrina pecudumq; more
Inſipientes?
Dij viri ſancti (haud vereare) fient. *Poly.*
Filij excelſi, ſimiles deoq;
Cuncta perdocti, nihil impotentes,
Cuncta ſcientes.
Nunc enim tantum ſapiens fidelis
Quiſq; cognoſcit tenui ſub vmbra,
Parte cognoſcit. minimaq; parte
Quiſq; prophetat.
Cum tenebroſis fuerint ſolutæ
Carnis à vinclis, miſeraq; valle
Hac recedentes animæ volarint
Sydera ſupra.
Fonte tunc lucis deitatis almæ
Libero aſpectu ſimul intuentes
Cuncta perfectè poterunt videre,
Cunctaq; noſſe.
Nam quod ex parte eſt, minimumq; lucis.
Exinanitur, veniente ab omni
Parte perfecto, vt vacuantur aſtra
Solis ab ortu.
Tuq; cum dulces pupulus parentis
Suggeres mammas, gremio parentis
Cum fouereris, tener à parentis.
Pendulus vlnis.
Quid loquebaris? niſi ſicut infans.
Quidue noſcebas? niſi ſicut infans.
Quidue ructabas? niſi ſicut infans

Lactea

Lactea verba?
Nunc at ex largo ſuperum fauore
Quòd viri ſenſus puer induiſti.
Cuncta quæ infantis fuerant, adultus
Euacuaſti.
Me ſenes inter quid habere credis?
Teq; quid reris ſciolum videre?
Quid tumens profert ſophos ille verbum
Seſquipedale?
In vitro tantum ſpeculamur omnes:
Fonte nosipſos miſeri intuemur.
Quod videt quiſquis ſapiens ænigma eſt.
Verſat in vmbra.
At polo liber facieq; recta
Te deum clarè ad faciem videbo.
Teq; cognoſcam, modò ſicut abs te
Cognitus & ſum,
Cum deum clara facie videbo,
Qui mare eſt ingens, ſophiæ & profundũ;
Vnde procedunt ſophiæ fluenta,
Riuus & omnis.
Cum Deum clara facie uidebis:
Conditum quidnam poterit latere?
Lumen immenſum fugat id tenebras,
Pellit & vmbras.
Nam boni partem modicumq; quiddam,
Id bonum immenſum veniens ab omni
Parte perfectum, vacuet neceſſe eſt
Protinus illud.
Sic & auroram tenebras fugantem
Noctis, abſorbent radij nitentes
Solis exorti: vacuantq; luce
Fulgidiori.

Te fides ducet ſine labe pura;
Spes & educet ſine fraude viua.
Maior inducet charitas in ædes
Sola ſupernas.
Vnde diuerſum pater hoc precamur *Hier.*
Cur fides baſis ſine qua placere
Iam deo nullus potuit, nec ipſa
Intrat olympum?
Non niſi ad mortem comes eſt fideli.
Spes & ad cœlum comitatur vſq; *Poly.*
Intrat: aſt ardens charitas parata
Sede locatq;.
Hoc fides pacto vacuatur, eius
In locum viuax ſubit ipſa rerum
Viſio; credit quis enim quod ante
Se videt eſſe?
Speq; defunctus potitur beatus
Rebus optatis: quis enim fruendo
Poſſidens ſperet? quod habet, laborat
Quærere nemo.
Cræſcit æternæ charitatis ardor;
Vſſit abſentem procul hunc amata
Res: at in flamas magis ipſa præſens
Vertit amantem.
Eſt Deus, fili, charitas hic ignis.
In deo viues charitate viuens.
Viuet hic ardens deus ignis in te
Sæcula cuncta.

Amen.

FINIS

INDEX RERVM ET VOCABVLORVM NOTATV DIGNORVM

Aaron. fol. 147
Abagarus rex curatur. fol. 127
Abaris vrbs terre promiſ. fo. 70
Abel vbi ceſus. fo. 62
Abel primus obtulit victimas. f. 121
Abella vrbs terre promiſ. f. 69
Abilla vrbs terre promiſ. f. 69
Abigail f. 64
Abras & Abraam f. 34
Abras & Abraam f. 90
Abſalon f. 91
Abſoluitur nullus a ſeipſo f. 157
Acerra, ræ f. 21
Acetum myſtice quid ſig. f. 168
Acies f. 73
Acies aquila ſolis patiens f. 117
Accio & cio f. 8
Accipitris parabola f. 190
Aculon arbor f. 31
Accuſatiui in a. f. 45
Accuſatiui, in es & in eis f. 31
Actutum f. 8
Accepit pro audiuit f. 17
Adam quare peccauit f. 34
Quare ſic appellatus eſt f. 32
Adam ij. columnas erexit f. 30
Adam vbi plaſmatus eſt f. 62
Adami æthymologia f. 62
Adam Cain & Noe agric. f. 173
Ada culpa fœlix f. 121
Adam ſi non peccaſſet f. 121
Adama & Seboim & Fegor. f. 63
Adara vrbs terre promiſ. f. 69
Adaxit f. 141
Adytum & aditus f. 28
Adoleſcens quidam 172.
Adoriri f. 172
Adorti f. 39
Adoleſcentularum moſ. f. 17
Adulteræ liberatio f. 37
Adulterorum pœna f. 37
Adulteriū & grauiora crimina f. 144
Adulea vrbs terræ promiſ. f. 62
Addua fluuius f. 193
Admoueo & amoueo diff. f. 27
Aduentus domini dupplex f. 156
Ab quare aſpiratur f. 17
Affega vrbs f. 66
Aer in nubem cogitur et pluuiam creat. f. 48
Aeris & maris vocabula mutua f. 63
AEgeum mare f. 17
Aeger f. 42
Aegiptus imbris expers f. 111
Aegiptiorum ſpoliatio myſtice quid ſig. f. 59
Aegipti exitus myſtice quid ſignificat f. 59
Aegipti idola corruere f. 102
Aelia quæ & Hieruſalem f. 70
AEquifolia f. 32
Aemilia veſtalis virgo f. 31
Aenei Italia nauigatio myſt. f. 5
Aetas predicandi f. 115
Aetas de color que ſit & Quæ mundi ætates f. 44
Aetas omnis ad malum pronat f. 44
Aether & ignis f. 31
Aethera & æthra f. 45
Affabilis quis dicatur & alline. f. 54
Affabilis quid propriè ſig. f. 136
Affari extremum quid ſit f. 171
Affra f. 64
Affrica f. 195
Agai vrbs terræ promiſ. f. 64
Agendæ gratiæ ſunt ante cibum f. 129
Agglomerare quid ſig. f. 141
Agriculturæ laus f. 73
Agricolæ contenti modico f. 64
Agnetis verba de Xpo ſponſo f. 114
Ain & Agai vrbes f. 64
Agni paſchalis origo f. 73
Agni Paſchali Myſtica interpretatio f. 73
Agnus quare dicatur Chriſtus f. 125
Agni ſomnium immolatio & interpretatio f. 165
Ah interiectio dolentis f. 17
Ain vrbs terræ promiſſionis f. 64
Alabaſtrum vnguenti f. 18
Albula fluuius f. 49
Algida f. 194
Aloes pluſquā fellis f. 17
Alieno in ſepulchro quare ſepultus eſt d.n.i.ch. f. 171
Alluo is f. 3
Alueare ris f. 179
Alma virgo abſcondita f. 87
Alma parens quæ ſit f. 113
Alphei Maria f. 186
Alter alterius onera port. f. 142
Altaria duo incenſi f. 26
Aluus & alueare, alueusq; f. 48
Aluearia f. 152
Amor pius f. 136
Amaracus f. 113
Amaro animo & guſtui contraria videntur omnia f. 156
Ambit vnde tractum ſit f. 17
Apparitio. f. 24
Ambroſij mors f. 36
Amice quid ſignificat f. 80
Amicus f. 49
Ammaon vnus ex duobus euntibus in Emaus. f. 181
Amen f. 145
Amomum vbi naſcatur f. 19
Amor amarus f. 17
Amor dei f. 191
Amoris eſca quæ f. 17
Amoſa vrbs terræ promiſ. f. 71
Amphora f. 115
Amphybolon & 162 f. 149
Angeli primo creati f. 30
Angelus quare ſic vocetur f. 33
Angelus confortat Chriſtum & quare & qualiter f. 79
Angelus lucis apparet interdū ſathā f. 10
Angeli deſcenſus in piſcinam cauſa & myſticus ſenſus f. 24
Angelorum hierachia & ordines f. 60
Angelorum apparitio f. 24
Angeli morientibus aſſiſtunt f. 15
Anadiploſis figura. 64. 130. & 172.
Anaſtropha figura. 6. & f. 191
Andromades vincula f. 62
Anguis myſtice quid ſig. f. 26
Angues moraliter quid ſig. f. 10
Anhelus f. 25
Anima fidelis ꝑ quod aīal ſignificat f. 23
Anima q̄uo vere ꝑ ignē cruciātur. f. 10
Animaduerto duo ſig. f. 36
Anni partes 4. f. 65

annorum ætas.30.ad predic. 125.
anothiair vrbs terre promiſ. 69.
anthedon vrbs terre promiſ. 62.
antichriſtus ex tribu Dan & 65.
antichriſti.& perſecutores eccleſiæ per chimeras ſignificantur 9.
antichriſti prenunciatio 65.
antichriſti mors 66.
antilibanus mons 67.
antipodes an ſint & vbi 19.
antiochus abſtulit vaſa ſacra 21.
agni myſtica interpretatio : 40.
anthedon vrbs 62.& 111.
anima quenis angelum habet cuſtodem 160.
anaxagoras philoſophus quare peremptus eſt 96.
anna tres habuit filias 92.
angelicæ ſalutationis.i.aue plena expoſitio 97
angelus in piſcina 24.
angelicæ picturæ myſtica īterpretatio. 100.
angel⁹ bonus quomodo a malo dignoſcatur. 101.
angelus quibus apparet 105.
angelus quando primo cum luce apparuit 105.
angelorum bonorum mos : 105.
angelorum ruina 120.
angelorum hierarchie & ordines 60. 81. 120.
Angelorum numerus 136.
angeli premittentur ante iudicium. 146.
angeli armantur 160.
angelum quenis habet anima 160.
angeli quare ſic dicti 160.
angeli corpora ſibi ſumūt aerea 160.
angelorum millia 161.
anglia que & albion 192.
animalia queq; in mari 189.
anima ſedes ſanguis 150.
animarum langor 137.
animæ decedentium non in demones vel in beſtias trāſeunt 132.& 183
annas pontifex 150.
anni a mundi creatione 123.
anni ad predicandū apti 125.
apparitio domini 180.
apparitio domini in Oct. ... die 183.
apparitiones dn̄i xij. poſt reſur. 183.
appingo quid ſig. 183.
apoſtatarum fons 50.
apoſtatas contra 140.
apoſtoli quare biſſeni & quare xij. 3.
apoſtoli ferè omnes martyrio coronati ſunt. 4.
apoſtolorum qui nam euaſerint gladium 4.
apoſtoli quomodo edocti 43.
apoſtolorum xij. nomina & figure . ac lxx diſcipulorum. 125.& 134.
apoſtolorum Petri & ſociorum vocatio 125.
apoſtoli quid aut quantum reliquere. 125.
apoſtoli quare non potuerunt curare demonia. 133.
apoſtoli bis miſſi 133.
apoſtolorum 12. figure 134.
apoſtoli relicto domino fugerunt omnes 160.
apoſtrophe figura 4.
apoſtrophe ad Chriſtum 153.
appoſitioni figuræ generis vel numeri diuerſitas nihil obſtat 20. 97.
apoſtoli orbem inter ſe diuiſerunt & eorum nomina 195.
apoſtolica ſedes ab omnibus honoranda 44.
apoſtolicum culmen 53.
aphega vrbs 66.
aſpicere dei 25.
aqua in vinum conuerſa 129.
aqua de petra 189.
aqua de petra myſtice quid ſig. 75
aquæ motus cauſa 24
aquai aulai, 26
aqua domini que ſint 122.
aqua ſpiritales que 144
aqua ſunt ſuper firmamento. 188.
aqua fuerint in mari rubro : 189.
aquis ſpeculamur. 45.
aquor quaris 24.
aquatum olim ibant filiæ nobilium 24.
aquifolia que & aculon 31.
aquila rom. inſigne. 188.
arabes 195.
Arabum tellus 64.
arabia aulea 74.
arbiter inferni quis & quomodo poſſit 42.
arbor ſcientiæ boni & mali 121.
Ardeo quid ſig. 160.
ardebunt nō minus mali quia cum multis. 172.
ardor diuinus 182.
argentum factum ac infectum 7.
argobie Argob vrbs terra promiſ. 69.
argumentum quid ſig. 30.
arctos, arctous 27.
archa Noe 34.
archadei capta 61.
archiſynagogi, filia ſuſcitatur 128.
arcta via que ducit ad vitam 182.
arida manus curatur 36.
arietes & agni myſtice quid ſignificat. 174.
arietare quid eſt 174.
arimathia vrbs. 169.
ariſta quid eſt 18
armenta que & vnde 32.
arma Diaboli 39.
arnos que & arnon & ar. vrbs terræ promiſ. 69.
arta, vicus quidam 69.
artaxerſis exercitus omnium maximus 161.
artifex in malam partem. 56.
Aſina & pullus 22.
aſanes vrbs 64.
aſarothum pauimentum 28
aſcenſio domini 187.
aſer ex.12. tribus 66.
aſerotis qua 69.
Aſtaroth vrbs 69.
aſphaltites lacus 63.
aſpirantis ad regnum ſigna 156.
aſſeda vrbs 67.
aſtrum ſidus 110.
aſſiria 19.
aſtus & aſtutia 48.
auribus orti qui dicantur 19.
auaritiæ pœna magna 28.
auaritiam contra 144.
auditus verus qui ſit 46.
Aug. & miletus ad anglos miſſi ſunt 192.
aula & aulicus 88.

auræ mortales quæ & quare 2.
aura quid ſig. 19.
aura triplices 4.
aura atherea que nam ſit 117.
aurum igne probari 45.
aurea ſecula 192.
& 196. & ſeculorũ ordo.
aureola, quibus datur 61.
auris abſciſa quid ſig. 81.
auſonia regio que 155.
auſter ventus 13.
auroræ quare Maria comparatur. 95.
autorum mos eſt ſeipſos declarare 28.
autumnus 161.
auxeſis 30.
azecha vrbs terræ promiſ. 62.
aziba vrbs t. pro. 66.
azoara vrbs t. pro. 63.
azotus vrbs 61.
aue gratia plena exponitur 97.

B Ante A.

bacha 16.
babel. 163.
baccæ que ſint. 16.
baculus prelatorum myſt. quid ſig. 186.
bactra 192.
baiæ vrbs 69.
balſami vinea 61.
bala vrbs 63.
balmon que & baalemon dicitur 69.
balaas myſt. 174.
balena quid ſig. 178.
baptiſmus triplex 27.
baptiſmus loco circumciſionis 40.
baptiſmus Ioannis 124.
baptizatur Chriſtus & qua de cauſa 125.
baptiſtæ teſtimonium de Chriſto 125.
baptiſmi laua 139.
baptiſmi figuræ & inuitatio ad baptiſmum 144.
baratbrum 48.
barbaræ nationes quæ ſint 20.
Bartholomeus apoſtolus 127.
barrabas quomodo interpretetur 154.
barrabas latro 154.
Bartholomæus apoſtolus vbi prædicauit 195.
baſanida que
baſanida que & baſan dicitur vrbs 69.
baſanitis. dis regio 69.
baſanitidis regionis vrbes lx. 69.
bathaltis Vrbs. 69.

B Ante E

beatorum ſedes 5.
beatus venter Mariæ 142.
beati oculi qui Chriſtum viderunt. 148.
beemoth & leuiathan demon 8.
belliger ruben 68.
bellerophon chimeram quomodo interfecit 9.
beniamidæ qui 71.
beniamin benedictio. 71.
beniamin tribus penè extincta 71.
berothis que & beroth 71.
berith idolum 71.
beſſais que & Bethſemes vrbs. 67.
berſan & bethſan vrbs 68.
beſchaia que & Baſanis, idis, vrbs 69.
bethel vrbs 64.
bethleem Vrbs 62.
bethleem laudes 62.
beſſura vrbs 62.
bethſais vrbs 62.
bethlepabotis vrbs 64.
bethaſan vrbs 64.
bethel vrbs 64.
bethagum vrbs 66.
bethole que & Bethanath 67.
bethſais que & bethſaida vrbs petri. 67.
bethaphit vrbs 68.
bethel que & Bethabora 70.
bethanæ. bethana que & bethania & ſo. 70.

B ante I.

bisgenitus quomodo chriſtus 1.
biſgenitus quomodo bacchus fictè & verè 1.
biſſeni quare apoſtoli 3.
bipennis 49.
biſida 32.
biforis tibia 187.
biſtonnia regio 192.
bicorpora & a corpore compoſita 9.

B ante O.

bombarda & puluis eius 56.
bombices 192.
bonus quid ſig. 135.
bona de malis elicit deus 40.
bonorum merces 43.
boreas ventus 13.
bos & aſellus Ioſephi 104.
boues ſaginati myſtica qui ſint 132.
boues immerito mactari 41.
bouem occidentis pœna 41.
bondicus padus 3.

B Ante R. & V.

brauium quis accipiat 25.
brachia abraæ myſtica quid ſignificent 34.
breuia ſyrtium 186.
bruma. ſo. 27. 65. 192.
britannia inſula 192.
bucca & buccina 8.
buſtum 172.

C Ante A & E.

Cœlum ſeptemplex quare 30.
cades iij. & cademath 70.
cadus modius 115.
cadunt impij retrorſum 140.
cœlum ſo. primò & [illegible]
cœlum claudi & aperiri 41.
cœlorum virtutes quæ 148.
cœli & terra ſimul ardebunt 146.
cœlo las. Et
cœlum cœli inſtrumentum 161.
cœleſtia interdum ſcrutanda ſed non ab omnibus 2.
cœci nunquam guſtant aquam in vinum verſam 40.

Caeci interiores qui 39.
cades. vrbs quaedam 67.
cedar regio 67.
cetus 8.
castus & cestus 160.
cain pessimus 121.
Caterina virgo & mart. 192.
caiphas pontifex 53.
calantica 16.
calamitas 8.
camellus per foramen acus quo modo transeat 7.
caminus fornax 176.
canones apostolorum 196.
caluaria 159.
cana vrbs galilea 66.
canticum Simeonis 107.
canistra siue cophini xij. mystice quid sig. 130.
canicula quae & syrius stella 192.
capesso & verba inſſo quomodo faciant preteritum & de supino eorum 13.
capite nudo 22.
captare quid est 50.
candidus mystice quid 35.
caperna que & capharnaum 67.
capitolia que & hierusalem 70.
Capella bona an male significationis 147.
capitolium arx romana 190.
carbasus velum 31.
carnificis officium 11.
carnes iudeis prohibita 41.
cariath baal. vrbs lidda 61.
cariathbin qua & cariathiarim 61.
carmellus mons 64.
carmellitarum fratrum origo 64.
cardine rerum esse quid 77.
carex 103.
caritas 159.
clades 8.
censeo 185.

C Ante A

carchesia pocula 115.
caro Cristi viuificatina 128.
cardines mundi 146.
carbunculus 175.
carbunculi 175.
carchedonij 175.
carmina casta qua 193.
casus sanctorum quare scribuntur 85.
casia herba odorifera 18.
castor & pollux gemini 25.
castitas sola est &c. 34.
caspia pila .i. porta 102.
casma cali 97.
cato priscus de medicis male sentiebat 25.
caeteris 192.
caurus qui & corus ventus 31.
causa mortis Christi 35.
caos 117.
calibes 194.
chamus 110.

C Ante E

cedrus arbor 28.
cedro digna loqui 28.
cedar 63.
cedes vrbs. ter. promis. 67.
celeuma militum 160.
cena vltima domini 76.
centauri quid mystica significant 9.
centumgeminus quare dicatur lucifer 10.
cepheus 62.
cephas petrus
ceres pro pane 139.
ceres non inuentrix panis 129.
ceruus 28.
Cestus. 24.
cetus vnde 3. et 9.
cete piscis in quo Ionas 178.
chelydri 33.
chimera & quid per eas 10.

Ch Ante R. I.

christias. dis. vnde 1.
christeis. dis 1.
christus puer 2.
christus sole splendidior 45.
christus dei filius naturalis & vnigenitus 46.
christus nasci parum pro fuisset nisi & resurrexisset 43.
ch. cur orauerit 14.
ch. non semper exauditus 14.
ch. Lazarum ter non vocauit sed semel. 15.
ch. deus & homo 56.
ch. passionis causa 2.
ch. mortis figura 34.
ch. mediator 22.
ch. pauperiem amauit ac docuit 22.
ch. oratio & amor 41.
ch. super Asinum sedit 42.
ch. mittis 37.
ch. nudo capite incedebat 24.
clamis 35.
clauus clauo retunditur 56.

Ch Ante R. i. Christus.

Christus quare miratus est 23.
ch. vendentes bis eiecit 28.
ch. iustitia est 43.
ch. quare iuuenis dicatur 8.
ch. nomen vnde 2.
christiani a Christo & quare vnguntur 1.
christus fuit pius 74.
christus deus est cum patre colendus 77.
ch. exempla imitanda 77.
ch. quare expauit 78.
ch natura duplex 78.
ch. ineffabilis generatio 78.
ch. quare absq; peccato 78.
ch. mortem horruit 78.
ch. bonum pro malo reddit. 81.
ch. capitur ab inimicis 79.
christi incarnatio late describitur 99.
ch. paupertas 103.
ch. actio nostra est instructio
christus quare in Bethleem natus est 109.
christus etiam taurus dicitur 116.
ch. quibus pascitur & pascit. 116.
ch. christiana religio 116.
christi caro viuificatiua 128.
christus quid sig. 129.
ch. ambulat supra mare 130.
ch. quare orauit 132.
ch. multa passus est 135.
ch. xl. diebus quare ieiunauit 135.
ch. a diabolo vere assumptus & supra pinaculum statutus 136.
christus falso magus 82.
ch. quare Pilato traditus 82.
ch. a samaritanis non recipitur 137.
ch. non nisi quando voluit tentus est non inuitus 140.

ch.pauper in aſſumpta huma-
nitate 141.
ch.de naui turbas docebat 141.
ch.ad iudicium veniet 83.
chriſti. aduentus manifeſtus 146.
chriſti paſſio 153.
ch.interrogatio 82.
chriſtus illuditur & ludicro
Rex conſtituitur 157.
ch.crucifigitur 159.
ch. quare derelictum ſe dicit 159.
ch.exitus 162.
chriſti patientia 164.
chriſtus quoſdam ſaltus fecit 165.
ch.quare nõ deſcendit de cruce 167.
ch. pro quibus orauit in cruce 167.
ch. veſtis diuiſio 168.
ch. emiſit ſpiritum 169.
ch. quare mortuus 169.
chriſti ſepultura 169.
ch. corpus non poterat cor-
rumpi 170.
ch.latus aperitur 170.
ch. intrat in inferaum & du-
cit s. patres 174.
ch.ſol dicitur.& quare ſoli
comparetur 175.
ch. foribus clauſis quomodo
intrauit ad diſcipulos 183.
ch. quare geſſit vitam cõmunẽ 135.
ch.nõ eſt ſuperbus ſed Demon 51.
ch.teſtimonium phibent tria 171.
ch.leo quare dicitur 174.
cum Chriſto corpora ſanctorum
reſurexerunt 179.
ch.reſurrectio 176.
chriſtus poſt reſurrectionem
quare manducauit 181.
ch.apparuit peregrinus 178.et 180.
chriſtum qualem ſperabant
iudei atq; diſcipuli ab initio 181.
ch.etiam pro vno apparuit vt
conuerteretur 183.
ch.adeſt ſanctis in agone 185.
chriſtiani à Xp̃o et gens ſãcta 185.
chriſtianorũ ordo præcipuus 185.
chriſti triumphus deſcribitur 187.
chriſtus ex tribu iudæ. 191.
ch.nõ tãtũ homo ſed ẽ & deus 195.
xp̃iani vbi primo cognominati 196.
chriſtiadæ 198.
chriſtus & ſerpens dicitur 10.
chriſti tentatio deſcribitur 11.
charitas inuidiam fugat 159.
charitas & laudes eius 162.
C Ante R. abſq.h.
crapula 25.
creatio mundi 30.
creare quid eſt 30.
creaturarum exultatio 188.
cres creſſis 177.
cretes ſemper mendaces 195.
cremona turrigera 193.
cronographia 49.
crocitans gallina myſt.quid 29.
crucis Chriſti ligna quæ 157.
crucis forma quæ & quid my-
ſtica ſig. 157.
crucis mortẽ quare Xp̃s elegit 157.
crux ab Helena inuenta 158.
crucis lignum quare adoratur 168.
crux ſcelus eſt, patibulum &
myſterium 160.
crux quid ſignificat 163.
crucis titulus 163.
crepido 71.
creare quid 129.
C Ante I.
circumciſio quid ſignificat 105.
circumciſio vera quæ ſit 40.
cymbia quæ pocula 21.
cio,cis,ciui,citum.iiij.coniug. 163.
cieo,cies,ciui citum ij coniug. 8.
cibus non, ſed inobedientia co-
inquinat hominem 40.
circumciſio d u.i.vh. 105.
circumciſio quid ſig. 105.
cydaris ſacerdotalis 106.
ciuitas ſupra montem poſita 115.
cilicium Ioannis Baptiſtæ 124.
circumeo 155.
cilix & ciliſſus 177.
cicatrices vulnerum quare ſi-
bi dominus retinuit 180.
cignis quare cõparauit poeta 193.
cythara ſonus 74.
cypariſſus 31.
cupreſſi plantaria dos filiarũ 31.
cymbia vaſa 21.
ciuitas ſupra montem poſita 115.
clauſis foribus chriſtus app. 180.
C Ante L
clamis quæ veſtis 34.
clauus clauo retun-
ditur 55.
clades 8.
clementia 162.
cleophæ maria 168.
cleophas diſcipulus. 181.
C Ante O
coeo cois quid ſig. & vnde
componat 11.
cogitationum incenſores ſunt
demones 155.
cognoſcere plura ſig. 98.
coſmi. xij. myſticæ quid 130.
colo,lis,plura ſig. 41.
columnæ templi 28.
collybiſtæ & collybia qd dicanẽ 27.
collegio in omni aliquis
malus 50.
columba quid ſit 106.
columba quare torquata 106.
compages 31.
confieri rem 12.
comparatiuum pro poſitiuo
interdum ponitur 87.
comparatiuũ interdum vim
habet ſuperlatiui 180.
comparatiuum de pluribus 180.
complexus quid ſit 88.
comminus & eminus 161.
communem vitam quare geſſit
Chriſtus 135.
cometes diræ ſtella 25.
concilium vnde dicitur 8.
conciliabulum demonis et ma-
lorum 8.
concupiſcentia 121.
concurſus 24.
confeſſio & cõfitendũ eſt.6.et 18.
confeſſio qualis 108.
confiteri quomodo oporteat 101.
conſilio fraudulento quiſq; te-
netur 172.
conſilium prælatis vtile vide
omnino 184.
conſcientia phariſeorum 190.
conſtantini donatio facta eccle-
ſiæ. 41.& 43.
conſtantinus imperium papæ
ſubiecit 43.
conſuetudine mores hominis
preſumuntur 39.
continuo & continuus 8.
contra 187.
conſpicuus & conſpicor 17.
comparatio apum & dæmo-
num 13.

C Ante O

coniunx & coniux 33.
conus cypariſſi 31.
conuerſio filiorum Zebedei 140.
conuerſus ad Chriſtum quenam debeat relinquere 140.
conuerſus ad que negocia reuerti poſſit, ad quæ non 184.
conuexa poli 173.
conuiuia quæ fugienda 143.
coraitha Vrbs 69.
cophini xij. myſtice quid ſignificant 130.
cornua Epiſcopi quid ſignificant 53.
cori qui & cauri 130.
corona Chriſti ſpinea quid ſignificat 174.
corpus chriſti verum 76.
corpus Chriſti & cæterorum 46. diebus formatus eſt in Vtero matris 147.
corpori glorioſo quattuor dotes & ei nihil obſtat. 97.
corpus quod corrumpitur granat animam 6.
corpus bonis pro carcere eſt 108.
corporis & coloris compoſita 9.
compacta 30
corpora mortuorum quare vngebantur 177.
coſdroe perſarum rex 56.
crocitans 30.

C Ante V

cubi qui dicantur numeri. 3.
culmen apoſtolicum 53.
culter & cultellus 131.
cum poſtponitur quibusdam dictionibus 91.
cunctor conſtaris 49.
cunctanter & incunctanter 48.
cupido falſa 17.
cupiditas radix omnium malorum fo. 19. 144. et 52.
curat omnia deus 143.
curati ſunt abeo complures infirmi 128.
cura difficilis, cum oſſa læſa ſunt 25.
curæ hominum vana 6.
curriculo quid ſig. 78.
cuſtodia quid ſig. 28.
cuſtodia & in cuſtodia mulierum quid importat 16.

D Ante A. & Ae

Dactyli palmarum 22.
damaſcus vrbs ſyriæ & caput eius 62.
damnaſcena pruna 62.
dan filius Iacob qui & danus dicitur 65.
dauid geſta 91.
dathan & Abiron 137.
damnati grauiora timent 190.
dæmon ſalutis expes 9.
dæmonum conciliabulum 8.
dæmon quomodo illuditur 8.
dæmonia incorporea & quare aſſumant ſibi corpora 9.
dæmonum poteſtas qualis 8.
dæmon cogitationes iſ flammas non immittit 12.
dæmon inferni arbiter 42.
dæmon omnibus in morte apparet 15.
dæmon tentat, irridet, accuſat, & idem torquet fo. 11. & 34.
dæmon quare noctipotens 48.
dæmon Adam tentat 33.
dæm. odium in hominem vnde fo. xi. & 42.
dæm. nequit tentare ſupra quam permittitur xi. 42.
dæm. ſacrilegus 52.
dæm. delectabatur ſacris antiquis 49.
dæm, redit in ocioſos 52.
dæm. irrequietus 52.
dæm. viſitat etiam malos 53.
dæm. ab humilitate ſuperatur 53.
dæmonum poteſtas diminuta 132.
dæm. in porcos quare dimiſſi 132.
dæmonem pænituit intentaſſe necem domino 155.
dæm. ſuo capitur laqueo 155.
dæm, eijciuntur 164.
dæm, monſtrum turpiſſimum 8.
dæm. ſibi ac alijs infælix 8.
dæm. nulla miſeratione ſunt digni 172.
dæm. puniuntur de malo conſilio 172.
dæm. nihil poſſunt abſq; dei nutu 10.
dæmonum biſarium genus mira opinio 11.
dæmonum opes quæ 10.
dæm, pater mendacij 11.
dæmonum & dannatorum deſperanda correctio 11.
dædalus dædala 31.
dæmoniaci furentis cura 131.
dæmoniaci alterius cura 131.
dæmoniacus liberatur 133.
dæmonis nomina 9.
dæmon leo, & draco 33.

D Ante E

Deus omnia gubernat 38.
deo quid reddendum 19.
deo non eſt acceptio perſona 19.
deus hoſtiarum odore non placatur fo. 19. & 29.
deus cuncta videt 34.
dei eſt peccata donare 38.
deo quis ſimilis, ſimilior, & ſimillimus 43.
deus de malo bonum elicit 45.
dei patris apparitio 46.
deus viſitat etiam malos 53.
dei filius quomodo probetur patri coeternus 78.
deus omnia nouit 80.
deus cuncta poteſt 98.
deus rogandus eſt 114.
deus vnus & trinus 117.
deus homo factus 120.
deus æternus immenſus & incomprehenſibilis 118.
de deo modeſte loquendum 127.
deus non homo timendus 143.
deus omnia curat 143.
dei digitus 22.
dei dextra & leua q̃ fo. 46. & 147.
deus vnde dicitur 145.

deus totus vbiq, quomodo dicitur 153.
deus quomodo dicatur crucifixus 8.
deus immutabilis 165.
deus omnium principium & finis 188.
deus immobilis & mouet oĩa 188.
deo parent omnia homine excepto 189.
del dulcedo magna 182.
deitas à Chriſto nunquam ſeparata eſt 162.
Debiſeo 195.
delubrum 49.
decernere 32.
delfines 33.
delitijs preſentibus dura vita preponenda eſt 51.
delitie fomenta ſunt luxurie 17.
delphines linguam habent 188.
depoſcere & petere differunt 58.
de verbis in ſſo regula 70.
de iuda proditore 77.
de obedientia 77.
de ſato contra Mathematicos 79.
derelictum quare ſe dicat Xp̃s 159.
decus & Decor 163.
detractores compeſcendit 7.
deuexus 42.
deſperati careant eccl. ſepul. 150.

D Ante I

dias quid ſig. 105.
dioſcurus quid 24.
die pro diei 78.
dies dominus eſt & hora ſunt apoſtoli 105.
dies iudicij horribilis. 185.
diereſis 25.
diaboli multa nomina fo. 9. & 135.
diabolus omnes tentat 135.
diabolus Chriſtum tentauit. 135.
diabolus eiſdem tentationibus chriſtũ impetijt quibus & primos parentes 135.
deus an iraſcatur 60.
deſperatorum ſigna 149.
deus immutabilis 163.
diabolus non quantum vult tentat, ſed quantũ pmittit 136.
diabolus quare draco et leo 161.
diabolus ſemper circuit 10.
diabolus illudit dormientes 10.
diaboli & Michaelis prelium 10.
diaboli arma qua 11.
diuus a deo differt 5.
diuitiæ luxuriæ fomenta & male parte cito pereunt 17.
diluuium 20.
dictis manere quid eſt 32.
ditio quid ſig. & iurisditio 32.
dilemma argumẽtum cornutũ 37.
dina filia Iacobi 17.
diuitum increpatio 49.
dira quid & vnde 47.
diſcipulorum audax promiſſio 77.
dignor & indignor 7.
dignatus 90.
digna indigna pati 136.
diuini decoris ſigna 90.
differt quid ſig. 104.
diuortium 112.
diſcumbere quid ſit 129.
didragmatis ſolutio 131.
diſcipuli quare lxxij. & eorum figura 134.
diſcipuli domini qua morte perierunt 141.
diuites epulones contra 15
diues verè qui 141.
diuitiæ veræ que ſint 142.
diu nihil eſt 142.
diffidentia auertit à bono 155.
diſtare 163.
diuiſio veſtium Chriſti 168.
didymus Thomas 180.
diues cuius rei dicitur 7.
diditur 14.

D Ante O cum reliquis.

doctrina vento circumferri nõ debemus 44.
doctrina allicit homines 14.
Dotha & dothain 66.
domunſan vrbs qua et ſcythopolis dicitur 68.
dora que & Dor. vrbs 68.
dolones tela quedam 70.
dolor max. qui eſt 128.
doctores ſal & lux dicuntur 134.
doctrina allicit homines 141.
dotes corporis glorioſi 147.
domus & domi differunt 7.
doluit mater domini 166.
dormientes à demone illudunt 10.
draco vigil demon eſt. 33.
dos filiarum plantaria cupreſſi 32.
draco & leo quare diabolus 161.
draconis & michaelis prælium in cælo 161.
duellum pro iuſtitia 163.
duello caſi careant honore ſepultura 163.
duo contraria ſimul eſſe nõ pñt 18
dñm contra non eſt ſapientia 37.
dormire nequeunt ſceleſti 80.
dulcedo dei 182.

E Ante b.c.d.f.l.m.n.o.p.r.s.u.& x.

Ecatumpolis 195.
eccleſia romana mater eſt 29.
ebur quid ſig. 29.
ecbaſis figura 31.
eccleſia quid agendum 27.
eccleſiaſtica dignitas præualet ſeculari 44.
echo quid eſt 163.
egipti idola corruere 102.
egiptus imbrium expers 111.
edictum 59.
egiptiorum ſpoliatio 111.
edo, dis, 83.
Edice 42.
edom qui & eſau 64.
edras vrbs terra promiſ. 69.
ediſſero quid ſig. 89.
educo, cas, 131
educentur ſancti patres ex limbo 175.
effodere 37.
effultus 105.
effulgeo & effulgo 161.
egri moraliter qui dicantur 19.
electrum quid eſt 16.
elemoſina quibus danda 7.
elementa quattuor 30.
elementorum qualitates 31.
eleale vrbs ter. promiſ. 69.
ellipſis figura 6.
eliſabeth quomodo cognata Virginis Mariæ. 101.
eliſabeth viſitatio 101.
eluſa vrbs terre promiſ. 111
eluidius hereticus 87.
emaus vrbs terre promiſſ. 62.
ermon 62.

emorrois 61.
emorroiſſæ curatio 134.
endyadis figura 31.
endimion 32.
engada, vrbs terræ promiſ. 61.
enoch tranſlatus in paradiſum deliciarum 173.
epexegeſis figura. 175. & 191.
epicuri phyloſophi 6.
epiſcoporum qualitates 53.
epiſcoporum cornua quid ſig. 53.
epizeuſis figura 163.
eous 16.
ergo 86.
errare. i. paſcere 33. & 52.
erma & ermon 62.
error paruus in principio magnus fit in fine 114.
erumna 141.
erebus 161.
eridanus qui & padus. 193.
erinnis furia 20.
erumpere quid ſig. 27.
eſca ſpiritalis que eſt 40.
esbus & edreu vrbes 69.
eſebon & esbus 69.
eſſe & non eſſe 77.
eſto 30.
eua quare peccauit 33.
euphrates fluuius 33.
eucharistiæ inſtitutio 75.
eucharistiam non poteſt conficere non ſacerdos 76.
eſopus in fabula mulæ & muſcæ 80.
euchitæ heretici 89.
euangeliſtarum. iiij. figura 117.
euaſſent pro euaſiſſent 162.
euangelium vbiq; prædicandū 185.
eumenides furia 190.
excetra qua & hydra 9.
exanimus 117.
exanimata 38.
excommunicatus cui ſit ſimilis & ibi multa de excommunicatione ſcitu digna 186.
excommunicauit corynthium apoſtolus & alios 186.
excommunicatione nihil eſſe magis timendum 186.
excommunicatus pertinax eſt ſuſpectus de hereſi 186.
exercitus omnium max. Artaxerſis perſarum regis 161.
exercitus, exerceo, & exercitatus in quo differant 24.
Execrationes in Iudam 149.
exerto 175.
exemplum conuerſionis ex latrone 168.
exempla magis quam verba. 123.
exitus Chriſti de hoc mundo 162.
exoſus & ſimplicia 5.
expers expeus et expes differūt 13.
expeudo 172.
exitus Iſraelis de Egipto 74.
exta que dicantur 27.
extundo quid ſig. 120.

F. Ante A.

Faceſſo & ſimilia verba inſſo 13.
faces nefanda quæ ſunt 49.
facinoroſi dormire nequeunt 51.
factis & non verbis ſolis, eſt ſeruiendum deo 72.
faces myſticæ quid ſig. 10.
factum infectumue argentum aut aurum quod dicatur 7.
fagus & fagiſer quid ſig. 31.
fari, vel fare, fatur. quare prima careat perſona 3.
farier inſit 162.
fama & ſpecies 17.
fama quid eſt 87.
fama & rumor differunt 164.
famā qui negligit crudelis eſt 139.
fames myſticæ quid 29.
fames compreſſa & exempta differunt 184.
fas & ius differunt 38.
faſq; nefaſq; quid ſig. 7.
faſtigia que dicantur 48.

F Ante A & E

faſces romanorum 150.
faxo defectiuum verbum 78.
fata & de fato contra Mathematicos 191.
faſga nebo 79.

F Ante E

federis noui, legiſq; nouæ vaticinium 151.
fenerari quam graue ſit crimē 127.
feneſtra cordis per quas intrat mors que ſint 10.
felicem fuiſſe, maximum eſt genus infortunij 11.
fera lucifuga & ſāctis obediuere 32.
feruere frigere. 50. & 87.
fermentum quid myſticæ 76.
ferale quid ſig. 170.
feſtis diebus quid agendum 113.
feta quid ſig. 36.

F Ante I & L.

Fibula quid 16.
ficulnea exicatio eiuſq; myſterium 130.
fides quid eſt 162.
fides abſq; opere mortua 162.
fiducia ſui mala 84.
fides non ſeneſcat 8.
figura mortis Chriſti & expoſitiones earum 35. itē fol. 37.
figure multe de chriſto & q omnia in figura contingebant illis 35. & 182.
figura tres eadem in clauſula 176.
filius dei, patri coæternus quomodo cognoſcatur 43.
filius dei æqualis eſt patri 139.
filius dei a patre habet omnia 144.
filius dei eſt Chriſtus 152.
filius dei quare miſſus eſt redimere nos 123.
filij & nepotes ſpirituales 43.
filius ſapiens letificat patrem 43.
filij in parentes 45.
filius an portet iniquitatem patris 131.
filij viduæ ſuſcitatio 66.
filiorum Zebedei petitio 139.
fingere quid proprie ſignificat 183.
fiſtula muſicum inſtrumentū 104.
filij parentum tortores 87.
flagella virorum que ſint. 44.
fleuit Ieſus 60.
fleuit & petrus 77.
finis omniū quare deus dicitur 147.

F. Ante L.

florilege apes 13.
fleuit Ieſus numquam riſit. 60.
flendi quinam ſint 158.
flores colore picturam & artem vincunt omnem 143.
flores paradiſi nunquam marceſcunt 174.
flumen dei quod eſt 142.
fulmen triſulcum 81.

F Ante O.
fœderis legiſq; nouæ vaticinium 151.
folio nates tegere quid 108.
fomes inuidiæ eſt alienus honos 47.
fons & puteus in quo differunt 140.
fontes myſtica quid 174.
fortes non ſibi ſed ſuis timent 41.
fornix quid 82.
fore futurum tractum ſpectat 145.
formido quare turpis 169.
foribus clauſis quomodo intrauit Ieſus ad diſcipulos 183.
fors & forte 8.
fora varia 112.
fortuna 37.
fortitudo 80.

F Ante R.
fratres decem tremuli 128.
fratris inopiam alterius ſupplentis merces 68.
fraus.i.periculum 90.
frenare quid eſt 44.
frequentatiuis quando vtendum 40.
freta opibus 17.
frutex,cis,& frutico cas,verbum 34.
frigere,& feruere 49.
fruſtra niti quando quis dicatur 54.

F Ante V.
fugit dominus .i.ch.& nos decet quãdoq; fugere 111.
fulcra quæ ſint 74.
fulgura & tonitrua vnde 34.
fulgura quomodo cauſentur fol. 34.& 180.
fulmen triplex 163.
fumus thuris myſtica ſig. ſanctorum orationes 44.
funiculus triplex difficile rumpitur 53.
funebres lectuli 128.
funda 160.
funeris cura non inanis 170.
fumus luctificus eſt inanis gloria 10.
furtum quid ſit & in quibus rebus ſiat 4.
furtim quid ſig. 38.
furtum an aliquando liceat exemplo iſraelitarum 59.
furta clandeſtina ſunt tentationes 39.
Fures fuerunt diſcipuli Chriſti ſed ſpirituales 172.
furor ireq; 50.
furor iraq; cæleſtis quomodo 51.
futilis 78.

G Ante A.
Gabaota vrbs terræ promiſ. 71.
gabelana vrbs terræ promiſ. 64.
gabaon & gabeon 71.
galgala vrbs vtſ. 62.
galaad regio 67.
galaad viri nomen 69.
galilea regio terræ promiſ. 67.
galadina vrbs galatica 69.
gaulis & gaulon vrbes 69.
gamaliel doctor Pauli 152.
ganges fluuius indiæ 16. item fo. 33.& 192.
galileus iudas & ioras 51.
garganus mons apuliæ 161.
Garamantes populi 195.
garadamum oppidum 195.
garama vrbs 195.
gargates lapis ardet in aqua 192.
gades in hyſpania 192.
gaudia paradiſi 173.
gaudia cæleſtia quæ 142.
gaza vrbs paleſtinæ 61.
gallina myſt. quid ſig. 29.
gallorum mira natura 84.& 85.
gallus myſtica quid ſig. 84.

G Ante E.I.L.R.
Gemma & lapilli differunt 16.
geneſara & cenereth 67.
gentes ſeptem a dño diſperſæ 36.
getulus leo & getuli populi 51.
genus infimum verè nobilitati non obſtat 52.
gedeon vir fortiſſimus 62.
geraſa vrbs terræ promiſ. 69.
generandi hominis modi quattuor 98.
gerundiuum quam ſignificationem habeat 154.
gion fluuius 33.
gigantum terra quæ 69.
glans ferrea & plumbea 36.
gliſco quid ſignificat 56.
gloria inanis fugienda 139.
globus quid eſt 22.
gramen herba 31.
gradus templi.xv.& cantici 36.
granum frumenti quid ſig. 43.
granum frumenti Chriſtus 6.
gradus cognationis 73.
græca figura & ſynedoche differunt 161.
genua non flectentes arguunt 76.
genitiui .i.i.in cõpoſitione corripi 31.
gratiarum actio in Lazari ſuſcitatione 14.
gratie agendæ ante cibum. 129.
græca figura differt a ſynedoch. 25.
gregorius doctor & anglorum apoſtolus quare 192.

G Ante O & V.
goliath gigas 62.
gola vrbs terræ promiſ. 69.
gol. vrbs eadem 69.
golgotha.caluarius mons 159.
gorgones & quid per eas 9.
gula quot modis tentat nos 40.
gula mala omnia nobis propinauit. 121.
gula magnum eſt peccatum 176.
guſtate & videte 182.

H Ante A
habena .i. moderamina 162.
habere et inutilem, perinde eſt ac non habere 190.
harpya & per eas auari, 9.
haſta trabalis quæ 160.
hauſtra quæ dicantur 192.
haurio multa ſig. 141.
Hamo piſcati ſunt apoſtoli. 125.

H Ante E
hebenus lignum nigrum 29.
hebraica nomina quomodo declinari poſſint 69.& 193.
hecatum polis .creta 195.
helena ſtella 24.
heliſei puer videt angelorum exercitus 24.
heliſeus mortuum ſuſcitat 128.
heliſeus multiplicauit panes 128.

hElia & Moyſi apparitio ad transfigurationem Dñi 46.
helia & Enoch in cœlum aſſumptio 46.
helias mortuum ſuſcitat 128.
helia in cœlum vectio 46.
helephon & heleph vrbs terre promiſ. 71.
hennada vrbs 64.
hemen mons 71.
hemona vrbs 71.

H Ante E.

hemathraphaim 71.
heroes quo pacto in deos 159.
heroicũ metrũ quo autore 1.
herbe & flores ſemper virẽtes in paradiſo delitiarũ ſunt 33.
heretici nunquam placantur li cet vincãtur & confundãt 38.
heretici templa deſtruentes increpantur 66.& 44.
herodis regnum 60.
herodium oppidum 61.
hieruſalem 71.
herodes primus quo pacto regnũ iudeorum aſſecutus eſt 109
herodis mors turpiſſima 112.
herodi ſiſtitur Ieſus 153.
herodis interrogationes 153.
hermus mons 70.
heros Chriſtus 6. & 87.
herebus. 10.
hermagoras vbi predicauit 195.
herent.i. dubitant 80.
hibernia 196.

H Ante I & O.

hic pro illic.fo.3. & differt ab iſtic,& illic.fo.8.& pro tunc 118.
hic cum producitur aut corripitur quid refert 13.& 28.
hieroſolyma poſt diluuium aſſem condita 12.
hieruſalem plura nomina 2.
hieruſalem.i.viſio pacis 161.
hirundo q̃ñ venit & abit 48.
hierico & hiereus vrbs terra promi. 71.
hylaris quare dicatur ignis. 75.
hypermetrus verſus 29. & 132.& 160. 89.
hyperbole figura qua 127.
hydropicus curatur 123.
qui et myſtica quid ſig. 39.

Hypocritarum qualitates 136.
hypozeuſis figura 190.
hybernia inſula 196.
hydra & quid per hydras 94.
hierarchiæ angelorum 120.
hinnuli.ceruorum fœtus 167.
hiulcus quid ſig. 192.
hiſpida ſetoſa & horrida 9.
holocauſta tota incenſa 22.et 28.
homo ꝑpter deũ & cũcta ꝑpter hominem creata ſunt. 32.
homo quare factus eſt 34.
homo primus Adam 61.
homo iiij.modis generatus eſt 98.
homo plaſmatus & quare 120.
hominis lapſus 129.
homo tribus tentatus eſt. 34.
homo exterior qui & vetus dicitur 195.
homo factus eſt deus 120.
honeſtas ornamentum pulcherrimum 114.

H Ante O.

homicidiorum tria genera 49.
horman & horma 66.
horæ xij.ſunt apoſtoli 108.
horripilatio 155.
hortulanus viſus eſt dñs. 181.
hoſpes an eligendus ſit 8.
hoſpes non ſolũ inuitandus ſed etiam trahendus eſt 7.
hoſpes qui recipit & recipitur 75.
hoſpitalitatis cõmẽdatio 74.& 183
hoſpitio angeli ſuſcepti 60.
hoſtia a deuictis hoſtibus 21.
hoſtia pro peccato qua 21.
hoſtie vſq; ad Chriſtum 27.
hoſtiarum ſanguine non placatur deus 29.

H. Ante u.

huber.quid ſig. ſubſtantiua & adiectiua 110.
humilitas oranti neceſſaria 28.
humilitas vincit ſathanam 53.
humilitatis gradus 74.
humiliat ſe d.i. chriſtus & in non genuflectentes 76.
humilitatis vocabulum quondam vile nunc honorificum 89.
humilitas Mariæ.90.& 102.
humilitatis Chriſti exemplum 139.
humilis exaltatur,& contra 164.

I Ante A.

iamnes & mambre magi 58
iamnia vrbs . terre promiſ. 62.
iabis q̃ & iabes galaad vrbs 69.
iarephile qua et Ierphel 71.
iacobi apoſtoli ſanctitas 76.
iacobus apoſtolus 127.
iairus archiſynagogus 129.
iacobi ioannisq; conuerſio 140.
iactantia deuitanda 159.
iapygia regio italia 161.
iacobus Zebedei vbi locorum prædicauit 195.
iacobus alphei vbi predicauit 195.

I Ante E

iebuſei habitatores Hieruſalem 20
ietrus paralyticus à dño curatus 25.
ieiunandum eſſe Chriſti exemplo.& ibi multa de ieiunio 49.
It.133.& qd cõferat ieiuniũ
ieſus multa fecit ſigna 55.
ieſus forma pulcherrimus 89.
ieſu genus Ieſu incarnatio 95.
ieſus quid ſignificat 105.
ieſuani quare non vocamur 106.
ieſu dulcis amor 114.
ieſus abſcõdit ſe,quõ intelligaẽ 135.
ieptaphiles 66.
iedaba vrbs terra promiſ. 66.
iebla vrbs 68.
de Ieſu ſcripſit Ioſephus hyſtor. 57.
ieſus fleuit.nunquam riſit 61.
ieſus puer ꝑditus a parentibus 113.

I Ante O.

io,quid ſignificat 174.
ioſephi venditio & figura 35.
ioſephi ſomnia & īterpretatio 35.
ioſeph vir Mariæ quõ pater dñi dictus eſt 89.
ioſeph excellentia 94.
ioſephus hyſtoricus quænã de dño Ieſu ſcripſeris 57.
ioſeph ab arimathia quomodo auſus eſt petere corpus domini cum diſcipulus eſſet occultus 169.
ioſaphat vallis 185.
iope ſimplici .p. vrbs 62.
ioppe duplici.pp.Toparchia 62.
ioppes maris portus 65.
ior & Dan duo ſontes vnde 65.
iordanis fluuij nomen 65.

iordanis ortus 67.
Iordanis conuerſio 70.
ioannis Baptiſte reliquie 67.
ioannes quid interpretetur 123.
ioannes Baptiſta miſſus ante Chriſtum 127.
ioannes Baptiſta teſt. de Chriſto. 123
ioannis cedes 135.
ioannes euangeliſta ex nuptijs vocatus 82.& 115.
ioannes quare ſcripſit euangelium 117.
ioannes vbi predicauit 195.
ioannes verè mortuus 140.
ioannis mors & reſurrectio 141.
ioannes recubuit in ſinu domini 147.
ioannes perſpicatior Petro 184.
iona figura & interpretatio & hyſtoria. 178.
ioſaphat vallis in qua fiet vniuerſale iudicium 185.
ioſue occidit Reges. xxxi. 36.
& gentes vij. diſperſit.

I Ante V.

ius nature 121.
ius & fas differunt 38.
iuſtitia partes 27.
iudicum admonitio 37.
iudas alter galileus 51.
iuda multi 42
iuda proditoris hyſtoria & quare Iſcarius. 50.
iuda tribus laudes 61.
iuda tribus pijſſima 90.
iudicium quibus modis peruertitur 88.
iudicis boni qualitates 88.
iudicium vniuerſale vbi 185.
iuſtitia non phariſaica ſed euangelica 103.
ius naturale & ius conſuetudinis 121.
iudicia domini vera licet abſconſa 131.
iudeorum tranſmigratio 59
iudea tetrarcha 60
iudicem decet eſſe intrepidum. 156.
iudeorum inſidię in chriſtum 134.
iuſtitia domini 103.
iuſtitia vniuerſalis eſt virtus apta omnes comprehendere 142.
iuſtitia partes 27.
iudicium Chriſti venturum 145
iudicij locus 146
iuſti fulgebunt ſicut ſol 147.
iudæ deſperatio & ſuſpendium 149.
iudas negauit Chriſtum deum 149.
in iudam execrationes 149.
iudas laqueo vitam finiuit 150.
iudea regnum in.iiij. tetrarchias 153.
iubar quid ſig. 164.
iuuenes quare ſenibus audaciores 133.
iudea ex tribu quare magis ceteris chriſtum perſequebantur 191.
iuuenum mors difficilior quam ſenum 7.
iuriſditio qua 32.
iudeorum increpationes ſiue improperia 166.

I vocalis ante B. d g.

ibo proprie ad mortem ſpectat 4.
idumea regio magna & vrbs 64.
ignem non eſſe animal 49.
ignis perpetuus e cœlo datus 106.
ignis modicus ſiluam exurit 116.
ignis ante iudicem præcedet 146.
ignis & gelu in inferno 172.
ignorantia craſſa et ſupina 154.
ignorantia mater.cunctorum errorũ 5.
ignauia & pigritia 155.
ignes atri quid ſignificent 10.
ignatius martir ferarum morſibus obijcitur 192.
igne quomodo cruciantur anima 10.

I Ante l. m. n.

ilignus 31.
iles arbor glandifera 31.
illex.i.ſine lege 37.
illuuies hominum quæ ſit 53.
illuditur chriſtus & rex ludicro conſtituitur. 157.
impij mortem non vult deus 27.
imperſonalia ante ſe an caſum recipiant, & quare ſic dicta 3.
imortalitas homini promiſſa 32.
imbuere quid ſit 40.
imperator ſubeſt Papæ a quo excõm.deponitur & coronatur 44.
impubis 47.
imaginis tactus pulchra calliditas 27.
imagines quid vtilitatis preſtant & an ſint veneranda 95.
imperditus Chriſtus 11.
in prapoſitio varie locata diuerſa ſignificat 3.
iniquus qua, quum quid ſig. 2
inops quis dicatur 24.
inobedientia graue crimẽ 33.& 78.
indociles apoſtoli 43.
inferni arbiter demon 41.
in inferno ꝑ modo culpæ & pena 42.
infernus vbi locorum 172.
in inferno retrouertuntur omnia 190.
indulgere quid ſig. 7.
immania quid ſig. 29.

I Ante n.

infernus etiam dici poteſt hic mundus habitationis noſtræ 11.
ingratitudo grauiſſimũ eſt ſcelus 42.
inuidia maximum tormentum 47
in ſomnis, ſomnium, & inſomnia 47.
in fractus.i.valde fractus 48.
incunctanter.i.continuo 48.
iniuſte nihil cõtra inſontes agendũ 54.
intempeſta nox 49.
indago ginis.& indago.gas 50.
incubo, bas, bui, 47.
inuidiæ fomes eſt alienus bonos 47.
infula 53.
innocentem numquã licet perdere 54.
inacceſſus pro inacceſſibilis 63.
indignor quot modis conſtruatur & indignus 6.
infenſus quis dicatur 75.
in immondos ſacerdotes 76.
in non genuflectentes 76.
inuidus etiam in mortuum ſeuit nec ipſa expletur nece. 88.
incarnationis myſterium quomodo tota trinitas operata eſt & cauſa.99.& 119.
innocentium beatorum cædes 112.
indigetes dei qui dicantur 116.
incarnatus quare filius Dei 119.
ingenium quo pacto acuatur. 122.
inſit. 150.
inimici Chriſti quinam 135.
interrogat Chriſtus licet omnia ſciat 139.
inhiare 142.
inhiare.i.cupere & ambire 142.
inimici etiam diligendi 143.
inuidus inuidia plectitur ipſe ſua 152.
infrehi . qui regi vix poſſunt. 152.
ingruo quid ſig. 160.

increpationes ſiue improperia in iudeos 166.
infabricata que dicantur 166.
infantum animæ quæ ſaluentur. 173.
inuidet. per inuidiam aufert. 176.
intelligendi modus opt. 183.
indiuiſibilia trinitatis opera 7.
indi populi 195.
inanis gloria fumus luctificus 10.
interceptus 37.

I Ante R. S. T.

iraſcatur an deus 60.
ironia figura 167.
iſacida 21.
iſaci immolatio & myſtica eius interpretatio 35.
iſachar. ex xij. filijs Iacob vnus 64.
iſmarus mons eſt thraciæ. 192.
italia fœlix 193.
iter ad inferos myſtica 172.
iſcarius Iudas 50
ira iuſtitie nouerca 83.

L. Ante A.

laborandum eſſe Chriſti exemplo. 6.
etiam pro pauperibus 19.
laborandum, vt ad premia perueniatur 51. & 43.
labor amplectendus. 113.
ſed eſt reijcienda ſollicitudo 143.
labans. à labo 183.
labia quando confuſa 192.
labane vrbs terre promi. 66.
lac, myſtice quid ſig. 174.
lamina aurea 29.
languidi cura 24.
languidus qui eſt 25.
lagena quid ſig. 115.
lapidis à lazari monumēto ſublatio & ligaminum ſolutio myſticè quid ſig. 15.
lapidum precioſorum nomina 120.
laquearia, lacus lacunar 28.
lapſi fortiores reſurgunt 38.
lazarus ſuſcitatur f. 15. 54. & nec ter eſt vocatus. 7.
laudes maiorum canenda 46.
lauo. vis & lauo lauas 108.
laudis cupido mala. 138.
laus à Chriſtiano minime appetenda 136.
laterna vnde dicatur 188.
latus Chriſti lancea aperitur 137.
latrones cum chriſto crucifixi quid ſignificant 163.
latronum diſceptatio 167.
latro tres habuit virtutes, & ex latrone cōuerſionis exemplum mortalibus nobis 168.
laurentius igne conburitur 192.
lauamini & mundi eſtote 39.
lances libra & quid ſint 21. 75.
lapilli & gemme differunt 16.

L Ante E.

lebetes quæ vaſa ſint 21.
legislatorem legibus ſubiacere 22.
lex iulia de adulterijs 37.
legem quomodo adimpleuit chriſtus 13. 40.
leges refigi quid ſit 40.
lex moyſi quomodo nunc obſeruetur, quibus libris contineatur 40.
lex in tabulis lapideis 46.
lex uſq; ad Ioannem 46.
lex Chriſti arcta 50.
legiſer Moyſes quare 68.
legiſer quis ſit 140.
legis nouæ vaticinium 151.
lex naturæ quæ 173.
lentari quid ſig. 31.
lepore puſillanimes ſignificari. 40.
leuat autor cladem 41.
leonis magnanimitas 61.
leuigena & leuita 68.
leuitarum officium 68.
lentiſcus quæ nam arbor 71.
lenteſcit 101.
leproſi immondi 127.
legens quid ſig. 113.
lentiſcifer 71.
legére picturas 29.
leproſus eſt immundus 127.
lectuli funebres 128.
leua mali dextra boni ſignantur 147.
leo chriſtus quare dicatur 174.
lembus nauicula 184.
leuiathan & Beemoth qui 8.
leuis & leuigata 29.
leucothea 84.

L Ante I. & O. & V.

libanus mōs & candidatio 67.
liba cerealia 76. & placentulæ 183.
libellus repudij 37.
libellus infantiæ ſaluatoris apocrifus 113.
librare ictum dirrigere ac ſuſtentare. f. 160. It. 189.
libiſtis. idis. libia & libs 194.
libido inexplebilis. 10.
lichnus. i. lucerna f. 22. & 107.
libertati humilis ſubiectio preualet 51.
lictores romani 150.
lyda vrbs 61.
ligandus quis ſit vel ſoluendus 186.
ligare qui poteſt & ſoluere. 186.
limbus qui & ſinus abraæ dicitur 133.
lymphatus qui dicatur 132.
lilijs & roſis quare virgo comparatur 93.
lingua cohibenda 144.
linguæ gentium quibus locuti ſunt apoſtoli & diſcipuli lxxij. 194.
liptote figura que eſt 41, & 191.
liquida prima producta 164.
lithoſtratum pauimentum 28.
lithoſtratos q eſt in Euang. 150.
lituus curuum 31.
longe melior. i. optimus. 54.
longo poſt tempore 180.
longinus factus eſt martyr 170.
logos græca latinæ verbum 118.
loth liberatio & vxor in ſtatuam ſalis 63.
loth mala ſors
loquentem inconſiderata panitebit 90.
locuſtis verè veſcebatur Ioannes baptiſta 123.
lux infanda & eadem fanda 4.
lucifugæ feræ 32.
luceſco, ſcis 33.
lucerna vnde 107.
lucerna etiam Chriſtus eſt 115.
luciferi decor ante ruinam 130.
lux & ſal quare ſunt doctores 134.
lux luceat 133. & 134.
lux vera Chriſtus eſt 143.
lux mundi Chriſtus eſt 148.
lucifer ſtella matutina 164.
lux & ſal ſunt doct. 134.
lux Chriſti etiam in tenebris lucet. 172.
lucifugi. i. demones 88.
lucifer quare centum geminus ac ex omni parte fumum vomat & ignem. 10.
luctificus fumus quid ſig. 10.
luciferi oratio callida 19.
lutheranos contra, ſactis & non

luſtificus fumus quid ſig. 10.
luciferi oratio callida 10.
luthéranos contra factis & nō
verbis ſolis deo ſeruiendū 72.
luſtrat. 159. luteus color 161.
luna quare argentea 145.
lunam non habere proprium
lumen ſed a ſole 32.
lupi qui nam cauendi ſunt 186.
lupata frena ſunt aſpera 110.
lurida quæ ſint 159.
luſtra. quinq; annorum ſpacia 190.
luſtrare quid ſit 164.
luxuriare affluere 74.
luza vrbs terræ promiſ. 2.
& fo. 71. & Bethel dicitur
lux Chriſti 172.

M Ante A

Macharius vicit demonem 54.
machina. 34.
magdalene cōuerſio & anſit ſo-
ror Lazari 16.
magdalum oppidum 14.
magdalena vbi defuncta 165.
magdalena foris plorans
eiuſq; commendatio 178.
magia nihil pr̄ contra iuſtitiā 52.
Magiæ autor & profeſſores 52.
magedos vrbs terræ promiſ. 68.
magis aduerbiū poſitiuo iūctū 8.
magorū aductus in Hieruſalē 108.
magi tres qui quare & vnde 108.
magorū munera myſtica quid 109.
magos qua ſtella adduxit 109.
magorum munera & nos dño
poſſumus offerre 110.
magorum baptiſma mors & ſe
pultura, & vbi nunc iaceant 110.
magalia & mapalia quid 110.
magiſter verus non homo ſed
Chriſtus 125.
maleparta minime diuturna 17.
magiſter antequā diſcipulus 114.
malicia heretici confunditur
ſed non corrigitur 38.
malus ſibi nocet aliis prodeſt 42.
mali tolerandi ſunt 42.
mali malis ſūt exēplo nō bonis 42.
malorū cōſortio ēt boni īfamātur 50
malum duplex culpa & pœna 45.
malis fit eccleſia melior 45.
malum facit dominus 45.
mali etiam a deo viſitantur 53.
malus eſt aliquis in omni colle
gio 50.
mali incrementa quanta 114.
malum pati eſt ſeipſum malū 149.
mali facile reciduant 148.
malicia impiorum nūq; placatā 152.
malū difficilius opere q̄; bonū 172.
manus arida 39.
manes qui dicantur 2.
manichæorum opinio de ſole 32.
manaſſeus vir adultera 68.
manaſſes filius Ioſeph 68.
manna de cœlo quid 75.
manus in catino quis poſuit 78.
maioribus ſubiici debemus 113.
maior quis in regno cœlorum 139.
maiores q dicantur & minores 25.
mapſa vrbs terræ promiſ. 111.
maxilla percuſſus alteram por
rigat quō intelligendum 145.
magnificat anima mea dñm 102.
maioribus minores ſubiiciātur 113.
maria ſemper virgo & porta
ſemper clauſa 1.
maria virg. deſponſatio 87. et 93.
maria de domo dauid 90.
maria quare deſponſata eſt an-
tequam conciperet filiū dei 92.
mariæ pulchritudo 92.
maria, quomodo interpretatur
18. & 92.
maria quare liliis & roſis com
paratur 93.
maria quare. virga cōparatur 94.
maria Ioſeph ſe ſubiecit 95.
maria in extaſi poſita 96.
maria quare. ſtella & aurora
comparatur 96.
maria mulier eſt ſole amicta 96.
maria humilitas 98. et 102.
mariæ canticum 103.
maria ſine dolore parit 104.
mariæ purificatio 106.
mariæ cor gladius pertranſit 108.
maria laborauit 113.
maria quare doluit necem fi-
lii 164. & 166.
matrem Chriſtus commendat. 166.
mariæ querella de morte
filii 166.
maria virgo quomodo magna 171.
matres piæ quid myſtica ſig. 158.
mariæ tres annæ filiæ. 92. & 165.
maria que dominum vnxerit
an duæ 16.
maria vnxit pedes domini 18.
margarita. i. vniones 16.
marmor quare dicitur mare 31.
maris & aeris vocabula
mutua 46.
marethon oppidum 63.
mare mortuum 63.
marathus vrbs 62.
maris rubri tranſitus 75.
marath aqua amara & quid
ſignificat 158.
marmoreus. i. æquoreus 164.
Martha quæ fimbriā dñi tetigit 17.
martha cum ſociis mari expoſi
ta Maſſyliam applicuit 165.
mars gradiuus dicitur 156.
mare. i. aquarum congregatio
vnde & pro lacu geneza-
reth 184.
marcus vbi nam predicauit 195.
maſpha que & Maſphe vrbs 71.
mathematicos contra 4.
mathematicorum errores de
ſtellis & fato 109.
matrimonium ex ſolo
conſenſu 94.
matrimonii diffinitio 94.
maternus affectus 112.
matri pius debetur affectus
nam & matrem dominus
commendauit 166.
matthei vocatio ad apoſt. 127.
matthei conuerſio 137.
mattheus vbi predicauit 195.
matthiæ electio 193.
mathias producit mediam 193.
mathias ignobilis quare pre-
latus eſt Ioſeph nobili 193.
mathias vbi predicauit 195.
mare habet queq; animalia que ali
bi naſcuntur & in ſup ha-
bet vuas, gladios, ſerras &
cucumeres 191.
medicina quare dicitur ars
mendax 28.
medicus honorandus 26.
mediaba qua & medaba 70.
media teſtudine 27.
meritum quid ſign. 34.
mendatii natura mala 84.
maxilla percutienti altera

porrigenda 143.
M Ante E & I.
Meander lydia fluuius 100.
melchiſedech & ſacrificiū eius
figura chriſti et euchariſtię 75.
mel ſilueſtre Ioannis eſcha 123.
mel miſtica quid ſig. 174.
melior abuſiuam quandoq; facit comparationem 186.
menſtrua luna quare dicatur 73.
meus præſaga mali 165.
meſſis multa & operarij pauci 134.
mens leua 183.
mentum barbæ locus 180.
mœnia eccl.quō reformantur 45.
mercennarij qui 28.
merces fratris inopiam alterius ſuplentis 68.
metrum heroicum quo autore 1.
metus demonis peſſima tētatio 158.
methaphora q̄ figura et quando fiat 127.
metere & meſſis myſtica quid 163.
milax arbor ilicis genus 31.
michaelis cū dracone cōflictus 120.
michael cæleſtis millitiæ prīceps 160.
michael vbi maxime colitur 161.
michaelis pugna pro ſipontinis 161.
michaelis pictura 161.
michael eccleſiæ chriſti cuſtos 161.
millitiæ tria genera 141.
miniſtri 50.
miſſilia in vulgus quę ſint 161.
miſericors 161.
miracula v. in eodem patrata 133.
miſeris ſolatium 16.
miſeror, raris, miſereor reris
& miſeret, rebat 163.
miſſam quis primus dixerit 77.
mythilenęus ſinus 187.
myrtus arbuſcula littoralis 129.
M Ante O & V
modius & cadus. vaſa 117.
moyſi mors & vita 47.& 70.
moles quid ſig. 28.
moyſi bis datę tabulę 22.
molis tantæ: quid importat 49.
molimina tarda neſcit ſpiritus ſancti gratia 194.
moliri 30.
monſtrum et prodigiū differūt 54.
molada eſt vrbs terræ paleſt. 63.
monachis laborandum eſt 89.
mons oliueti 167.
moloſſus canis 81.
montes & colles myſtice 174.
monſtra in mari maiora 189.
mora fugienda quia nocua 12.
moralis expoſitio quæ eſt & fidei noſtræ plurimum confert ac moribus 19.
morbi incurabiles vnde 128.
montes trāslati verè & a quo myſticeq; 133.
mores adoleſcentularum 7.
mordicus terrā petere qd ſig. 133.
mors iuuenum difficilior quā ſenum et quare 7.
mors ēt Chriſto horribilis 162.
mors chriſti narratur 170.
mortuus quare eſt chriſtus 170.
mors certa & incerta 170.
mors dura & dulcis 195.
mors intrat per feneſtras noſtras. 10.
mors infamis quæ 4.
mors informis quæ 159.
mors crucis a Chriſto ſponte ſuſcepta 4.
mors & ſi horrenda ferenda ē 19.
mulieris maledictio 34.
mos ſepeliendi Romanorum & variarum gentium 14.
mos ſcriptorū p recapitulationem &c. 16.
mors fugienda & ferenda 79.
mori pro quibus graue ſit 80.
moralia pro cæleſtibus contemnenda 6.
mortem obire, mori eſt 8.
moribundus quid ſig. 135.
mors quibus dura videtur 127.
mortui tres à domino ſuſcitati 14.& quid ſig. 156.
mortui qui reſurgente domino reſurrexerunt an iterum periere 147.
multi à domino curati 128.
mulcto.& mulcta quid 12.
mulier inclinata erigitur à domino 39.
mulier valde cauenda 85.
mulierū vitę turpis occaſiones quæ ſunt 17.
multifida quercus quid 80.
multiforis tibia 106.
multiloquium fugiendum 144.
muſſare, clam murmurare, nec audere loqui 48.& 129.
mundi creatio 30.& 117.
mundi plures videri 124.
mundum non eſſe ſempiternū 42.
murmur quid eſt 54.
muſica quędam inſtrumenta 187.
mutę pecudes .i. piſces 33.
muti moraliter qui dicantur 20.
mutæ pecudes quę 32.
N Ante A & E
Naas rex ammonitarum 69.
nabal carmellus 64.
nabem naboth 69.
nabuchodonoſor ſuperbia 100.
nais vrbs & viduę filij ſuſcitatio 66.
nalele vrbs terre promiſ. 66.
naſon. vrbs terre promiſ. 67.
nazari.i. nazareth 65.
napher & nepher 68.
narciſus flos 114.
natiuitas d.n.i.ch. 104.
nates folio tegere quid 108.
natura modicis contenta 129.
naſcitur infans quandoq; exacto ventre matris 131.
nauis partes & comparationis expoſitio 17.& 31.
nauis petri eccleſia eſt 199.
nauigantibus propinqua mors 130.
nardus herba 18.
nebo mons & vrbs 70.
nectar myſticæ quid 174.
negotium quod repeti poſſit poſt conuerſionem 130.
nemus vnde dicitur 3.
nembroth gigas 163.
neptuni paſtor protheus 32.
nepotes nos ſumus degeneres 44.
N Ante E & I & V.
nebo. vrbs terre promiſſionis 69.
nepſa vrbs terre promiſſionis 62.
nephthalis vrbs 66.
neptalis 67.
nepheca & nepher 68.
nerui .i. cordula lyrę 76.
neutra quare ſic dicta 4.
nicodemus 170.
nicopolis 181.
nidor teter 184.
nihil 152.
nili ortus vbi locorum 33.

nili.vij.hoſtia qua 111.
nilus quare ſic dictus 111.
nilus monſtrifer quare 113.
nimbus cæleſtis 45.
nimpha 90.
nihi fruſtra quid eſt 51.
noe vineinuentor 20.
nobiles paucos & multos igno-
biles quare Xp̄s elegit 26.et 54.
nobilitas vera virtus eſt 25.
nobilitati genus infimum non
obſtat 52
nobilitatem ſeculi contra 68.
nois in e,quō ablatiuū faciūt 16.
nomina hebraica & barbara
inflexibilia 20. & 69.
nomen pro aduerbio 38.
nomina in-bilis quam habeant
ſignificationem 55.
nomina hebraica in.ia produ-
cunt & corripiunt pen. 193.
nox intempeſta que dicitur 49.
noctipotens demon 48.
nox quia nocet oculis dicta 74.
nocte media natus eſt Chriſtus 104.
nocturna pollutio an pecca-
tum ſit 10.
noxa & noxia 39.
noui ritus & noua ſacra 12.
noua religio nouum fœdus 196.
nouiſſima memoranda 170.
N Ante V
nubes lucida quid ſig. 46.
nube quare tegitur deus 189.
nudis pedibus dñs & S. Fran-
ciſcus 18.
nudi qui non erubeſcūt 100.
num nen apparens quomodo co-
gnoſcatur 45.
numeri qui perfecti q imp̄fecti 3.
numerus xi.& xij.quid ſig. 190.
nuncius quid ſig. 7.
nunc dimittis. Simeonis can-
ticum 108.
nuptiæ inæquales & inuitæ ra
ro fœlices habent exitus 36.
nuptiæ turpiſſimæ 131.
nuptiarum bona tria 37.
nurus i. nobiles vrbis matres
familias 63.
nulla peſtis efficatior ad no-
cendum quam familiaris
inimicus 12.
numerus occiſorum in excidio
Hieruſalem 29.
O Ante alias literas
O,pro,O ſi.i.vtinam 103.
obedientia Chriſti 41.
obtuſa 40.
obediendum ſuperioribus 77.
obloquitur,ad vel contra ſonū 7.
obedientiæ laus 77.
obnoxius 85.
obſitus annis 108.
obſcenus na num 129.
obire mortem,eſt mori 8.
obex quid ſit 11.
oblinionis & memorie verba 6.
occaſiones turpis Vitæ mulie-
rum que 16.
occeanus mare 44.
oculus nō vidit nec auris audiuit 16.
oculi p̄ mortis horrore maculātur 38.
occiſorum numerus in excidio
Hieruſalem 29.
oculata fides 76.
occupatio color rhetoricus 127.
ocia fugienda 143.
oculus cuſtodiendus 144.
odi,oſum & compoſita 5.
odoramenta vbi naſcantur 177.
odium 83.
odore deus placatur 19.
olli,non ſemper pro illi 84.
olim tria tempora ſig.et quon-
dam 34.& 61.
olea pro oliua 22.
olei pluſquam vini 22.
oliuarum genera 22.
olympus totus ſplendens 41.
officium,& officio,cis 42.
og,rex & gigas magnus 69.
olympiades & luſtra 190.
olympus.cælum 191.
oloſericum,velutum & ſubſe-
ricum,cembelotum 192.
omotoleuton figura 37.
omnis a, toto differt 86.
onera grauia 22.
onocratalus,animal 36.
onomatopeia figura 155.
opis quid ſig. 26.
opus ſeruile. peccatum eſt 38.
opes & delitiæ luxuriæ fomen-
ta. 17.
opperior operior 26.
opera conſideranda magiſquā
verba 89.
operandi neceſſitas 34.
operum teſtimonium,eſt opti-
mum 55.& 152.
oppida montis galaad 69.
opifex quid ſig. 120.
ophir inſula quæ et taprobana 196.
orcades 16.
oreb 52.
orion ſignum cæleſte 49.
orgia quæq; ſacrificia 28. & 153.
orare genuflexi debemus 28.
orandum quomodo ſit 28.
oratio quid eſt 42.
orauit ter Chriſtus & quare
& alta voce 14.et 80.
oratio qualis eſſe debeat 133.
oratio luciferi artificioſa 12.
ordo chriſtianorum 185.
ordo vbi non eſt,ibi confuſio 60.
originale peccatum 34. 121.
173.& 196.
originale peccatum quomodo
tollatur 129.
orſus,quod tempus ſig. 150.
orti auribus,qui dicantur 11.
omœotoleuton 37.
origeniana hereſis 172.
origenis error 9.
orcades inſula 198.
ordo ſeculorum 196.
orbis videtur triplex. 11.
oſanna quid ſig. 23.
oſſa immania cato 62.
oſtrum.i.purpura 74.
oſus & oſor 5.
ouis perdita queritur 137.
ouis perdita expoſitio 137.
oues quare dicti ſunt boni,hæ-
dis verò mali & capellæ 147.
ouile vnum ex gentibus &
iudeis 30.et 44.
ouatio minor triumphus ro-
manorum 23.
ozias rex leproſus 26.
os,oris,& quod intrat p os &c. 39.
oſculabantur dominus & di-
ſcipuli quare & de oſculo
Iude 80.
P Ante A
Pacifica antiquorū ſacra quenā 21.
paciſci.i.ſuſtinere & pactum

ſacere. 50.
pacis dei laudes & non mundi 104.
pax triplex.& eius laudes 142.
patientie documentum 12.
padus fluuius 3.
pades gallica dictio.arbor picea 3
palla 18.
palma 22.
paleſtini,phœnices qui et phi-
liſtei 3.
palma & palmarum proceſſio 22.
pangenda quid ſig. 182.
paneas vrbs 65.
pandus,da,dum.quid ſig. 103.
panchea ſabea regio
quæ et panchaia dicitur 108.
panibus quinq;. multa millia
ſaturata ſunt 129.
panibus itidem vij. 130.
myſtica predictorũ intelligẽtia 129.
panthera animal ferum 143.
papyrus ægiptiaca 111.
papa,vnde dicitur,ac eius põ.as 44.
papa qui depoſuerint reges ac
imperatores 44.
papiæ vrbis obſidio 174.
paralyſis morbus qui 25.& 127.
paraliticus curatur 6.
paradiſi gaudia 17.
paradiſus terreſtris vbi ſit 32.
participium pro participio 34.
paretoniæ profugi 74.
parendum deo parentum abſq;
ſcandalo 114.
parcere qd,vnde et parſimonia 121
paruuli à dño ſuſcipiuntur 139.
paruuli ſacerdotibus offerẽdi 139.
paruulorum commendatio 139.
paruulorum mores 139.
parabolicæ quare loq̃batur dñs 147
parentibus deferendum 166.
parthi populi,qui, 194.
paſcha 58.
paſſim 16.
paſſus eſt Chriſtus & nos 135.
phariæ ore 36.
paleſtinorum vrbes .v. 61.
pax & pietas 103.
paradiſi flores non marceſcunt 171.
paſſio domini deflenda 166.
paſſus,ſſa,ſſum 175.
paſcere oues Chriſti quid ſit 186.
paſtores adierunt præſepe do-
mini 104.
paſtores mali qui 152.
paſtoris ſententia 188.
patronymica fœmin. 1.
patres iudeorum qui nam 47.
patientia documentum 12.
pathos grecæ.paſſio 29.
patriarcharum nomina 91.
pati nos opportet multa nam
& Chriſtus paſſus eſt 137.
patientia dñi in peccantes 137.
pater noſter deſcribitur 144.
patres educti ab inferno 175.
& in pdradiſo deliciarũ collocati
propatria occumbendum eſſe. 55.
patris dulce nomen 191.
patricius hyberniæ epiſcopus
& puteus eius 196.
pauſia 25.
pauimentum aſſarotum 28.
pauor:pauere: pauimentum.
quid ſig. 25.
paueo.ves,accuſatiuo 79.
paulus qui & Saulus 72.
pauli vita & conuerſio 72.et 73.
pauli odium in eccleſia 72.et 73.
pauli mors 72.& 73.
paupertas Chriſti 103.
paupertas laudatur 25.
pauperes & ignobiles quare
dominus elegit 125.
pauperis ſapientia parũ curaĩ 148.
phenix 177.
phariæ oræ.i.egiptus 35.
phariſeus eſt omnis q tentat 38.
phariſei quæ nam vitio Chiſto
dabant 38.
phalanges.i.acies 175.
phaſga Nebo 70.
pax multiplex 181.

P ante E.

pecus 121.
peccatores recipiuntur a dño 38.
peccatum eſt opus ſeruile 37.
peccatorum condonatio 38.
peccamus omnes 37.
peccatum originale 33.
peccata mortalia 18.
peccatores in belluas transfor-
mari 9.
peccatum falſam prebet volu-
ptatem & verum dolorem 4.
peccata noſtra Chirſti quomo-
do dicantur 79.
peccatorum duo genera 136.
in peccantes nõ ſemp exercen-
da vindicta 137.
nec ſtatim pũnit deũs 163.
peccatorum cõtagia ſugienda 137.
peccatoribus quis poſſit inter-
dum conuerſari 137.
de peccatoribus cõuerſis quare
maius gaudium 137.
peccata Chriſti ſanguine,non
pecudum delentur 140.
peccata peccatis trahi 84.
& ijs vt cathena ligari 10.
peccati fortitudo quanta 17.
peccatoribus quo pacto conuer
ſandum eſt 39.
peccatorũ dolor aſſiduus valet 85.
peccator cõfitẽs ſe nõ excuſet 85.
peccatum quomodo naſcatur 33
pecũnia adminiſtratio cui com
mitenda eſt 42.
pecudum ſacra parum grata et
quare iuſſa 41.
pecudes mutæ que ſunt 32.
pedes.i. pedibus proprijs ire 26.
pedes apoſt.Xp̃s lauat et quare 77
pedes alter alterius lauare qd ẽ 76
pelicani figura de Chriſto 36.
pellacia mala calliditas 56.
pelliceo.blande decipio 57.
pella vrbs terra promiſſionis 69.
pena commenſuranda delicto 15.
pœna & a culpa q̃d ſit abſoluere 39.
pœnitentia arbitraria 38.
pœnitentiæ qua dicantur falſa 38.
pœnitentia quid eſt 18.
penes.i. prope prepoſitio eſt 85.
pentapolis 63.
pentatheucum 21.
pœna damnatorũ quare æterna 147
penthecoſtes 194.
phenix vnica auis 177.
phenices qui & paleſtini 3.
phiſon 16.
pæonia herba 55.
perfectus repente nemo 44.
perizomata lumbaria 33.
perteſus participium eſt 4.
perculſus 24.
perculit 88.
percunctari. interrogare 48.
peregrinus quare apparuit
Chriſtus 181.
pernox 28.
petri obiurgatio 84.

petri negatio 83.
petrus flenit 85.
petrus vnde gladium habuit 80.
petrus apoſt. fidelior ex lapſu 45.
petrus quare ſenior 8.
petri audacia nimia 78.
petrus tabitam ſuſcitauit 128.
petrus quare pmiſſus eſt cadere 84.
petrus Ioanne ardentior 184.
petrus ſuper mare ambulauit 184.
petro ſumma datur fideliũ cura 185
Petrus & Paulus vbi pdicarũt 195
petra aũt erat Chriſtus 75. & 122.
petra. phaſga, Nebo. vrbes 70.
petitio obliqua 41.
petitiones Chriſti & aliorum conditiones 170. & 191.

P Ante I

pius amor 136.
pio, as. pius, a, um, & pietas 4.
pietas pro miſericordia. & propria 74. & 162.
pietas verus dei cultus 103.
piacula 28.
piceus aer 27.
pictura ſanctorum quid preſtat vtilitatis Chriſti fidelibus 29.
picturata 104.
piſiſtrati reſponſum 24.
pilatus mittitur procurator in iudeam 60. & 85.
pigmit de futuro. pudet de pterito 7.
pilatus lugdunenſis 155.
pilatus timore vincitur 156.
pilatus lauit manus 156.
pilatus an iudei grauius peccauerunt. in nece domini 156.
philadelphia vrbs 69.
picturata veſtes qua 104.
pytagora littera 5.
pyropus & carbunculus 175.
piſcatores viles ad quem gradũ eleuati ſunt 125. & 185.
piſces lingua carere 188.
phylipus vbi prædicauit 195.

P Ante L

planeta 30. & 160.
pleonaſmos figura 32.
platonis dictum de capite nudo 30
plebs. pro toto populo 26.
pluma & implumis 36.
pluuia dei qua fit 122.
plus olei quam vini 22.
plus aloes quam mellis habet 17.

P Ante O.

pomum paradiſi 32.
porta ſemper clauſa Maria eſt 12.
porta cæli anguſta & iter arctũ 5.
porcus luxurioſum ſig. 40.
pontinagus. per mare vagus 31.
poſtes & his ſimilia 29.
poſthac. i. deinceps 27.
portendens. a longè demõſtrãs 34.
potẽtes potẽter tormenta ſuſtinebunt 141.
portenta que dicuntur 155.
potis & compoſita, deriuataq; 5.
poma ſodomorũ pulchra exterius 63.
potior ij. & iiij. coniugationis 11.
poples 28.

P Ante R

præcepti tranſgreſſio 33.
prædicatorum monita ſalubria 12.
præuertit & præuertitur 165.
prælatorum increpatio et vtile conſilium illis datur 182.
prælatorum officia 186.
prælatorum baculus quid ſig. 186.
prælium in cælo magnum 10.
præuiſa mala minus lædunt 4.
præuidenda ſunt mala 77.
præſagus præſcius 87.
præmia cælorum maxima 15.
prætexere 141.
prætexta, veſtis. rom. 144.
prior 26.
primores & primates 12.
priſcilianiſtarum error 4.
principijs obſtandum 115.
principium diuerſimode ponitur & plura ſig. 117.
primitiæ deo & ſacerdotibus offerendæ 116.
primogeniti iura qua fuere 68.
principium et finis omniũ deus 147.
propter 43.
prora & reliquę nauis partes 31.
prophanum quid ſig. 27.
protheus marinus paſtor 32.
prolepſis implicita 38.
probatica piſcina 24.
pro patria occumbendum eſſe 54.
proinde 75.
prona ad malum natura 78.
propago duo ſig. 108.
promiſſa dei ſub conditione 108.
progrediendum eſſe in via dei 140.
proficiſcor 37.
procellæ 149.
proditores male pereunt oĩs 9.
proceleumaticus pes 171.
prophetia 175
propugnacula quæ dicantur 179.
pruina & bruma 26.

P Ante V

puer Chriſtus & magnus deus 2.
publicani qui dicantur 7.
pudicitiam tria impugnant 17.
pueris angeli quare apparent 24.
puer multa ſig. 73.
puerorum trium liberatio 160.
purificatio Mariæ 106.
purificationis legi non ſuberat Maria 106.
pontinagus 31.
putare etiam circumcidere ſig. 105.
puer Ieſus à parentibus perditur 113.
purgatorium eſſe animarum locum 123.
puteus & fons in quo differunt 139.
puſillanimes eſſe ſeipſos interficientes 150.
puluis bombarde 56.

Qu Ante A, E, I, O,

Quadrageſimam ſeruandam eſſe. & a quibus inſtitutã 39.
Quadrageſima 135.
Quatriduanus qui eſt 14.
Quando 6.
quæſtus & queſtus 88.
qui per alium facit 78.
quinquagenarij duo ab Helia igne de cælo exuſti 137.
quianam; 159.
quiane 162.
quirinus & quirites 156.
quoi proxus 109.
quondam & olim 34.
quod intrat per os quomodo intelligi debet 39.
quos emphatice 43.
quod eſt coniunctio 170.

R Ante A.

Raboth 64.
Rabba, rabbates & rabbath 69.
Rama. i. in excelſum 71.
rhama vrbs vt ſupra 71.

Rhamoth galaad vrbs 69.
rhameſſa vrbs 6.
raphea vrbc vt ſupra 61.
raphidim gigantum vallis 61.
rapio, pro eripio & turpis eſt ſignificationis verbum 65.
rara & non niſi excelſa virtue commutat futura cum præſentibus 43.
rachel plorans 71.
vxor Iſac 24.

R Ante E

Re in compoſitione quid ſig. 4.
rebecha et rachel aquabantur 24.
rebothes vrbs promiſſ. terre 64.
recos vrbs vt ſupra 71.
recidiua quid ſig. 45.
redemptionis humanæ conſilia 2.
redimicula 16.
reges romani i. conſules dictatores & Imperatores 44.
reges 31. ab Ioſue occiſi 36.
regum hieruſalem nomina 91.
reges quid amplius habent 141.
regnum etiam carcer eſt 190.
regnum & rex antiquo more 7.
regius honos chriſto habitus 139.
regnum chriſti 145.
reges Chriſto aſſurgunt 190.
reguli filius curatur 128.
relatiuum 26.
religio labat tempore noſtro 103.
relego quid ſig. 114.
religio Chriſtiana in quo differat ab antiqua iudeorum 116.
refectio quid ſignificat 126.
rei familiari quid maxime expediat 126.
reijciunt producit primam 168.
roma, & remus 187.
remus a fratre romulo ceſus 187.
remethia & rameth vrbs 65.
remmon vrbs terræ promiſ. 64.
renideo & renideſco 31. & 32.
renaſci & non renaſci 77.
renunciandum eſſe ſeculo 141.
reppulit 12.
reſurrectio domini & qua hora 176.
reſurrexere multi cum Chriſto 54.
reſurrectio mortuorum vniuerſalis 185 & 187.
reſurrectio corporum 146.
rhete fruſtra iacitur ante oculos penatorum 54.
rhete verbi dei 125.
reticulum & retiolum 16.
retrouerti omnia 190.

R Ante I

Rimari quid ſig. 36.
riſit numquã ſed fleuit Chriſtus 60.
ritus et rictus differunt 27.

R Ante O

Romana eccleſia mater 29.
rogel fons 73.
roma a romo ſeu Romulo 187.
romulus .i. romanus preſes 152.
romanum imperium quare diuturnum 170.
romani ridendi quibus galli imperabant 84.
roma ſæpius euerſa 45.
romulides .i. romanus 88.
romani ambicioſi & iactabũdi 143.
romana gloria pace Chriſtiana magis eſt aucta 190.
ros in vellere quid ſig. 101.
ros diuinus quid ſig. 122.
ruminare & vngulam diuidere myſtice quid ſig. 40.
rubi incombuſti expoſitio 101.
rumor et fama differũt 164.
ruben belliger 68.
rorare 161.

S Ante A

Sabbatum quid eſt & multa de ſabbato diſcipuli vadunt per ſata 39.
Saba vrbs terræ promiſſionis 61.
ſabbatis ſpicas diſcipuli edunt 141.
ſabbaoth .i. exercituum 187.
ſacrificiũ deo gratũ triplex eſt 27.
ſacrificia vbi locorum ſtatuerit dominus 20.
ſacrificandi modus 21.
ſacrificatum domino multis eſt in locis ante conditum tẽplũ 28
ſacra pecudum parum grata et quare iuſſa fuere 41.
ſacrorũ antiquorũ reprobatio ab ipſo deo 52.
ſacramentis non alligatur deus 26.
ſacra noua quenam 12.
ſacramenta ſeptem ſunt 140.
in ſacerdotes immundos 76.
ſacerdotum officia non vſurpent laici 26.
ſacra antiqua quare precepit & retractauit deus 52.
ſacrorum carnium quare delectatur demon 52.
ſacrilegus eſt demon 52.
ſacrilegium multiplex 57.
ſacerdotes contra 68.
ſacramenta eccleſie vij. 73.
ſacra veteris legis non tollebant peccata 107.
ſacramentorum virtus 144.
in ſacerdotes qui derident peccatores 149.
ſacerdotio translato neceſſe eſt vt etiam legis translatio fiat 151.
ſagio.gis. vnde preſagio 87.
ſaluator chriſtus latina dici 23.
ſaluandi quod ſint homines 43.
ſalem. vrbs. hieruſalem 2.
ſalomon & non ſolomon eſſe ſcribendum 20.
Salmoneus & coſdroe reges ſuperbi 56.
ſalum & alia maris nomina 125.
ſaloma Maria 165.
ſaltus quoſdam fecit Chriſtus 165.
ſaleca vrbs vt ſupra 69.
ſamarbea vrbs 67.
ſamaria vrbs 67.
ſamaritani qui nam eſſent 67.
ſamara & ſamarim 71.
ſamos 71.
ſamia teſta 105.
ſamia vaſa 105.
ſamia ſybillæ vaticinium de d. i. Ieſu chriſto 105.
ſamaritanam alloquitur dñs 139.
ſanſucus .i. amaracus maiorana 111.
ſanguis quare gelidus 14.
ſanguineus Chriſti ſudor 79.
ſanguis & aqua de latere chriſti. myſtica quid 171.
ſanguis Chriſti verus 76.
ſanguis eius ſuper nos 157.
ſanſon auſert portas 61.
ſandalia, apoſtolorum calceamenta & quid ſig. 23.
ſanctius eſt noxium dimittere quam innocentem condemnare 154.
ſancti qui ſint & vnde 185.

ſanctus ſyrus Papienſis ep̃s. 195.
ſapientia vocat omnes 144.
ſapientia non eſt contra dñm 27.
ſaroe vrbs vtſ. 68.
ſaraim vrbs vtſupra 63.
ſarcire quid ſig. 123.
ſartatecta 123.
ſathetis vrbs vtſupra 67.
ſathanas ſe quãq; in angelum
lucis & in chriſtum tranſ-
figurat 11.
ſaul rex iudeorum primus 71.
ſcilicet 26.
ſcarioth 50.
ſcatebre 69.
ſalome petitio 139.

S Ante E

Sebaſtæ vrbs quæ & ſamaria 67.
ſebomæ vrbs. & ſeboim 67.
ſebema vrbs 69.
ſecula per metalla diuiſa 44.
ſecula aurea & triplicia 124.
ſecludo 3.
ſecare. vnde & ſectæ 53.
ſeceſſus quid ſig. 63.
ſecurus quid dicatur 87.
ſecumbo 95.
ſecundum .i. poſt 125.
ſedes beatorum 5.
ſedet animo .i. placet 52.
ſedes & ſedeo differunt in
quantitate ſyllabæ 53.
ſedebunt & alij in iudicio pre-
ter apoſtolos 188.
ſegor vrbs 63.
ſeyr mons 63.
ſeipſum nullus abſoluit 157.
ſcythopolis 68.
ſegmentum capitis ornatus 18.
ſela 71.
ſem. ſemes filius Noe qui &
Ianus dicitur 20.
ſemiuiri qui ſint 52.
ſembroth vrbs & ſembros 66.
ſeminantis parabola & ex-
poſitio 144.
ſenes iuuenculas ducentes re-
darguendi ſunt 36.
ſenum 30.
ſenacherib 81.
ſenecta morbus eſt 10.
ſentina 3.
ſententijs veris etiam male
conſulentes vtuntur 57.
ſenſena vrbs vtſupra 65.
ſenum que & ſenon 65.
ſenium morbus eſt 107.
ſenſus quinq; etiam in angelis 160.
ſcenophegia 22.
ſententiam minatoriam deus
quãq; mutat 191.
ſenta ſitu loca qua 11.
ſeon rex & vrbs 65.
ſenior Petrus quare 5.
ſeptenarius numerus 103.
ſeptem peccata mortalia 18.
ſepulchro alieno
ſepelit xp̃s & quare 171. et 172.
ſephora vxor moyſi 2.
ſequeſter quis eſt 79.
ſerpentis ænei confractio figu-
ra & interpretatio 36.
ſerpens .i. repens 26.
ſerpentis maledictio 33.
ſerpens demon quos momor-
dit intuitus
ſerpens Chriſtus ſanat 10.
ſerta. corolle 23.
ſermo quid ſit 154.
ſeruile opus peccatum 58.
ſeres populi 193.
ſericum & ſpecies eius 192.
ſerius amnis 193.
ſeta. ſetigerum pecus 40.
ſeruator & ſaluator differunt 23.
ſepeliendi mos vanus 13.

S Ante I.

ſybilla cum ea de Chriſto que
predixit 102.
ſi pro quia 102.
ſi .i. vtinam 103.
ſibyllæ ſamiæ vaticiniũ de xp̃o 105.
ſibyllæ ix. fuere que de chriſto
predixere venturo 124.
ſicinius dentatus vir fortiſſimus 31.
ſicelech vrbs terre promiſſionis 63.
ſichẽ quæ et ſichima vrbs ſichar 139.
ſicubi pro ſi alicubi 165.
ſyderũ oĩum vera rõ ſoli deo cogn. 30.
ſydera quo pacto mulceantur 61.
ſyderum error 146.
ſigna à domino Ieſu facta 55.
ſigna dei que 90.
ſigoris vrbs ſodomorum 63.
ſigna magna ante iudiciũ futura 145.
ſigna deſperatorum 149.
ſigna aſpirantis ad regnum 156.
ſigna quæ ĩ morte dñi facta ſunt 168
ſyllepſis & ſyntheſis 41.
ſcylle quæ, & p eas doloſi atq;
proditores 92.
ſylua .i. rerum materies 140.
ſylogiſmus & eius forma 150.
ſimon dominus cænaculi gran-
dis ſtrati 72.
ſimon zelotes apoſt. 127.
ſimon magus 52.
ſimon vbi predicauit 195.
ſimon cireneus qui angariatus
tulit crucem domini 158.
ſimilitudo creatura ad crea-
torem penè nulla 117.
ſimulata ſanctitas duplex eſt
iniquitas 147.
ſimulac. ſtatim abſq; mora 148.
ſimilitudo .iiij. animalium 174.
ſimilitudines non omnino ſem-
per quadrant 186.
ſinus abrahæ q & limbus dicit. 173.
ſinus veſtis 34.
ſynereſis figura 49.
ſynagoga 2.
ſynai mons q & oreb dicitur 21.
ſyndereſis. conſcientiæ morſus 149.
ſyntaxis. i. conſtructio mira 158.
ſynecdocha & græca figura
differunt fo. 5. & 161.
ſindon. velum. & linthens 171.
ſirenæ & quid per eas fo. 9. et 187.
ſyrtes & breuia, que loca ſint 186.
ſinai qui & ſina. mons fumi-
gans 190.
ſirius ſtella. que & canicula 192.
ſcytæ populi ſeptentrionales 194.
ſipabotis vrbs terre promiſſ. 64.
ſi qua forte 8.
ſyrus Papiæ ep̃s. v. panes habuit et do-
cuit Papien. fidem chriſti. 129. 198.
ſyntheſis figura 38. & 184.
ſcytopolis vrbs 68.
ſylũ. ſylo. & ſela. vrbs 71.
ſitis Chriſti myſtica 168.
ſiſtrum quid eſt 112.

S Ante O

Solatium miſeris 15.
ſol an illuſtret ſydera 45.
ſocietates male fugiende 39.
ſolem non eſſe deum 32.
ſomnium Ioſephi. & ſom-

nijs an ſit achibenda fides & cauſa 35.
ſolue metum quid ſig. 42.
ſollicitos de ſalute animarum oportet nos eſſe 25.
ſobrietas ſalutem conſeruat 25.
ſocij laborum ſunt participes 6.
ſolemnis quid eſt 58.
ſochon & ſocoth 62.
ſora. vrbs 63.
ſodomorum exterminium 63.
ſodoma & gomorra 63.
ſodomiticum peccatum grauiſſimum valde & poma ſodom. 63.
ſolyma & Hieruſalem 70.
ſolis mora & lunæ 71.
ſolis ſigna certa 73.
ſocij Chriſti quare dicti ſunt apoſtoli 72.
ſocrus Simonis curatur 128.
ſocij paſſionum & conſolationum erunt 140.
ſolicitudo.i. anxietas animi abijcienda eſt nõ labor euitandus 143.
ſol pater luminum 30.
ſol vagus & eius obſcuratio vnde 145.
ſolem non eſſe deũ ſed lãpadẽ 32.
ſolis lunæq; obſcuratio qualis & quid ſig. 153.& 168.
ſolium & tribunal 150.
ſolum 171.
ſol Chriſtus.et quare ſoli comparetur 175.
ſol & luna ſteterunt tempore Ioſue 189.
ſol retrogreſſus eſt decem lineis tempore Ezechiæ 189.
ſocrates quare necatus eſt 96.
ſortibus anſit credendum vel vtendum 193.

S Ante V

Sub hæc 26.
ſubobſcurus 34.
ſub camino audent multi 78.
ſublustris parum claritatis habens 87.
ſuaſit,triſyllabum eſt 93.
ſubijci maioribus debemus 113.
ſudes perticæ longa 155.
ſudum.aer ſubudus poſt pluuiam 73.
ſuffire.ſumigare 74.
ſuffugiens.i.ſubterfugiens 119.
ſufficere quid ſig. 144.
ſulphur.ſalnitrium &
ſulphurata ligna 56.
ſulæ vrbs terræ promiſ. 64.
ſuperus.ra.rum. 1.
ſupplicia orationes 4.
ſuperbia initium peccati 50.
ſuperbi.i.nobiles 43.& 90.
ſuperbus eſt demon.non Chriſtus 51.
ſuperlatiuum pro cõparatiuo 167.
ſurdus etiam mutus eſt 131.
ſurge & ambula myſt. 26.
ſunto quid ſig. 28.
ſus lota inuolutabro luti 40.
ſus mineruam docet 6.
ſuſpicio quid ſig. 117.
ſcenophegia 131.
ſuſcitatur viduæ filius 130.
ſuſcitarunt mortuos heliſeus & helias 128.
ſuſcitatur filia archiſynagogi 128.
ſurrexerunt multicũ Chriſto 54.

S Ante C

ſcatebra ebulitiones 68.
ſcorpio ſignum cœleſte 11.
ſcorpius eſt demon 11.
ſcarioth 50.
ſcelera.an punienda 37.
ſcriptorum mos per recapitulationem 15.

S Ante P

ſpecie fama ne moueri 17.
ſpecimen 45.
ſphera 30.
ſpeculum 41.
ſpes veniæ 37.
ſpes quid eſt 162.
ſpargi & reſpergi 165.
ſpes quæ differtur aſligit animam 123.
ſperare pro timere 167.
ſpire 34.& 161.
ſpolia præ foribus templorum 161.
ſpica ciliſſa quæ nam 177.
ſpiritus ſanctus eſt deus & artifex optimus 1.
ſpiritus ſanctus quare in ſpecie columbæ ſo. 119.& 124.
ſpiritu ſancti in diſcipulos aduentus quare in igne 194.
ſpiritus ſanctus vbi eſt magna facit 194.
ſpiritus ſancti dona vij.quæ 194.
ſpiritus ſancti gratia moram neſcit 194.
ſpiritum verè emiſit Chriſtus 169.
ſpiritus quidem promptus eſt caro autem infirma 6.
ſphinges & quid per ſphingas 9.
ſqualens 18.
ſmaragdus 114.
ſpiritus carni cadere non debet 44.
ſtagnum quid ſit 24.
ſtatores & lictores 150.
ſtater in ore piſcis inuenitur 131.
ſterilis 98.
ſtellis & aurora quare maria comparatur 96.
ſtelle quid ſignificant 26.
Stella quæ magos duxit 110.
et aduerſus mathematicorũ & priſcilianiſtarũ errores
Stellarum influxus nullam neceſſitatem inducere 111.
ſtellarum caſus 146.
ſtella quo pacto dicatur cadere 154.
ſtatores atq; lictores 150.
ſteterunt media correpta 156.
Studium quid eſt 17.
Stellas a ſole numen habere 30.
Stramen quid eſt 104.
ſtriges a demone illuduntur 10.
Strictura calybum quæ 194.
Stropha ſtirpes 27.
ſuetus 18.
ſtirps 22.
Stello,lor 25.

T Ante A

Tabula moyſi bis datæ 21.
tabor.& tabur mons 41.
thabita puella ſuſcitatur 128.
thabitacumi quid ſig. 128.
Thadeus apoſt.qui & Iudas vbi prædicauit 195.
talentum multiplex 7.
talus pedis pars 22.
tapetia varie flectuntur 23.
taphua & taphut.fons 68.
taprobana inſula 196.
tarela vrbs terre promiſſ. 71.
tantum 121.

taratantara vox tuba 160.
tartarus inferni carcer et vnde dicatur 11.
tarpeia arx romana 187.
thau lithera qua ſignantur electi 165.
tauri & altilia quid ſig. 76.

T ante E.

Tecna,næ 37.
tactu imaginis 28.
tempus eſt omnibus rebus. 6.
tempus pro tempore 15. & 43.
tempora varia 32.
tempora noſtra mala 44.
temporis nomina quomodo conſtruantur 7.
tempus quid eſt 118.
temporis partes 118.
temporis conditor deus eſt & moderator 189.
temporis varietas varietatem ſtatutorum inducit 191.
tempora tria.ante legem ſub lege & ſub gratia 191.
tẽpeſtas.et eius myſt.ĩterpcatio 130.
templi Salomonis deſcriptio et tempus quo fuit conditum 25.
templum ſolus ſacrorum locus 22.
templum frequentandum 22.
templum prophanatum 21.
templi conditores hieroſolimorum 57.
templum in cælo non eſt 159.
templa Chriſto quando conſtrui ceperunt 192.
templo eijciuntur,et myſt. 27.
tenachos & tenach vrbs 68.
tenia 16.
tentatores contra ſacris eloquijs vtendum eſſe 136.
tentatur nullus ſupra vires 50.
terebro,bras,terebella & terebrum,bri, 36.
ter in anno in hieruſalem conueniebatur 21.
ter non vocatus eſt.Lazarus 15.
ternarius numerus trinitatem deſignat 108.
ter trini ſunt angelorum chori 189.
terremotus factus eſt magnus 168.
templi ruina predicitur 29.
terga 37.
tempeſt. myſt. 175.
teres retis 34.
theſaurus 18.
teſtudine media quid ſig. 26.
tetrarcha iudea qui 60.
terræ ab aquis diuiſe 188.
teſtamenti noui vaticinium 151.

T Ante I

Tibris & tiberis 43.
tiberias vrbs 68.
tiberius imperator 85.
thiaras.mitra 139.
thiaſus.chorea 159.
tibia biforis.quare 187.
tignum quid eſt 48.
tigris animal velox 33.
tile inſula quedam 196.
timor non ſemper eſt expectatio mali 94.
timoris deſcriptio 155.
timoris noua forma 155.
timor quibus ſignis deprehenditur 156.
timentis habitus 156.
timendus quis eſt 185.
timendus deus non homo 143.
timor mundanus 190.
titulus crucis & quare tribus linguis ſcriptus 163.
timiama odoramentum 108.
tyrſus 23. & 52.
titio onis.i.torris 18.
tripodes que 21.
trilinguis ſerpens 26.
trabea 139.

T Ante O

τοαυτον: itidem 8.
tholus quid eſt 29.
Thomas apoſtolus quare didimus 180.
thomæ infidelitas nobis pfuit ad credulitatẽ 183.
thomas increpatur 183.
thomas vbi nam predicarit 195.
tonſa remorum palmule 156.
tonitrua vnde 34.
toparchiæ.x. iudea 60.
torquet quid ſig. 5.
torquata quare columba 106.
tortores animi iiij: 48.
torris .i. titio 18.
torrens,te expoſitio De torrente in via bibit 36.
tortilis quid ſig. 34.
tmeſis figura 31.

T Ante

tuum pro tuorum 6.
turpitudo peccati 17.
thus,ris, 18.
turbæ præcedentes & ſequentes Ieſum.quid ſig. 23.
turba quæ nam eſt 60.
turbatio 84.
tunica dñi in conſutilis quid ſignificat 76.& 168.
tunſę participium 171.
turpitudo peccati 17.
turtur & myſtice quid ſig. 106.
tubæ ſonitus horribilis ante Iuditium 146.
tmeſis 31.

T Ante R

trabalis haſta 160.
trax.& treiſſus 177.& 195.
tranſlatio mutua vocabulorũ 176.
translatio ſacerdotij ac legis 152.
trabea veſtis 139.
transfiguratio domini 45.
tranſmigrati in babiloniam iudei 59.
tranſtra que ſint 31.
tremulai . pro tremula 79.
trepidare 88.
tremuli fratres x. maledicto matris 128.
tridens luciferi quid ſig. 10.
triumphus romanorum 187.
triumphus Chriſti 187.
tria ſunt quæ perhibent teſtimonium de Chriſto 171.
triuium et quadriuium 165.
triremes naues quæ 156.
tribunal 150.
trinitatis figura 118.
trinitatis opera indiuiſibilia 6.
triſtitia 18.
triſtior an pro triſtis 87.
tribus xij. patriarcharum 59.
tributum Cæſari dandum 39.
tripodes qui dicantur 21.
tropheum quid eſt 164.
trudere inuitum trahere 132.
tuum pro tuorum 5.
turbæ præced,& ſeq. 24.

v littera 18.

V Ante A

vallis illuſtris quæ & arundineti dicitur 68.
vallis Ioſaphath 165.
vates, videntes qui et prophetæ & poetæ 30.
vates veri qui ſunt 193.
vaſtare quid eſt 8.
vaſa tẽpli Salomonis vbi ſuſa 21.
vaſorum ſacrorum numerus 21.

V Ante E.

veh interiectio 13.
veliuolum mare 94.
velum templi & quare ſciſum in duas partes 106.
velum templi quid ſig. 169.
vellus virgineum 122.
velinus lacus qui 132.
venenum 12.
venator 68.
venia non niſi correctis dari poteſt 136.
venti Cardinales iiij. 146.
veritatem impugnans nunquã placatur 38.
verum eſt Chriſti corpus & ſanguis in ſacramento altaris 76.
veruti 69.
verſus ſpondaicus 13.
verſus notãdi de triplici morte 14.
verſus in monoſyllabum 88.
verbi dei conceptio 118.
verbum græcæ λόγος. 118.
verbum dei quid eſt 118.
verbi dei incarnati cauſa 119.
verba in ſſo & deſideratiua 70.
veſulus mons 3.
veſtis polymita quæ. 35.
veſtes ſacræ Aaron ſacerdotis & filiorum eius 21.
veſanus quis dicatur 52.
veſtibulum quid ſit 88.
veſtis ſerui dei qualis 124.
veſtis Chriſti quid ſig. 22.
veſtimenta Chriſti non curant ægrotos ſed fides tangẽtium 134.
veſtitus & victus Chriſtiano delitiæ ſunt 141.
veſtis abſciſio iudeorum regnorum abſciſionem ſig. 83.
veſpertilio auis nocturna 156.
veſtium Chriſti diuiſio 168.
veſtes albæ angelorum quid ſignificant 177.
veſper ſtella venus & lucifer 176.
veſtentium tres gradus 184.
vexatio dat intellectum 14.

V Ante I

via arcta & porta cœli anguſta 5. & 182.
via veritas et vita Chriſtus eſt 147.
victor voti compos eſt 3.
viciſſim, per vices alternas 32.
victima vnde dicitur 21.
victimarum moralis expoſitio 27.
victu parco vtendum eſt 64.
victus & veſtitus chriſtiano delitiæ ſunt 141.
victimas dominus ãtiquas odit 144.
victores impij qui ſunt 157.
viduæ filij ſuſcitatio 67. & 128.
vidiſti & credidiſti quomodo intelligitur 183.
vigilandum eſſe ſeruis dei 48.
vineæ inuentor Noa 20.
vinum proſit an noceat mortalibus 20.
vinum letificat cor hominis 115.
vinum ex aqua fecit dominus 115.
vinum iſtud myſtica quid ſig. 116.
vini bona & mala 188.
vineæ & agricolarum parabola eiusq; expoſitio 182.
vinea domini quæ nam eſt 183.
vitis prima Chriſtus & palmites diſcipuli 182.
video vides ad omnes ſenſus refertur 13.

V Ante i.l.n.o. & r.

virtutis ingreſſus vitij operatur egreſſum 18.
virus quid ſig. 48.
viri maledictio 33.
virum a virtute dici 89.
virtus aliquando parit odium & inuidiam 89. & 114.
virtutum tres eſſe gradus 137.
virtutes cœlorum mouendas 146.
virtus numquam ſeneſcit 150.
virtutes variæ & quare in virginum formã pingũtur 162.
virginitas amiſſa irrecuperabilis eſt 93.
virginitas mentis que eſt 122.
virgo quomodo dicebatur magdalena 178.
virgines facile nomen intuentur 184.
viſcera carnes omnes 36.
viſio a deo quo pacto cognoſcitur 35.
viſitat deus etiam malos 53.
viſus auditu certior 74.
viſiones diuinæ quibus fiant 104.
vita propria magis eſt excutienda quam aliena 38.
vittatæ victimæ faſcijs alligatæ 107.
vitus & Modeſtus martyres 143.
vita preſens miſera & multis periculis obnoxia 176.
vltrum dici poſſe metallum 183.
vlciſcor & vendico differunt 2.
vligo 64.
vlna quæ ſit 107.
vna .i. ſimul 6.
vulgi epitheta 132.
vnguen, guinis .i. vnguentum 19. et 79.
vix ſit quod tamen ſit 43.

V Ante O.

vocabula aeris et maris mutua 63.
voluntaria deo placent obſequia 46.
vocabula mutua inuicem ſibi deſeruire 63.
volentes peccant ac merentur 173.
voti reus 27.
vr caldeorum 163.
vrbes quinque exuſte 63.
vrbes quinque phyliſtinorum 63.
vrna quanam mẽſura 73. & 115.
vrbs ſacra Hieruſalem 180.
vſq; pro valde et pſeuerãnter 3.
vſtrina malus odor 187.
vterus propriæ qui ſit 1.
vt admirantis 14. & 90.
pro quãuis, vt ut, gemin. 150.

V ante V. & X.

vultus & facies differunt 75.
& de honeſtatur examputatione auris 81.
vulgi epitheta 132.
vulgus varium 142.
vua, gladius, ſerra & cucumis in mari 184.
vxor turpis an formoſa ducẽda 17.
vxor lotb, in ſtatuam ſalis 63.

INDEX.

Vxor pilati ſomnium nunciat atq; expoſitionem 155.
Vxor qualis optanda ſit 92.

X nullam hic habet dictionem

Y nullum ſibi vendicat hic locum

Z Ante a.e.i. & o.
Zabulon ex.xij.tribubus vna 66.
Zachei conuerſio 6.
zacheus hoſpes domini 151.
zebedei natorũ iniuſta petitio 139.
zeugma à medio 42.
zeugma a poſteriori 187.
ziphra quid ſig. 30.
zona noſtra & noſtrę oppoſita 196.
zona torrida 196.
zora vrbs terrę promiſſ. 63.
zoroaſtes magie inuentor 52.

F I N I S.

Nos .F. Petrus Selerus de Quintiano ordinis Prædicatorum Inquiſitor Papienſis concedimus licentiam imprimendi librum hunc teſte manu propria.

REGISTRVM.

Omnes ſunt quaterni, præter Bb * ** qui ſunt terni.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa. Bb. * **